BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
23 N
M23

VIII M 27

M. C.

FLORVM EXEMPLORVM, SIVE CATECHISMI HISTORIALIS,

AVCTORE R. P.

ANTONIO DAVROVLTIO E SOCIETATE IESV,

Pars Quarta,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IN QVA

Cap. VII. De operibus miſericordiæ corporalibus.

Cap. VIII. De quatuor hominis nouiſſimis, Morte, Iudicio, Inferno, & Cœleſti gloria.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.



VENETIIS. MDCXX.

Apud Iacobum Sarzinam.

BENEVOLO LECTORI, TYPOGRAPHVS SALVTEM.

QVARTA & poſtrema Anthologiæ paradigmaticæ pars, beneuole Lector, Duobus Capitibus conſtabit, & omnigenas penè Chriſtianarum Virtutum exercitationes tibi proponet. Et prius quidem ex ijs Caput, quod cùm de operibus miſericordiæ corporalibus, & ſpiritualibus, alijsque ei generi adſinibus, tum de Virtutibus, & ijs, quæ vitijs capitalibus aduerſari dicuntur, & ijs, quæ tanquam fontes aliarum, ac Cardines omnem honeſtæ vitæ rationem continent, atque adeo de ſeptenis S. Spiritus Donis, & octonis Euangelicæ beatitudinis Gradibus, & Conſilijs, pertractat; quinis & nonagenis Titulis abſoluitur.

Poſteriùs verò, in quo de Quatuor Hominis nouiſſimis, Morte, Iudicio, Inferno, & Cæleſti gloria, agitur, Titulos Vicenos & quaternos comprehendit. Cuiuſmodi rerum præſtantiſſimarum tractatione, & Exemplorum in

omnem vitæ partem accommodatiſſimorum contemplatione qui non capitur: neſcio an vllam ſanæ mentis micam, aut ſalutis ſibi in æternitatem parandæ curam vllam habere cenſendus ſit. Tu, beneuole & Chriſtiane Lector, vtere & Vale.

FLO-

FLORVM EXEMPLORVM,
SIVE CATECHISMI HISTORIALIS.

CAPVT SEPTIMVM,
DE OPERIBVS MISERICORDIÆ CORPORALIBVS.

Tit. I. De eleemoſyna in genere, quæ eſt beneficium ſeu munus, quo alterius miſeriæ ex commiſerationis affectu ſubuenimus.

Exemp. I. *Quo feruore & ardore exercuerit Abrahamus opera charitatis.*

Geneſ. c.18. APPARVIT Abrahamo Dominus in conualle Mambre ſedenti in oſtio tabernaculi ſui in ipſo feruore diei. Cumq; eleuaſſet oculos, apparuerũt ei tres viri ſtantes prope eum: quos cum vidiſſet, cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi ſui, & adorauit in terra. Et dixit: Domine, ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruũ tuum: ſed adferam pauxillum aquæ, vt lauentur pedes veſtri, & requieſcite ſub arbore. Ponamque buccellam panis, & confortetur cor veſtrum: poſtea tranſibitis: idcirco enim declinaſtis ad ſeruum veſtrum. Qui dixerũt: fac vt locutus es. Feſtinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei: Accelera, tria ſata ſimilæ commiſce, & fac ſubcinericios panes, &c.

Et contra, quomodo Iob ad ſummam inopiam redactus ab amicis & propinquis deſeritur.

Iob c. 1. & ſeq. Amici Iob, quum eum in ſterquilinio ſedentem viderũt, & teſta ſaniem radentem, multis verbis vſi ſunt, vt eum alicuius ſceleris arguerent, propter quod ſic eum Deus percuſſerat: multum accuſauerunt, ſed toto illo tẽpore nec pannum quidem, quo vulnera ſua mundaret, ei porrexerunt. Quare & iratus eſt illis Deus, nec niſi ipſius Iob precibus placari voluit.

II. *Chriſto mendicanti neceſſaria miniſtrant piæ mulieres.*

ET factum eſt deinceps, & ipſe iter faciebat per ciuitates, & caſtella prædicans, & euangelizans regnum Dei: & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à ſpiritibus malignis, & infirmitatibus. Maria, quæ vocatur Magdalenæ, de qua ſeptem dæmonia exierant, & Iohanna vxor Chuſæ Procuratoris Herodis, & Suſanna, & alię multæ, quę miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. Et cap. 10. Factum eſt autem dum irent, & ipſe intrauit in quoddam caſtellũ, & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum ſuam. Ex Luca c. 8. & 10.

III. *Retributio miſericordiæ.*

TVnc dicet Rex his, qui à dextris eius erũt: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnũ à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi mãducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes erã, & collegiſtis me: nudus, & cooperuiſtis me: infirmus, & viſitaſtis me: in carcere erã, & Mat. 25

veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem, & pauimus te: ſitientem, & dedimus tibi potum? quādo autem te vidimus hoſpitem, & collegimus te, aut nudum, & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et reſpondens Rex dicet illis: Amē dico vobis, quam diu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet & his qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & Angelis eius: eſuriui enim, & nō dediſtis mihi māducare: ſitiui &c.

IV. *Liberalitas Ioannis Eleemoſynarij.*

Leontius Epiſc. Neapoleos in vita eius apud Simeō Metaphr. & Sur. to. 1 23. Ian.

IOannes Eleemoſynarius Archiepiſcopus Alexandrinus, quaſi alter Nilus copioſo fluento eleemoſynæ, non ſolum, vt ille, rigans Ægyptum, ſed ipſam vniuerſam, vt ſemel dicā, terram circumfluens: cui enim non ea præbuit, quæ ad vſum ſufficerent? Nam cum Perſæ populati eſſent vniuerſam Syriā, qui eorum manus potuerant effugere, & laici, tam ij qui magiſtratum gerebant, quā priuati, & Clerici cum Epiſcopis, confugiunt Alexandriam. Quibus omnibus diues ille, & minime auguſtus conuiuator quotidie ſuppeditabat, quæ erant ad vſum neceſſaria, non ad indigentium adſpiciens multitudinem, vt aliquid faceret, quod eſſet ſordidi & illiberalis animi: ſed ad eum, qui aperit manum, & omne animal implet benedictione. Dum autē Raſmiſzes dux exercitus Coſroe vaſtaſſet, & depopulatus eſſet veneranda loca Hieroſolymorum, poſtquam hoc audiuit ille homo Dei, & quod omnia ſancta fuiſſent igni tradita, deflet quidem nō ſecus atque Hieremias, id quod factū fuerat: non hactenus autem conſiſtit eius commiſeratio, ſed mittit etiam Creſippum quendam, virū pium, tradens ei multum auri, frumentumque, & alia alimenta & indumenta, & ad ea vehenda iumenta plurima: tum vt aſpiceret vaſtitatem, tum etiā, vt eos qui remanſerunt ex captiuitate, ſatis per ea, quæ dicta fuerunt, recrearet. Præterea autem Theodorum quoque Amathuntis Epiſcopum, & Anaſtaſiū præfectum Magni mōtis Antonij, & Gregorium Epiſcopum Rinocurorū, emittit ad eos recipiendos, qui abducti fuerant in captiuitatem, vim auri præbens prope innumerabilem.

Loca ſancta à Raſmiſze vaſtata.

V. *Pauperes à Ioanne Eleemoſynario reputantur domini eius, & eorum prima cura.*

CVm prædictus Ioannes primum factus eſſet Epiſcopus, ijs accerſitis, qui res Eccleſiæ diſpenſabant, ijs etiam ſimul audientibus, qui erant à ſecreto: Non eſt, inquit, iuſtum, ò fratres, & in miniſterio ſocij, vllius alterius rei curam gerere prius, quam Chriſti. Euntes itaque per totam ciuitatem, ſingulatim deſcribite meos dominos. Cum autem illi, poſtquam hoc dixiſſet, dubitarent, & quinam eſſent Patriarchæ domini, interrogarent: Quos vos, dixit ille, pauperes & mendicos ſoletis appellare, eos ego dominos meos & adiutores nomino. Nam ij ſoli mihi poſſunt opem ferre, vt à Chriſti regno non excidam. Poſtquā autem cito factum fuerat quod iuſſerat, intellexit omnes, qui numerati fuerant, efficere ſeptē millia & quingentos, & iuſſit vnicuique eorum dari ſumptum diurnum. Poſt hęc ſtudium conuertit ſuum ad hoc, vt iuſtis ponderibus & menſuris vterentur, qui vendebant in ciuitate. *Ibidem.*

VI. *Idem Ioannes Eleemoſynarius triſtatur, quod dies elaberetur ſine præſtita miſericordia.*

CVm idem Ioannes Patriarcha, vt conſueuerat, aliquando præſediſſet, & nullus acceſſiſſet, ſurgens veſpere receſſit triſtis, & lachrymās. Nullo vero audente rogare cauſam, cur eſſet triſtis, diuinus, qui aderat, *Ibidem.*

So-

Sophronius: Quid eſt, inquit, ô vir diuine, quod te afficit moleſtia, & animi ægritudine bonâ tuam impleuit animam: Ille autẽ miti & leni voce; Hodie, inquit, miſerandus Ioannes non ab aliquo vllam recepit mercedem, neque vllum vel minimum piaculum potuit offerre Chriſto pro multis & magnis ſuis delictis, quomodo neque alias vnquam. Quid hoc illo minus, niſi etiam maius dixeris, quod dicunt eſſe cuiuſdam Imperatoris Romanorũ, qui dixit: Hodie non regnauimus, quoniam neminem affecimus beneficio? Cum itaque ſacroſanctus intellexiſſet Sophronius, quid ſibi vellet, quod ab eo dictum fuerat, Te potius, inquit, lætari oporteret, & nõ triſtitia affici, ô beatiſſime Domine, quod tibi commiſſum gregem feceris viuere in tanta pace, vt nullus de re aliqua cum vicino habeat controuerſiam: ſed tanquam Angeli aliqui, abſque vlla lite, & contentione homines viuãt in terra. Cum autem verum eſſe quod dixerat, inueniſſet vir mitiſſimus, ſtatim fuit traductus ad animę lętitiam, & pro eo Deo gratias egit.

VII. *Idem contendit cum Deo donante, ipſe diſpergens pauperibus, vter vinceret.*

Leontius Ep. Neapoleos inſula Cypri, in vita eiuſdem.

IDem ſanctus vir dixit aliquando miniſtro ſuo; Zacharia, eſto miſericors, & verbum promiſſionis habe ex Deo per infirmitatem meã, quia neque in vita mea, neque poſt mortem deerit tibi Deus, qđ ſeruet vſq; hodie: Multas enim benedictiones mittit ei Deus, ſed non dimittit quidquã, quod non ſtatim det pauperibus propemodum conſtringens, & in nihilum redigens domum ſuam. Multoties in exultatione inuenerunt eum quidam dicentem Deo: Sic ſic, aut tu mittẽdo, aut ego diſpergendo, videbimus quis vincat. Liquet enim, quoniam tu diues, Domine, & vitæ noſtræ miſerator es. Porro autem quando iuxta euentum non habet, ad horã aliquid quod det à ſe petenti, contriſtatus dicit ad tabernarium aut negotiatorem, Da mihi vnum tremiſſem, id eſt, tertiam partem ſoldi aurei, & ſeruiã tibi vno menſe vel duobus, vt vis, & vbi vis, quoniam eſuriunt valde qui in domo mea ſunt. Et ſumens dat egenti, rogans vt nemini dicat.

VIII. *Ioannes Eleemoſynarius impignorauit omnia ſua pro pauperibus Imperatori, quo mortuo, Imperator pluris fecit eius lectulum pauperem & ligneum, quam omnes ſuas diuitias.*

Niceph. Call. lib. 18. hiſt. Eccl. ca. 34.

HIerarcha vrbis Cõſtantinop. Ioãnes, qui quod voluptates expugnarit, animiq. perturbationes coercuerit, & imperium in ventrem exercuerit, νηστευτὴς (hoc eſt, ieiunator) vocabatur, propter præſtantem virtutẽ ad Epiſcopatum ſublatus eſt: de quo hoc etiam celebratur, quod propter ſuam erga pauperes affectionem, & miſericordiam, pluribus ab Imperatore talentis mutuo ſumptis, ſyngrapham illi dederit, qua ſubſtantiam ſuam mutuæ pecuniæ tanquam hypothecam appoſuit, atque impignorauit. Cæterum poſtquam is è vita migrauit, Mauricius Antiſtitis facultates inquirens paupertatem eum magnopere conſectatum fuiſſe comperit: eumque de virtute tanta admiratus ſyngrapham ſtatim diſcerpſit: & lectulum tantum ligneum, qui in bonis eius repertus eſt, & amiculum laneũ tenue admodum, nec non penulam quandam deformem, (fuerat namque Ioannes male veſtitus, frugalitate vitæ cõſpicuus) in aulam imperialem inferri iuſſit, eaque rebus omnibus prætulit. Et ieiuniorum ſolemni tempore deinceps, lectis ex auro & lapillis pretioſis concinnatis ſericiq. veſtibus, & alijs imperialibus delicijs vale dicto, ligneo Præſulis eius toro noctibus totis vſus eſt, gratiam quandam diuinam ex eo ſe conſecuturum exiſtimans.

Viliã sãctorũ indumẽta precioſis palatij cimelijs preferũtur.

IX. *D. Ioannes moriens, quantulumcumque ſupereſſet, in pauperes erogare voluit.*

Ex eod. Metaph. idē Bredēb.c.11

Teſtamētū S. Ioānis Eleemoſynarij.

CVm alio tempore præfatus Antiſtes in ſuam ciuitatem perueniſſet Amathuntem, iuſſit ſcribis, vt ſcriberent teſtamentum, quod ſic habebat: Ioannes humilis quidem ſeruus ſeruorum Dei: propter autem mihi impoſitam Pontificatus dignitatem, gratia Chriſti liber: Ago tibi gratias Domine Deus meus, quod me dignū cenſueris, qui tua tibi offerrē:& quod ex mūdi bonis nihil aliud ſit mihi reliquum, niſi tertia pars nummi, quam ipſam iubeo quoque dari pauperibus, qui ſunt mihi fratres in Chriſto. Quādo enim Dei permiſſione creatus fui Epiſcopus Alexandriæ, inueni in meo Epiſcopatu circiter octo millia librarum auri, ex oblatione autem piorum collegi denis millibus plures his pecunias. Quas cum cognoſcerem eſſe Chriſti, Chriſto etiam dare volui, cui nunc quoque trado animam. Cum hoc teſtamentum ſui feciſſet ille magnus homo Dei, depoſuit ſpiritum in manu Dei viuentis.

X. *D. Gregorius in pauper Angelo largitur Eleemoſynam.*

Ioā. diacon. in vita eius li.1.c.10. apud Suriū, Martij 12.

IOannes Diaconus in vita Diui Gregorij Papæ lib. 1. Hunc de more quædam ſcribentem Angelus Dei reperiens, miſereri ſibi flebiliter ſub habitu naufragi poſtulabat. Cui Gregorius ex intimo corde compatiens, bis ternis numiſmatibus datis, abire præcepit. Nec multo poſt eadem die, idē naufragus redijt, ſeque multa perdidiſſe, pauca verò ſuſcepiſſe perhibuit: à quo pari modo ſenis numiſmatibus ſumptis lætabundus abſceſſit. Sed die tertia rediens, identidem adiutorium naufragus importunis vocibus inquirebat. Cui liberaliſſimus pater, accerſito veſtiario alia ſex numiſmata dari præcipiens, cognouit in veſtiario nihil numiſmatum, vnde poſſet conſolari naufragum permanſurum. Quid faceret, neſciebat. Æſtuabat Deo deuoti pectoris pietas, non ſufferens vacuam proximi reliquiſſe miſeriam. Rurſus veſtiariū ſuum, ſi forte vas quodlibet, aut veſtimentum haberet interrogās, audiuit, nihil penitus remanſiſſe præter matris argenteam, quæ cum infuſis leguminibus mitti ſolita erat, ſcutellam. Mox alacrior factus, Ergo, inquit, frater hāc defer: ne triſtis abeat, qui conſolari queritur pauper. Itaque delatam ſcutellam Gregorio ſatis hilariter largiente, pauper qui putabatur, lætus amplectitur, non iam ad expetenda, ſed ad conferenda ſuffragia rediturus. A quo videlicet Angelicæ viſitationis tempore tantis miraculis, tātis eſt virtutibus prædicatus, vt omnibus ſecum viuentibus exemplo fuerit & terrori: quippe qui nō ſolus, ſed ſocialiter cum Beato Andrea Apoſtolo, ſuo monaſterio ſignis euidentibus ſit præfuiſſe putatus.

XI. *De Attici Epiſc. Conſtantinop. etiam in alienos liberalitate per Eleemoſynā.*

Niceph. lib. 14. cap. 24. Soc. 7. 25. Tripart. 12. 2.

ATticus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, vt Eccleſia incrementa ſua caperet, mirificè operam dedit. Summa enim prudentia eam adminiſtrans, continua doctrina populum ad ſtudiū virtutis excitauit: & ad miſericordiam, atq; largitionem tā procliuis fuit, vt non modo eis, qui in parochijs eius erant, egenis prouidendū duceret, ſed etiam vicinis Conſtantinopoli eccleſijs pecuniam multam, ad pauperum conſolationem mitteret. Porro ex vna eius epiſtola, quam ad Calliopium Nicenum presbyterū dedit, miſſis ſimul trecentis aureis, qualis ea re vir fuerit, ſatis patebit. Ea ſic habet: Calliopio presbytero Atticus in Domino ſalutem. Decies mille in vrbe veſtra egenos piorum commiſeratione indihere cognoui. Decies mille dum dico, multitudinem ipſam, nō certum pauperum numerum oſtēdo. Quādoquidem vero certum pecuniæ nu-

Attici Patriarchæ Conſtātinop. epiſtola ad Calliopium presbyterum.

numerum ei acceptum fero, qui perliberali manu rite eam diſpenſantibus donat, & nonnulli indigent, explorádorum eorum gratia, qui habent quidem, ſed illis non dant, acceptis à me, ò charum mihi caput, trecentis aureis iſtis, vt voles eos expende. Voles autẽ eis maximè, qui mendicare erubeſcũt: non illis, qui in vita ventrem ad nundinationem proponunt. Cũ igitur pecuniam largieris, religionis hac in parte rationem non habebis. hoc vnum ſpectans, vt indigentes alas, neque eos præfectas, qui moribus noſtris viuunt.

Qui maximè Eleemoſyna digni

XII. *S. Ephraim famis tempore Eleemoſynas quas à locupletibus acceperat, diſpertiendo inſeruit.*

Ex Nicephor. li. 9. hiſ. Eccleſ. cap. 16. Palladi⁹ in hiſt. Lauſiaca. c. 101.

PLurima de S. Ephraim memoratu digna referuntur: vnum hic, quod ab eo ante obitum eſt geſtum, inſerere viſum eſt. Fames ingens Edeſſenorum vrbem premebat: atque ipſe, qui multos annos non fuerat domo egreſſus, tum philoſophandi ſtudio aliquãtum intermiſſo, prodijt: & in homines locupletes, qui ſic turpiter rerum neceſſariarum inopia ciues ſuos pereuntes deſpicerent, acriter eſt inuectus, arguens eos, quod animarum cura neglecta, ſtudium omne in corpore fouendo collocarent. Illi autem integritatem, & paupertatem viri obſeruanter veriti, minime ſic eſſe affirmarunt: facile enim & promptum eis eſſe, indigentibus facultates diſtribuere: deeſſe ſaltem, qui in eo miniſterio, pro eo atque deceret, fidelem ſe præberet, omnesq. lucro inhiare, & talia fœdè in quæſtum ſuum vertere, dixere. Tũ Ephraim: Ego verò, inquit, qualis vobis eſſe videor? & illi: Honeſtus atque bonus, reſpõdere; & talis prorſus, qui opinioni, quæ de eo fertur, vita ipſa reſpondeat. Itaque, ille ait, paratus ſum omnibus hac in re inſeruire. Et multo ab eis ſumpto argento, trecentas parauit menſas: & in publicis porticibus eos, qui fame affecti erant, acceptos diligenter & benignè fouit: aduenas quoque, & alios, qui inopia affligerentur, humaniter curauit. Idque tantiſper fecit, dum fames ibi eſt graſſata. Ea verò depulſa ipſe ad philoſophiæ ſuæ officinam reuerſus ibi paucos poſt dies vita eſt defunctus.

D. Ioannis Chryſoſtomi ſimilitudo de eleemoſyna.

Quemadmodũ hi, qui ad magnos quoſdam principatus accerſiti, regias inhabitaturi ciuitates, omnem ſubſtãtiam ſuam in pecuniam commutant, & ſicillò migrant: Ita planè & tunc faciebant homines illi ad cœlum vocati, & ad ſupernam metropolim, & regnum, quod illic eſt. Nam perſuaſum habentes, illic eſſe patriam, omni ſubſtantia ſua in pecuniam commutata, pecuniam per Apoſtolorum manus illuc præmiſerũt. *In illud Apoſtoli dictum: Oportet ſemper hæreſes eſſe.*

Alia eiuſdem I. Chryſ. ſimilitudo.

Sicut radix in pingui plantata ſolo, quæ nobis ſingulis annis tempeſtiuos affert fructus: ſic & pecunia in manibus pauperum plantata, non ſolum in ſingulos annos, ſed & in ſingulos dies ſpirituales nobis fructus affert, fidentiam ſcilicet in Deum, peccatorum abſceſſum, conſcientiam bonam, lætitiam ſpiritualem ſpem iucundam, aliaque bona, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. *ibid.*

XIII. *Inſigne Chriſtianæ benignitatis exemplum S. Nicolai.*

ERat Pataræ vir genere nobili, qui (vt fert humanarum rerum incõſtantia, & fortunæ ludibrium) & alto honorum culmine in ſummum contemptum, & à diuitiarum gloria in extremam rerum omnium inopiam deciderat. Ei erant filiæ tres, corporis formæque venuſtate, & morum elegantia longè præſtantes, virgines omnes, & quarum ætas (ſi patris calamitas non obſtitiſſet) nuptias flagitabat. Has inops pater omnium rerum egeſtate

Ex Zacharia Lipeloo, & Surio. 6. Decẽ. to. 6. per Metaph. & Leonard. Iuſtinian. patriciũ Venetũ.

ſtate calcatus, non modo viro tradere, ſed ne alere quidem quoquo pacto poterat: neque ſpes vlla miſerum hominem ſolabatur, qua quotidie creſcentis inopiæ vim perferret. Heu! rē dictu fœdam, heu! quò mortalium mentes inſuperabilis vis egeſtatis impellit? Tetrum, atrox, immane facinus patrem (paternæ pietatis memoremne, an immemorem dixerim?) exagitat filiarum decus ac pudicitiam deſerentem, vt natis eſurientibus non deeſſet. Cœpit enim de illarum virginitate alienę proſtituenda libidini cogitare, vt turpiſſimo, & flagitioſo quęſtu vitam pereuntis familiæ tueretur. Iam veſana fames reluctantem patris animum ægrè perfregerat. Iam crudele, & humanis indignū luminibus ſpectaculum parabatur. Quod ſimul ac, Deo ſic volente, Nicolaus cognouit, tum rei atrocitate, tum inſita pietate commotus, in auxilium periclitantium totus accingitur. Sed cū animus miſericordiæ ſtudio vehementer arderet, & humanum ſui beneficij teſtimonium refugeret, qua potiſſimum ratione cogitatū charitatis opus perficeret, non videbat. Itaque impiger illius animus his agitatus ſtimulis, intempeſtæ noctis ſilentio è ſtrato proſilens, auri haud mediocre pōdus ſacculo belle inſutum ſumit, domo egreditur clanculum, miſerandæ familiæ domum protinus adit, circumſpectat ſagaciter omnia, animaduertit tandē, luna ipſa adiuuante, feneſtram apertam paullulum: ea cubili inſeruiebat, in quo infelix pater mēbra quieti tradiderat. Tunc Nicolaus pulcherrimā ſibi à Deo oblatam occaſionem ratus, auro per feneſtram immiſſo, domum ſe ſtatim proripit. Mane pater auri cōperto miraculo, ſtupens, cū tanti muneris datorem ſuſpicari nō poſſet, dęmonum eam eſſe, aut callidi cuiuſpiā hominis fallaciam putat, adulterinoq. ſe credit luſum auro. Inde cum aurū digitis contrectaret, iamq. rei cognoſceret veritatem, incredibili lætitia geſtiēs lachrymas vbertim effundit. Miratur rem, animo verſat omnia, & cū humanum benefactorem coniectare non poſſet, in Deū hoc muneris tranſferens. Quid faciam nunc miſer, inquit, ne tāti beneficij ingratus arguar? Certum eſt peccatum meum diluere, & impio me, ac nefario ſcelere expiare filiam, in cuius pudicitiam crudeliſſimè ſæuiebā, à fœdo periculo eruā. Aurum virginem redimat, quæ meo ſcelere auri gratia perdenda erat. Hæc itaque ſecum reputans, primā ex tribus filiam honeſto marito locat. Nicolaus non minùs dato, quam ille accepto munere gaudens, vbi virginem vidit à periculo liberatam: Liberabo, inquit, ei reliquas, auriq. tantundem noctu, vt antea, per patentem feneſtrā immittit. Diluculo pater cum ſecundum aurum inueniſſet, vix ſui cōpos, humi ſupplex ſeſe proſternit. Tū ora, pectusq. largis irrigās fletibus: Deus, inquit, miſericors, eſurentium liberalis alumne, fac (quęſo Domine) vt ſciā, quo miniſtro tu flagitiorum meorum periculum ſuſtuliſti, vt te, Domine, in illo laudem, te in illo magnificem, te in illo contempler, Domine, qui me iampridem ſanguine tuo redemiſti, & nunc auro pereuntem familiam redimis. Hæc dicens non prius deſtitit, quam alterum quoque generum ſibi aſciuit, nec minori certè gaudio duplicis coniugij celebrati, quam ſpe tertij quoque prope diem celebrandi. Iam enim tantum ſibi de Dei miſericordia pollicebatur, vt ſeſe putaret tertię filię dotem quoq; tenere manibus. Ita ab inferno ereptus homo, noctes dieſque perpetuo ereptoris ſui deſiderio ęſtuabat. Statuitq. noctes inſomnes per excubias ducere, quoad, quiſnā eſſet hic, exploratum haberet. Nec minus admirabilis noſter tertiam quoq; filiam nuptijs tradi cupiebat. Profunda itaq; nocte veniens, tacito, vt aſſolet, pede, per eandem feneſtram, tertiam iniecit dotem. Ac peruigil pater, decidentis auri ſtrepitu monitus, quanta poteſt pedum

Eleemoſyna in occulto.

Gratus de beneficio elicit nouum.

Gratus animus vigilat pro agendis gratijs.

pedum velocitate proſiliens, Nicolaũ tandem fugientem aſſequitur, comprehendit, tenet, atque illius pedibus adſolutus, Redemptorem ſuum, adiutorem, ſaluatorem pereuntium animarum flens, gaudensq. compellat. Talia lachrymantem, beatosq. oſculantem pedes, Nicolaus ægrè compeſcuit: qui cũ beneficium ſuum, quanta potuit humilitate, attenuaſſet, multis tandẽ adiurationibus, vt rẽ nulli mortaliũ patefaceret, fruſtra precatus eſt.

XIV. *S. Elizabeth miſericordia in egenos.*

Cõradus in vita eius.

ELizabet nondum marito Lantgrauio viduata, ob aſſiduam in pauperes benignitatem, mater eorum cognominabatur. Sanis vitæ ſubſidia mittebat, afflictos conſolabatur, ægrotos viſitabat, mortuis funus ſua procurabat impenſa. Quos in plebe magis inopia preſſos animaduertebat, ex his compatruos, atque commatruas ſibi comparabat, vt eis liberius ſubueniendi cauſas haberet. Si quando pecunia non ſuppeteret, veſtimenta vendebat: cernens pauperculum quendã nudum efferri, detracto ſibi capitis velamine, inuolui iuſſit cadauer. Quo tempore fame laboratũ eſt, vim magnam frumenti diuiſit. Et id quidem abſente viro, & inconſulto, vel quia approbaturũ ſperaret, vel quia quod vnius erat, alijs quoque commune eſſe debere, facilè perſuaſerat neceſſitas multorum. Denique cum eſſet Regis Pannonum filia, & Turingię Domini coniux, nere, texere, ſuere ſuis manibus non eſt dedignata, vt de laboris ſui peculio eleemoſynas dare poſſet.

XV. *Franciſcus Aſſiſienſis pro feruenti in pauperes amore bonis omnibus ſeipſum denudauit.*

Ex Bon. Card. & Epiſc. Albanẽſi in vita eius c. 1. apud Suriũ 4. Octob. tc. 5. Breu. Rom.

INerat Franciſco Aſſiſinati ab ineũte ætate tam ardens pauperibus benefaciendi ſtudium, & inſita quædam diuinitus erga inopes, & calamitoſos miſeratio: prorſus vt neminẽ pro Dei amore ſtipem petentem vacuum à ſe dimittere proponeret. Cum autẽ quadam vice ſolis negotiationis intentus tumultibus, præter inſolitum morem pauperem à ſe repuliſſet, ſtatim pœnitudine ductus, rapido curſu illum aſſecutus eſt, & eleemoſyna clementer impenſa, promiſit Domino Deo, nũquam deinceps ſe pauperi pro facultate ſtipem negaturũ. Cum verò pòſt in grauem morbum incidiſſet, ex eo aliquando confirmatus, cœpit ardentiùs colere officia charitatis. Qua in exercitatione tantũ profecit, vt Euangelicæ perfectionis cupidus, quidquid haberet, pauperibus largiretur. Quod ferens iniquiùs pater, eum ad Aſſiſinatem Epiſcopum duxit, vt in ipſius manibus facultatibus renuntiaret paternis. Ibi tunc Franciſcus coram Epiſcopo continuo omnibus depoſitis veſtimentis, ea patri reſtituit, & ſic planè nudatus ſubiunxit: Vſq; nunc vocaui te patrem in terris, modo autem ſecurè dicere potero, Pater noſter, qui es in cœlis; apud quem omnem repoſui theſaurum, & omnem ſpei fiduciã collocaui. Quod cernens Epiſcopus, pallio, quo erat amictus, eum operuit, præcipiens ſuis, vt aliquid ei darent ad membra corporis contegenda.

XVI. *Biſſarion ſenex Euangelium nudauit ex miſericordia.*

Palladi⁹ in Hiſt. Lauſiaca, factione 116.

FVit quidã ſenex poſſeſſionibus carens, & miſericors nomine Biſſarion. Is cum veniſſet in quẽdã vicum, vidit mendicum nudum in foro mortuũ, vnam quidẽ ferens tunicã conuenienter Euãgelicę traditioni, & paruũ ſuperhumerale. Nihil enim poſſidebat, præter hoc neceſſariũ tegumentũ. Habebat autem ſemper quoq; paruũ Euangelium ſub axilla, aut ad ſui faciendum periculũ, num perpetuo voci Domini obediret: aut potiùs geſtãs ſermonẽ, quem erat opere executus. Tam admirabili enim vita vſus eſt hic vir, & citra vllum dedecus, vt perinde ac terreſtris Angelus cœleſte iter legitime

Pietas in mortuos. timè peregerit. Hic ergo cum vidiſſet reliquias,ſe protinus exuens ſuperhumerali, eo induit mortuũ. Et rurſum cum paruin proceſſiſſet, nudo egenti occurrit: & ſtetit apud ſe diſceptãs,& ſic ratiocinans: Quomodo ego quidẽ, qui mundo renuntiaui, veſte induor, frater autem meus algore concreſcit. Si ergo ego eũ ſi vero exanimari, ero omnino cauſa mortis proximo. Quid ergo,exuens ne ſcindã,& partẽ diſtribuam,an totum dabo ei,qui factus eſt ad Dei imaginem? Sed quid mihi & illi erit vtilis pars quæ ſcinditur? Et cũ apud ſe diſceptaſſet, dixit: Damni ne aliquid patiemur,ſi plus quam ſit prçceptum faciamus? Generoſus itaq; hic Athleta,prompto & alacri animo vocat pauperem in veſtibulum: & cum eum dimiſiſſet indutum,ſtetit nudus, ſe operiens manibus, genua flectens, & ſubſidens: ſolum habens ſub axilla verbum quod facit diuites. Eius autẽ conſilio & prouidentia tranſiens quidam Irenarcha, agnouit ſenẽ,& dixit proximo ſuo ſocio: Reſpice illuc. Non eſt hic ſenex Abbas Biſſarion? Cum autem is dixiſſet, Maximè: de equo deſcendens,rogauit ſanctum,dicens: Quis te exuit? Ille verò dextera protendens Euangelium, Hoc, inquit, me exuit. Statim autem ſe ſua veſte exuens Irenarcha, perfectum militẽ induit,& protinus geſtans veluti quãdam paruam veſtem monachorum, à mundo latens receſſit: declinans laudem eius, qui ſuum vidiſſet vitæ inſtitutum, eum qui eſt ab occulto honorem celando exſpectãs. Hic ipſe poſtquam omne præceptum Euangelium rectè eſſet executus, cum nihil huius mundi haberet in animo, ad diuinorum dictorum perfectiorẽ executionem,cum in tranſitu vidiſſet pauperẽ, curſu in forum contendit. Vbi cũ pauliſper conſtitiſſet,vendidit Euangeliũ. Paucis igitur pòſt diebus, qui cum eo erat Abbatis diſcipulus Dulas nomine,rogauit ſenem,dicens: Quid paruo libello factum eſt,ò Abba? Cui ſenex placidè verbum pulchrum admodũ; & valde ſcitum eſt locutus,ſic dicens: Ne triſtitia afficiaris ò frater. Nam vt illic habeamus fiduciam,propter obedientiam, vendidi ipſum ſermonem, qui mihi ſemper dicebat: Vende quæ habes,& da pauperibus. *Mar. 10 Luca 18*

Amor Chriſti cauſa eſt noſtra liberalitatis.

XVII. *S. Laurentij miſericordia in pauperes.*

D. Amb. li. 1. offic. cap. 41. & Sur. to. 4. Auguſti 10.

CVm B. Laurentius Archidiaconus videret Xiſtum Epiſcopum ſuũ ad Martyrium duci, his verbis eũ appellare cœpit: Quo progredieris ſine filio, Pater? Quo ſacerdos ſancte ſine Diacono properas? numquam ſacrificium ſine miniſtro offerre cõſueueras: quid in me ergo diſplicuit paternitate tuæ? Num degenerem probaſti? experire certè, vtrum idoneũ miniſtrum elegeris, cui commiſiſti Dominici ſanguinis diſpẽſationem? &c. Non ego te, fili, deſero, neque derelinquo,ſed maiora tibi debẽtur certamina. Nos quaſi ſenes leuioris pugnæ curſum recipimus; te quaſi iuuenem manet glorioſior de Tyranno triumphus. Poſt me venies, flere deſiſte; poſt triduũ ſequeris Sacerdotẽ Leuita. Totam hæreditatẽ tibi dimitto: accipe facultates eccleſiæ,& diuide quibus tibi videntur. Quibus acceptis cçpit Laurentius per regiones curiosè inquirere, vbinam ſancti Clerici vel pauperes eſſent abſconditi: adferensque theſauros, vnicuique prout opus erat ſubminiſtrabat. Et cum Decius Imperator intellexiſſet, Laurentium Sixti Archidiaconum,qui reconditos habebat theſauros,in cuſtodia teneri, gauiſus eſt,iuſſitq, eũ ſibi præſentari, aitque illi; Vbi ſunt theſauri eccleſiæ, quos apud te cognouimus recõditos? Beatus Laurentius ne verbum quidẽ illi reſpondit. Decius itaq; tradidit eũ Valeriano præfecto,dicens: Perquire diligenter de theſauris eccleſiæ, & fac vt ſacrificet: Quod ſi nolit,diuerſis pçnis eum interfice. Valerianus autẽ tradidit illũ Hippolyto vicario in cuſtodia

Decius Imp. inhiat theſauris Eccleſiæ.

dia

dia aſſeruandum, qui dixit Laurẽtio; Oſtende mihi theſauros eccleſiæ. Cui Laurentius: O Hippolyte, ſi credis in Deum patrem omnipotẽtem, & in filium eius Dñm Ieſum Chriſtũ, & theſauros tibi oſtendo, & vitam æternam promitto. Dicit ei Hippolytus: Si dictis facta compenſas, faciã quod hortaris. Deinde more ſolito catechizauit, & baptizauit eum. Iubetur iterum reduci ad Valerianũ; qui dixit Laurẽtio: Pone iam pertinaciã, & profer theſauros, quos apud te didicimus repoſitos. B. Laurẽtius dixit: Da mihi bidui aut tridui inducias, & proferã tibi theſauros. Dixit autem Valerianus Hippolyto: Tua fide habeas trium dierũ inducias. Collegit ergo B. Laurentius cæcos, claudos, debiles & pauperes, & abſcondit eos in ædibus Hippolyti. Valerianus verò nũtiauit Decio, Beatum Laurentiũ, triduanis acceptis inducijs, promiſiſſe ſe theſauros prolaturum. Poſt triduum præſentauit ſe B. Laurentius, in palatio Saluſtiano; Dixitq. ei Decius corã Valeriano præfecto: Vbi ſunt theſauri, quos te exhibitu rũ pollicitus es? B. Laurẽtius, collecta multitudine pauperũ, introduxit eos in palatium, dicens clara voce: Ecce iſti ſunt theſauri æterni, qui nunquã minuuntur, ſed creſcunt: qui in ſingulos diſperguntur, & in omnibus inueniuntur. Valerianus Præfectus dixit: Quid p multa vagaris? Sacrifica Dijs, & abijce artes magicas, quibus confidis. B. Laurentius dixit: Quid ita premit vos diabolus, vt Chriſtianos iubeatis ſacrificare dæmonijs? Vos ipſi iudicate, uſtumne ſit nos ceruices noſtras inclinare dæmonibus potiùs, quàm Deo, viſibilium, & inuiſibilium omnium creatori, & vtrum debeat adorari is qui fecit, an qui factus eſt.

Pauperes ſunt theſauri Eccleſiæ.

XVIII. *De proprijs bonis, non de alienis facienda eleemoſyna.*

Nicetas Chouiates lib. 3. Annal. de imperio Iſaacij Angeli.

ISaacius Angelus imperio potius quinq; auri centenarios ciuibus diuiſit, Magna hebdomade, qua ſupplicij, qđ Deus homo pro nobis ſubijt, memoria colitur viduas eleemoſynis, pauperculas virgines dote & ſumptu nuptiarum iuuabit. Neq; verò ſingulos dumtaxat homines, domos, familias munificẽtia ſua recreabat, ſed interdum vrbibus integris tributum remittebat. Vt paucis complectar, ita propenſus erat ad miſericordiam, beneficentiam, & inopum ſubleuationẽ, vt quidquid vndecumque per vim & iniuriam partum acceperat, id rurſus vtraq; manu effunderet, eaq; de cauſa, etſi pecunia à pauperibus exigebatur, in eo errore verſabatur, vt ſe non peccare perſuaſum haberet, quod hoc modo ijſdem reſtitueretur. Nam immenſi ſumptus efficiebant, vt in prouincias mitteret homines corruptos, qui magiſtratus auctionarentur. Quæ cauſa erat, vt reſp. peſſum iret. Nam pecunia per vim & fraudem acquiſita, etiam bene partam vnà corrumpit & abſumit. Deniq; à ſuomet fratre Alexio Comneno expulſus eſt regno.

XIX *Eleemoſynam ex illicitis reſpuit Launomarus Abbas.*

ANno Chriſti 567. tempore Chilperici in Gallia refulſit. Launomarus Abbas: ad quem vir quidam nobilis, Ermoaldus nomine, qui iam ad extrema perductus, mortis angoribus premebatur, miſit ſolidos quadraginta, obnixè rogans, vt ipſi iam in ſupremo conſtituto ſpiritu velit benignus opitulari, & ſuis apud Deum precibus efficere, vt ſpes obtinendæ ſanitatis ipſi præſtetur. Illam pecuniam vir ſanctus prorſus recipere noluit tamen rogante latore, accepit illam quidem: ſed ingreſſus in oratorium fudit preces ad Deum, vt accepta foret in conſpectu illius oblatio hominis: imponenſq. altari pecuniã, & multo ſtudio ſingulos appendens, & manu reſeruans nummos, crebroque flectens genua, & orans Dominum; ad extremum nonniſi vnum ex omnibus retinuit ſibi ſolidũ, quẽ per ſpi-

Cæſar. Baro. to. 7. Annal. Eccl. anno Dom. 567. 24.

ſpiritum cognouit non rapina, ſed iure partum eſſe. Reliquos autem reſtituens illi, qui eos attulerat, ait: Hæc pecunia per iniquitatem conflata eſt; nec poteſt mutare ſententiam Dei, nec vitæ ſpatia producere, nec peccatorum veniam impetrare, ſcriptum eſt enim: Victimæ impiorum abominales Domino: vota iuſtorum placabilia. Hinc eſt illa prophetæ exprobratio: Sacrificare de fermento laudem. De fermento quippe laudem immolat, qui Deo ſacrificium de rapina parat. Tu ergo, frater, celeriter nuntia Domino tuo, vt pro animæ ſuæ ſalute ſit ſollicitus, iniuſtéque alijs ablata reſtituat, noueritque hoc morbo vitam ſe amiſſurum temporariã: nos vero, Chriſto propitio, bonis omnibus abundamus, nec quidquam nobis firmiter in Chriſtum credentibus poterit deeſſe. Dominus ſit tecum, fili: vade in pace. Ille his auditis, abijt ad Dominum ſuum: quem tum quidẽ adhuc viuẽtem reperit; ſed idẽ tamẽ inualeſcẽte morbo exceſſit è vita.

Prius aliena reſtituẽda, quã fiãt eleemoſyna.

XX. *De cera furto ablata, & Deo oblata in lapidem verſa.*

Ex Surio in vita S. Galli, cap 8. Baron. Annal. Eccl. to. 9. anno Do. 747. 7.

PAuperculus quidam iuxta Regiã poſſeſſionem, quæ Rotumuila dicitur, commanens, dum ad cellam ſancti viri Dei pergere voluiſſet, nec haberet aliquid quod ob deuotionis indicium illuc deferre potuiſſet: diabolo ſuadenti cõſentiens, atriũ cuiuſdam diuitis irrupit, & alueare cum melle & apibus furtim auferens, intulit domui ſuæ; apibus deinde extinctis, ceram conficit. Et non multò poſt inter vicinos & amicos cum hoc furtiuo munere ad Eccleſiã venerabilis Galli perrexit. Cumque ſinguli, quod attulerant, obtuliſſent: is qui contra fas offerre voluit de rapina donariũ, ceram reperit in lapidis duriſſimi rigorem mutatam. Ingenti itaque timore perculſus, vni eorum qui ſecum venerãt, reatũ ſuum confeſſus eſt. Qui deinde cũ cuſtodib. Eccleſię quę facta fuerant indicarent, fama huius miraculi mira celeritate cunctis innotuit.

Eleemoſynã furtiuã non recipit Deus.

XXI. *Ducis Sabaudiæ inſignis benignitas pauperes alendo loco canũ venaticorũ.*

Sebaſtiã M. li. 2 Coſmog. Rap. Volat. li. 2 Geogr.

AMædæus Sabaudiæ dux, rogatus quondam à quibuſdam oratoribus, qui ad eum venerant, an etiam haberet canes venaticos, ad venandũ ceruũ vel aprum? Annuit, vt poſtera die redirent. Cum verò iam adeſſent, exſpectantes videre quod cupiebant. Amædæus è pergula Aulæ ingentem à latere ædium mẽdicorum multitudinem eis oſtendit vnà diſcũbẽtium. Atque hi ſunt, inquit, canes mei, quos alo quotidie, quibuſque cœleſtẽ gloriam me ſpero venaturum. Et ſi alios canes haberem, nullum per eos leporem vel ceruum, vel aprum caperem, qui mihi centum aureis non conſtaret. Malo equidem reditum meum in re magis ſeria collocare.

Melius eſt pauperes, quam canes venaticos alere.

XXII. *In præſtanda miſericordia modus ſeruandus.*

Niceph. Calliſt. lib. 13 eccl. hiſt. c. 24.

SAncta Olympias, vidua nobilis, Cõſtantinopoli Diaconiſſa, cùm multarum facultatum eſſet, primũ quidẽ prout ſors tulit, petentibus eas diſtribuit. Cùm verò eam ſic facere inſigne Eccleſię lumẽ S. Io. Chryſ. videret, (eã enim Diaconiſſam Nectarius legerat) cõſiliũ ſanè, inquit, & inſtitutũ tuum, ò mulier de vanis hiſce mundi rebus admiror. At diſpenſandi largiendique modum tenere eum oportet, qui ad perfectæ virtutis faſtigium contẽdit. Ac tu quidẽ, quæ habentibus ſubſtantiam tuã diſtribuit, mari ipſi aquã inferre & mutuam dare videris. Illud autem te maximè ſpectare decet, quãdoquidem tua ſponte Deo ipſi bonis tuis ceſſiſti, & domino poſſeſſionique pecuniarum renunciaſti, vt eas de cætero veluti diuinis iuris factas rectius maiore cum æquitate diſpenſes, obnoxiamq. te reddẽdæ rationi, ſi quid de eis pręter rationem factum fuerit, eſſe ſcias. Itaque liberalitatem, ſi mihi ob-

Eleemoſyna egentibus diſtribuenda.

obſequeris, petentium indigentia metieris. Plures enim hoc modo abundabunt, & miſericordiam ſimul, & neceſſitatis curam, quam in diuina pecunia conſectari conuenit, conſeruabis, compenſationemque & gratiã conſequeris. Ex eo igitur tempore in ſolam ſãctorum curam opes ſuas impendere conſtituit, & liberali manu virtutis amatores proſecuta eſt.

De profuſiore Paulæ viduæ in pauperes liberalitate vide Hieron. ad Euſtoch. in Epitaph. Paulæ, Epiſtol. 27.

XXIII. *B. Virgo & Angeli aſſiſtunt in opere miſericordiæ, & triticum corruptum reddũt optimum & ſapidum.*

Raymũdus Capuan. in vita eius apud Su. 29. Apr.

MIrabile eſt illud, quod modò ſubijciã, ſingularem miſericordiæ laudem continens. Alexia vidua adeò feruenter Catharinam Senẽſem amabat, vt propemodum abſq; illa viuere nollet. Accidit autem anno quodã, vt magna eſſet tritici apud Senenſes inopia. Vendebatur ẽt vile & malè olens triticum, & eius partem quandã Alexia quoq; emit, ne pane omnino careret. Antequam autẽ putridũ illud triticum abſumeretur, nouum, idq. purũ proſtabat in foro. Itaque volebat Alexia abijcere id quod reliquũ erat corrupti tritici, & emere recens: prius tñ mentem ſuam ſanctæ virgini aperuit. Illa verò reſpondit: Itane tu abijcere vis, quod Dñs voluit eſſe hominũ alimentũ? Quod ſi tibi non licet illo veſci, da pauperibus, qui non habent qđ edant. Alexia rurſus dicẽte, non poſſe ſe tranquilla conſcientia vel pauperib. tam putentem offerre panẽ, virgo ſancta ait: Para aquam, & affer corruptã illam farinã: ego ipſa panes inde conficiam in vſus pauperum. Alexia facit vt erat iuſſa, & ſancta virgo ex modica farina celerrimè tam multos effecit panes, vt multis hebdomadibus præter omnium expectationem nouo miraculo ſufficerent, nec vllus in his ſentiebatur putor; immo, qui illis veſcebantur, dicebant ſe numquam tã grati ſaporis panes deguſtaſſe. Poſtea autem ſancta virgo ſecretè dicebat Raymundo cõfeſſario rem certè admiratione digniſſimam, & quæ apud eos ſolum fidẽ habere poterit, qui beatiſs. Virg. Matris miſerationes fuerint experti. Dixit igitur illi, ſe cũ magno charitatis & miſericordiæ affectu acceſſiſſe ad illam farinã, mox verò beatiſs. Mariã ipſi apparuiſſe ſanctis Angelis ſociatam, ſuiſq. ſacratiſſimis manibus cum ipſa panes compoſuiſſe, atq; inde ſic auctos fuiſſe. Quid hic priùs mirer aut commendẽ? An ſingulare Catharinæ meritum, quæ talẽ operis ſui ſociam habere meruit? An ſacratiſſimæ Virg. Deiparæ pijſſimam dignationẽ, quæ propter pauperum inopiam ſubleuandam ad hoc ſeruile opus maieſtatem ſuam demiſit? An ſingularem miſericordiæ virtutem, quam tali honore ſacratiſſima Virgo decorauit?

Charitas ĩ pauperes miraculo adiuta.

XXIV. *Miſericordia præſtanda potius in vita, quàm in morte.*

In vita S. Luciæ apud Su. 10. 6. Decemb. 13

EVtychia fœmina nobiliſſima Syracuſana iam moritura dixit Luciæ filiæ ſuæ: Omnia quæ ſũt patris tui defuncti ante nouem annos, intaminata cuſtodiẽs, ampliaui potius, quàm minui in patrimonio. Mea verò quæ ſũt, vel eſſe poſſunt, ipſa melius noſti. Tege oculos meos, & quodcunq; tibi placuerit, de illis facultatibus facito. Lucia dixit. Audi, mater, conſilium meũ: Non ſatis Deo charus eſt, qui illi hoc dat, quod ſecum ferre non poteſt, & quo ipſe perfrui non poteſt. Sed ſi tu vis gratum eſſe Deo, hoc illi da, quo poteris tu vti. Moriens enim nullo poteris vti: & quod das, ideo das, quia tecum ferre non præuales. Viuens ergo, & ſalutem tui corporis habens, da Chriſto, quod poſſides: & quicquid te mihi daturam ſpoponderas, vel etiam cogitabas, Chriſto incipe tradere. Igitur cum quotidie de his ſermocinaretur virgo cum matre, fiebat rerum diſtractio, & quotidie neceſſitatibus pauperum impendebantur.

Tit.

TIT. II. De virtute & fructu ſpiritali eleemoſynæ.

Act. 10. *Per eleemoſynarum largitionem peruenit Cornelius Centurio ad vitæ puritatẽ.*

I. *Impedit eleemoſyna, ne de peccatore Zenone Imperatore vltio fiat à B. Virg.*

Baron. to. 6. Annal. anno Do. 474. Ex prato ſpi. c. 175. NArrauit mihi quidam patrum de Zenone Imperatore dicens de muliere quadam, cuius filiam ipſe Imperator ad libidinem exatiãdam ſubripuiſſet: Hæc (inquit) vacabat in templo Dominæ noſtræ Dei genitricis, orans eam & deprecans, ac cum lacrymis dicens: Vindica me de Zenone Imp. Cum ergo diebus multis hoc faceret: apparuit ei per viſum ſancta Dei Genitrix dicens: Crede mihi, mulier, vltionẽ tuã ſæpe facere volui, ſed manus eius prohibet me. Erat enim valde miſericors & eleemoſynas faciens. *Vis eleemoſynarum.*

II. *Miraculo demonſtratur retributio futura pro eleemoſyna in vita beata.*

In prat. Spir. cap. 159. Hugo Etherian' lib. de regreſſu animarũ ab inferis c. 15. Io. Zon. 3. Annal. Bred. li. 8. c. 2. CVm Alexandriæ eſſemus, Leótius Apameenſis vir religioſus, ac fideliſſimus venit ex Pentapoli: multis enim iam annis Cyrene moratus fuerat. Venit autem diebus Eulogij ſancti Alexandrini Patriarchæ, eiuſdem Cyrenenſis vrbis futurus Epiſcopus. Cũq. in familiari colloquio eſſemus, narrauit nobis, dicens: Fuit temporibus Theophili beatiſſimi Patriarchæ Alexandrini Cyrene Epiſcopus Syneſius Philoſophus. Qui cum veniſſet Cyrenem, reperit illic philoſophum quendam, Euagrium nomine, qui ſodalis ſuus in ſtudijs liberalibus fuerat, amicum ſibi chariſſimum, ſed religione Gentilem, & culturæ idolorũ maximè deditum. Eum Epiſcopus Syneſius ab idololatria transferre ad culturam Chriſti ſatagebat, curamq. ingentem eius rei ſibi aſſumpſerat pro charitate, quam erga ipſum à principio habuerat. Ille vero minimè id patiebatur, neq; illius doctrinam admittere volebat. Epiſcopus tamen præ nimio ad illum amore, ne ſic quidẽ tædio victus deſiſtebat diebus illum ſingulis hortari, & inſtruere, ac inducere, vt Chriſto crederet, ipſiusq. Sacramenta ſuſciperet. Cumq. illi quotidie iſta monita dare perſiſteret, dixit ad eum ſemel Philoſophus: Vere, mi Domine Epiſcope, cum cæteris, quæ mihi diſplicent in Chriſtianis, hoc eſt, quod conſummationem ſæculi iſtius futurã dicunt, & poſt conſummationem omnes, qui ab initio ſæculi fuerũt, homines, in iſto corpore, reſurrecturos, carnemq. hanc ipſam incorruptibilẽ recepturos, & immortalem, atq; in perpetuum victuros, ſicq. eorum, quæ in corpore geſſerunt, præmia percepturos: eum etiã, qui miſeretur pauperi, fœnerari Deo: & qui diſpergit in pauperes & inopes, in cœlo ſibi theſauros reponere, & centuplicata, quæ erogauerit, in regeneratione in æterna vita, à Chriſto eſſe reddenda. Quæ omnia cum dicũtur, deceptio & irriſio, & fabula mihi videntur: Epiſcopus autem Syneſius aſſeuerabat omnia Chriſtianorũ vera eſſe, nihilq. habere omnino falſum, vel veritati contrariũ, idq. multis documentis aſſerebat, & illi perſuadere conabatur. Poſt multum vero temporis, cum illum induxiſſet Chriſtianum fieri, baptizauit ipſum, & filios eius, cunctosq; domeſticos illius. Cæterum non multo poſtea quã baptizatus fuerat: dedit Epiſcopo auri tria centenaria in vſum pauperum, dicens: Accipe aurũ iſtud, & diſtribue illud pauperibus, & fac mihi cautionẽ manu tua, quod Chriſtus mihi ipſum reddet in futuro ſæculo. Qui ſuſcepto auro, promptè illi, vt petebat, cautionẽ fecit. Vixit itaque poſt baptiſmum annos aliquot Philoſophus, ac tandẽ infirmatus eſt ad mortem. Cum vero morti proximus eſſet, dixit filijs ſuis: Quando curabitis funus meum chartam iſtam in meis manibus ponite, & cũ illa me ſepelite. Mortuo autẽ illo, fecerunt filij, ſicut ipſe eis præceperat, ſepelieruntq. eum cum chirographo. *Reſurrectio Gentilib. incredibilis.* *Sacræ Scripturæ promiſſiones veriſſimæ.*

Ter-

Apparitio in teſtificationem veritatis. Tertia vero poſt ſepulturã die, apparuit Epõ Syneſio nocte quieſcenti, dicẽs: Veni ad ſepulchrum, vbi iaceo, & accipe chirographum tuum. Accepi.n. debitum, ſatisfactumq; mihi eſt; atq; vt certior eius rei fias, propria mea ſub ſcripſi manu. Ignorabat autem Epiſcopus, quod chirographum illud cõſepeliſſent ei. Mane autem facto, accerſitis filijs eius, dixit: Num aliquid cũ patre veſtro in monumẽto poſuiſtis? Illi putãtes, quod eos de pecunijs interrogaret, dixerũt ei: Nihil, Dñe, præter pannos conſuetos. Quid igitur? numquid vel chartam aliquam cõſepelijſtis ei? Tunc recordati illi (ignorabant enim, quod de chirographo diceret) dixerũt ei: Ita ſanè, Domine, Chartam.n. quandam moriens dedit nobis, & ait: Quando ſepelietis me, chartam iſtam mihi in manibus date, nullo penitus ſciẽte. Tunc dixit illis Epiſcopus ſomnium, quod nocte illa viderat: ſumenſq; illos cum Clericis, ac primarijs ciuitatis, acceſſit ad Philoſophi tumulum. Quo aperto, inuenerunt iacentem Philoſophum, chirographumq; manu Epiſcopi conſcriptum ſuis manibus tenẽtem. Accipientes autem chirographum ex illius manibus, aperuerunt, inueneruntq; in eo nouiter manu Philoſophi ſubſcriptum ita: Ego Euagrius Philoſophus tibi ſanctiſſimo Domino Syneſio Epiſcopo ſalutem: Accepi debitum in his literis manu tua conſcriptum, *Mortui ad viuũ epiſtola.* ſatisfactumque mihi eſt, & nullum contra te habeo ius propter aurum, quod dedi tibi, & per te Chriſto Deo & ſaluatori noſtro. Qui vero conuenerant, hoc vidẽtes, obſtupuerunt, & per multas horas clamarũt: Kyrie eleiſon, glorificantes Deum, qui facit mirabilia, talemque, ac tantam promiſſionum ſuarũ euidentiam dat ſeruis ſuis.

III. *Deuſdedit Monachus eleemoſynis domum ſibi ædificat in cœlis.*

Baro. to. 7. Annal, Ec. HIc etiam quidam iuxta nos, Deuſdedit noĩe, religioſus habitabat, qui calceamenta ſolebat operari; de quo alter per reuelationẽ vidit, quod eius domus ædificabatur, ſed in ea cõſtructores ſui ſolo die ſabbathi videbãtur operari. Qui eiuſdem viri poſtmodũ ſubtiliter vitam inquirens, inuenit, quia ex his, quæ diebus ſingulis laborabat, quidquid ex victu, atq; veſtitu ſupereſſet, die ſabbathi ad B. Petri Eccleſiam deferre conſueuerat, atq; indigentibus erogare. Qua ex re perpẽde, quia nõ immeritò domus ipſius fabrica creſcebat. Sanè quidẽ quæ per viſũ oſtẽſa ſũt ſymbola veritatis, ex diuinis quoq; ſcripturis ſibi vendicãt teſtimonium: ſi.n. de ſtructura agitur, ſcriptũ eſt: Miſericordia ædificabitur in cœlis. *el. anno 590 ex lib. 4 dial. Greg. c. 30.*

IV. *Eleemoſyna potens eſt ad delenda peccata & veniam impetrandam.*

ANno ab incarnatione Dñi nñi Ieſu Chriſti 1030. mẽſe Septembri, Indictione tertiadecima, ego Dñs Petrus Senior Sorę, & Arpini, filius bonæ memoriæ Dñi Rainerij, eiuſdem ciuitatis, & Dña Doda filia bonę memorię Oderiſij Comitis, vxor ſupradicti Dñi Petri, vna cum eius voluntate & abſolutione, bona, & ſpontanea voluntate noſtra declaramus, quia dum quadam die cogitare cœperimus intra noſmetipſos, qualiter in peccatis concepti, & nati ſumus, & qualiter ab infantia noſtra die noctuque, horis & momentis innumerabilia peccata commiſimus, & qualiter in illo terribili Iudicio de omnibus factis noſtris, & cogitationibus Deo rationem reddituri ſumus; & qualiter ab illo æquiſſimo Iudice vnuſquiſq; recipiet ſecundum opera ſua: Et rurſus dum cogitare cœpimus, qualiter impij & peccatores, qui hic peccata ſua redimere negligũt; in illam pauẽdam pęnam perpetuo cum diabolo damnabũtur, & qualiter iuſti & electi Dei in illa æterna beatitudine cũ Dño gloriabuntur: ſubito reſpexit nos diuina pietas, & compunctum eſt cor noſtrum cum tremore, & æſtuatione cordis, & cepimus cogitare, & quærere cõſilium à Sacerdotib. & religioſis viris, *Baro. to. 11. ad ann. Do. 1030.* *Cogitatio nouiſſimorum nunquam imbruit.*

qualiter innumerabilia peccata noſtra redimere potuiſſemus, & ab ira æterni Iudicis & à pœna æterna euadere. Accepimus cõſilium ab eis: præterquam renuntiare ſæculo, nihil eſſe melius quã Eleemoſynarum virtutem, & de proprijs rebus & ſubſtantijs monaſterium conſtruere, & ibidem cœtus monachorũ Deo famulantium coadunare, & ibi ſecundum regulã, & normam beati Benedicti laudem Deo reſonare, & vota perſoluere, & omni tempore pro animabus noſtris inceſſanter orare. Hoc cõſilium ab eis lubenter, & ardentiſſimo amore accepimus, & cępimus quærere inter noſmetipſos, vbi oportunum locum inuenire potuiſſemus. Et ſic Deo cõcedente, inuenimus locũ in finibus Soræ, vbi dicitur, Inter formas, quem habebamus in rebus proprietatis noſtræ per chartulam acquiſitionis. Ibiq; nos ipſi Dominus Petrus, & Domina Doda ſimul atq; communiter vno animo, mente vna nouo fundamento conſtruximus Eccleſiam in honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti & ſanctæ Dei genitricis & Virginis Mariæ & tradidimus eam in manus viri venerabilis Domini Dominici Sacerdotis, & abbatis, & ibi eum abbatem conſtituimus, vbi monaſterium conſtruxiſſet, & cœtus monachorum Deo famulantium eo aduocaſſet, &c.

Monaſteriorũ fundatio, res optima, & Deo gratiſſima.

V. *Quod à peccatis non liberat eleemoſyna ex rapinis facta.*

Idẽ Baron. eod. to. anno Do 1024. 3. Ex Petro Dam in Epiſt. ad N col. II Pontific

EPiſcopus; qui tum (ſi recte teneo) Capuæ præerat, vidit maiorẽ Benedictum Papã (ita dictus Benedictus Octauus maior reſpectu nepotis eius, qui iunior eſt Benedictus appellatus) qui iam obierat, nigro equo quaſi corporaliter inſidentem. Cumq; illum cęptũ iter capere cerneret: Heus, inquit, nónne tu es Papa Benedictus, quẽ defunctũ liquido nouimus? Ipſe, inquit, infelix ego ſum. Et ille: Quomodo tibi eſt, Pater? Grauibus, ait, tormentis affligor, ſpe tamen, (ſi adiutorium præbeatur), de mea recuperatione non priuor. Sed perge quæſo ad Fratrem meum Ioannẽ, qui nunc Apoſtolicam occupat ſedem, eique, mea functus legatione, denuntia, vt illã potiſſimùm ſummam, quæ in tali thecá recõditur, in pauperes pro mea ſalute diſtribuat, ſicq; me redimendũ eſſe, quandocunque decreuerit diuina miſeratio, agnoſcat. Nam cætera quæ pro me ſunt indigentibus tradita, nihil mihi penitus profuerunt, quia de rapinis & iniuſtitijs acquiſita ſunt. Hic igitur Epiſcopus Romã impiger adijt, & vbi Ioanni Papæ defuncti Fratris Benedicti verba narrauit, Epiſpcopalis mox ſarcinæ pondus abiecit, monachũ induit, eoq; modo ſalutem ſibi ex aliena calamitate prouidit.

VI. *Theophanius Dominum in paupere lauit immo, & ipſum Dominum in ſpecie pauperis.*

Ex D. Gregor. Mag homil. 56. in Euãg.

FVit in Centumcellenſi vrbe Theophanius Comes, vir miſericordiæ actibus deditus bonis, quotidie ad mẽſam ſuam peregrinos cum ſuſciperet, quodam die peregrinus quidã inter alios aduenit, ad menſam ductus eſt, dumq; Paterfamilias ex humilitatis conſuetudine aquam vellet in eius manibus fundere, conuerſus vrceum accepit, ſed repente eum, in cuius manibus aquam fundere voluerat, non inuenit. Cumque hoc factum ſecum miraretur, eadem nocte ei Dominus per viſionem dixit: Cæteris diebus me in membris meis, heſterno autem die me in memetipſo ſuſcepiſti.

TIT. III. De virtute & fructu temporali & corporali Eleemoſynæ.

Proles promittitur Abrahamo propter Eleemoſynam. Gen. c. 18.

Abigail, ob panes aliquot Dauidis militibus prudenter diſtributos ad ſtatum Rgium promouetur. 1. Reg. 22.

Vidua, etiam pauper, Eliam, magno 3. Reg. 17

gno cum gaudio hoſpitans, dignos percepit fructus.

4. Reg. 4. *Mulier Sunamitis Eliſæum tranſeuntem hoſpitio ſuſcepit, atque ideo ei filium impetrauit, & eundem mortuum ſuſcitauit.*

Act. c. 28. *Cùm euaſiſſet Paulus cum ſocijs de cõfracta naui, Publius princeps triduo eis victum benignè exhibuit. Paulus autem patrem ipſius febri & dyſenteria laborantem, oratione, & manuum impoſitione ſanauit.*

I. *De Adriani ſecundi Pontificis liberalitate diuinitus multiplicata.*

Ex Plat. in vitis Pont. in Adriano 2. Alph. Salme. to. 6. tra. 27.

ADrianus ſecundus, patria Romanus, patre Valaro Epiſcopo, Sergio Pontifici familiaris fuit, à quo cũ aliquando denarios quadraginta dono accepiſſet, domum rediens diſpenſatori mandauit, vt eos peregrinis & pauperibus, qui in veſtibulo domus ſuæ ſtabant, erogaret. Facere ille mandata conatus, cùm videret, ne minimę quidem parti tantula re ſatisfieri poſſe, ad Adrianum rediens rẽ ipſam exponit. Tũ Adrianus accepta pecunia ad pauperes rediens, & ternos denarios ſingulis præſtitit, & totidem ſibi, rei familiari ſatisfacturus, reſeruauit, admirante diſpenſatore miraculum rei. Cui Adrianus: Vides, inquit, quàm benignus & largus ſit Dominus, his pręſertim, qui liberales & munifici in pauperes ſunt; Hac & alijs virtutibus tanto in pretio apud omnes fuit, vt cũ de Pôtifice creando ſermo haberetur, certatim omnes vnicum Adrianum deligerent, quem etiam ab Eccleſia ſanctæ Dei Genitricis ad præſepe, ad Lateranenſem Baſilicam nolentem detulere, ac ſtatim Pontificem crearunt. Non eſt habita in tanto tumultu cuiuſpiam ratio.

II. *Oſualdi Regis manus in pauperes liberalis poſt mortem non putreſcit.*

BEda libro tertio Anglicanæ hiſtoriæ capite ſexto refert, quod tempore quodam cum Oſualdus Anglorũ Rex die ſancto Paſchæ cum Aidano Epiſcopo conſediſſet ad prandium, poſituſq; eſſet in menſa corã eo diſcus argenteus regalibus epulis refertus, iamq; eſſent manus ad panẽ benedicendum miſſuri, intrauit ſubitò miniſter ipſius, cui ſuſcipiendorũ inopum erat cura delegata, & indicauit Regi, quia multitudo pauperum vndequaque adueniens maxima per plateas ſederet, poſtulans aliquid eleemoſynæ à Rege. Qui mox dapes ſibimet appoſitas deferri pauperibus iuſſit, ſed & diſcum argenteum confringi, atq; ijſdem minutatim diuidi præcepit. Quo viſo, Pôtifex qui aſſidebat, delectatus tali facto pietatis, apprehendit dexteram eius, & ait: Nunquã inueteraſcat hæc manus. Quod & iuxta votum benedictionis eius prouenit. Nã cùm interfecto illo in pugna, manus cũ brachio à cætero eſſent corpore reſectæ, contigit vt hactenus incorruptæ perdurent. Deniq; in vrbe Regia, quæ à Regina quadã nomine Debba cognominatur, loculo incluſo argenteo, in Eccleſia ſancti Petri ſeruantur, ac digno à ciuitatibus honore venerantur.

Ex Beda l. 3. hiſt. Angl. c. 6.

Oſualdi Regis miſericordia in pauperes.

III. *Quomodo Deus liberalitatem Tiberij Cæſaris etiam in hac vita compenſarit.*

CVm Iuſtinus Imperator amiſſo ſẽſu amens effectus eſſet, & per ſolam Sophiam Auguſtã eius imperium regeretur, Tiberium Cæſarem elegerunt, vtilem ſtrenuum atq; ſapientem eleemoſynarium, inopumq; optimum defenſorẽ. Qui cùm multa de theſauris, quos Iuſtinus aggregauit, pauperibus erogaret, & Auguſta eũ frequentius increparet, quod Rempublicam redegiſſet in paupertatem, diceretq;: Quod ego multis annis congregaui, tu infra paucum tempus prodigè diſpergis, aiebat ille: Nõ deerit fiſco noſtro, tantum pauperes eleemoſynam accipiant, aut captiui redimantur. Hic eſt enim magnus theſaurus, dicente Domino:

Gre Tur. l. 5. c. 19. hiſt Frãc. Eutrop l. 17 Rer. Rom. Paul. Diac. hiſt Long. b li 3. c 6 an. D 576. Matth 6 19.

mino: Theſaurizate vobis theſauros in cęlo, vbi neq; ærugo, neq; tinea corrumpit, & vbi fures non effodiunt, nec furãtur. Ergo de quo Deus dedit, congregemus per pauperes in cęlo, vt Dominus nobis augere dignetur in ſeculo. Et quia, vt diximus, magnus & verus Chriſtianus erat, dum hilari diſtributione pauperibus opem pręſtat, magis ac magis ei Dñs ſubminiſtrat. Nã deambulans per palatiũ vidit in pauimento domus tabulam marmoream, in qua (vide l. vnicam, c. nemici licere ſignum ſaluatoris Chriſti humi vel in ſilice, vel in marmore, aut inſculpere, aut pingere) crux Dominica erat ſculpta, & ait: Cruce tua Dñe frontem noſtrã munimus, & pectora, & ecce crucem ſub pedibus conculcamus. Et dictò citius iuſſit eam auferri, defoſſaq; tabula atque erecta, inueniunt ſubter & aliam hoc ſignum habentem. Nuntianteſq; iuſſit & illã auferri. Qua amota reperiunt & tertiam: iuſſuque eius & hanc auferunt. Qua ablata inueniunt magnum theſaurum, habentem ſupra mille auri centenaria. Sublatumque aurum pauperibus adhuc abundantius, vt conſueuerat, ſubminiſtrabat, nec ei Dominus aliquid deficere permittebat pro bona voluntate ſua. Quid ei Dominus in poſterum tranſmiſerit, non omittam. Narſes ille dux Italiæ, cum in quadam ciuitate domum magnam haberet, in Italiã cum multis theſauris egreſſus, ad ſupra me moratam vrbem aduenit: ibiq; in domo ſua occultè ciſternam magnam fodit, in qua multa millia centenariorũ auri, argentique repoſuit, ibiq; interfectis conſcijs, vni tantum modò ſeni per iuramentũ condita commendauit, defunctoque Narſete hęc ſub terra latebant. Cumque ſupra dictus ſenex huius eleemoſynas aſſiduè cerneret, pergit ad eum dicens, ſi, inquit, mihi aliquid prodeſt, magnam rem tibi Cæſar edicã. Cui ille, dic, ait, quod volueris. Proderit.n. tibi, ſi quidquam nobis profuturũ eſſe narraueris. Theſaurum, inquit, Narſetis reconditum habeo, qđ in extremo vitæ poſitus celare nõ poſſum. Tunc Cęſar Tiberius gauiſus, mittit vſq; ad locum pueros ſuos. Præcedente verò ſene, hi ſequuntur attoniti. Peruenienteſq; ad ciſternam, deopertam ingrediuntur. In qua tantum aurum, argentumq; reperiunt, vt per multos dies vix euacuaretur à deportantibus. Ex hoc ille ampliùs hilari erogatione diſpenſauit egenis.

Cruciũ veneratio.

IV. *De eo qui ſimplum dedit pro Chriſto, centuplum recepit etiã in hoc ſæculo.*

Simeon Met. in vita S. Io. Eleemoſ. & Bred. li. 6. coll. c. 10.

AD Magnum Ioannem aliquando euntẽ ad Eccleſiam accedit, quidã nobilis, cui fures quas habebat facultates diripuerant, & qui ſic erat ad extremam redactus paupertatẽ. Cuius miſertus, quę tam breui tempore acciderat, inopiæ, iuſſit ei dari quindecim libras auri. Ille autẽ, qui iuſſus fuerat dare, partim quidẽ cedens inobedientiæ, partim autem ſuggeſtioni eorum, qui adminiſtrabant res Eccleſiæ, tamquam non eſſent multa reliqua, vtpote quod neſciret Magnus Ioannes theſaurum recõdere, præbuit quinq; tantum ei, qui rogauerat. Beato autem Ioanni ex Eccleſia egredienti, mulier quędam vidua admodum diues ei tradidit chartã, in qua ſcriptum erat donum quingentarum librarum. Quam cũ legiſſet intellexit ex ea, quæ in ipſo habitabat gratia, id quod non fuerat factũ prout iuſſerat, de diminutione, inquam, quindecim librarũ auri. Cùm eos ergo, qui id fecerant, acceſſiuiſſet, de eo examinauit. Cum autem ij de re geſta mentiri conarentur, & non ſolum in re prius, ſed etiam mendaces exiſtere in ſermone, eo ipſo, qui rogauerat, accerſito, cũ reſciuiſſet eũ accepiſſe ſolas quinq; libras auri, oſtẽdens illis chartam mulieris, à vobis, inquit, Dñs eſt exacturus alias mille. Si enim vos quindecim libras, vt a nobis ſtatutum fuerat, ei qui rogarat præbuiſſetis, mille & quingentas Deo prębuiſſet mulier. Vt autem factis fides fiat eius,

Defraudatio pauperũ cælitùs reuelata.

quod

quod vobis eſt incredibile, accerſite, inquit, mihi hanc piam mulierē. Cum ea aūt acceſſiſſet, & aurum promiſſum attuliſſet: Dic mihi, inquit Patriarcha, an tm̄ pecuniæ ſtatuiſſes Deo offerre ab initio? Illa veró cùm ſenſiſſet illum nō latuiſſe id qđ ſeorſum ab ea factum fuerat, magno metu correpta, vniuerſum arcanum enunciauit, dicens: Reuera mille & quingentas libras ſcripſeram in charta tibi data. Paucis autem poſt diebus cùm eam euoluiſſem, inueni mille neſcio quomodo ſua ſpōte deletas. Hinc iudicaui Deo omninò nō placere, vt plures quingentis libris offerrem. Hęc illis qui audiuerant magnum metum iniecerunt, & accidentes ſimul ad pedes magni Ioannis, petierūt, vt ſibi remitteretur peccatū inobediētię. Illi autem Chriſti amāti viduæ multā à Deo precatus benedictionē, demiſit B. Ioānes, vt abiret in pace.

Diſpēſatorū infidelitas fraudieſt hæris.

V. *Centuplum retribuitur S. Germano Epiſcopo Antiſiodorenſi, & plus ſi famulus cui mandarat plus dediſſet.*

OCcurrerunt aliquando in via ſancto Germano, Epiſcopo Antiſiodorenſi in Gallia, pauperes eleemoſynam poſtulantes. Conſulit ille Diaconum quantū eſſet in ſumptibus. Tres tantum aureos eſſe reſpōdit, quod ſtatim præcepit Epiſcopus erogari. Adhæc Diaconus: Vnde victuri hodie ſumus? Reſpondet ille: Paſcet Deus pauperes ſuos. Tu quod habes præſta pauperibus. Diaconus quaſi prouidus, duos erogat, reſeruat vnum. Dumque agitur iter cœptum, veniunt poſt eos equites concitati, à Leporio ſpectabili viro miſſi, qui ducentorum ſolidorum munus obtulerunt. Deinde conuerſus ad Diaconum, ait; Accipe quæ traduntur, & intellige te fraudem feciſſe pauperibus. Nam ſi totum quod dedi, indigentibus contuliſſes, remunerator noſter trecentos hodie reddidiſſet.

In vita eius apud Sur. to. 4. li 2. c. 11. Iulij 31.

Pro modo eleemoſynæ eſt & retributionis modus.

VI. *S. Marcellus pro nouem aureis donatur nouem talentis, ſi œconomus dediſſet decem, vt mandarat dominus, decem talenta data fuiſſent.*

SAnctus Marcellus Archimandrita monaſterij τῶν ἀκοιμήτων, id eſt, non dormientium, iuſſit ęconomo ſuo, dare tribus Epiſcopis, à captiuitate redeuntibus, quidquid auri habebat. Ille ex decem aureis nouem dedit, vno retento; volens fungi officio boni ęconomi. Venit pauló poſt ad Marcellum quidam, donans eum nouem talentis. Quibus acceptis, ait ad œconomum Abbas: Ecce, ò auare, quis ſit exitus tuæ parſimoniæ; fecit vt vno talento minùs acceperimus; decem vtiq; accepturi, ſi decē aureos dediſſes. Hæc eſt menſura bona, conferta, coagitata, ſupereffluens, quam Chriſtus promiſit.

Aloyſ. Lipo. to. 5. ex Sim. Metap. apud Suri. 29. Dec. c. 1.

VII. *Epiphanius plus largiendo plus accipit.*

ANno Domini 399. Epiphanius Cypriorum Epiſcopus, ad cuius ſepulcrū hactenus dæmones expelluntur, cùm ſubſtantiam propriam neceſſitatem ſubſtinentibus erogaſſet, & multis quoq; offerentibus ei pecunias manu largiſſima diſpenſaret, contigit, vt pecunijs deficientibus œconomus Eccleſiæ murmuraret. Quo facto aſſiſtens quidā in domo, in qua habitabat œconomus, ſacculū multarū pecuniarū dedit, & ita diſparuit, vt nec qui dediſſet, nec qui miſiſſet, cognoſceretur. Quod factum omnes diuinum eſſe iudicauerunt.

Hiſt. tripart. li. 9 c. 48 Anno Domini 399.

VIII. *Admirabile miraculum Dei Chriſtianorum rependentis cum fœnore ſextuplum.*

CVm in Samo inſula eſſemus, narrabat nobis venerabilis pauperū cultrix Maria, mater Domini Pauli Cādidati, dicens: Cùm eſſem in ciuitate Niſibe, erat ibi Chriſtiana mulier virum habens gentilē. Erant autē pauperes, habebāt tamē quinquaginta nu-

Prat. ſpir. cap. 185.

miſmata. Die verò quadam ait vir vxori ſuæ: Demus hæc numiſmata fęneratori, vt aliquod ſolatium ex eis capiamus. Ea.n.ſingulatim conſumimus, & deficiunt. Reſpondens autem illa bona vxor, ait viro: Si placet ea fœnerari; veni, demus illa ſub fœnore Deo Chriſtianorũ. Dixit ei vir eius: Et vbi eſt Deus Chriſtianorum, vt demus ei? Ait illa: Ego tibi illum oſtendam: Si enim huic dederis illa, non ſolum non illa perdes, ſed & vſuras tibi perſoluet, & capitale dulpum reddet. Qui ait illi: Eamus, oſtende illũ mihi, & demus ei. Illa verò aſſumens virum ſuum, duxit in ſanctã Eccleſiã. Habet autem Eccleſia illa quinque magnas ianuas. Cùm ergo induxiſſet illum in Eccleſię porticum, oſtendit ei pauperes, dicens: iſtis ſi prębueris, Deus Chriſtianorum ipſa accipit. Iſti enim omnes ſui ſunt. Qui mox cum gaudio numiſmata cœpit erogare pauperibus. Reuerſique ſunt in domum ſuam. Cùm verò poſt menſes tres neceſſitate ſumptuũ anguſtiarentur, ait vir vxori ſuæ: Soror, nihil, vt video, daturus eſt nobis Deus Chriſtianorum ex debito illo, & nunc anguſtiamur inopia. Reſpondit mulier, & ait illi: Profectò dabit. Vade, vbi illa dediſti, & exhibebit ea tibi cũ omni alacritate. Quo audito, ille currens abijt in ſanctam Eccleſiam, veniensq; in loco, vbi erogauerat numiſmata pauperibus, & circumiens totã Eccleſiam, neminem vidit, qui ſibi debitũ redderet, niſi ſolos pauperes denuò ſedentes. Cùm ergo cogitaret in ſeipſo, cui diceret aliquid, vel à quo exigeret, adſpexit ante pedes ſuos in marmore iacere numiſma vnum ex illis, quæ pauperibus ipſe erogarat: inclinanſq; ſe, & accipiens illud, abijt in domum ſuam, & ait coniugi ſuæ: Ecce profectus ſum in Eccleſiam, & crede mihi, mulier, quòd Deum Chriſtianorum nõ vidi, vt dixiſti, nulluſq; mihi aliquid dedit, niſi quòd hoc numiſma ibi poſitum vidi, vbi ego prius erogaueram. Tunc ait ad eum mulier illa: mirabilis: Ipſe eſt, qui hoc tibi inuiſibiliter pręſtitit. Ille enim inuiſibili poteſtate manus ſuæ diſponit hũc mundum. Sed vade, Dñe mi, eme nobis aliquid, vt comedamus hodie, rurſuſque ipſe prouidebit nobis. Abijt ille, & emit ſibi panem, & vinum, & piſcẽ, & veniens domum dedit vxori ſuæ. Quæ accipiens piſcẽ, cœpit ipſum purgare, exenteranſq; illum inuenit in viſceribus eius lapidem valde mirabilẽ, ita vt miraretur mulier illius pulchritudinem. Non tamen ſciebat quid eſſet. Seruatum autẽ oſtendit reuertenti viro, dicens: Ecce hunc lapidem in piſce reperi. Videns autem & ipſe miratus eſt quidẽ ipſius pulchritudinem, ignorabat tamen, quid eſſet. Cùm autẽ comediſſet, ait vxori: Dà mihi lapidẽ, vt vadam, & vendam illum, ſi quid fortaſſis pretij de illo accipere contingat. Neque enim, vt dixi, nouerat & ipſe, quid eſſet, vtpote ſimplex & rudis. Tulit itaq; lapidem, & abijt ad trapezitam, cuius erat proprium talia emere, & vendere, inuenitq; illũ iam clauſis omnibus egredientem (ad veſperũ enim iam dies erat) & ait illi: Vis emere hunc lapidem? Ille verò cõſiderans lapidem, dixit ei: Quid vis vt tibi pro eo ſoluam? Ait autem ille: Da quidquid vis. Ad quẽ ipſe: Accipe, inquit, quinq; numiſmata. Putans autem venditor, quia illuderet ſibi. Dicit ei: Et tantum vis pro illo perſoluere? Exiſtimans trapezita, quod ita ille per ironiã loqueretur, ait ipſi: Accipe decẽ pro eo numiſmata. Venditor iterum ſe irrideri arbitrans, tacuit. Dicit illi trapezita: Viginti numiſmata accipe. Ille autem tacebat, nihil reſpondes; Cùm verò ad triginta, quadraginta, & quinquaginta numiſmata emptor aſcenderet, & ſe daturum ea iuramento affirmaret, cœpit ille amplius lapidem æſtimare: paulatim verò emptor aſcendens, vſque ad trecenta numiſmata peruenit, deditque illã vendenti. Ipſe igitur dato lapidẽ acceptaque pecunia, venit ad vxorem ſuam gaudens. Quæ cum vidiſ-

Fides mulieris eleemoſynaria diuinitus compenſatur.

Lapis pretioſus in piſce inuentus.

Lapis in piſce inuentus venit trecentis numiſmatis.

vidiſſet illum exultãtem, dixit: Quanti illum vendidiſti. Putabat autem, quòd illum quinque vel decem minutis vendidiſſet. Tunc ille trecenta numiſmata proferens, dedit illa vxori ſuæ, dicens, tanti ſe illum vendidiſſe. Illa verò ſummam diuinæ bonitatis clementiam admirans, dixit ei: Ecce Deus Chriſtianorum qualis eſt? quam bonus, quàm gratus, quàm diues? Vides quia non ſolum quinquaginta numiſmata tibi reddidit, quæ tu illi mutuaſti, ſed paucis diebus ipſa tibi ſextuplicata reſtituit? Agnoſce igitur, quia non eſt Deus alius, neque in terra, neq; in cœlo, niſi ipſe ſolus. Ille vero miraculo admonitus, cum experimento didiciſſet & ipſe veritatem, effectus eſt repente Chriſtianus, & glorificauit Deum, & Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum cum Patre & Spiritu ſancto, plurimas referens gratias prudentiſſimæ vxori ſuæ, per quam vera Dei notitia ipſi in veritate eſt conceſſa.

Infidelis cognita Chriſti fidelitate in remunerãdis eleemoſynis fit Chriſtianus.

X. *Ephræm Comes Eleemoſynis & fidei Catholicæ inſiſtens creatur Epiſcopus.*

Prati ſpirit. c. 37 & Baro to. 7. Annal. Eccl. ſub ann. Do 526.

QVidam Patrum enarrauit nobis de quodam Epiſcopo, quod relicto Epiſcopatu ſuo profectus eſt ad ſanctam ciuitatem, Antiochiam ſcilicet, quod (vt dicemus) Theopolis, Dei ciuitas, fuiſſet diuinitus appellata, ibique ſumpto operarij habitu miniſtrauerit architectis. Eo vero tempore vir clemens, & miſericordiæ operibus deditus Ephræm Comes Orientes erat, ac per ipſum ædificia publica reparabantur: ciuitas enim terræmotu conciderat. Die autem quadam vidit per viſionem Ephræm Epiſcopum, columnamq; ignis ſuper eum ad cœlum vſque pertingentem. Hoc autem cum non ſemel, nec bis, ſed ſæpius cerneret; obſtupuit Ephręm (erat quippe viſio illa terribilis & plena ſtuporis) cogitabatq; apud ſemetipſum, quidnam hoc eſſet; neq; agnoſcebat, quis eſſet ille mercenarius, videns illum coma neglecta, veſte ſordida, vili & abiecto habitu, & nimia exercitatione & continentia, iugiſque laboris fatigatione afflictum, & ſquallidum toto corporis cultu. Accerſitum autẽ operariũ eiuſmodi Ephræm percontabatur, quiſnã eſſet: cœpitq; ſeorſum agere cum illo, quo vocaretur nomine, & cuius ciuitatis eſſet oriundus. Qui ait ad illum: Ego vnus pauperum huius ciuitatis ſum: cumq; non habeam, vnde me ipſum ſuſtentare valeam, cogor vt poſſum, & Deus de laboribus meis paſcit me. Motus ergo diuinitus Ephræm reſpondit illi, & ait: Crede mihi, non te dimittam, donec mihi de te omnia veraciter proſecutus fueris. Cum vero ita conſtringeretur, neque ſe vlterius poſſet abſcondere, dixit illi: Pollicere mihi, quia quamdiu fuero in vita hac, nemici dices quæ circa me ſunt: & ego, ſuppreſſo tantum nomine, vera tibi de me annuntiabo. Iurauitque illi Comes, nulli ſe ea dicturum, quamdiu eſſet in vita. Tunc ait illi: Ego Epiſcopus ſum, & propter Deum dimiſi Epiſcopãtum, & veni huc quaſi ad ignotum locum: affligens autem carnem meam, & operans ex labore meo modicum panis mihi acquiro. Tu vero quantum potes adijce ad eleemoſynam: his enim diebus Deus promouebit te ad Apoſtolicum thronum huius ciuitatis, vt ſuum populum paſcas, quem acquiſiuit per proprium ſanguinem Chriſtus verus Deus noſter. Vt igitur dixi, eleemoſynis inſiſte, & pro recta fide iugiter ſta & decerta: talibus enim ſacrificijs maxime delectatur Deus. Iſta, vt prædixerat, contigerunt; ſanctuſque Ephræm, his auditis, glorificauit Deum, dicens: Quantos habet occultos famulos, & ſoli ſibi cognitos Deus.

Eleemoſyna cõmendatur, & præſertim in Epiſcopo.

x. *Pater conſentiente filio omnia bona in pauperes profundit: filius inde pauperrimus, ſed Chriſtum curatorem habens, repente fit diues.*

Idē ibid cap 201

NArrauit quidam patrum, dicens: Aſcendi aliquando Conſtantinopolim cuiuſdam neceſſitatis gratia. Cumque in Eccleſia ſederêm, ingreſſus eſt quidam ſæcularis, maxime illuſtris, atq; fideliſſimus. Is cum aſpexiſſet me, accedens ſalutauit cum omni charitatis officio. Et poſt ſalutationem ſedit iuxta me, & cępit interrogare de his, quæ pertinent ad animæ ſalutem. Cumq; ego illi dicerem, quod his, qui rite terrena diſponunt, cęleſtia quoq; donantur: Bene, inquit, pater dixiſti: nam vere beatus eſt, qui ſpem ſuam in Deum ponit, & ſeipſum totum committit Deo. Et dicebat. Ego filius fui cuiuſdam ſæcularis gloria clariſſimi. Erat autem ipſe pater meus eleemoſynis maxime deditus, & plurima pauperibus diſtribuebat. Die ergo quadam vocauit me; & oſtendit mihi omnes pecunias, dicens: Fili, quid tibi gratius eſt, vt dimittā tibi pecunias iſtas, an Chriſtum curatorem tuum? Ego, cum placerent mihi, quæ faciebat, reſpondi, me Chriſtum malle. Iſta.n.omnia prætereunt, & hodie ſunt, & cras non erunt; Chriſtus manet in æternū. Quod ille cum audiſſet, omnia iam libere & larga manu pauperibus erogabat; ita vt moriens pauca admodum mihi relinqueret. Ego autem iam pauper effectus, humilis procedebā, ſpem meam habens in Chriſtum, cui ille me reliquerat. Erat autem alius quidam diues valde & primarius, habens vxorem fidelem Chriſto, & timentem Dominum: habebat autem & filiam vnicam. Dixit ergo illa viro ſuo; Hanc ſolam habemus filiam, tantaq; bona nobis largitus eſt Deus: cuius ergo rei indiget? Si quæſierimus illam dare alicui primario, & diuiti, qui non ſit bonis moribus, affliget eā ſemper. Quæramus illi virum humilem, & timentem Dñm, qui ſecundum Deum illam diligat, & foueat. Qui dixit illi: Recte dixiſti. Perge ergo in Eccleſiam, & ora intētiſſime, atq; illic reſide, & qui primus ingreſſus fuerit, hic illi à Domino miſſus eſt ſponſus. Fecit igitur, vt iuſſerat vir eius: cumq; oraſſet, & ſederet, ingreſſus ſum ego primus. Mittens ergo illa ſeruum ſuum, continuo accerſiuit me, cœpitq; interrogare, dicens: Vnde es? Ego autem dixi illi: Ex hac ciuitate ſum talis filius. Dixit autem mihi: Illius eleemoſynarij? Et dixi: Ita, illius ſum filius. Tunc ait mihi: Habes vxorem? Et dixi, non. Narrauique illi quæ mihi dixerat pater meus, & quæ ego reſponderam ipſi. Illa vero glorificans Dominum, ait: Ecce bonus curator tuus miſit tibi vxorem & pecunias, vt vtaris vtriſq; cum timore Dei. Deditque mihi filiam ſuam, & pecunias. Ego autē oro, vt patris mei viam vſque in finem teneam.

Melior curator Chriſtus, quā multa diuitia.

Præoptandus eſt maritus pauper, ſed bonus, quā diues, ſed malus. Maritus quæſitus, & obtentus precibus.

xi. *Conferunt Eleemoſynæ ad proſperam corporis valetudinem recuperandam.*

CVm Ludouicus Germaniæ Rex apud Ratiſbonam Baioariæ ciuitatem graui detineretur infirmitate, ita vt medici illum ſanitatem recuperare poſſe deſperarent, omne aurum & argentum, quod in theſauris ſuis inueniri potuit, in diuerſa monaſteriorum loca diſtribuit, & pauperibus erogauit. Vnde & à cœleſti Medico, cui ſe, ſuaque commendauit, ex inſperato curari promeruit.

Pithæus in Ann. Baro. to. 10. 869. 107.

xii. *Guntheramuus Rex peſtem pietate propulſare contendit.*

CVm peruaſiſſet Hiſpaniam atque Galliam peſtis inguinaria, nauis ab Hiſpania vna cum negotio ſolito ad portum Turonenſis ciuitatis appulſa prædicti morbi fomitem ſecum nequiter deferebat: de qua cum multi ciuium diuerſa mercarentur, vna confeſtim domus, in qua octo animę erāt, hoc cōtagio interfectis habitatoribus, reli-

Ex Greg. Turon. l. 9 hiſt. Franc c. 21. & c. 22. Bar. to. 8. an. Domini 590.30.

relicta eſt vacua. Nec ſtatim hoc incendium ſuis per domos ſpargitur totas, ſed interrupto certi temporis ſpatio, ac velut in ſegetem flamma accenſa, vrbem totam morbi incendio conflagrauit. Quid autem Rex Guntheramnus pietate inſignis ad eandem luem auertendam præſtiterit, ne reliquas Galliæ ciuitates adiret, idem auctor ſepius ita narrat: Ipſe autem Rex (vt ſæpe diximus) in eleemoſynis magnus, in vigilijs, atque ieiunijs promptus erat. Nam tunc ferebatur Maſſilia à lue inguinaria valde vaſtari, & hunc morbum vſq; ad Lugdunenſem vicum Octauum nomine fuiſſe celeriter populatum. Sed Rex, ac ſi bonus Sacerdos, prouidens remedia, quibus cicatrices peccatoris vulgi mederētur, iuſſit omnem populum ad Eccleſiam conuenire, & rogationes ſumma deuotione celebrari, & nihil aliud in vſum veſcendi niſi panem hordeaceum cum aqua munda aſſumi, vigilijsq; adeſſe inſtanter omnes iubet. Quod eo tempore ita geſtum eſt: per triduum.n. ipſius eleemoſynis largius ſolito præcurrentibus, ita de cuncto populo formidabat, vt iam tunc non Rex tantum, ſed etiam Sacerdos Domini putaretur; totam ſpem ſuam in Domini miſeratione transfundens, & in ipſo iactans cogitationes, quæ ſuperueniebant, à quo eas effectui tradi tota fidei integritate putabat.

Eleemoſynis, & alijs bonis operibus peſtis amouenda.

XIII. *Eleemoſynarius in euerſione Antiochiæ ſuorum ſalutem obtinet.*

Gre. Turo li. 10 hiſ. Franc. cap 24. Metaph. in vit S Alexij.

HOmo erat in Antiochia valdè deuotus in eleemoſynis, coniugem ac liberos habens: nec vnquam ei in oī vita ſua dies prçterijt, poſtquam quiddam proprium habere cœpit, quod ſine paupere epulum prælibaſſet. Hic vna die cum circumiſſet vrbem vſque ad veſperum, & reperire non potuiſſet egenum, cum quo cibum capere poſſet, egreſſus extra portam, cum nox irrueret, reperit virum in veſte alba cū duobus alijs ſtantem: quem aſpiciens, quaſi Loth ille antiqua memoratus hiſtoria, territus ait: Et forſitan peregrinus eſt Dominus meus, dignetur accedere ad domum ſerui ſui, & ſumpto epulo quieſcite in ſtrato: manè autem proficiſcemini in viam quam volueritis. Cui ille qui erat ſenior, tenens ſudarium in manu ſua ait: Non poteras ò homo Dei cum Simeone veſtro hanc vrbem ſaluare ne ſubuerteretur? Et eleuās manum excuſſit ſudarium, quod tenebat, ſuper medietatem vrbis: & ſtatim corruerunt omnia ædificia, & quodcunque ibi ſtructum fuit, ibiq; oppreſſi ſunt ſenes cum infantibus, viri cum mulieribus, atque vterq; ſexus interijt. Quod ille cernens, tam de perſona viri, quàm de ſonitu ruinæ hebes effectus, ruit in terrā, & factus eſt velut mortuus: eleuanſque iterum vir ille manum cum ſudario, quaſi ſuper aliam medietatem vrbis, apprehēſus eſt à duobus ſocijs, qui cū eo erant, atq; obſecratus terribilibus ſacramentis, vt indulgeret medietati vrbis, ne rueret: mitigatoq; furore ſuſtinuit manum ſuam, atque eleuans hominem, qui corruerat in terram, ait: Vade ad domum tuam, ne timeas. Filij.n. tui cū vxore & omni domo tua ſalui ſunt, nec quiſquam ex ijs perijt: Cuſtodiuit enim te oratio aſſidua, & eleemoſynæ, quas quotidie exerces in pauperes. Et hæc dicēdo diſceſſerunt ab oculis eius, nec ei apparuerunt vltra. Ille autem regreſſus in vrbem, reperit vrbis medietatem dirutam atque ſubuerſam, cum hominibus pecoribuſque, ex quibus nonnulli à ruinis deinceps extracti ſunt mortui, pauci debilitati reperti ſunt viui. Veruntamen nec illa caſſata ſunt, quæ viro huic ab ipſo, vt ita dicam, Angelo Domini ſunt effata. Nam veniens omnem domum ſuam incolumem reperit: tantum funera propinquorum, quæ in alijs domibus effecta fuerant, lamentabatur, protexitq; eum in medio iniquorum dextra Domini cum domo ſua, ſaluatuſq; eſt à pe-

Tri eiec natio Elis.

à periculis mortis, ac velut memoratus Loth quondam in Sodomis.

XIV. *Vnicum bouem neceſſarium diſtribuens, recipit quadraginta & amplius.*

PAter Andreas Oueydo (qui vitam finijt in Salembri anno 1579.) à ſanctiſſimo Papa Iulio III. in Patriarcham ſuffectus, vir fuit, vt aiunt teſtes, verè ſanctus, & Apoſtolicus, & pro tali ab vniuerſa gente Goana habitus. Erga pauperes viſcera charitatis plena gerebat, quę charitas eò eum deduxit, vt nihil quod daret ſupereſſet, præter vnum bouem, qui erat ei neceſſarius ad ſacra ornamenta geſtandà, ſi quando ex vna parte in alteram tranſeundum foret: cum tamen inopes egerēt, eum mactari iuſſit, & in pauperes diſtribui; cumque ei dixiſſet is, qui hæc teſtatur, ne bouem ita ſibi neceſſariū mactaret, reſpōdit Pater: ſine fili eum cædi atq; diſtribui, quippe manè Deus prouidebit bouem: atque ita contigit? cum enim nobilis quidam hæreticus Patris ſimul neceſſitatē, charitatemque audiſſet, tanto ſanctitatis exemplo motus, & tantam patriarchæ paupertatem admiratus, ad eum ſeptuaginta, aut octoginta porcos, & quadraginta vaccas, & alium cōmeatum miſit, quibus ipſe ſuæ pauperumque neceſſitate ſubuenit.

TIT. IV. De pœnis quorundam illiberalium erga pauperes.

EXEMPL. I. *Ob conſuetæ Eleemoſynæ ceſſationem totum Monaſterij triticum corruptum, & in mare proiectum.*

Bredeb. coll. ſa. li. 6. c. 21 ex Sophr. prat ſpir. cap. 85

IN Monaſterio Abbatis Theodoſij in ſcopulo, inter Seleuciam, & Roſum Ciliciæ, conſuetudo fuit, vt in cœna Domini pauperes omnes, & pupilli regionis huius confluerent huc, & acciperent medium tritici ſextarium, benedictiones tredecim, & ſextarium vini, mediumq; ſextarium mellis pro quolibet. Ante hoc autem triennium magna tritici ſterilitas fuit, vendebaturque triticum in regione hac, ſextarij duodecim vno numiſmate. Cum ergo veniſſent ieiunij dies, dicunt Abbati noſtro quidam ex patribus: Noli, domine Pater, ſecundum conſuetudinem dare pauperibus triticum, ne deſit monaſterio. Triticum enim non inuenitur: Abbas autem cœpit dicere fratribus: Non infringamus, filij, benedictionem patris noſtri Theodoſij. Videte, mandatum ſenis eſt, non expedit nobis illud tranſgredi. Verè ipſe eſt, qui curam noſtri gerit. Fratres autem perſtiterunt in ſua ſententia, dicentes Abbati: nō ſuppetit nobis quod dare poſſumus. Tunc Abbas contriſtatus ait illis: Ite, & ſecundū quod vultis, facite. Non itaque, vt conſuetum erat, dederunt benedictionem in die ſancto cœnæ, & Paraſceues. Præfectus poſtmodum, qui præerat horreis, aperuit oſtia, & reperit triticum totum germinaſſe. Quare coacti poſtea ſumus in mare proijcere. Tunc cœpit Abbas noſter dicere fratribus: Qui patris noſtri monita non facit, iſta patitur. Labores nunc inobedientiæ metite. Quingētos modios daturi eramus, & patri noſtro Theodoſio per obediētiam placuiſſemus, fratreſque noſtros pauperes conſolati fuiſſemus: nunc verò quinque ferè millia modiorum tritici perdidimus. Quid lucrati ſumus, filij? Quantum nobis ipſis nocuimus? Duo profecto mala egimus. Vnum, quia mandatum patris noſtri præteriuimus; alterum, quia ſpem in Deum non habuimus, ſed in horreo noſtro. Vel ex hoc diſcamus, fratres, quia Deus eſt, qui diſponit omne humanum genus, quodque ſanctus Theodoſius inuiſibiliter pro nobis filijs ſuis curam ſollicitè gerit.

Monachorū tenacitas diuinitus punitur.

II. Par-

III. *Paruam denegans eleemoſynam magnam interdum iacturam incurrit.*

Gre. Tur. lib. de glor. cõf. c. 107.

FVit vir vitæ venerabilis Paulinus Nolanæ vrbis ex nobili ſtirpe ortus; Taraſiam ſimilem ſibi ſortitus eſt vxorẽ, habens diuitias multas, & tam in fundorum poſſeſſione, quam in prę-ſidio domorum valde diues erat ac locuples. Sed cum primum aures eius Euãgelij lectio illa penetrauit, in quo Dominus adoleſcentẽ pro diuitijs arguit, dicens: Vade; vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurũ in cœlo, & veni ſequere me: faciliùs eſt camelum per foramẽ acus tranſire, quam diuitem introire in regnũ Dei: ſtatim venditis omnibus, quę habebat, pauperibus erogauit. Exoneratus à cunctis cupiditatibus magiſtrum liber ſequitur, per hæc ſe putans paradiſi diuitijs locupletari, ſi videretur nihil de tranſitorijs poſſidere. Cui maieſtas diuina tribuit, vt quod impoſſibile dixerat per Euangelium, hic poſſibiliter mereretur adimplere peractum. Quadã vero die venit ad eum, qui ſtipem peteret, & ait coniugi: Vade, & da ei quod habet neceſſarium: quæ reſpondit: Non eſt nobis amplius quã vnus panis: cui ille, Vade, inquit, porrige eũ: Dominus enim dabit nobis victũ: ſed illa quaſi ſtrenua reſeruari cupiens, ne aliquid deeſſet, porrigere noluit. Interea aduenerunt quidã dicentes, miſſos ſe à dominis ſuis, vt illi annonæ ac vini deferrent ſpeciẽ: ſed per hoc ſe moratos, quod orta tempeſtas vnam eis cum tritico abſtulerit nauem. Tũc vir Dei conuerſus ad mulierem ait: Intellige te nunc pauperi vnum panem fuiſſe furatam: & ideo hanc nauem eſſe merſam.

Mulier tenax in ſuilu viro ſuo.

IIII. *Eſculenta omnia pauperis imprecatione vertuntur in lapides.*

Idẽ ibid. c. 103. & Sigebert.

QVidã pauper & ſenex, marſupijs oneratus, venit ad littus maris: & accedens ad portũ petere eleemoſynam à naucleris cœpit, atq; illi, qui primus carinæ erat, importunior aſſiſtebat dicens: Da mihi aliquid. Tunc ille commotus ait; Abſiſte quæſo decrepite, & noli a nobis quærere quidquam: nihil enim hic aliud præter lapides habemus. At ille ait, Si lapides dicis eſſe, quæ in tuis ditionibus nauis hęc continet, omnia vertantur in lapides: & ſtatim cunctũ nauis onus, quod mandi potuit, in ſaxũ conuerſum eſt. Ego enim ex his & dactylos vidi, & oliuas aſpexi marmore duriores. Nam cũ in lapidis duritiam conuerſa fuiſſent, nunquam tñ colorem, quem habuiſſent, perdiderunt, eadẽ forma, eademque ſpecies erat. Dñs autem nauis pœnitentia motus, inquiſitum ſenem nũquã potuit reperire: & ſicut ferunt, per multas ciuitates de ijs, quæ in ſaxũ mutata fuerant, ad videndum direxit, vt ſcilicet exemplum eſſet omnibus, ne ſimilia perpetrarent.

Chron. ſub ann. Do 606. & Baro. to. 8 ſub an. Do. 605.

Fructus arborum verſi in lapides.

IV. *Aurum in pauperes diſpertitum denuo repetitum tenaci homini mortis ſubitæ cauſa.*

Baron. annal. Eccl. to. 7. 553.

ANno à partu Virgineo 553. Conſtantinopoli diues quidam cum ægrotaret, mortẽmq; timeret, triginta libras argenti in pauperes erogauit: reſtitutus autem præter ſpem ſuã bonæ valetudini, fraude Diaboli eò inductus eſt, vt facti eũ pœniteret, hocque fideli cuidam amico ſuo aperiret. Monet ille hominem, ne huic malę aſſentiatur cogitationi, Deumq; irritet, qui propter iſtam largitatem miſeratus ſanitatem donarit: alioqui fore, vt ſubita morte, nondum mutato facto, pereat. Cum non moueretur ille, ſed magis, magiſque irritaretur amicus; Quando, inquit, ſalutare conſiliũ non admittis, aliud tibi ſubijciam poſcenti, hoc verè miſericors ille: Agedũ, ait, ad templum vade & non te, ſed me in pauperes elargitum pecuniam iſtam dicito: ipſe ſtatim triginta libras reddam. Conſentiens infelix ille ad templum abijt, auroque accepto, ita vt al-

Neminẽ vnquam erogata eleemoſyna pœnitere debet.

terі

ter præceperat, locutus eſt. Inde egrediens ad ipſam templi portā mortuus concidit. Clericis de rei nouitate ſtupentibus, omnibuſque alijs, qui forte aderant, iubentibus alterū pecuniam recipere ſuam, ille non obtemperauit: ſed inter egenos omnem diuiſit, quod diceret, Deum nō pati ſannas. Promiſſa enim non tantū Deo pecuniam, ſed verba volūtatemq; obligant, & quidquid homo Deo pollicitus fuerit, præſtare id opus habet, virgo virginitatē, continens continentiam, &c.

v. *Tenacitas Sabiniani diuinitus carpitur.*

Idē Baron. to. 8. an. Do. 603.

SAbiniani Papæ repētini obitus cauſam terribiliorem referunt ſcriptores: cuius totius rei geſtæ tragœdiam Sigebertus ita ſummatim complexus eſt. Cum Sabinianus Papa & ipſe liberalitati Gregorij prædeceſſoris ſui derogaret, Gregorius eum per viſum ter pro culpa tenaciæ & huius derogationis increpitum, quod non reſipiſceret, etiam quarto horribiliter increpans, & cōminans, in capite percuſſit. Quo ille dolore vexatus non multo poſt mortem obijt. Cuius rei gratia accidit (vt habet Anaſtaſius) vt eo defuncto, non ex more per medium ciuitatis deferretur cū funebri pompa corpus eius ad baſilicam Sancti Petri, ſed eijceretur extra vrbem per portā ſancti Ioannis, deferreturq; extra muros vſq; ad pontē Miluium; inde vero inferretur in ipſam ſancti Petri Eccleſiam, vbi eſt ſepulturæ mandatū: exaſperatum enim admodū fuiſſe aduerſus eum populum Romanū, eo quod triticum Eccleſię nō erogaſſet (vt Sanctus Gregorius conſueuerat) in pauperes, ſed venum expoſuiſſet triginta ſolidis modium vnum.

vI. *Vt Fauſtinianus quidam diuinitus caſtigatus ſit ob ſuam in pauperes duritiam.*

ALiquando cū eſſet magna fames, & panis non afferretur in forum, erat quidā Fauſtinianus immiſericors, qui multas habebat domos clauſas plenas hordeo & frumento. Is accipiens aurum dabat volenti. Dabat autē pro nummo tres menſuras, qui vocantur modij: erantq; magnæ anguſtiæ in ciuitate. Dixit ergo Epiphanius Fauſtiniano: Da mihi, ò optime, frumentum ad alendos homines, & à me accipies horum omnium debitū. Immiſericors autem & barbarus, & ſceleratus Fauſtinianus hæc verba dixit Epiphanio: Roga Ieſum, quem colis, & dabit tibi frumentum ad alendos tuos amicos. Epiphanius itaq; vna nocte ingreſſus eſt cæmeteria Sanctorum Martyrum, & rogauit Deū, vt daret frumentum ijs, qui erant redacti in anguſtias. Erat autem templū obſignatum, quod vocabatur tutela Iouis. Huic templo ſi quando quis ex hominibus appropinquaſſet, à multis ferebatur, quod à morte ſtatim arriperetur. Cùm ergo Epiphanius Deum oraret pro ijs, qui affligebantur, ad eum vox facta eſt, Epiphani, inquiens: Epiphanius autem nihil conturbatus: Quis es, inquit, Domine? & dixit ei: Vade in templum, quod vocatur tutela Iouis, & ſoluentur ſignacula portarum, & inuenies multū auri. Cùm tu id acceperis, eme frumentum & hordeum Fauſtiniani, & da alimentū egentibus. Epiphanius autem iuit protinus in templū, & cum fuit propè ingreſſum tēpli, ſtatim ceciderūt ſignacula, & portæ apertæ ſunt. Ingreſſus autem Epiphanius inuenit multum auri. Cùm ex eo ergo accepiſſet, dedit Fauſtiniano, & dixit; Accipe pecuniam, & da mihi frumentū. Epiphanius autem id præbuit indigentibus. Nō defecerunt ergo pecuniæ, donec Epiphanius emit omnia quæ habebat Fauſtinianus ad alimentū. Impleuit autē Epiphanius multas domos frumento & hordeo, quod emerat à Fauſtiniano. Defecerūt autem eſcæ in domo Fauſtiniani, & inter omnes homines lautæ erant epulæ, & magnæ anguſtiæ in domo Fauſtiniani. Malus

Ex Simeone Metaph. Sur. 12. Maij, in vita S. Epiph. epiſ. c. 58. & 54.

Precibus S. Epiphanij impetratur publica fami ſubſidium.

verò,

verò, & violētus, & immiſericors Fauſtinianus probrum efferatus, cibos domui ſuæ petere ab Epiphanio, cū ſex haberet propria nauigia, alia quoque quinq; conduxit: & cùm dediſſet pecunias Longino totius familiæ ſuæ fideliſſimo, miſit eum ad emendū frumentum. Illi autem cùm nauigaſſent in Calabriam, & frumentū illic emiſſent, poſt tres menſes ad nauigant id habentes: Centum verò ſtadijs longè à Conſtantia, ex aduerſo eius, quod dicitur, Dianenteriū, oritur in mari maxima tempeſtas, & venerunt in periculum naues Fauſtiniani, quæ afferebant frumentum, totumq; frumentum mare ad littus impulit. Cum hæc audiſſet Fauſtinianus, & ſtatim ad mare acceſſiſſet, & oculis vidiſſet, quæ facta fuerāt, ſepulchrū habens os ſuum apertum, ſtatim cœpit ſceleratus blaſphemare in altiſſimum, & probris appetere Epiphanium, dicens verba huiuſcemodi: Hic magnus & prædo non ſolum in terra malefecit domui meæ omni tempore, ſed etiam in mare mittens dæmones, prohibet, ne ingrediatur id, quod eſt vſui familiæ meæ. O quis ventus emiſit hunc prædonem? Cumq; hæc dixiſſet, & plura his, iuit in domum ſuam minitans Epiphanio. Omnes autem, qui erant congregati in ciuitate viri & mulieres, vnà cū ſuis liberis, colligebant frumentum, & ferebant in domos ſuas, congregantes ſumptum, alius quidē vnius anni, alius vero duorum annorum. Habebat autem Fauſtinianus vxorem quæ faciebat bona opera. Ipſa ergo, inſciente Fauſtiniano, miſit bis mille nummos Epiphanio, vt domui ſuæ præberet alimenta. Dixit autem mulieri Epiphanius: Tene pecuniam in domo tua, & accipe eſculenta, quibus indiges, & quando terra produxerit, nunc reddes, quę acceperis.

Vltio diuina in crudelē Fauſtinianum.

VII. *Quidam Moguntinus à dæmonibus murium ſpecie necatus, quod pauperibus infeſtus fuiſſet.*

ANno Chriſti 914. Ottone Magno rerum potiente, cum dira fames Germaniam infeſtaret, Epiſcopus Moguntinus, Hatto nomine, plurimos pauperes in horreo congregatos, ea ſpe, quod eſcæ, vel panis nonnihil ex Epiſcopi liberalitate accepturi eſſent, concremauit, dicens nihil differre eos à muribus, frugibus tantum conſumēdis natos. Quam tyrannidem Deus protinus vltus eſt. Præcepit namque muribus, vt cateruatim illum inuaderent, ac diu noctuque affligerent, viuumq; deuorare feſtinarent. Itaq; ille in turrim in medio Rheni iuxta oppidum Bingium extructam, & ab hoc caſu murium turrim vocatam, aufugit: ſed nec ibi à morſibus murium tutus eſſe potuit. Nam mures facto agmine per Rhenum natantes in turrim cōſcendere, iuſtum Dei iudicium executuri. Quod agnoſcens miſer horrenda morte inter murus perijt. Ferunt, quod mures nomen quoque eius delentes à parietibus, & tapetibus abraſerint.

Ex Coſmograp. Mūſteri. lib. 3. Mariano Scoto. Genebr. l 4 Chronograp. ſub an. Do 970. Qui pauper. à murib. cons. parauerat à muribus iuſto Dei iudicio perimitur.

VIII. *Dæmones boum & equorum ſpecie granum hominis tenacis deuorant.*

IN Sueuia Bauaris & Franconibus finitima fuit quidam nobilis valde diues & opulentus, nomine Kickbergerus: cuius annui reditus ſupra triginta millia nummum aureorum extendebantur. Hic tametſi in reliquis vitæ actionibus non vulgari laude dignus cenſebatur, ineffabili tamen cupiditate laborabat, eaq; factum eſt, vt quotidie per fas & nefas accumulare, omniaq; ad ſe rapere ſtuderet. Cùm itaq; proſpiceret annonæ charitatem, quæ proximo anno ea regione ſubſecuta eſt, ſua horrea tritico & frugibus impleuit, magnoq; pretio ea diuendere cœpit, adeo vt indigenæ cōpulſi ab eo victum

Ex Petro Bzaio ī epit. memorab. Europ. poſt ann. Do 1560 P. Mart. Del: to. 2. magn. li 3. par. ꝛ 47.

victum emere, ob inexhauſtam eius auaritiam, vel fame prorſus perirent, vel ſi ali & ſuſtentari vellent, ad magnam egeſtatem, atque inopiam redigerentur, tam carè illis granum, & reliqua eius generis diuendebat. Ad hunc, præter alios innumeros, venit quidam pauper, & liberis onuſtus, cũ ſex taleris, eumque rogauit, vt pecuniam acciperet, ac quandã tritici menſuram ſibi daret, ſeque reliquam partem pecuniæ, quam illi deberet, breui bona fide perſoluturum: at ipſe hunc ſuperbo vultu, atque iracundis oculis intuens à ſe protinus abire iuſſit, & qđ reliquum erat pecunię ſecum adferre, ſi frumentum vellet; atque ita miſer ac mœſtus, diras imprecatus illinc receſſit. Paucis poſt diebus, cum is quendam ex famulis in horreum miſiſſet, vt illud de more inſpiceret, ab ipſo in reditu accepit, tres nigros boues intus eſſe, qui granum deuorarent. Qui autem hoc retulit, proximo die lecto decumbens, haud multo poſt è vita migrauit. Idem quoque accidit cuidam generoſo, quem illuc herus miſerat; vt videret, an ita ſe res haberet, vt prior narrauerat: is.n. & boues, & equos inſpexerat. Cum igitur de hac re certior fieri vellet, ipſemet in eum locũ proficiſci ſtatuit: iuitque ad portam horrei, ibiq; per quaſdam rimas vidit totum horreum plenum varijs, atq; innumeris armentis, quæ omnes fruges abſumebant. Hoc ſpectaculo ita perterritus eſt, vt ſtatim furioſus atque inſanus euaſerit, multaque dementer fecerit, donec tandem catenis adſtringeretur. Hic horribilis caſus magnam ſanè admirationem attulit, cum in ea prouincia, tum præcipuè in aula Cæſariana, quæ illum antea prudentiſſimum cognorat.

Cauẽda imprecationes pauperũ.

Frumentum negatũ pauperib. deuorãturà dæmonibus.

IX. *Obturans aurem ſuam ad clamorem pauperis ipſe non exauditur clamans.*

LEgimus quadam in vrbe hóminẽ cætera bonum, caſtum, humilem, modeſtum, nulliq; obnoxium in Deũ blaſphemiæ, adeo tamen aſperum, vt ne horum quidem emendicãtium vocem ferre poſſet; remotius ab ædium ianua nouum ſtruxiſſe domicilium, vnde nullos vel maximos pauperum clamores perciperet. Verùm vbi extremum ille diem obijt, ac elato in templum funere, ſacris Epiſcopus operari cœpit: ecce hũc nouum & admirabile quidpiam obijcitur. Quoties.n. ad populum hæc Epiſcopus verba protulit, Dominus vobiſcũ, toties imago Chriſti Domini in crucem ſuffixi viſa eſt illi manus clauis eximere, ac in aures cõijcere, ne preces pro illo defuncto factas exciperet. Tali monſtro attonitus Epiſcopus, peracto demum ſacrificio tantæ rei cauſam rimari ſtatuit: nihil tamẽ à demortui vicinis aliud expromere potuit, quã præclarum vitæ laudabilis teſtimoniũ. Et creuit non paullum inde admiratio, donec tandẽ certis auctoribus accepit, quam aſper ille & immitis in egenos exſtiterit, quos ne audire quidem, nedum adiuuare, vellet, tum enim ille certò animaduertit, Chriſtum Dominum pro mortuo reſpuiſſe preces, qui pauperum clamoribus aures occluderet: cuius indiciũ fecerit imago Redemptoris, aures manibus obſtruens, iuxta illud Sap. in Prouerbijs: Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur.

Ex ſpeculo triſtiũ lo Duengnij Hiſt c. 1.

Prouerb. c. 21. 13.

De VII. Operibus miſericordiæ corporalis, quæ ſunt. j. Eſurientes paſcere. ij. Potum dare ſitientibus. iij. Operire nudos. iv. Captiuos redimere. v. Ægrotos inuiſere. vj. Hoſpitio peregrinos ſuſcipere. vij. Mortuos ſepelire.

TIT. V. De paſcendis eſurientibus, j. opere miſericordiæ corporalis.

Abdias centum prophetas in ſpelunca metu Iezabelis vxoris Achab deliteſcentes occultè pauit.

To-

Tob. c. 1. *Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem ſuam, & conſolabatur eos diuidebatq; vnicuique prout poterat de facultatibus ſuis: eſurientes alebat, nudiſq; veſtimenta præbebat, & mortuis atque occiſis ſepulturam ſollicitus exhibebat.*

Act. 11. *Audientes diſcipuli, qui erant Antiochiæ, quod fames futura erat in vniuerſo orbe, propoſuerunt in miniſterium mittere habitantibus fratribus in Iudæa. Quod & fecerunt mittentes per manus Barnabæ & Sauli.*

EXEMP. I. *S. Exuperius eſuriens alios paſcit.*

Ex epiſt. D. Hier. ad Ruſticum Monachum in fine. Sur to 7. 28. Septemb. SAnctus Exuperius Toloſæ Epiſcopus, viduæ Sareptenſis imitator, eſuriens paſcit alios, & ore pallente ieiunijs, fame torquetur aliena; omnémque ſubſtantiam viſceribus Chriſti erogauit. Nihil illo ditius, qui Chriſti corpus caniſtro vimineo, ſanguinem portat in vitro.

II. *Liberalitas admiranda Caroli Flandriæ Comitis.*

Chriſt. Maſſeus lib 16. Chronic. Iacobus Meyerus li 4. Annal Flādric. 1126. ANno Chriſti 1125. aſperrima fuit hyems. Intemperies aeris tanta, vt vix menſe Maio florerent arbores, & imbribus ſata perirent. Secuta fames intollerabilis in Gallia ferme biennio. Quo nobilis illius Caroli Flādriæ Comitis liberalitas admiranda patebat; qui quotidie omni petenti panem integrum dari præcepit: ita vt ſemel apud Ipram vna hora octingenti pauperes totidem panes acciperent. Præterea cōſuetudo illi fuit, omnibus ferijs ſextis tredecim pauperibus tredecim tunicas, tot paria calceorū, tót ſubuculas lineas elargiri. Ipſe vero ijſdem ferijs (niſi præcipuum feſtum incidiſſet) in pane & aqua ieiunabat. Indutus cilicio, nudis pedibus, tunica talari, ne facilè pedum nuditas videretur, ad Eccleſiam mane properabat, Ieiuniū feria 6. illic ad meridiem vſq; deuotioni deditus permanebat. Interim ex Principibus eius duo, Præpoſitus ſancti Donatiani, & Præpoſitus aulæ coemerunt maximam frumenti copiam, vt venderent ad libitum ſuum: ſed Carolus fecit illis reddi pecuniam: frumentum verò diſtribuit indigentibus alijs gratis, alijs competenti pretio. Quod dicti mercatores ægre tulerū t, & ex illa die in mortem domini conſpirauerunt. Itaq; ſecundo Martij, feria ſexta, Indictione ſimiliter ſexta, in templo ſancti Donatiani, retro altare legentem Pſalmum Miſerere necauerunt ipſum, fiſſo capite, & amputato brachio dextro. Cuius pretioſa mors illico miraculis oſtenſa eſt. Liberalitas ī pauperes martyrio coronata.

III. *S. Dominici miſericordia in pauperes.*

CVm ſanctus Dominicus Hiſpanus Valentiæ daret operam litteris, omnem fere Hiſpaniam immanis oppreſſerat fames. Deficiebant præ fame & ſiti pauperes, nec erat qui reficeret: moriebātur miſeri & inopes, nec erat qui curaret: clamabant pupilli & viduæ, paruuli & debiles, nec quiſquam attendebat. Inter hæc affligebatur ſpiritus iuuenis Dominici, & compatiebatur miſericors anima eius pauperum multitudini. Itaq; conſilij Euangelici non ſurdus auditor, immo perfectionis ſectator egregius, diſtraxit libros, & omnes res ſuas, pretiumque in pauperes expendit. Ita gratiſſimus Chriſto iuuenis, obediens verbo Saluatoris, proximorum periculis medebatur, intuenteſque præclaro prouocauit exemplo. Theodoricus de Apoldia, in vita eius li. 1. c. 2. apud Sur. to. 4. Auguſti 5.

IV. *De Inſigni Ecdicij in pauperes tempore famis liberalitate.*

TEmpore Sidonij Epiſcopi magna Burgundiā fames oppreſſit: cumque populi per diuerſas regiones diſpergerentur, nec eſſet vllus qui pauperibus alimoniam largiretur, Ecdicius quidam ex Senatoribus, huius Gre Tur. li. 2 hiſt. Franc. c. 24.

pro-

propinquus, magnam tunc rem in Deo confiſus feciſſe perhibetur. Nam inualeſcente fame; miſit pueros ſuos cum equis & plauſtris per vicinas ſibi ciuitates, vt eos qui hac inopia vexabantur, ſibi adducerent. At illi euntes, cunctos pauperes, quotquot inuenire potuerunt, adduxere ad domos eius: ibiq; eos per omne tempus ſterilitatis paſcens, ab interitu famis exemit: fuereque, vt multi aiunt, ampliùs quam quatuor millia, promiſcui ſexus. Adueniente autem vbertate ordinata iterum euectione vnumquemque in locum ſuum reſtituit. Poſt quorum diſceſſum, vox ad eum è cœlis lapſa peruenit, dicens: Ecdici, quia feciſti rem hanc, tibi & ſemini tuo panis non deerit in ſempiternum, eo quod obedieris verbis meis, & famem meam refectione pauperum ſatiaueris.

Maiorũ beneſa. &i peſte ris proſunt.

V. *Iudocus Britonum Regis filius panem vnicum, quem habebat ad victum quotidianum, diſtribuit pauperibus, & abundauit poſtea.*

Florẽtius Abbas ĩ vita ei⁹, apud Suri. to. 6. c. 4.

QVadam die cum Iudocus Britonum Regis filius ad victum quotidianum nõ haberet niſi panem modicum pro ſe, & diſcipulo ſuo Vuulmaro: & Dñs in ſpecie pauperis aduenirer eleemoſynam petens, vir Domini Iudocus panem diuidi iuſſit in quadrantes, & petenti de quadrantibus vnum erogari. Iam vir egreſſus erat, & ecce reuertitur Dñs in forma egeni deficientis inedia, & de ſecundo panis quadrante ſatisfactum eſt eius petitioni: Nec mora, regreſſus tertio, quaſi eſuriens ac deficiens fame, donatus eſt tertia panis parte. Conſequenter viſus eſt aduenire Dominus in altera inopis effigie, rogaturus eleemoſynam, ſicut iam tertiò fecerat antè, nec erat vnde reficeretur, niſi de reſiduo panis quadrante: eum quoque vir Domini Iudocus pauperi erogari iuſſit. Cui ait Vuulmarus: Nihil nobis vis reſeruare pater? Volo, inquit vir ſanctus, totum tribui eſurienti, quia potens eſt Dominus etiam hodie noſtræ prouidere neceſſitati. Vix receſſerat Dominus, & interim dum conſolaretur verus Dei amicus diſcipulum de panis erogatione commotum: Ecce per feneſtram viſæ ſunt, & inuentæ in alueo fluminis quatuor nauiculæ victualibus onuſtæ, de quibus quis eas adduxerit, vel quo iam victualibus exoneratas reuexerit, neſcitur vſque in hodiernum diem.

VI. *De mira pueri Bernardini Senenſis beneuolentia erga pauperes.*

Apud Surium in vita eius c 2. to 2. Maij 20.

SIngulari ſtudio ſanctus Bernardinus Senenſis ferebatur ad pręſtandas eleemoſynas, nec vlla re adhuc puer delectari videbatur, quam ſi poſſet pauperibus bene facere. Caſu quádoq; accidit, vt parum in ædibus Dianæ relictum eſſet panis. Eũ autem ipſum pauperi mendicanti Diana dare nolebat. Dixit ergo illi pius puer: Quęſo, demus pauperi ſtipem: alioqui ego hodie neque prandium, neque cœnam ſumpturus ſum: malo enim pauperem refici hoc pane, quam me.

TIT. VI. De ſecundo opere miſericordiæ corporalis, potu nimirum ſitientibus dando.

Rebecca filia Bathuel valde liberaliter egit cum famulo Abrahæ, ipſum & camelos eius adaquare cupiens, dicens: Bibe, domine mi, &c.

Gen. 24. verſu 18.

EXEMP. I. *Leo primus quærit potum cæco ſitienti, & aliquamdiu non inuenit, immo ipſe cæcutit, ſed paulo poſt & lumen reddit cæco, & potum præſtat, & ei prædicitur futurum ſe imperatorem.*

Ex li. 15. hiſ Eccl. Niceph. Coll c. 25 Bar. annal. Eccl. ad an. Do. 457.

CVm Leo Maiorianus primus eius nominis Imperator, nondum diuino nutu imperiali dignitate exornatus, priuatus degeret, & circa locum cœno, arboribus, limo vliginoſo obſtructum deambularet, in hominem cęcum tota via errantem incidit, & vicem eius miſeratus (erat enim vir bonis,

nus, miſericors, & in rebus omnibus conſideratus & prouidus) manu eum duxit, oculi ei vicem præſtãs, greſſumque eius per loca plana dirigens, ſi quid in itinere ſpinarum aut duri eſſet, quod incedẽtem offendere poſſet, remouit. Atque ille quidem hunc ducebat, hic autem ſequebatur. Etiam aliquanto itinere perfecto, prope cœnoſum hunc locum venerant: cæcuſq; ille ſiti plurimũ conficiebatur, & quin concideret, parum aberat, ita humor oĩs in eo æſtu vehementiſſimo exaruerat. Itaq; Leoni valde inſtitit, ab eoq; crebrius cõtendit, vt ſiti eius mederetur, & viæ laborem in vmbra quapiã aliquantulũ recrearet. Erat hoc inenarrabilis cognitionis & Sapientiæ Dei, quæ mirificè omnia inſtituit. Ille igitur miſericordia erga pauperem motus, denſam ſyluam omnem perluſtrauit, & ſi quis aquę humor ibi ſcateret, ſcrutatus eſt. Vt vero poſt fatigationẽ multam infecta re ad illum redijt, & anxiè admodum queritaretur, quod miſero illi in tali caſu nihil ſolatij conferre poſſet, vocem incredibilem præter opinionem omnem ex alto ad ſe delatam audijt, quæ diceret: Non ita anxietate te marcerari oportet Leo, ecce aqua prope eſt. Proinde noua hac voce conſternatus, denuo vndã inquirere inſtitit. Sed & ipſe cæcus prorſus fuit. Circum eam enim ipſe verſabatur, minimè tamẽ eam videbat, quod & ſyluæ denſæ opacitas ei obſtaret, & cœnum profundius inde illum remoueret; quapropter partim indignans, quod quẽ manu duxerat cęcus ęrumnam eam pateretur: partim vocem eã in animo fixam conſiderans, & aquam rurſum inueſtigans, denuo eam ipſam exaudijt ſuaue quiddam & facetum cælitus ſonantem vocem. Nam & de nomine eum cõpellauit, & Imperialem dignitatem primo quoque tempore ei aduenturam certò denuntiauit, ita inquiens: Leo Imperator, denſum hunc & vmbroſum locum ingreſſus turbidam aquam hauri, eaque ſitim hominis ægri refice: & limum cœnoſum manibus cape, quo cęci oculos inungas. Quę vero ſum, dudum hunc obtinens locum, eoque me oblectans, mox ſcies. Tu fac vt ædem hic mihi ſacram conſtruas, in qua identidem verſer, & ſuauiter deambulem: in qua etiam peccantibus omnibus, locumq; hunc cum ardore & fide certa adeuntibus optata pręſtem omnia. Neque quidquam eſt prorſus, quod mihi aduerſetur, & non continuo poteſtati meæ ceſſurum ſit, etiam ſi dęmon ſit, aut morbus, qui omnem ſuperet medicinę curam, aut aliud quidquam, quod factura non ſim, dummodo ritè, pieq; ſit petitũ. Verbis eis Leo parens, cœnum & vndam ad cęcum parum id iam curantem, vt in quo ſpiritus prope exſtinctus eſſet, attulit: & oculos eius luto, non ſecus atque Seruator, illius à natiuitate cæci, liniuit: deinde etiam aquam prębuit, oculos attrectanti. Ecce autem, maieſtas & magnificentia tua o Dei genitrix, ſe exhibet, & miſero illi aqua turbida & lutum Siloe fit. Confeſtim enim viſum recipit, & diuturnas abijcit tenebras, oculis, pręter ſpem omnem, ſolem, ſeu potius, cęnum & lutum inſpiciens. Sicuti namque ſol primum, qui viſui lucem primus dat, ab eo conſpicitur, ſic tum lutum, quod lumen illi ſubminiſtrat, primum ab eo eſt conſpectum. Qua in re illud etiam admirandum fuit. Nam quod oculis valentibus maximè aduerſatur, id tum natura & vi ſua depoſita ſalutare eſt factum.

4. 5. 6. to. 6.

Officium Leonis erga cæcũ ſitibundum.

Leoni cæcus imperiũ promiſſum.

Templũ genitrici Dei condere iubetur.

Cæcitas luto oculis illitis curatur.

11. *Lyduvina dando potum aquæ ſitienti, recipit vinum diuinitus.*

MVlier quędam caduco laborans morbo ſępe in plateis corruebat. Accidit autem, vt magno ſpiritus angore correpta in domum Lyduvinę intraret potumque ſibi dari poſceret. Lyduvina tum nihil cogitans de exiguo vino, quod ſupererat, cum ſola eſſet, aquam monſtrauit fœminæ quo-

Ioannes Brugmãnus in vita eius apud Sur. to. 7. 14. April.

quodam vaſculo contentam. Illa totam exhauſit, ſed ſitis extincta non eſt. Ardet miſera, pluſque ſibi dari petit: tum Lydvvina recordata vini, digito oſtendit: atque illa totum bibit: rurſumque inſtat pro potu. Sed cum nihil liquoris haberet virgo, dedit ei nummum quẽdam, vt illo ſibi potum emeret: quem illa hilariter accipiens abceſſit. Deinde febribus Lydvvinam corripientibus, orat patrem, vt pauxillum vini porrigat, quo labia arentia tingantur. Non.n. meminit tunc, fẹmi nam morbidam vinum omne epotaſſe. Porrigit pater poculum filiæ, vnde illa mulier biberat, & ecce plenum eſt optimo vino; diuinitus in illud infuſo: ſtupet virgo, nullum ſe melius bibiſſe vinum ſentiens; nec tamen patri indicat vnde ſit, licet & ille ſtupens admiraretur, neque colorem, neq; ſaporem eius vnquam perire. Tandem cum in vaſculo lõgo tempore duraſſet, cuiuſdam fœminæ incuria effuſum eſt. Per id tempus adhuc parciſſimè vtebatur vino Lydvvina: itaque doluit illud effuſum, quod nunquam habuiſſet ſibi accommodatius vinum. Cum.n. alia vina ſine aquæ admixtione bibere nõ poſſet, hoc ſolum purum bibit.

Vinũ miraculoſum.

III. *De pœna presbyteri Epiſcopo in tormentis ſitim patienti aquæ refrigerium recuſantis.*

Cyrinus Epiſc. in vita eius c. 9. 12. apud Surium 21. Septemb.

CVm S. Heimerammus Epiſcopus Ratisbonenſis in tormentis grauiſſimis eſſet, & carnifices videntes eũ ita pẹnis affectum, necà laudibus Dei & Pſalmis Dauidicis deſiſtẽtem, ipſius linguẹ miniſterio inuidentes, eam ferro in os iniecto præciderunt, atque ita corporis trunco relicto abierunt. Remanſit autem in certaminis campo, ſanguine ſuo inuolutus, victor triumphalis exultãs. Poſtquam autem abiere, è ſuis latibulis ad venerabilẽ Chriſti martyrem Clerici cum vicinis mulieribus aduolarunt, à quibus vir ſanctus pro ſui refrigerio aquam petebat. Dixit autem ad eum. Vitalis preſbyter & interpres eius, vir pius & religioſus, cuius antea meminimus: dixit verò non ſine lachrymis, quas ab oculis eius exprimebant tanti ſui magiſtri cruciatus: Quid vis refocillari, cum ſis mẽbris corporis deſtitutus? Meo quidem iudicio rectius tibi mortem optaris, quam tot affectus iniurijs vitã producere velis. Cernens autem Dei Martyr presbyteri ſui animum ſecus affectum, quam expediret; collecto ſpiritu, abſciſſa lingua, verba, vt potuit explicans, ita ait ad eũ: Non tibi in mentem venit, ſæpe me dixiſſe, neminem ad mortem feſtinare debere, ſed potius optare vt differatur, vt poſſit pijs interceſſionibus faciem Domini præoccupare, vt detur ſpatium infirmis ad agendam pœnitentiam propterea, quæ humana infirmitas perpetrauit? An verò pigritiæ tuæ moleſtum videtur cruentum refrigerare pectus? Ecce nunc temporariæ vitæ hanc ego propono pœnam, vt quoties ori tuo potum applicueris, mentis inops fias; nec tamen cuiquam noceas, ſed inobedientiæ exemplum de te præbeas. Dixit hoc vir ſanctiſsimus, & vt dixit, ita factum eſt.

Sine lingua loquitur.

Potum negãs punitur.

IV. *Contumelioſus in ſanctum Vvilibrordum, & nolens cum eo bibere, grauiſſima ſiti percutitur.*

CVm aliquando ſanctus Vvilibrordus Epiſcopus Traiectenſis euangelizandi gratia feſtinãter in Friſiam proficiſceretur, & propter viẹ laborem in pratis cuiuſdam diuitis equos paululum laſſos refocillare vellet; diues ille id minimè ferens, ſpiritu ſuperbiæ motus equos cædere cẹpit, & è paſcuis abigere: quem vir Dei placidiſsimis verbis alloquitur, dicens: Deſine nobis iniuriam facere, non enim propter lẹſionem tui, ſed propter neceſsitatem noſtri ad horam in his paſcuis quieſcere voluimus. Inſtat nobis opus Dei peragendum, cuius tu quoque mercedem habere poteris, ſi nos, quantum

Ex Albino Flacco Alcuino Carolꝫ Magni præceptore in eius vita. Sur. c 19. 7. Noui tom 6.

ad te

ad te pertinet, adiuueris animo, memor illius Domini noſtri Ieſu Chriſti dulciſsimæ promiſsionis: [Qui vos recipit, me recipit, & qui me recipit, recipit eum qui me miſit.] Sed magis mēte pacifica nobiſcum quaſi amicus te ipſum reficiens, aliquantulum bibe, nobiſq; iter cœptum pergentibus, tu à Deo benedictus reuertere in domum tuam. Ille autem in malitia pertinax, nolens pacificis viri Dei verbis acquieſcere, ſed conuicia ingeminans, opprobria iaculans: Tu me, inquit, hortaris bibere, & pacem tecum inire: ſcito certiſsimè, quod tecum bibere pro nihilo habeo. Rapienſque ex eius ore verbum hoc vir Dei: Si non velis, ait, mecum bibere, non bibe: & ſtatim paratis ſocijs, perrexit viam ſuam. Ille quoque contumax domum ſuam feſtinabat adire, ſed totus ſubito ſiti ardebat; cupienſque ardentem ſtomachum vino refrigerare, os, quod viro Dei conuicia ingeſsit, vini potionem recipere nō valebat; & qui pacem cum viro Dei voluntariè noluit, pœnam in ſe ipſo neceſſariè ſuſtinuit. Vocati sūt medici, qui ſitim ſedarent, aut facultatem ægroto bibendi præſtarent: anhelabant viſcera; ſed nō fuit, qui guttam vini ferueſcenti pulmoni infundere valeret. Tandem aliquando pœnitentia ductus ille, in ſeipſum reuerſus eſt, & agnoſcebat ſanctum Vvilibrordum eſſe, quem offenderat, illiuſque anhelante ſpiritu optabat reditum. Qui ſequenti anno eadem reuerſus eſt via, præcognitoque aduentu eius, obuius ei homo ægrotus venire feſtinabat, culpam confitens ſuam, & quam patiebatur pęnam aperiens, pro amore Chriſti ſe ſolui deprecabatur. Quem vir Dei miſericordia motus abſoluit, deditque illi cum benedictione de ſuo bibere calice. Qui mox abſolutus bibebat, & ſanus in ſuam reuerſus eſt domum.

Matt. 10

V. *Epiſcopo carenti vnde pauperem potaret, vinum extemplo diuinitus mittitur.*

ALius item Epiſcopus oppido ſitiēs vinum ſibi adferri pręcepit: cumque pincerna totum quod erat in vaſculo funditus exhauſiſſet in poculū, & Epiſcopo detuliſſet: ecce pauper importunis illud ſibi flagitabat precibus dari, dicens: quia præ ariditate nimia, niſi biberet, quo minus exſpiraret. Econtra miniſter aſſerebat, & nil ſe in vaſe reſiduum reliquiſſe, & in eo loco vinum aliud reperire nullatenus poſſe. In his ergo fortis Epiſcopus anguſtijs deprehenſus, cum & hinc vim ſitis ſufferre non poſſet, illinc autem alio periclitante ſe bibere impium iudicans, auertit ſe à ſe, fratrique laboranti in neceſsitate ſuccurrit. Præcepit ergo pauperi vinum dari. Sed iam quo ſpes bibendi defecerat omnino, eo ſitis Epiſcopi atrocius ſæuiebat: mandauit miniſtro, ut uinarium uas requireret, ſi forte aliquam conſolationis ſtillam uel perexiguam reperiret. Qui diutius abnegans, nihilque ſe reſeruaſſe conſtanter affirmans, tandem non ſpe erectus, ſed imperio magis oppreſſus paruit, & uas, quod uacuum reliquerat, uino plenū nimium admiratus inuenit.

Tom. 5. Bibliotheca SS. Patrū ex epiſt. Petri Damiani.

TIT. VII. De tertio opere miſericordiæ corporalis, ſcilicet nudis operiendis.

Si deſpexi pereuntem, eo quod non habuerit indumentum, & abſque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus eſt. *Iob 31.*

Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem ſuam, & conſolabatur eos, diuidebatque vnicuique, prout poterat, de facultatibus ſuis: Eſurientes alebat, nudiſq; veſtimenta *Tob. 1.*

præbebat, & mortuis atque occiſis ſepulturam ſollicitus exhibebat.

EXEMP. I. *D. Martinus adhuc catechumenus veſtiens pauperem cenſetur eadem veſte Chriſtum contexiſſe.*

S. Seuerus Sulpitius l. de vita S. Martini c. 2. Pet. Caniſius de eleemoſyna c. 12. nu. 8.

QVodam tempore cum D. Martinus Turonenſis Archiepiſcopus iam nihil præter arma & ſimplicem militiæ veſtem haberet, media hyeme, quæ ſolito aſperior inhorruerat (adeo vt pleroſque vis algoris exſtingueret) obuium habuit in via Ambianenſium ciuitatis pauperem nudum. Qui cum prętereuntes, vt ſui misererentur, oraret, omneſq; miſerum præterirent, intellexit vir Deo plenus ſibi illum, alijs miſericordiam non præſtantibus, reſeruari. Quid tamen ageret? Nihil præter chlamydē, qua indutus erat, habebat. Nam reliqua in opus ſimile conſumpſerat. Arrepto itaque ferro, quo erat accinctus, mediam diuidit, partemque eius pauperi tribuit, reliqua rurſus induitur. Interea de circumſtantibus ridere nonnulli, quia deformis eſſet, & truncatus habitu videretur: multi tamen, quibus erat mens ſanior, altiùs gemere, qui ſimile nihil feciſſent, cum vtiq; plus habentes, veſtire pauperem ſine ſua nuditate potuiſſent. Nocte igitur inſecuta, cùm ſe ſopori dediſſet, vidit Chriſtum chlamydis ſuæ, qua pauperem texerat, parte veſtitum. Intueri diligentiſſimè Dominum, veſtemque, quam dederat, iubetur agnoſcere. Mox ad Angelorum circumſtantium multitudinem audiuit Ieſum clara voce dicentem: Martinus adhuc catechumenus hac me veſte contexit. Verè memor Dominus dictorum ſuorum, quæ ante prædixerat: Quamdiu feciſtis hæc vni ex minimis iſtis, mihi feciſtis: ſe in paupere profeſſus eſt eſſe veſtitum, & ad confirmandum tam boni operis teſtimonium in eodem ſe habitu, quem pauper acceperat, eſt dignatus oſtendere.

II. *Martianus vnica veſte, quā erat indutus, veſtit pauperem.*

Baron. Annal. Eccleſ. to 6. ad an. 459. ex Sur. to. 1. Ianuar. 10.

COnſtructa à S. Martiano presbytero in honorem ſanctæ Anaſtaſiæ æde ſacra, omnibus conuenientibus, noui templi, vt par erat, ipſo die quo Martyr certamen conſummauit, encęnia fuerūt celebrata: vocabant autem ad encænia & fideles Imperatores, & ſacrum Senatum, & omnem, vt ſemel dicam, ciuitatem. Oportebat autem eum, qui latebat, Martianum eo die videri, qualis eſſet moribus, qualis virtute, & quantum ſe vltra mandata extendebat. Nam cum tota concurreret ciuitas, & pauperes vna cum ea quodā pacto attraherentur: pauper quidam accedens ad hunc virum egregium (ij enim exquirunt & diſcunt benignas, & clementes animas, non ſecus atque hi, qui laborant, medicos) accedeńs ergo reſpexit ad eius dexterā, & petijt, vt acciperet aliquod medicamentum famis. Ille autem (tunc enim nihil geſtabat in ſinu, ſed re vera habebat intra animæ ſinum benignitatem multam & clemētiam) cum remotus fuiſſet ab omnibus, & locū aſpexiſſet valde latentem: nullo autem alio, niſi vnica tegeretur tunica, quod quidem fuit ei tota vita familiare, vt duabus non vteretur tunicis: cum ſic ſe haberet vir diuinus, etſi facilè erat, excuſando egeſtatem, repellere ſupplicationem: nam quod nihil portabat, teſtes habebat optimos omnia intuentes oculos: Ille, perinde ac ſi non daret, fieri non poſſet, vt nō Deo afferret moleſtiam, cum ſe ea ipſa, quæ ſola intus erat, veſte exuiſſet, dat egenti prompto & alacri animo: & de cætero habebat ſolam veſtem Sacerdotalem, & penulam, qua corpus contegebat; quam etiam vndequaque contrahens, cupiebat, quantum fieri poterat, latere, & id quod factum fuerat, omnium celare oculos.

III. *Martyrius ſuo pallio inuoluens leproſum, & aſportans, admirabili miraculo oſtenditur Chriſtum texiſſe & portaſſe.*

Ex Greg. Mag. ho. 39. in Euang.

EPiphanius Diaconus, Iſauria prouincia exortus, in vicina factũ terrá Lycaoniæ narrare ſolet miraculum. Ait enim, quod in ea quidam Martyrius nomine, vitæ valde venerabilis monachus fuit, qui ex ſuo monaſterio viſitationis gratia ad aliud monaſteriũ tendebat, cui ſpiritalis pater præerat. Pergens itaq; leproſum quendã, quẽ denſis vulnerib. Elephantinus morbus per membra fœdauerat, inuenit in via, volentem ad ſuum hoſpitium redire, ſed præ laſſitudine nõ valentẽ. Ipſo vero itinere ſe habere hoſpitiũ perhibebat, quo idẽ Martyrius monachus ire feſtinabat. Vir autem Dei eiuſdem leproſi laſſitudinis miſertus, palliũ, quo veſtiebatur, in terram prorſus proiecit & expandit, ac deſuper leproſum poſuit, eumque ſuo pallio vndiq; conſtrictum ſuper humerum leuauit, ſecumq; reuertens detulit: cumq; iam monaſterij foribus propinquaret, ſpiritalis pater eiuſdem monaſterij magnis vocibus clamare cœpit: Currite, ianuas monaſterij citius aperite, quia frater Martyrius venit Dñm portans. Statim verò vt Martyrius ad monaſterij portã peruenit, is qui leproſus eſſe putabatur, de collo eius exiliens, & in ea ſpecie apparens, qua recognoſci ab hominibus ſolet Redemptor humani generis, Deus & homo Chriſtus Ieſus, ad cælum Martyrio adſpiciente redijt, eique aſcendens dixit: Martyri, tu non me erubuiſti ſuper terram, ego te non erubeſcam ſuper cęlos. Qui ſanctus vir mox vt eſt monaſterium ingreſſus, ei pater monaſterij dixit: Frater Martyri, vbi eſt, quem portabas? Cui ille reſpondens dixit: Ego ſi ſciſſem quis eſſet, pedes illius tenuiſſem. Tunc Martyrius narrabat, quia cùm eum portaſſet, pondus eius minimè ſenſiſſet. Nec mirum: Quomodo enim pondus ſentire poterat, qui portantem portabat?

Chriſtus Dominus leproſi formam induit.

IV. *S. Franciſus veſtiens militem pauperem mira videt, & compenſationem admirabilem recipit.*

D. Bonauent. in vita eius cap. I.

FActa eſt aliquando ſuper Franciſcum Aſſiſinatem manus Domini, & immutatio dexteræ excelſi, diutinis languoribus ipſius corpus aſſligens, vt coaptaret animam ad Sancti Spiritus vnctionem. Cumq; reſumptis corporeis viribus, ſibi veſtimenta decentia more ſolito præparaſſet; obuium habuit militem quendam, generoſum quidem, ſed pauperem & malè veſtitum: cuius pauperiem pio miſeratus affectu, illum protinus, ſe exuto, veſtiuit, vt ſcilicet in vno geminum impleret pietatis officium, quo & nobilis militis verecundiam tegeret, & pauperis hominis verecundiam releuaret. Nocte vero ſequenti cum ſe ſopori dediſſet, palatium ſpecioſum & magnum, cum militaribus armis crucis Chriſti ſignaculo inſignitis, clementia ſibi diuina monſtrauit, vt miſericordiã pro ſummi Regis amore pauperi exhibitam militi, præoſtenderet incomparabili compenſandam eſſe mercede. Vnde & cum quæreret, cuius eſſent illa omnia; ſua fore, militumq; ſuorum, ſuperna fuit aſſertione reſponſum. Euigilans itaque mane, cum nondum haberet exercitatum animum ad diuina perſcrutanda myſteria, neſciretq; per viſibilium ſpecies tranſire ad contuendam inuiſibilium veritatem, magnæ fortè proſperitatis indicium exiſtimabat inſolitam viſionem. Diſpoſuit itaque, diſpoſitionis diuinæ adhuc ignarus, in Apuliam ad quendam liberalem Comitem ſe conferre, in ipſius ſperans obſequio decus adipiſci militiæ, vt oſtenſa ſibi viſio prætendebat. Cumque pauló poſt iter aggreſſus iuiſſet vſque ad proximam ciuitatem, audiuit in nocte Dominum familiari ſibi allocutione dicentem: Franciſce, quis põt melius facere tibi?

Dominus, an ſeruus? diues, aut pauper? Cumque Franciſcus reſpondiſſet, quod tam Dominus, quàm diues, facere melius poteſt: intulit ſtatim: Cur ergò relinquis pro ſeruo Dominum, & pro paupere homine diuitem Deũ? Et Franciſcus: Quid me vis facere, Domine? & Dominus ad eum: Reuertere in terram tuam: quia viſio, quam vidiſti, ſpiritualem præfigurat effectum, non humana, ſed diuina in te diſpoſitione complendum.

V. *Comes exuit ſe omni veſte ad tegendum pauperem, qui ex oculis eius euanuit, relicta omni veſte.*

Th. Cantipr. li. 2. apũ c. 25. par. 14.

HVc etiã referri poteſt illud, quod narrat Thom. à Cantiprato, lib. 2. Apum: Domina, inquit, Alcidis Carnotenſium ac Belenſium Comitiſſa mihi de auo ſuo retulit, dicens: Nobiliſſimus ac potentiſſimus in Baronibus Galliæ, Comes Carnotenſium, ac Bleſenſium pariter, Theobaldus, liberaliſſimus omnium ſuo tempore extitit in donando. Iſte hyeme media, quæ tunc ſolito magis inhorruit, per viam cum multitudine tranſiens obuium habuit pauperem nudum. Quo clamante, reſpondit Comes, Quid petis? Cui pauper, Da, inquit, cappam, quam habes indutam. Nec mora, Comes extractam Cappam pauperi dedit, dicẽs: Si quid vis amplius, petas: & pauper: Da mihi ſupertunicale quod habes, quo ſtatim habito petiuit tunicam; quam vt Comes dedit, remanſit in lineis. Cui pauper, Vides (inquit) ò Comes, quod caput raſum habeam, & nudum, da igitur & pileum. Tunc Comes paululum erubeſcẽs, caluus enim erat. Nunc, inquit, chariſſime, nimis inſiſtis, quia hoc ipſe carere non poſſum. Quo dicto, relictis veſtibus, pauper euanuit. Comes verò de equo cadens planctum lamentabilem fecit, & omni tempore poſtea tale quid cauẽs, omni petenti ſe tribuit.

VI. *De pallio ab Elizabetha pauperi donato, mox ipſi miraculosè reſtituto.*

Iacob. Spirenſis in vita eius c. 8. apud Suri. to. 6. Noueb. 15.

MAxima ſanè cõmiſeratione erga pauperes, atq; incõmodis membrorum laborãtes erat Eliſabetha Regis Hungariæ filia, vt ei cõcinnè admodum S. Iob verba conuenirent: Ab infantia mecũ creuit miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum. Huic virtuti, ne ſterilis eſſet, adiuncta erat munificentia: ad quam cum ſua ſponte incitaretur, vbi & Principis fauor acceſſit, properanti (vt dici ſolet) calcaria ſunt addita. Venerunt ſiquidẽ quodam tpe ad Ludouicum Hungarorum Regem dictę Eliſabethæ maritum, comites aliquot, procerumq; non pauci. Iamq; conuiuij tempus aduenerat, cum reſidentibus cunctis, aberat Eliſabetha. It, iuſſũ Principis, ſtatorum vnus, accitum illam. Cui cum obuiam factæ nunciaſſet, cunctos ad ipſius aduentum pendere conuiuas: illa maturiùs incedens, vbi cœpit gradus, qui ad triclinium pertinebant, aſcendere, ſubito mẽdicus quidam importunis clamoribus eleemoſynam depoſcere auditur. Quem illa deſuper vidẽs (neq; enim antea ſub gradibus iacẽtem animaduerterat) pauliſper expectare monet, pollicita, quandoquidem in præſentiarum nihil ſibi erogandum ſuppeteret, miſſuram ſe breui qđ petebat. Ille nihilo tranquillior factus, abeuntem pertinaciſſimis inclamat vocibus, & ne miſerum ſe ſine dono prętereiret, inſtantiſſimè precatur. Figit gradum Eliſabetha, eiq; pallium non contemnendi pretij, quo veſtita erat, tranſmittit. Quod ille ſumma cũ alacritate ſuſcipiens, arce ſtatim exceſſit. Id cùm reuerſus ſtator non ſine indignatione propalam retuliſſet, ſubriſit princeps: deſertoq; mox accubitu, progreſſus occurrenti ait: Quid, mea ſoror, tamdiu moraris? Ad quem illa, En, inquit, mi frater, appropero: Talibus. n. ſe nominibus viciſſim appellabant. Tum princeps

ceps: Vbi loci, ait, pallium reliquiſti? Illa porrecto indice; En, inquit, pallium noſtrum de pertica propendens. Videt ille, accedit, attrectat, euoluit, illudque ipſum eſſe, quod pauperi dudum eleemoſynę loco donatum audierat, cognoſcit. Illico ſtupore vehementi perfuſus, non parum addubitat, tantęne rei miraculum, an egregiam vxoris fidem, in cœlum ferat.

VII. *S. Catharina aliud ad manum non habens, dat pauperi crucem argenteam, quam geſtabat; Chriſtus eandem oſtendit virgini oranti.*

In vita eius per Raymundũ à Capua ſ. Antoninũ 3. par. hiſt. tit 23. c. 4. et Sur. to. 2. 29 Apil.

ORante quandoque ſancta virgine Catharina Senenſi in Eccleſia Dominicanorum Senenſium, quidam mendicus ab ea petijt opem. Illa, cum nihil haberet apud ſe, rogauit vt exſpectaret, donec eſſet reuerſa domum. At illo dicente, ſe tam diu exſpectare non poſſe, ſancta virgo eius nõ ferens afflictionem, anxiè cogitare cœpit, quidnam ei dare poſſet. Mox ſuccurrit ei, habere apud ſe crucem paruam argenteam. Eam igitur pauperi hilariter dedit, iſque ea accepta lætus abſceſſit. Nocte proxima Chriſtus virgini oranti apparuit, eamque crucem ei oſtendit, multis gemmis vndique ornatam, promiſitque ei, ſe in die iudicij eam coram tota Angelorum, & hominum frequentia oſtenſurum.

VIII. *Catharina Chriſto in ſpecie pauperis largitur, & ab eodem apparenti amplam recipit remunerationem.*

Idẽ ibid.

Catharinæ Senenſis charitas ſeu liberalitas in pauperem.

ALio tempore, eædem ſacræ virgini Catharinæ ex eodem templo domum redire volenti Chriſtus occurrit in forma iuuenis pauperis, ac peregrini, triginta plus minus annorum: petiuitque ab ea veſtem. Illa rediens ad ſacellum, vnde deſcenderat, tunicam non manicatam, quam ſub extima veſte propter frigus habebat, ſibi cautè detraxit, pauperiq; tribuit, neſciens eſſe Chriſtum. At ille etiam lineum veſtimentum petijt. Tum illa iubet eum ſe ſequi ad ædes ſuas, vbi ei ſubuculam & ſubligaculum dedit. Verùm nõ deſtitit ille plura mendicare, vt probaret eius animũ. Quid, inquit, faciam hac tunica, quæ manicis caret? Quæſo etiã manicas mihi largiaris. Illa perluſtrat domum, & ecce videt à pertica ſuſpenſam nouam ancillæ tunicam: ab eaque manicas auferens dat pauperi. Rurſus ille etiam ſocium in domo hoſpitali ſe habere dicit, valde indigentem veſtibus. Tum verò ſancta virgo nihil prorſus ſibi ſupereſſe videns, quod daret, præter tunicam, qua erat induta, quã non ſinebat virgineus pudor, & honeſtas, vt ſibi detraheret, ne nuda cogeretur cum multorum offendiculo incedere, dixit pauperi: Reuera chariſſime, ſi poſſem vllo pacto, libenter aliquid præſtarem ſocio tuo. Ille vero ſubridens: Video, inquit, promptum animum tuum: ſed iam bene vale. Etſi autem ſancta virgo, illo recedente, ex quibuſdam ſignis coniecit Dominum Ieſum eſſe; tamen quia tanta gratia ſe indigniſſimam putabat, ad conſueta ſe recepit exercitia ſua. Sed nocte ſequenti Dominus ei oranti manifeſtè ſe viſendum præbuit, in illius pauperis effigie, in manu ferens tunicam, quam ipſi virgo dederat, margaritis iam & coruſcantibus gemmis conſpicuam, aitque ſe illi daturum veſtem inuiſibilem, quæ ab ea arceret, omne noxium vtriuſque hominis frigus. Quod certè etiam reipſa præſtitit, adeo vt ex eo tẽpore iiſdem hyeme, quibus æſtate, contenta fuerit veſtibus, immo nec hyemis intemperiem vnquam ſenſerit. Simul autem etiam Dominus, & cum crucem argenteam, & cum hanc tunicam illi oſtenderet, talia ei promiſſa fecit, vnde certò illi conſtare poſſet ipſam in cœlis excellenti gloria ſine fine perfruituram.

Miſericord. opera liberaliter Chriſtus compenſat.

TIT. VIII. De iv. opere miſericordiæ corporalis, captiuis ſcilicet redimendis.

Geneſ.14 *Quod cum audiſſet Abraham, captum videlicet Loth fratrem ſuum, numerauit expeditos vernaculos ſuos trecentos decem, & octo, & perſecutus eſt vſque Dan: Et diuiſis ſocijs irruit ſuper eos nocte, percuſſitque eos, & perſecutus eſt eos vſque Hoba, quæ eſt ad læuam Damaſci. Reduxitq; omnem ſubſtantiam, & Loth fratrem ſuum, cum ſubſtantia illius, mulieres quoque, & populum.*

EXEMP. I. *Iniuſtè carcere detentus diuinitus liberatur.*

Hugo monachus Cluniacenſis in vita Hugonis. Abb. apud Sur. 29 Apr.

ALdephonſum Hiſpaniæ Regem Sanctius frater eius regno priuauerat, captum & catenatum carceri mancipauerat. Illi vero pius Hugo cõpatiens, pro eo apud Dominum precibus inſiſtebat, & Apoſtoli confidens meritis, à Domino eum abſolui poſcebat. Nec mora: beatus Petrus Apoſtolus cuidam fratri in Cluniaco apparuit, preces Hugonis pro Aldephonſi ereptione Deum admiſiſſe reuelauit; fecit etiam Aldephonſo illud in carcere nuntiari. Porro Sanctio in ſomnis ſub graui comminatione præcepit, vt cito Aldephonſum reſtitueret, nec differre auſus eſſet. Sanctius terrore correptus ſtatim reſtituit Aldephonſum: reſtitutus ille, Deo & liberatori ſuo Hugoni gratias egit, cenſumque, quem pater ſuus Ferdinandus Rex quotannis Cluniacenſi monaſterio ſoluendum inſtituit, ipſe duplicauit, ducentas & quadraginta auri vncias annuatim reddens.

II. *Sanctus Paulinus Epiſcopus Nolanus ſuæ ciuitatis captiuos ſua ſeruitute liberat.*

Greg. lib. 3. dial. cap. 1. D. Aug. lib 1. de Ciuitate Dei c. 10. D. Proſper de cõtempl. li. 2. c. 9. Breuiar. Rom. 22. Iunij.

CVm ſæuientium VVandalorum tempore fuiſſet Italia in Campaniæ partibus depopulata, multiq; eſſent de hac terra in Aphricam regionẽ traducti, vir Domini Paulinus cuncta quæ ad Epiſcopi vſum habere potuit, captiuis, indigentibuſq; largitus eſt. Cumq; iam nihil omnino ſupereſſet, quod petentibus dare potuiſſet, quodam die quædam vidua aduenit, quæ à Regis VVandalorum genero filium ſuum in captiuitatem fuiſſe ductum perhibuit, atque à viro Dei eius pretium poſtulauit, ſi forte illius dominus dignaretur hoc accipere, & hũc concederet ad propria remeare. Sed vir Dei magnopere petenti fœminæ quid dare potuiſſet inquirens, nihil apud ſe aliud niſi ſe inuenit, petentiq; fœminæ reſpondit, dicens: Mulier, q̃d poſſum non habeo, ſed memetipſum tolle, ſeruum me tui iuris eſſe profitere, atque vt filium tuum recipias, me vice illius in ſeruitium trade. Quod illa ex tanti viri audiens ore, irriſionem potius credidit, quam compaſſionem; at ille, vt erat vir eloquentiſſimus, atq; apprime exterioribus quoque ſtudijs eruditus, dubitanti fęminæ citius perſuaſit, vt audita crederet, & pro receptione filij ſui in ſeruitium tradere Epiſcopum non dubitaret. Perrexere ergo vtrique ad Aphricam. Procedente autem regis genero, qui eius filium habebat, rogatura vidua ſe obtulit, ac prius petijt, vt ei filium donare debuiſſet. Quod cum vir barbarus typho ſuperbiæ turgidus, gaudio tranſitoriæ felicitatis inflatus, non ſolùm facere, ſed etiã audere deſpiceret, vidua ſubiunxit, dicẽs: Ecce hunc hominem pro eo vicarium præbeo, ſolummodo pietatem in me exhibe, mihique vnicum filium redde. Cumq; ille venuſti vultus hominem conſpexiſſet, quam artem noſſet inquiſiuit. Cui vir Dei Paulinus reſpõdit, dicens: Artem aliquam neſcio, ſed hortum bene excolere ſcio. Quod vir gentilis valde libenter accepit, cum in nutriendis oleribus, quia peritus eſſet audiuit. Suſcepit itaque ſeruum, & roganti fœminæ reddidit filium.

S. Paulinus fit hortulanus.

filium. Quo accepto, vidua ab Aphricana regione diſceſſit. Paulinus verò excolendi horti ſuſcepit curam. Cumque idem regis gener crebrò ingrederetur hortum, ſuumque hortulanum quædam requireret, & ſapientem valde hominem videret, amicos cœpit familiares deſerere, & ſæpius cum ſuo hortulano colloqui, atque eius ſermonibus delectari. Cui Paulinus quotidie ad menſam olera, virenteſq; herbas deferre conſueuerat, & accepto pane ad curam horti remeare. Cumque hoc diutius ageret, quadam die ſuo domino ſecum ſecretius loquenti ait: Vide quid agas, & Vvandalorum regnum qualiter diſponi debeat, prouide; quia Rex citius, & ſub omni celeritate eſt moriturus. Quod ille audiẽs, quia ab eodem rege vehementius præ cæteris diligebatur, ei minimè tacuit: ſed quid à ſuo hortulano, ſapienti ſcilicet viro, agnouiſſet, indicauit. Quod dum Rex audiſſet, illico reſpondit: Ego vellem hunc, de quo loqueris, hominem videre. Cui gener eius, venerabilis Paulini temporalis dominus, reſpondit, dicens: Virentes herbas mihi ad prandium deferre conſueuit. Has itaque ad menſam eum deportare facio, vt quis ſit, qui mihi hæc eſt locutus, agnoſcas. Factumque eſt. Et dum Rex ad prandendum diſcubuit, Paulinus ex ſuo opere olera quæque, & virentia delaturus aduenit. Cumq; hunc Rex ſubito conſpexiſſet, intremuit, atque accerſito eius domino ſibi per filiam propinquo, ei ſecretum, quod priùs abſconderat, indicauit, dicens: Verum eſt quod audiſti: nam nocte hac in ſomnio, ſedentes in tribunalibus corã me iudices vidi, inter quos iſte etiam ſimul ſedebat, & flagellum, quod aliquando acceperam, eorum mihi iudicio tollebatur. Sed percunctare quiſnam ſit, nam ego hunc tanti meriti virum, popularem, vt conſpicitur, eſſe non ſuſpicor. Tunc regis gener ſecreto Paulinum tulit, & quiſnam eſſet inquiſiuit. Cui vir Domini

S. Paulinus prædicit regi mortem.

Dei iudiciũ regi Vvandalorum in ſomno oſtenſum.

reſpondit: Seruus tuus ſum, quem pro filio viduæ vicarium ſuſcepiſti. Cumque inſtanter ille requireret, vt non quis eſſet, ſed quis in terra ſua fuiſſet, indicaret: atque hoc ab eo iteratione frequentis inquiſitionis exigeret; vir Domini conſtrictus magnis coniurationibus, iam non valens negare quid eſſet, Epiſcopum ſe fuiſſe, teſtatus eſt. Quod poſſeſſor eius audiens valde pertimuit, atque humiliter obtulit dicens: Pete quod vis, quatenus ad terram tuam à me cum magno munere reuertaris. Cui vir Domini Paulinus ait: Vnum eſt quod mihi impendere beneficium potes, vt omnes ciuitatis meæ captiuos relaxes. Qui cuncti protinus in Aphrica regione requiſiti, cũ onuſtis frumento nauibus pro venerandi viri Paulini ſatisfactione in eius comitatu laxati ſunt. Poſt non multos verò dies Vvandalorum rex occubuit, & flagellum, quod ad ſuam perniciem diſpenſante Deo pro fidelium diſciplina tenuerat, amiſit. Sicque factum eſt, vt omnipotẽtis Dei famulus Paulinus vera prædiceret: & qui ſe in ſeruitium ſolum tradiderat, cum multis à ſeruitio ad libertatem redijt, illum videlicet imitatus, qui formam ſerui aſſumpſit, ne nos eſſemus ſerui peccati. Cuius ſequens veſtigia Paulinus ad tempus voluntariè ſeruus factus eſt ſolus, vt eſſet poſtmodum liber cum multis.

S. Paulini humilitas.

III. *Sanctulus pro Diacono captiuo ſe captiuum, & morti obtulit, & ſe, & illum, & alios multos de captiuitate liberauit.*

QVid in virtute Domini venerãdus vir Sãctulus exterius fecerit, audi ex virtute Domini, qualis interius fuit. Die enim quadam à Longobardis captus quidam Diaconus tenebatur ligatus, eumque ipſi qui tenuerant, interficere cogitabant. Adueſperaſcente autem die vir Dei Sanctulus ab iiſdem Longobardis petijt, vt

Ex lib. 3. dialog. 1. B Greg. Papa c. 7

vt relaxari, eiq; vita concedi debuiſſet: quod poſſe ſe facere omnino negauerunt. Cumq; mortem illius deliberaſſe eos cerneret, petijt, vt ſibi ad cuſtodiam tradi debuiſſet. Cui protinus reſponderunt: Tibi quidem eũ ad cuſtodiendum damus, ſed ea conditione interpoſita, vt ſi iſte fugerit, pro eo ipſe moriaris. Quod vir Domini libenter accipiens, prædictum Diaconum in ſuam ſuſcepit fidem, quem nocte media, cum Longobardos omnes graui ſomno preſſos aſpiceret, excitauit, & ait: Surge, & concitus fuge: liberet te omnipotens Deus. Sed idẽ Diaconus promiſſionis eius non immemor, reſpondit dicens: Fugere, pater, nõ poſſum: quia ſi ego fugero, pro me ſine dubio ipſe morieris: quem vir Domini Sãctulus ad fugiendum compulit, dicens: Surge & vade, te omnipotens Deus eripiat. Nam ego in manu eius ſum, tantum in me poſſunt facere, quantum ipſe permiſerit. Fugit itaq; Diaconus, & quaſi deceptus in medio fideiuſſor remanſit. Facto igitur mane, Longobardi, qui Diaconum ad cuſtodiendũ dederant, venerunt, quem dederãt petierunt; ſed hunc venerandus presbyter fugiſſe reſpondit: Tunc illi inquiunt: Scis ipſe melius quid cõuenit: Seruus autem Domini conſtanter ait: Scio. Cui dixerunt: Bonus homo es, nolumus te per varios cruciatus mori, elige tibi mortem quam vis, Quibus vir Domini reſpondit dicens: In manu Dei ſum, ea morte me occidite, qua me occidi permiſerit. Tunc omnibus, qui illic aderant, Longobardis placuit, vt eum capite truncare debuiſſent, quatenus ſine graui cruciatu vitam eius compendioſa morte terminarent. Cognito itaq; quod Sanctulus, qui inter eos pro ſanctitatis reuerentia magni honoris habebatur, occidẽdus eſſet: omnes qui in eodem loco inuenti ſunt Longobardi conuenerunt, ſicut ſunt nimiæ crudelitatis, læti ad ſpectaculum mortis. Circumſteterunt itaq; acies. Vir autem Domini deductus in medium eſt, atq; ex omnibus viris fortibus electus eſt vnus, de quo dubium non eſſet, quin vno ictu caput eius abſcinderet. Venerandus igitur vir inter armatos deductus ad ſua arma ſtatim cucurrit: nam petijt, vt paullulum orandi ſibi licentia daretur: Cui dum conceſſum fuiſſet, in terram ſe ſtrauit, & orauit. Qui dum paullo diutius oraret, hunc electus interfector calce pulſauit, vt ſurgeret, dicens: Surge, & flexo genu intende ceruicem. Surrexit autem vir Domini, genu flexit, ceruicẽ tetendit: ſed tenſo collo eductam contra ſe ſpadam intuens, hoc vnum publicè fertur dixiſſe: Sancte Ioannes ſuſcipe illam. Tunc electus carnifex euaginatũ gladium tenens, niſu forti brachium in altum percuſſurus leuauit, ſed deponere nullo modo potuit; nam repẽte obriguit, & erecto in cœlum gladio brachium inflexibile remanſit. Tũc omnis Longobardorũ turba, quæ ad illud mortis ſpectaculũ aderat, in laudis fauorem conuerſa mirari cœpit, virumque Dei cum timore venerari, quia profecto claruerat, cuius ſanctitatis eſſet, qui carnificis ſui brachium in aere ligaſſet. Itaq; Poſtulatus vt ſurgeret, ſurrexit; poſtulatus vt brachium ſui carnificis ſanaret, negauit, dicens: Ego pro eo nullo modo orabo, niſi mihi ante iuramentum dederit, quia cum iſta manu Chriſtianum hominem non occidat. Sed Longobardus idem, qui (vt ita dicam) brachium cõtra Deum tendendo perdiderat, pœna ſua exigente compulſus eſt iurare, ſe Chriſtianum hominem nunquam occidere. Tũc vir Domini præcepit, dicens: Tolle manum deorſum, qui ſtatim depoſuit: atque illico adiunxit: Remitte gladium in vaginam, & ſtatim remiſit. Omnes ergo tantæ virtutis hominem cognoſcentes, boues & iumenta quæ deprædati fuerant, certatim ei offerre in munere volebant. Sed vir Domini tale munus recipere noluit, munus autem bonæ mercedis quęſiuit, dicens: Si mihi

Precationis virtus.

Sãctitas ipſis hoſtibus eſt venerabilis.

hi

hi aliquid vultis concedere, omnes captiuos quos habetis mihi tribuite, vt habeã, vnde pro vobis orare debeam. Factumq; eſt, & omnes captiui cũ eo dimiſſi ſunt, atq; ſuperna gratia diſponente, cum ſe vnus pro vno morti obtulit, multos à morte liberauit.

IV. *Abbas Leo obtulit captiuum pro alijs tribus, & recepit coronam Martyrij.*

Cæſar Baro. to. Annal. Eccl. ad an. 686. ex prat. ſpir. c. 112. TEmporibus imperij Tiberij fideliſſimi Cæſaris aſcendimus Oaſim, vidimuſq; magnum illic in diuinis rebus monachum, genere quidem Cappadocem, nomine autẽ Leonem. De hoc multi multa digna admiratione narrabant nobis. Nos autẽ pertingentes ad illius familiare colloquium, magnumq; experimentum capientes ſancti viri huius, magnificè ædificati ſumus, & maximè in humilitate eius & ſilentio, & nuditate rerũ omnium, & charitate, quam ad omnes habuit. Dicebat ergo ſemper venerabilis ſenex: Credite mihi, filij, quia regnare debeo. *Mori pro fratribus regnare eſt.* Nos autem dicebamus: Crede nobis, Abba Leo, quia nullus ex Cappadocia vnquam regnauit: importunam ergo habes iſtam cogitationem. Ille vero rurſus dicebat: Veraciter filij, regnare habeo. Nemo autem poterat eum ab hac cogitatione remouere. Cum autem veniſſet Mazices, & vniuerſam prouinciam illam deuaſtaſſet ac diripuiſſet Phocas Imperator, venerunt in Oaſim, & monachos quidẽ plures occiderũt, plurimoſq; captiuos duxerunt: inter quos acceperunt & Abbatem Ioannem (fuerat autem hic Lector magnæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ) & Abbatem Euſtathiũ Romanum, & Abbatem Theodorum Cilicem (erant autem tres infirmantes.) Cum ergo vincti fuiſſent, ait Abbas Ioannes Barbaris: Ducite me in ciuitatem, & faciam, vt Epiſcopus det pro nobis numiſmata viginti quatuor. Accepit ergo illum vnus ex barbaris, & duxit prope ciuitatem, ingreſſuſq; eſt Abbas Ioannes ad Epiſcopum, inuentus autem eſt in vrbe & Abbas Leo, & alij quidam patrum, atque ideo tenti non fuerant. Ingreſſus igitur Abbas Ioannes cœpit orare Epiſcopũ, vt barbaro numiſmata daret. Epiſcopus autem non plura quam octo numiſmata habere inuentus eſt. Voluerunt ergo dare barbaro octo numiſmata, & noluit accipere, dicens: Aut viginti quatuor numiſmata prębere mihi, aut monachum date. Coacti ſunt qui erant in ciuitate, rurſum Abbatem Ioannẽ dare barbaro flentem & eiulantem. Adduxit autem illum barbarus in tabernacula ſua. Poſt tres autem dies ſumptis octo numiſmatibus Abbas Leo in eremum exijt, vbi erant barbari, orauitque illos, dicens: Accipite me cum octo numiſmatibus, & tres illos dimittite, qui infirmi ſunt, neq; pergere per eremum poſſunt: nã interficietis eos, & detrimentum patiemini: ego verò ſanus ſuum, & ſeruiam vobis. Tunc barbari acceperunt Abbatẽ Leonem, & octo numiſmata, & dimiſerunt illos tres. Abijt ergo Abbas Leo vſque ad quendam locum, & cum præ debilitate vltra pergere nõ poſſet, barbari decollauerunt eum: impleuitque Abbas Leo ſcripturam dicentem: [Vt ponat animã ſuam quis pro amicis ſuis, maiorem hac dilectionem nemo habet.] Tunc nos quoq; cognouimus, quidnã eſſet quod dixerat: Quia regnare habeo. Veraciter enim regnauit, quia poſuit animam ſuam pro amicis ſuis.

V. *Nicolaus Abbas adoleſcentem captiuum liberat à captiuitate barbarorum, & reddit libertati Chriſti, & eius obſequio.*

OPportune addijciendũ ducimus, quod paulo poſt Imperatore Mauritio, rurſum barbarorum incurſione contigiſſe idem auctor tradit his verbis: Dicebat & hoc nobis de Abbate Nicolao Abbas Iordanes: Narrauit, inquit, ſenex, quia imperante fideliſſimo Imperatore Mauritio, quando *Idẽ ibid. ex Sophr. c. 155.*

Na-

Namanes Saracenorum nationis dux prædam egit: Cum circuirem ego per Arnonem & Aidonem, aſpicio Saracenos tres habentes ſecum vnum adoleſcentem formoſum valde, annorum ferme viginti, vinctum atq; captiuum. Vt ergo vidit me adoleſcens, flere cœpit, & orare, vt ab eis illũ acciperem. Ego autem Saracenos rogare cœpi, vt dimitterent eum. Vnus autem illorum ſermone reſpondit Græco, & ait: Non dimittemus eum. Et ego rurſum dixi illis: Accipite me, & hunc dimittite, quia fatigationẽ nõ ſuſtinet. Ait mihi & ipſe rurſum: Nõ dimittemus eum. Dixit eis tertiò: Vel pretium pro illo nõ accipitis? Date mihi illum, & quidquid petieritis, afferam vobis. Reſpõdit: Nõ poſſumus tibi dare illum: Sacerdoti enim noſtro promiſimus, quia ſi quid pulchrũ ceperimus, offeremus illud ei, vt ipſum in ſacrificium offerat. Sed vade iam: nam ſi moram feceris, caput tuum in terram proijciam. Tũc proſtratus ego humi dixi: Saluator noſter Chriſte Deus, ſaluum fac ſeruum tuum. Et continuò tres Saraceni dæmonio repleti euaginatis gladijs ſe ipſos conciderunt: aſſumenſque ego adoleſcentem in ſpeluncã meam refoui illũ, qui noluit diſcedere à me, ſed renuntians ſęculo, cum ſeptem annos impleſſet in habitu monaſtico, requieuit; erat enim genere Tyrius.

Precationis pro ſalute proximi efficacia.

VI. *Ornamenta eccleſiæ diſtrahit Acacius Epiſcopus Amidenſis, vt hoſtes redimat.*

Niceph. Coll lib. 14. Eccleſ hiſt. cap. 22. Socrates l. 7. c. 21. Tripar 11 cap. 16 Vſuard. append ad Martyrol. anno 424.

ERat in ciuitate Amidenſi Epiſcopus Acacius nomine, quem tum facinus pulchrum omnibus illuſtriorem, atq; clariorem reddidit. Cum .n. exercitus Romanus Arazena regione vaſtata, ſupra ſeptẽ millia Perſarum cepiſſent, eoſq; nullo modo Perſæ redimere vellent, atq; illi paulatim fame afflicti interirent, eaq; res non parum moleſtiæ Regi afferret, Acacius ea re cognita, non ita prætermittendum cenſuit, ſed qui ſub eo erat, clero coacto: Deus, inquit, noſter, filioli, neque diſcis indiget, neq; Pocula curat. Egeſtati enim minimè obnoxius, non edit neq; bibit. Cum igitur multa ſint eccleſiæ eius donaria, aurea quidẽ plurima, multa etiam argentea, quę benignitate, & liberalitate eorum, qui ſe ad eam cõtulerunt, parauit, vtendum eis cẽſeo ad Perſas captiuos redimendos, & famelicos alendos. Hæc atque alia hiſce ſimilia locutus, ſtatim diuina illa donaria conflauit, atq; ex eis ęſtimationẽ militibus, quæ eis viſa fuerat, perſoluit, & captiuos recepit: deinde alimẽtis eos abundè refectos, viatico eos etiam proſecutus, ad regem ſuum miſit. Id Epiſcopi factum plurimum Perſarum regem ad conſternationem adegit: quod Romanis vtrumque hoc ſtudio eſſet, vt ſimul, & bello, & benefactis egregiè vincerent.

VII. *Deo gratias Epiſcopus Carthaginenſis etiam ſacra vendit redimendorum captiuorum gratia.*

Victor Vti cẽſis li. 1 hiſt. Vandal. et Sur. 17 Octob. apud Baron. to 6. Annal. an. 455.

CVm Deo gratias conſtitutus eſſet eccleſiæ Carthaginenſis Epiſcopus, factum eſt peccatis vrgentibus, vt vrbem illam quondam nobiliſſimam atq; famoſam decimo quinto regni ſui anno caperet Romam Genſericus. Et ſimul exinde regum multorum diuitias cũ populis captiuauit. Quæ dum multitudo captiuitatis Africanum attingeret littus, diuidentibus Vandalis & Mauris ingentem populi quantitatem, vt moris eſt barbaris, mariti ab vxoribus, liberi à parentibus ſeparabantur. Statim ſategit vir Deo plenus, & charus Deo gratias, vniuerſa vaſa miniſterij aurea, vel argentea diſtrahere, & libertatem de ſeruitute barbarica liberare, & vt coniugia fœderata manerent, & pignora genitoribus redderentur: & quia loca nulla ſufficiebant ad capeſſendã multitudinem tantam, baſilicas duas nominatas & amplas, Fauſti & Nouarũ, eorum lectulis atq; ſtraminibus deputauit, decernens per ſingulos dies, quantum

Caritas Ep̃ Carthaginẽſis erga captiuos quanta.

quis

quis pro merito acciperet. Et quia pleroſq; inſuetudo nauigij & crudelitas captiuitatis afflixerat, non paruus inter eos fuerat numerus ægrotorum, quos ille beatus Antiſtes vt nutrix pia, per momenta ſingula cum Medicis circuibat, ſequentibus cibis, vt inſpecta vena, quid cui opus eſſet, illo præſente daretur. Sed nec nocturnis horis ab hoc opere miſericordiæ feriabatur, ſed pergebat excurrẽs per ſingulos lectos, ſciſcitans qualiter ſe quiſque haberet: ita ſe tradiderat omnino labori, vt nec defeſſis membris, nec carioſæ iam ſenectuti parceret.

VIII. *Eccleſiæ opibus & ſacris vaſis multos captiuos redimit ſanctus Cæſarius.*

Baron. to 6 Annal. anno Christi 508 ex Surio in vita S. Cæſarij à Cypriano eius diſcipulo conſcripta c. 14 & 15. 27. Aug. to. 4.

ARelatem Gothis cum innumera captiuorum turba reuertẽtibus, replentur ſacræ baſilicæ, replentur eccleſię domus fidelium multitudine: & cum multa inopia laborarent, quæ ad victum, veſtitumque pertinerent, affatim eis præbuit vir beatus Cæſarius, donec ab ipſo omnes eſſent redempti argento, quod venerabilis Eonius anteceſſor eius eccleſiæ mẽſæ reliquerat; obſeruans illud, quod Dominus in paropſide intinxit panem, non in vaſe argenteo: diſcipuliſque præcepit, ne poſſiderent aurum vel argentum. Hoc autem ſanctum opus ita proſecutus eſt, ut etiam ab illis, quæ ad diuini myſterij diſpenſationem pertinent, non abſtineret, thuribulis, calicibus, patenis argenteis: dicebat enim: Ne homo rationalis Christi ſanguine redemptus, amiſſa libertate, & dura preſſus ſeruitute, aut Arianus efficiatur, aut Iudæus, aut ex ingenuo ſeruus, aut ex libero ſeruus. Ornauit igitur & defendit; non deformauit Eccleſiam: patere voluit filijs uiſcera matris, non præcludi; hoc ſæpiſſime dicens: Velim reſpondeant mihi plerique domini Sacerdotes, & reliqui de clero, qui neſcio quo ſuperfluitatis amore, nolunt dare inſenſibile argentum & aurum ex Chrĩ donarijs, pro mãcipijs Chriſti: Velim, inquam, dicant mihi, ſi aliquo caſu ipſi in eam calamitatẽ inciderent, uellentne eiuſmodi inſenſibilib. donarijs in libertatem uindicari; aut potius ſacrilegij loco haberent, ſi quis eis ex diuinis munuſculis ſubueniret? Equidẽ non puto id ingratum eſſe Deo, de ſuo miniſterio redemptionem parari, qui ſe ipſum pro hoĩbus redimendis dedit. Sed hoc quoq; noĩe in beatum uirum inuidiæ facibus inflammatus Sathan, in eum accuſatione conficta id effecit, ut Raueunam uſq; ſub cuſtodia pertraheretur ad Theodoricum Regẽ: ut impleretur etiam in illo, quod habet ſcriptura diuina: Tanquam aurum in fornace probauit electos Dñs. Venit ergo in palatium ad Theodoricũ Regem, eumq; intrepidè ſalutat. Cernens Rex eum nihil formidantem, & aſpectu uenerabilem, reuerẽter ei aſſurgit, eumq; depoſitis capitis ornamẽtis clementer reſultat. Deinde placidè ſciſcitatus ab eo de labore itineris, de Gothis ſuis, & Arelatẽſibus. Poſtea egreſſo ſancto Pontifice, Rex ad ſuos ait: Non parcat illis Deus, qui tantæ ſanctitatis & innocentiæ virum fruſtra compulerunt tam prolixum iter conficere. Quantus enim ille ſit, vel hinc liceat animaduerti, quod cum ad ſalutãdum me ingrederetur, totus contremui, vidiq; in eo Angelicũ vultum, vidi virum Apoſtolicũ: prorſus nefas puto de tã venerabili viro quidquam durius ſtatuere, aut malè de eo ſentire. Deinde vero beato viro in hoſpitium ingreſſo, miſit idem Rex magni pretij diſcum argenteum librarum plus minus ſexaginta, & cum eo ſolidos trecentos: iuſſitque illi ſic dici: Accipe, ſancte Epiſcope; rogatq; te filius tuus Rex, vt vaſculum iſtud pro munere tua beatitudo dignetur ſuis vſibus pro ipſius memoria reſeruare. At vir ſãctus, qui præter cochlearia nihil vnquã argenti ad menſæ ſuæ vſum

S. Cæſarius ex bene facto patitur inuidiam.

Honoratur à rege Theodorico.

Idem ob ſuam ſanctitatem regio munere donatur.

vſum adhiberi paſſus erat, tertio inde die per miniſtros ſuos diſcum prius æſtimatum iuſſit publicè vendi; cuius pretio multos redemit captiuos. Illico Regis ſatellites ad eum referunt, ſe vidiſſe regium munus palam proſtare, eoq; diſtracto ſanctum Epiſcopum multos è captiuis liberaſſe. Tam enim ad eius hoſpitium confluebat ingens pauperum multitudo, vt præ miſerorum ſuas calamitates exponentium denſitate, vix ad ſalutandum eum pateret acceſſus. Vidimus verò etiam per plateas miſerorum immenſos greges curſitare, euntium ad virum Dei, atque reuertentium.

IX. S. Rembertus meritò præfert redemptionem captiuorum Eccleſiæ ornamentis.

Surius 4. Febr.

SAnctus Rembertus Archiepiſcopus Bremenſis, bonis penè cunctis, quę habebat, ad redemptionem captiuorum expenſis, cum multorum adhuc apud infideles detentorum calamitatem cernere cogeretur, etiam ſacri altaris vaſa ob illos redimendos impendere non dubitauit: qua in re dũ quibuſdam minus ſublimiter intelligentibus non rectè feciſſe videretur, quaſi in alios vſus conuerteret, quæ ſacris eſſent deputata miniſterijs, & à quodam interrogatus eſſet, cur id faceret, iuſta ratione ſciſcitanti ſatisfaciens: Nõ ignoro, inquit, res Eccleſiaſtici officij dignè tractandas, & ſub magna obligatione ad hoc opus eſſe depoſitas. Verũtamen plus eſt apud Deum, per eas ſubueniri captiuis Chriſtianis in anguſtia conſtitutis, quã eſſe queat depoſitum eas cuſtodiendi: cumq; incumbit neceſſitas è duobus bonis alterum eligendi, altero carendi, præferendũ eſt illud, quod eſt præſtantius, & id quod inferius eſt, relinquendũ. Vnde etiam ego, ait, cum nullum ſuppetit conſiliũ aliud, non ſum arguendus impietatis, ſi Chriſtianum, qui filius Dei eſt, theſauris Eccleſię redimo: quandoquidem ſemper inuenire poſſumus, quod ad vſum ſacri miniſterij ſufficiat: irrecuperabilis vero damni eſt, ſi Chriſtianus in captiuitatis afflictione deficiat. Exempli autem cauſa vnum aliquod eius factũ commemoremus, in quo ſanè non minùs potentia miraculi, quam miſericordiæ opus effulſit. Cùm veniſſet quandoque ad partes Slauorum, vbi nouellã recens ad Chriſtum conuerſorum Eccleſiam exſtructam habebat in loco, qui dicitur Sleſvvicum, vidit multitudinem Chriſtianorũ in catenis captiuam teneri: inter quos quædam virgo Deo ſacrata vt eminus illum conſpexit, tam genu flectendo, quam caput crebro inclinando, tum honorem illi exhibere, tum illius miſericordiã pro ſui liberatione implorare videbatur: atq; vt ipſam intelligeret eſſe Chriſtianã, ſublata altiùs voce, cœpit cantare Pſalmos. Tum Epiſcopus miſeratione commotus, cum lacrymis rogabat Deum, vt illi opitularetur: ad cuius preces mox dirupta eſt catena, qua ad collum vincta tenebatur; ne tamen poſſet effugere, facilè impediebãt gentiles illi, inter quorum manus habebatur. At Epĩs pro eius ereptione anxius, detinẽtibus eam paganis, cõplura diuerſi generis pretia pro illa obtulit: verum illi nullam accipiebant conditionem, niſi eam ſolam, vt equum ſuum, quo ipſe ſedere conſueuerat, ipſis daret. Quod ille vir pius & miſericors non detrectans, & repentè de equo deſiliens, totum illum cum omnibus ad eum pertinentibus pro captiua dedit, redemptamque libertate donauit, poteſtatem illi faciens quo vellet abeundi ex vno opere geminum ſuæ laudis, & virtutis monumentum relinquens, quod & efficacia orationis ſuæ catenam confregerit, & tam egregium miſericordiæ opus declararit.

S. Remberti prec. ib Chriſtiana captiua vincula dirũpuntur.

Genus pietatis Eccleſia Chriſtianos redimere.

x. Ania-

x. Anianus in ſua inauguratione petit captiuos liberari, qui recuſat, punitur & vt liberetur à morbo & morte, captiuos liberat, & ſanatur.

Sur. to. 6. Nouēb. 17. Vincen. l. 19. c. 12

ANianus Epiſcopus Aurelianenſis cum pro inauguratione cum ſolemnitate vrbem eſſet ingreſſurus, petijt ab vrbis præfecto Agrippino, vt captiuos omnes ſibi dono daret. Quod cū Agrippinus recuſaret, ex ruina lapidis ex alto cadentis grauiter vulneratus eſt. Senſit illico ea cauſa id accidiſſe, quod Epiſcopi preces reieciſſet. Mittit ergo, iam à famulis reportatus in domum ſuam, qui Epiſcopum vocent: Mors enim propter nimiam ſanguinis effluxionem iam impendere videbatur. Venit Epiſcopus, manu ſua vulneri Crucis ſignum imprimit, ſanguis ſiſtitur, redeunt vires propè iam deplorato, aperiuntur carceres, & exeunt miſeri, beati Aniani Epiſcopi interceſſione in libertatem vindicati.

TIT. IX. De quinto opere miſericordiæ corporalis: de viſitandis nimirum infirmis.

EXEMP. I. *De inſigni Macarij charitate aduerſus ægrum.*

Matth. Rader p. 3. Viridarij Sāctor c. 6. nu 19. S. Macarij mira in ægrum charitas.

SAnctus Macarius olim viſit Monachum morbo laborantem, quæſiuitque, ecquid deſideraret? Parum, inquit, panis recentis ex flore farris melioris. Pinſebant autem ibi tunc religioſi farinam ipſimet ad vſum totius anni; ſic enim illic mos obtinuerat. Ter ergo beatus ille ſuoque nomine digniſſimus Macarius homo natus annos nonaginta, ea ætate profectus Alexandriam, panes, quos ſecum aridos & ſiccos acceperat, delicatioribus permutauit, & ægro allatos porrexit. Macte ſenex labore, virtus nunquam langueſcit, viget in fractis membris, & frangitur in delicatis. Senium non ſentit charitas.

II. *Inſignis diligentia & charitas Appollonij erga infirmos.*

Pallad. in hiſtor. Lauſiaca ſect 4 Niceph. lib. 11. c. 35.

QVidam Appollonius nomine, ἀπὸ πραγματευτῶν, id eſt, à negotiatoribus, cùm mundo renunciaſſet, & montem Nitriæ habitaſſet, & nec artem diſcere poſſet, nec literas, quod ætate eſſet prouectus: viginti annis, quibus vixit in monte, habuit exercitationem. Suis pecunijs & ſuis laboribus emens Alexandriæ vaſa medica omne genus, vniuerſæ fraternitati ea ſuppeditabat ad morbos: & licebat eum videre vſq; ad horam nonam diſcurrentem obeundo monaſteria, & oſtium ingredientem, & viſentem, nū quis decūberet. Portabat autē vuam paſſam, mala punica, oua, panē ſiligineū, & ea, quibus opus habent ægroti. Hanc ſibi conferentē inuenit vitæ rationem vſq; ad ſenium Chriſti ſeruus.

III. *Quomodo infirmis ſit compatiendum.*

Guilliel-mus Abbas in vita S. Bernardi li. 1. c. 10.

QVodam tempore accidit, ut auunculus ſancti Bernardi Galdricus, qui & ipſe zelo ſimili eius manſuetudinem duris increpationibus obruebat, grauiſſimis febribus laboraret. Demùm ingraueſcente morbo, ipſa doloris magnitudine ſuperatus, Abbatem humili obſecratione compellat, ut ſui miſereatur, & opem ſibi ferat, quam cæteris conſueuit. At ille, cuius ſpiritus ſuper mel dulcis, primum leuiter breuiterque commemorans crebras huiuſmodi obiurgationes ipſius, & imponens ei, ne fortè hæc diceret tentans eum: perſiſtenti tandem manum imponit, & febrem abſcedere iubet. Nec mora, ad imperium eius reliquit eum febris, expertum in ſemetipſo quod in cæteris arguebat.

IV. *De Chriſtianæ charitatis munere ciuium Bethunienſium erga ſuos peſtiferos, eorumque ſingulari priuilegio.*

Frãciſc. Hogẽbergius Coſmographus ex ipſis Archiuis Bethunienſibus.

HIc minimè prætermittenda viſa eſt ſodalitas Bethunienſium ea, quam partim ab effectu, partim ab auctore, charitatem Eligianam vocant, qua fortaſſe nihil habet vniuerſa Europa, neq; laudabilius, neq; Reipublicæ ſalutarius: Græcè non malè *νεκροφορία*, ab exportandis cadaueribus, ſiue funeribus efferendis, nuncupare poſſis, qua fit, vt nemo hic cuiuſmodi ſit conditionis, ſupremo funeris, & ſepulchri honore careat. Auctor ſeu potius ſuaſor huius inſtituti fuiſſe fertur Beatus Eligius, vetus ille Flandrorum Apoſtolus, qui anno 1188. eodem temporis & horæ articulo, duobus fabris ferrarijs, vni Bethuniæ, alteri Beuriaci (inter quæ interuallum eſt paſſuum amplius mille) ſub noctem apparuiſſe, & vt cereum illum toto Belgio memoratiſſimum (qui etiamnum viſitur, pompis ſolemnibus circumfertur, & ad ſacra accenditur, neque tamen vlla ſui parte deperit) formarent, admonuiſſe proditur. Quam rem cum diligentiſſima inquiſitione cognouiſſet Rogon, ad Diui Præiecti in ſuburbijs Bethunienſibus Prior, ſingulari vitæ ſanctimonia præditus, ſuaſor fuit, vt eiuſmodi ſodalitas, quaſi quædam *ἑταιρεία καὶ φρατρία* charitatis, & Chriſtianæ in defunctos pietatis alumna, inſtitueretur. Ad cuius legitimam & politicam adminiſtrationẽ quotannis viginti vnus viri ex honeſtiſſimo ciuiũ ordine deliguntur, qui communibus ſuffragijs Præpoſitũ, & quatuor viros creant, quos Maiores nominant, qui ſe duces præbeant, & cæteros pro ſua auctoritate ſe ſubſequi cogant in ædiũ penetralia; inde cadauera exportare, & ſandapila ad ſepulturam efferre, quocumq; morbi genere, etiam peſtilenti exſtincta, modo in ſodalitatem nomina dederint, & intra ſtatos vrbis limites mortui deprehendantur. Et annis propè iam hinc quadringentis, vſu, & longinqua periclitatione eſt cõpertum, nihil vnquam contagionis ex infectis corporibus cõtraxiſſe eos, qui tã pium Chriſtianæ charitatis munus exercent. Quod quidem beneficium Bethuniani ciues, cùm immenſæ Dei clementiæ, tum aſſiduæ Beati Eligij, quaſi tutelaris Diui, apud eũdem pro ſe ſuaq; ciuitate interceſſioni meritiſſimò acceptum referunt.

Sodalitas peſtilẽtia infectos ſepeliẽtiũ

V. *Obſtupenda D. Bernardini charitas erga infirmos etiam peſtiferos, ſine vlla ſui contagione, aut infirmitate.*

In vita S. Bernardini Senẽſ. c. 10 11 et 12. to. 3. Sur. Maij 20.

SAeuiente peſte generali 1400. in quem incidit Iubilæus, innumeri peregrini Romã euntes, atq; inde redeuntes, ad celeberrimam illam toto orbe Chriſtiano domum hoſpitalem Beatæ Mariæ Virginis, quæ Senis eſt, & de Scala dicitur, confluxere, augebaturq; valde numerus ægrotorum, è quibus plurimi moriebantur; Locus autẽ propter fœtorem intolerabilem omnibus horrori erat, nec quiſquam fermè reperiri potuit, qui, quamuis magna propoſita mercede, ægrotantibus illic inſeruire vellet. Itaque pijſſimus Deus excitat Bernardini animũ, qui iam ferè viceſimum agebat ætatis annũ, vt in illa pijſſima domo ægrotorum, & pauperum miniſterium ſuſcipiat. Vt vidit enim ſummam neceſſitatem, maximo incitatus zelo, peſtiferam contagionem nihil metuens, immò verò etiam vltra morti ſe offerre cupiens, modo poſſet Chriſto gratum exhibere in eius pauperibus ſeruitiũ, multis hebdomadibus ægris illis accuratiſſimè, & officioſiſſimè miniſtrauit. Cernens autem ad tantam morbidorum multitudinem ſufficere non poſſe tam paucos miniſtros, duodecim religioſos & pios adoleſcentes ad ſe vocat: hortatur illos, velint vna cum ipſo curare pauperes Chriſti: dicit eos, qui pauperi ſeruiant, ipſi Chriſto ſeruire:

D Bernardini egregia adhortatio ad curã peſte laborantum ſuſcipiendam.

uire: & ſi tali occaſione decedant è vita, pro Chriſto eos mori: nihil verò homini Chriſtiano debere eſſe antiquius & optatius, quam Chriſti cauſa vitam ſuam profundere, cum ille ſuã noſtra cauſa profuderit: deinde addit: Simus omnes fratres: Deus ope ſua aderit nobis. Videtis fratres, ignem accenſum eſſe, iam penè orbis illo conflagrat, ſecuris arbori admota eſt, falx meſſem ſollicitat. Quid nobis de vitæ noſtræ prorogatione polliceri poſſimus, cum & alios quotidie videamus mori, & plerosq; etiam intimos ſodales, propemodum ante exire è corpore, quam morbo correpti videantur? Nos ſi in his charitatis officijs obierimus, ad Dominum euolabimus: ſin autem ſuperſtites manſerimus, quoad victuri ſumus, ſemper lætabimur, nos Deo noſtro in eius pauperibus hæc officia præſtitiſſe, memores ſententiæ illius: Nullum opus bonum apud Deum ſua carere mercede, vel irremuneratum abire. Siue igitur viuamus, ſiue moriamur, non poſſumus Deo ſeruiendo nõ lucrari. His Bernardini perſuaſionibus allecti adoleſcentes, in eius mox ſentẽtiam iere: è quibus ſane hodieq; nonnulli ſuperſunt: cumq; eſſent confeſsi ſua peccata, & ſacram Euchariſtiam ſumpſiſſent, ita Bernardino conſulente, iucundis animis & magno feruore curam ægrotorum cum Bernardino ipſorũ magiſtro & capite ſuſcipiũt. Porro hoſpitalis domus moderator ſtatim totius pene domus claues tradidit Bernardino, commiſitq; ei munus morbidos, & peregrinos aduentantes curandi, & omnes fere eleemoſynas diſtribuendi, adeo vt propemodũ pro ſua volũtate omnia diſponeret, ac diſpẽſaret, perinde ac ſi ipſe eius domus dominus foret: eius autem & ſociorũ feruor & charitas ſuo exemplo permultos alios ciues & adoleſcentes inuitauit, ac permouit ad ſeruiendum morbidis illis, licet non pauci ex illis è vita decederent. Itaque Bernardinus charitate feruens domum illam ita

Boni exempli vis.

moderatus eſt, vt officia, miniſteria, exercitia, laborum vices pro ratione loci, temporis, & perſonarum opportune, & congruenter diſtribuerit. Dabat vero operã, vt quoad eius fieri poſſet, ipſe ſemper omnibus corã adeſſet. Adſtabat diu, noctuq; ægrotantibus, pharmaca parabat, cibos pro ſingulorum qualitate porrigebat, ſordes omnes in illis neceſſariò ferendas ipſe ante omnes ſua voluntate amouendas ſuſcipiebat: non labore, non vigilijs, non intolerandis fœtoribus, non incommodis vilis frangebatur: ſed ea ſemper alacritate, & ſpiritus viuacitate illis ſeruiebat, ac ſi vel parentes, vel fratres, aut filij eius eſſent. Neque ſanè id mirum. Cum enim Dei amor horum omnium faciendorum, ac perpetiendorũ ei præcipua eſſet ratio, Deo vtiq; ſeruiebat, qui patre, fratre, liberis omnib. potior nobis eſſe debet. Ægrotis ex animo condolebat, adeo vt etiam cum illis vnà ploraret: interdum verò etiam ridebat, canebat, blãdiebatur, talemq; ſe illis exhibebat, quemadmodum pro illorum cõſolatione expedire putabat. Nihil autem ferè illius charitati ſatis ad vota ab alijs curatum videbatur, niſi omnia ipſe vidiſſet, & contrectaſſet. Cum erant ex hac vita migraturi, ſacramenta vt illis porrigerentur effecit: vita functos veſperi ſepulturæ mandabat. Peregrinis fere innumeris ad veſperam aduentãtibus cibos & lectos apparabat: ſi lecti, alioqui multi, non ſufficerent, ſternebat humi pannos, ita vt nulli deeſſet commodus captandæ quieti locus: crebros quoq; excitabat ignes, & ſuffitus grati odoris, ſpargebat multũ aceti in tota fere domo, vt corruptus aer ſaltẽ aliqua ex parte corrigeretur, libẽtiuſq; miniſtri ſuã operã ægrè affectis nauarent. Nõ eſt aũt paſſus benignus Deus, vt inter tot labores, vigilias, incõmoda infinita Bernardinus vnquã aduerſa laboraret valetudine; ſed ſemper promptus, alacer, vigil & indefeſſus, dictis & factis cõfirmabat tum ægros tum illũ miniſtros.

Omnibus omnia fit S. Bernardinus.

Loci peſtilentis remedia.

VI. *S. Gallicani pietas erga ægrotos, & peregrinos.*

Baro in Martyro lo. Rom. 25. Iunij ex Vſu r do et Adone in Martyro logijs.

SAnctus Gallicanus Martyr, vir conſularis, qui triumphalibus infulis ſublimatus, & Conſtantino Auguſto charus, à ſanctis Ioanne & Paulo ad Chriſti fidem conuerſus eſt: qua ſuſcepta, cum ſancto Hilarino ad Oſtia Tiberina ſecedens, hoſpitalitati & infirmorum ſeruitio totum ſe dedit: cuius rei fama in toto orbe diuulgata, multi vndique illuc venientes videbant virum ex Patritio & Conſule lauantem pauperum pedes, ponentem menſam, aquam manibus effundentem, languentibus ſollicitè miniſtrantem, & cætera pietatis officia exhibentem.

VII. *De inſigni Patris Ignatij Loiolæ, & ſociorum eius erga infirmos charitate.*

Pet: Maphæus li. 2. vitæ Pat Ign ca 3.

ANno Domini 1537. ad tertium Idus Ianuarias ſocij P. Ignatij Venetias peruenerunt, vbi tunc erat B. Ignatius. Interea ne ibi ceſſarent, atq; adeo vt quædam rudimenta ſuæ militiæ futuræ ponerent: publicis valetudinarijs inter ſe diſtributis ægrotos ac pauperes omni ope iuuare cœperunt: Confeſſionis & Euchariſtię ſacramēta gratis miniſtrare, qui per Sacerdotium poterant: cæteri ſolari iacentes; afflictos mœrenteſq; ſpe bonorum cęleſtium erigere; adeſſe animam agentibus; cunctos deniq; ad patientiam, fidemque adhortari; nec modo ſpiritualibus officijs fungi certatim, ſed ne viliſſima quidē ac ſeruilia corporibus pauperum curandis defugere miniſteria: ſternere lectos; euertere ſordes: purgare ſchaphia: cadauera defunctorum rite curata humi condere: interdiu pariter, noctuq; omnibus præſto eſſe tanta cum alacritate, ac diligentia, vt cuncti obſtupeſcerent, vulgatoque rumore, principes etiam viri ad ſpectaculum conuenirent. Quibus in officis cum aliorum omnium, tum Xauerij præcipuè charitas ac virtus enituit. Is cum in quendam incidiſſet morbo Gallico miſerè deformatum, atq; ad eius adſpectum exhorruiſſet, vt ea re infringi ac debilitari ſenſit charitatem in proximum, ita in ſemetipſum excăduit egregius Chriſti miles, vt manantem ſaniem ex vlceribus purulentis (cuius rei vel mentionē aures delicatæ aufugiant) obfirmato animo ſemel, iterūq; non dubitarit exugere: qua re nō modo ſe ipſum in præſentia præclarè vicit, ſed etiam in omne tempus propriam quandam atque perpetuam in elephantiacos atq; vlceroſos clementiam & miſericordiam eſt conſecutus: quam deinde, vbicumque terrarum fuit, quotieſcumque ſe dedit occaſio, diligēter exercuit. Quidam etiam ex ſociorum numero, pauperem lepra toto corpore coopertum cum præfectus noſocomij non admitteret, in ſuum lectū accepit ipſe: cumque mane ſurrexiſſet cunctis ingemiſcentibus eadem ipſe quoq; morbi fęditate correptus; poſtridie nō ſine miraculo prorſus illæſus atque intactus apparuit.

Inſigne B. Frāciſci Xauerij factum.

Charitas in leproſum.

VIII. *Imperatricis erga infirmos pietas & humilitas.*

Niceph. li. 12. c. 42 lo Nau. cler. 10. gener. 13

THeodoſius Imperator plurimum quidem Ambroſij doctrina & conſtitutionibus eſt delectatus. Non parum verò occaſionis, & vtilitatis ei ad pietatem ſcilicet etiam attulit eius cōiux. Quotidie namq; illi diuinas leges, quibus ipſa etiam erudita fuerat, in memoriam reuocauit. Non enim illa ſe imperiali efferebat potentia; ſed potius amorē erga Deum ſibi ipſi veluti theſaurum conſeruabat. Quanto namq; illa ab eo beneficia acceperat, tanto etiam quotidie charitatē in benefactorem ſuum adaugebat magis. Itaq; eorum, qui varijs detinerentur morbis, & membris, partibuſq; corporis mutilati eſſent, omnis generis curā geſſit, ipſa per ſe ipſam in rebus oībus eis inſeruiens. In illorum n. domicilia ventitabat, & qua quiſq; indigeret re,

eam illi ſuppeditabant: & Eccleſiarũ hoſpitales domos circumiens, eos, qui grauibus morbis lecto affixi erant, curauit. Non enim tantum illorum attingebat ollas, & iuſcula delibebat: ſed & patellas admouebat, panem apponebat, ciborum fruſta auferebat, pocula eluebat, aliaque omnia promptè, & feliciter obibat, quæ ſeruarum & ancillarum ſunt officia. Ad eos verò, qui miniſterium eius, quod per manus ipſa ſuas peragebat, inhibere conabantur, dicere ſolita erat: Imperio quidem cõuenit, vt aurum id largiatur: ego verò manuum mearum opus pro imperio ipſo, ei qui id ſemel contulit, offero. Viro autẽ ſuo talia verba ſępiſſime ſubijciebat: Conſiderare te ſemper, cõiunx ſuauiſſimè, oportet, & quiſnam antea fueris, & in quem locum te euexerit vniuerſitatis huius Deus. Si enim perpetuam eius rei obtinueris memoriã, non prorſus te ob accepta beneficia erga eum ingratum prȩſtabis, ſed ex prȩſcripto legum Dei, quod ab eo accepiſti, gubernabis Imperium: & ita eum, qui id tibi vt fideli miniſtro commiſit, rite coles. Eiuſcemodi verba accinens, quæ ei inſita erant diuina excitauit ſemina, continuo admonitionum fluxu ea rigans.

Imperatrix charitatis ĩpulſu ancillaria obit munia.

Salutaris Imperatorib. cogitatio.

IX. *S. Radegundis Reginæ charitas erga infirmos leproſos.*

VEnerabili omni Dominico die hoc habebat in canone, vel æſtate, vel hyeme ſancta Radegundis regina, vt pauperibus collectis, primum merum ſua manu de potu dulci porrigeret, puellę poſtea committens, vt omnibus poſtea propinaret: quia ipſa feſtinabat ad orationẽ recurrere, quo & curſum conſummaret, & Sacerdotibus ad mẽſam inuitatis occurreret: quos adhuc regali more, ad propria cum redirent, ſine munere non laxaret. Hanc quoq; rem intermiſcendam qua peragebat dulcedine? Cum leproſi venientes ſigno facto ſe proderent, iubebat adminiculæ, vt vnde, vel quanti eſſent, pia cura requireret. Qua ſibi renunciante, menſam parari iuſſit, itemque cochlearia, cultellos, cannas, potum & calices. Sola ſubſequente, intromittebantur furtim, quo eos nemo perciperet: ipſa tum mulieres varijs lepræ perfuſas maculis comprehendens in amplexibus oſculabatur vultus, toto in Deo diligens animo. Deinde menſa poſita ferens aquam calidam facies lauabat, manus vngens & vlcera, & rurſus adminiſtrabat ipſa, paſcens per ſingulas. Recedentibus præbebat auri vel veſtimenti, vix vna teſte, munuſcula. Miniſtra tamen præſumebat, etſi non ſine blandimentis, ſic appellare Sanctiſſimam; Domina, quis te oſculabitur, quæ ita leproſos amplecteris? Illa reſpondebat beneuolè: Vere, ſi me non oſculeris, hinc mihi cura nec vlla eſt.

Fortunatus li. 1. vitæ eius cap. 9. apud Sur. 13. Aug. to. 4.

Radegũdis regina leproſas oſculatur.

X. *Vt ſe geſſerit Euſtochium erga Paulam matrem ſuam infirmam.*

QVis poſſit ſiccis oculis Paulam narrare morientem? Incidit in grauiſſimam valetudinem, imò quod optabat inuenit, vt nos desereret, & plenius domino iungeretur. In quo languore Euſtochij filiæ probata ſemper in matrem pietas magis ab omnibus comprobata eſt. Ipſa aſſidere lectulo, flabellum tenere, ſuſtentare caput, puluillum ſupponere, fricare pedes, manu ſtomachum confouere, mollia ſtrata componere, aquam calidam temperare, mappulam apponere, omnium ancillarum officia præuenire, & quidquid alia feciſſet, de ſua mercede putare ſubſtractum.

D. Hier. ad Euſt. Virg. de Epitaph. Paulæ matris c. 1.

Quibus illa precibus, quibus lamentis & gemitu inter iacentem matrem & ſpecum Domini diſcurrit, ne priuaretur tanto contubernio, ne illa abſente viueret, vt eodem feretro portaretur?

D 2 XI. De

XI. *De Maria Oegniacenſi, quæ ex charitate leproſorum curam ſuſcepit.*

Iacobus à Vitria co lib. 2 vita eius c. 3. i Su. rio 23. Iun. t. 3

Maria Oegnia. erga ægrotos humanitas Domin' Deus gratia ueolētiā ex charitate tolleratam ſuauiſſimis compenſat odorib.

ERat Maria Oegniacenſis Chriſti ancilla multa commiſeratione prædita, & erga ęgrotos pijſſima, adeo vt apud illos etiam interdum noctes duceret inſomnes. Mater fratrum Oegniacenſium grauiſſimo, eoque diutino laborabat morbo. Ei nonnunquam aderat Chriſti famula, vt eam conſolaretur: ſed cum eſſet iam prope centenaria anus illa, & tenderet ad extrema, eius anhelitus admodum fętebat, ita vt nocte quadam ei aſſiſtens ſancta mulier, ſine magno cordis dolore vix ferre illum poſſet. At nihilo minus hærebat ad illam, & quaſi per vim à ſe ipſa extorquebat, vt illic remaneret. Sed cum iam amplius ferre non poſſet, ac prope deficeret, reſpexit Dominus humilitatem ancillæ ſuæ, & in os eius immiſit guſtum quendam vini aromaticæ, & in eo guſtu odorem ſuauiſſimū, tanquam accenſi thuris, iſque ferè triduo manſit illi, ita vt nullius cibi ſapor eum guſtum aromaticum ab ea poſſet excludere. Multis vero ægrotis ex eius præſentia conſolationem & patientiam præſtitit Deus: ſæpe etiam corporis ſanitatem eius meritis reſtituit. Oblati ſunt ei quandoque pueri rupti, & illa manus eis imponens ſanos à ſe dimiſit.

XII. *Quanta animi conſtantia inſeruierit Catharina Senenſis mulieri cancro laboranti.*

Ex Raymundo Capuano lib. 2. vita ſanctæ Catharina Senenſ. capit 9 Sur. 29 Ap. to. 2.

QVædam ſoror ordinis S. Dominici, quam Andream vocabant, cancri morbo laborabat in pectore, illud valde deuaſtante. Tantus autem ex eo vulnere exhalabat fœtor, vt nemo niſi obſtructis naribus, poſſet ad eā propius accedere. Inde fiebat, vt vix vllam poſſet obtinere, quæ ei vellet miniſtrare. Audiens hoc virgo Chriſti, intelligenſque eam ſibi derelictam, mox eam adijt, & iucunda facie ſuum ei ſeruitium, donec curaretur, obtulit. Valde hoc miſeræ illi gratum fuit, maximè cum ſe cerneret omnium pene ope deſtitutam. Seruiuit igitur iuuencula ſeni viduæ, & licet increſceret fœtor abominabilis, nihil omiſit eorum, quæ eſſent ægrotæ impendenda. Adſtabat ei aſſiduè nihil obſtructis naribus, vulnus detegebat, abſtergebat, abluebat, pannis obligabat, nullū interim horrorem, nullum tædium præ ſe ferebat; ſed hilari animo, & iucunda facie oīa efficiebat, etiam ipſa ęgrota ſtupeſcente ad tantam iuuenculæ conſtantiam, & charitatem. Vidit aūt hæc, & inuidit coluber tortuoſus, & vt impediret, ſummam nauauit operam. Cum autem voluntatem ſanctæ virginis mouere non poſſet, quippe in Chriſto fundatam, quodam die, ſancta virgine vulnus detegente, fœtore intolerabili ſtomachum eius prope euertit, ita vt ad vomitum propenderet. At ſancta virgo ſibi ipſi irata ſic alloquebatur corpus ſuum; Itane abominaris tu ſororem tuam Chriſti ſanguine redemptam, cum poſſis in eundem, vel etiam deteriorem morbum incidere? Viuit Dominus, non feres iſtud impune; ſimulque faciem in pectus ægrotæ inclinans, os & nares horrendo illi vulneri applicuit, ſicque permanſit diu, donec ſentiret ſpiritum iam ſibi carnem calcitrantem ſubdidiſſe, & illam nauſeam extinxiſſe. Vidēs autem hoc ægra fœmina, exclamauit: Ceſſa, ceſſa chariſſima filia, noli teipſam tam immani putore corrumpere.

Sui in tolerandis ex charitate fætorib victoria.

TIT. X. De vj. opere miſericordiæ corporalis; peregrinis, & pauperibus hoſpitio ſuſcipiendis.

Gen. ca. 39.

Sodomæ hoſpitio Loth Angelos ſuſcepit, quos putabat eſſe homines tranſeuntes, obnixe rogans, eiſque neceſſaria benigne offerens, domum ſuam contra incurſantes defendit, vt potuit: vnde liberatus eſt ab incendio.

Gen. 24.

Prompta admodum ad hoſpitalitatem

tem erat Rebecca, cū dixit ſeruo Abrahæ; Palearum, & fœni plurimum eſt apud nos, & locus ſpatioſus ad manendum. Et paulo poſt dixit eidem Laban, Præparaui domum & locum camelis.

Exo. 2. *Sine magna prece recepit Iethro peregrinum Moyſen hoſpitio. Poſtmodum autem filia eius, & nepotes ſui fuerunt per illum magnificè honorati.*

Ioſ. c. 2. & 6. *Exploratores, quos miſit Ioſue, hoſpitio liberaliter excepit Raab meretrix, eos fideliter cuſtodiuit ac dimiſit. Proinde domus eius tota ab hoſte ſeruata eſt.*

Iud. 19. *In Gabaa Beniamin non inuenit locum Leuites, qui eum hoſpitio ſuſciperet, niſi quendam ſenem de opere venientem.*

4. Re. 4. *Mulier Sunamitis Eliſæum tranſeuntem hoſpitio ſuſcepit, qui ei ob id filium impetrauit, et eundem mortuum ſuſcitauit.*

Luc. 19 *Gaudens ſuſcepit Dominum Zachæus in domum ſuam, & Dominus ipſum magis gaudentem effecit, cum dixit: Hodie ſalus huic domui facta.*

Act. ca. 10. *Apoſtoli hoſpitabantur vt plurimum in domibus artificum, & hominum mediocrium. De Petro legitur: Hic hoſpitabatur apud Simeonem quendam coriarium, &c.*

EXEMPL. I. *De Leonis IX. Pontif. Max. in pauperes pietate, & miraculo circa hoſpitem patrato.*

Platina in vita Leon 9. Pap lo Naucle gen. 36 et Bred. l. 6. ca. 18. LEo eius nominis IX. Pōtifex Max. vir fuit pietate, innocentia, benignitate, gratia, hoſpitalitate adeo inſignis, vt domus eius peregrinis & pauperibus ſemper pateret: nam cum ſemel ante fores ſuas leproſum inueniſſet, eumque præ miſericordia collocari in lectulo ſuo mandaſſet, apertis mane à ianitore foribus, nuſquam pauper inuentus eſt: Chriſtum pauperis nomine eo loci recubuiſſe creditum. Hic deinde anno Domini 1054. glorioſe vitam finiuit, 6. Calen. Maij: Romæ in Eccl. S. Petri ſepultus.

II. *S. Syluester hoſpitalitatis virtutem exercebat in peregrinos omnes Romam venientes.*

CVm S. Syluester Papa adhuc eſſet iuuenis, ſecutus eſt quendam Curionem presbyterum, virū & fide rectum, & in rebus diuinis eruditum, & vita pium, à quo etiam fuit confirmatus & ſtabilitus in diuiniſſimis noſtræ fidei decretis, compoſitique ſunt eius mores, & formatus animus ad inſtitutum virtutis. Cum autem iam ſuperaſſet adoleſcentiam, erat præ cæteris deditus virtuti hoſpitalitatis, & quos offendebat Romam ab externa venientes regione, eos hoſpitio lubenter excipiebat, eis hilariter menſam apponens, & aqua illorum pedes abluens, & ad quieſcendum eos in ſtragulis collocans. Quo factum eſt, vt Timotheus quidam vir diuinus, qui ex Antiochia Romæ peregrinabatur, & ſanctū prædicabat Euangelium, forte ab hoc diuino patre hoſpitio exciperetur, & eū hoſpes perfectius imbueret, & inſtitueret in verbo rectæ fidei. Non enim timuit, vt reliqui fideles, præconem ſalutaris dogmatis excipere, ſed lætus excepit eum, qui erat æqualis Apoſtolis: & ſi cognitum fuiſſet eum hoc facere, pro ea re pati, lucrū exiſtimaſſet.

Ex Metap. Aloyſ. Lipo. to. 5 & Sur to. 6. in vita eius ca. 2. 31 Decemb.

Sanctorū exempla ſunt hoſpitalitatis incitamenta.

III. *Cerbonius Epiſcopus dum aduentantes hoſpitio ſuſcipit & defendit, ipſe capitur, & beſtiis exponitur, ſed liberatur & honoratur.*

VIr vitæ venerabilis Cerbonius Populonij Epiſcopus magnam diebus noſtris ſanctitatis ſuę probationē dedit. Nam cum hoſpitalitatis ſtudio valde eſſet intentus, die quadam ſuſcepit hoſpitio tranſeuntes milites, quos Gothis ſuperuenientibus abſcōdit, eorumque vitam ab nequitia abſcondendo ſeruauit. Quod dum Gotho-

Ex li. 3. dial. B. Gregor. c. 11.

Gothorum Regi perfido Totilæ nuntiatum fuiſſet, crudelitatis immaniſſimę veſania ſuccenſus, hunc ad locum, qui octauo huius vrbis milliario, qui Merulis dicitur, vbi tunc ipſe cũ exercitu ſedebat, iuſſit deduci, eumque in ſpectaculo populi vrſis ad deuorandũ proijci. Cumque idem Rex perfidus in ipſo quoque ſpectaculo conſediſſet ad inſpiciendã mortem Epiſcopi, magna populi turba confluxit. Tunc Epiſcopus deductus in medium eſt, atque ad eius mortem immaniſſimus vrſus exquiſitus, qui dum humana membra crudeliter carperet, ſæui regis animũ ſatiaret. Dimiſſus itaque vrſus ex cauea eſt, qui accenſus & concitus Epiſcopum petijt: ſed ſubito ſuæ ferocitatis oblitus, deflexa ceruice, ſubmiſſoq; humiliter capite, lambere Epiſcopi pedes cœpit: vt patenter omnibus daretur intelligi, quia erga illum virum Dei, & ferina corda eſſent hominum, & quaſi humana beſtiarum. Tunc populus, qui ad ſpectaculũ venerat mortis, magno clamore verſus eſt in admirationem venerationis. Tunc ad eius reuerentiam colendam Rex ipſe permotus eſt. Quippe cum quo ſuperno iudicio actũ erat, vt qui Deum ſequi prius in cuſtodienda vita Epiſcopi noluit, ſaltem ad mãſuetudinem beſtiarum ſequeretur.

Vrſus poſita ferocia ſancti Cerbonij pedes lambit.

Barbari à feris manſuetudinem docentur.

IIII. *Quidam ſeruiens ſtudio hoſpitalitatis Chriſtum ſuſcipit in ſua perſona, à quo per viſionem audit; Cæteris diebus me in membris meis, heri me ſuſcepiſti.*

Greg. in Euang. ho. 23.

OPinata res eſt valde, & ſeniorum noſtrorum nobis relatione tradita. Quidam pater familias cum tota domo ſua magno hoſpitalitatis ſtudio ſeruiebat: cumque quotidie ad menſam ſuam peregrinos ſuſciperet, quodam die peregrinus quidã inter alios aduenit, ad menſam ductus eſt: dumque paterfamilias ex humilitatis conſuetudine aquam vellet in eius manibus fundere, conuerſus vrceum accẽpit, ſed repente eum, in cuius manibus aquam fundere voluerat, non inuenit: cumque hoc factum ſecum ipſe miraretur, eadem nocte ei Dominus per viſionem dixit: Cæteris diebus me in membris meis, heſterno autem die me in metipſo ſuſcepiſti. Ecce in iudicium veniens dicet: [Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.] *Mat 25.*

V. *Innocentius quidam hoſpitalitati deditus curatur miraculoſe à vulnere periculoſiſſimo.*

APud Carthaginem quis nouit, pręter admodum pauciſſimos, ſalutem, quæ facta eſt Innocentio ex Aduocato Vicariæ pręfecturæ, vbi nos interfuimus, & oculis adſpeximus noſtris? venientes enim de tranſmarinis, me, & fratrem meum Alipium, nondum quidem clericos, ſed iam Deo ſeruientes, vt erat cum tota domo ſua religioſiſſimus, ipſe ſuſceperat, apud eum tunc habitabamus. Curabatur à medicis propter fiſtulas, quas numeroſas, atque perplexas habuit in poſteriore, atque ima corporis parte. Iam ſecuerant eum, & artis ſuæ cętera medicamẽtis agebant. Paſſus autem fuerat in ſectione illa, & diuturnos, & acerbos dolores. Sed vnus inter multos ſinus fefellerat medicos, atque ita latuerat, vt eum non tangerent, quem ferro aperire debuerant. Denique ſanatis omnibus, quæ aperta curabant, iſte remanſerat ſolus, cui fruſtra impendebatur labor. Quas moras ille ſuſpectas habens, multumque formidans, ne iterum ſecaretur, quod ei prædixerat alius medicus domeſticus eius, quem non admiſerant illi, vt ſaltem videret, cum primum ſectus eſt, quomodo id facerent; iratuſque illum domo abiecerat, vixque receperat, erupit, atque ait: Iterum me ſecturi eſtis? Ad illius, quem noluiſtis præſentem, verba venturus ſum? Irridere illi medicum imperitum, metumq; hominis verbis, promiſſionibuſq; lenire.

D. Aug. li. 22 de ciuitate Dei c. 8.

Chirurgorũ inuidia ſæpe laborantib. pernicioſa.

Præterierunt & alij dies plurimi, nihilque proficiebat omne quod fiebat. Medici tamen in ſua pollicitatione perſiſtebant, non ſe illum ſinum ferro, ſed medicamentis eſſe clauſuros. Adhibuerunt & alium grandæuum iam medicum, ſatiſq; in ea arte laudatum, adhuc enim viuebat Ammonius, qui loco inſpecto, idem quod illi, eorum diligentia, peritiaque promiſit. Cuius ille factus auctoritate ſecurus, domeſtico ſuo medico, qui futuram prædixerat aliam ſectionem, faceta hilaritate, quaſi iam ſanus eluſit. Quid plura? Poſtea tot dies inaniter conſumpti tranſierunt, vt feſſi atque confuſi faterentur, eum niſi ferro nullo modo poſſe ſanari. Expauit, expalluit nimio timore turbatus, atque vbi ſe collegit, farique potuit, abire illos iuſſit, & ad ſe amplius non accedere, nec aliud occurrit fatigato lachrymis, & illa iam neceſſitate conſtricto, niſi vt adhiberet Alexandrinum quendam, qui tunc chirurgus mirabilis habebatur, vt ipſe faceret, quod ab illis fieri nolebat iratus. Sed poſteaquam venit ille, laboremq; illorum in cicatricibus ſicut artifex vidit, boni viri functus officio perſuaſit homini, vt illis potius, qui in eo tantum laborauerant, quantum ipſe inſpiciens mirabatur, curationis ſuę fine fruerentur, adijciens, quod re vera niſi ſectus eſſet, ſaluus eſſe non poſſet: valde abhorrere à ſuis moribus, vt hominibus, quorum artificioſiſſimam operam, induſtriam, diligentiam admirans in cicatricibus eius videret, propter exiguum, quod remãſit, palmam tanti laboris auferret. Redditi ſunt animo eius, & placuit, vt eodem Alexãdrino aſſiſtente ipſum ſinum illum ferro, qui iam conſenſu omnium aliter inſanabilis putabatur, aperirent. Quæ res dilata eſt in conſequentem diem. Sed cum abijſſent illi, ex mœrore nimio domini tãtus in domo illa eſt exortus dolor, vt tanquam funeris planctus vix comprimeretur à nobis. Viſitabant, eum quotidie ſancti Viri Epiſcopus tunc Vzalenſis beatæ memoriæ Saturninus, & presbyter Geloſus, ac Diaconi Carthaginenſis eccleſiæ: in quibus erat, & ex quibus ſolus eſt nũc in rebus humanis iam Epiſcopus, cum honore à nobis debito nominandus, Aurelius, cum quo recordantes mirabilia opera Dei, de hac re ſæpe collocuti ſumus, eumque valde meminiſſe, quod commemorauimus, inuenimus. Qui cum eum, ſicut ſolebant, veſpere viſitarent, rogauit eos mirabilibus lachrymis, vt mane dignarẽtur eſſe præſentes ſuo funeri potius quam dolori. Tantus enim eum metus ex prioribus inuaſerat pœnis, vt ſe inter medicorum manus non dubitaret eſſe moriturum. Conſolati ſunt eum illi, vt in Deo fideret, eiuſdem voluntatem viriliter ferret. Inde ad orationem ingreſſi ſumus. Vbi nobis ex more genua figentibus, atque incumbentibus terræ, ille ita ſe proiecit, tanquam fuiſſet aliquo impellente proſtratus, & cœpit orare. Quibus modis, quo affectu, quo motu animi, quo fluuio lachrymarũ, quibus gemitibus, atque ſingultibus ſuccurientibus omnia membra eius, & pene intercludentibus ſpiritum, quis vllis explicet verbis? Vtrum orarent alij, nec in hæc eorum inuerteretur intentio, neſciebam: ego tamen orare prorſus nil poteram, hoc tantummodo breuiter in corde meo dixi: Domine, quas tuorum preces exaudis, ſi has non exaudis? Nihil enim mihi videbatur addi iam poſſe, niſi vt exſpiraret orando. Surreximus, & accepta ab Epiſcopo benedictione diſceſſimus, rogante illo, vt mane adeſſent, illiſque vt æquo animo eſſet hortantibus. Illuxit dies, qui metuebatur, aderant ſerui Dei, ſicut ſe affuturos eſſe promiſerant. Ingreſſi ſunt Medici, parantur omnia, quæ hora illa poſcebat, tremenda ferramenta proferuntur, attonitis, ſuſpenſiſq; omnibus. Eis autem, quorum erat maior auctoritas, defectum animi eius conſolandos erigentibus, ad manus ſecturi membra in lectulo

Inſignis chirurgi modeſtia, & inuidiæ declinatio.

Precãdi vehemẽtia eiuſque fructus.

componuntur, ſoluūtur nodi ligamentorum, nudatur locus, inſpicit Medicus, & ſecandum illum ſinum armatus atque intentus inquirit. Scrutatur oculis, digitiſq; contrectat: tentat denique modis omnibus, inuenit firmiſſimam cicatricem. Iam illa lætitia, & laus & gratiarum actio, miſericordi & omnipotenti Deo quæ fuſa eſt ore, omnium lachrymantibus gaudijs, non eſt committenda meis verbis: cogitetur potius quam dicatur.

VI. *Quidam beneficio hoſpitalitatis à cæcitate mentis, & corporis liberatur.*

D. Bonauent. in vita B. Frāciſci c. de miraculis apud Surium to. 5. 4. Oct. S. Franciſci apparitio.

IN Zachanto, quod eſt caſtrum prope Ananiam, miles quidam Gerardus nomine oculorum lumen ex toto perdiderat. Accidit autem, vt duo fratres Minores ab exteris partibus venientes, ad domum ipſius hoſpitaturi diuerterent. Suſcepti itaque deuotè propter reuerentiam ſancti Franciſci à familia tota, & cum omni benignitate tractari gratias agentes Deo & hoſpiti, ad locum fratrum deuenere vicinum. Nocte igitur quadam Beatus Franciſcus vni fratrum illorum in ſomnis apparuit, dicens: Surge, feſtina cum ſocio ad domum hoſpitis noſtri, qui Chriſtum & me ſuſcepit in vobis: volo enim beneficia rependere pietatis. Cęcus quidem effectus eſt ſuis promerentibus culpis, quas pœnitentiali non ſtuduit confeſsione purgare. Diſparente quoque Patre, frater feſtinus ſurrexit, vt mandatum cum ſocio celeriter adimpleret: venienteſque ad hoſpitis domum, cuncta quæ viderat alter, per ordinem narrauerunt eidem. Stupuit vir ille non modicum, & vniuerſa quæ dicebantur, vera eſſe confirmans, compunctus ad lachrymas, confeſſus eſt lubens. Tandem correctione præmiſſa, interiorique homine taliter renouato, exteriorem continuo recuperauit aſpectum. Huius miraculi fama circumquaque diffuſa, non ſolum ad reuerentiam Sancti, verum etiam ad confeſsionem humilem peccatorum, & hoſpitalitatis gratiam plurimos incitauit.

Peccata cæcitatis corporalis cauſa.

Pellitur cæcitas confeſſione peccatorum.

VII. *Hoſpitalitatis mercedem recipit mulier à S. Iuliano, filium à merſione præſeruatum.*

Baro. tom. 4. Annal. Eccl. ad annū Xpi. 370. 77. ex Theodoreto in Philot. c. 2.

CVm inſignis ille Iulianus cognomento Saba, maximum Eccleſiæ lumen, à diuino Acatio moneretur, vt Antiochiam veniret, quietam valere iubens ad tempus, nec ciuitatis ſtrepitus, quibus non erat aſſuetus, refugiēs, eo accurrit. Cum autem duorum, vel trium dierum iter confeciſſet in ſolitudine, noctu venit in quoddā prædium. Quædam autem diues muliercula, cū ſacrum illum chorum audiſſet venire, cucurrit, vt perciperet eorum benedictionem & ad eorum pedes prouoluta rogabat, vt ſua domus eſſet eorum diuerſorium. Conceſsit ſenex, idq; cum pluſquam quadraginta annis à tali fuiſſet ſpectaculo ſeparatus. Cū vero admirabilis illa mulier eſſet in ſacris illis viris miniſtrando occupata; puer ſeptē annos natus, cuius ſolius erat mater, quæ hoſpitalitatem Saræ eſt æmulata (eſſet autem veſperū & tenebræ) cecidit in puteum. Cum autem ex eo, vt eſt conſentaneum, exortus eſſet tumultus, mater vero ſenſiſſet; iubet oēs quieſcere, puteo autem operculo impoſito, inſtabat miniſterio. Mēſa vero diuinis viris appoſita, diuinus ſenex iuſsit vocari puerum mulieris, & accipere benedictionem. Cū autem admirabilis mulier diceret, eum male habere, perſtitit ille iubere, vt is duceretur. Sed poſtquam ei id, quod accidiſſet, ſignificauerat mulier: menſam quidem relinquit ſenex; accurrens autem ad puteum, cum auferri quidem operculum, afferrique lumen iuſsiſſet, vidit puerum ſedentem ſuper āquæ ſuperficiem, & aquam manu pueriliter pulſantem, & eum ludum putantem, qui reputatus fuerat interijſſe: & cū quoſdam fune alligaſſent, & eos demiſiſſent,

Puer in puteū lapſus ob matris hoſpitalitatem ſaluatur.

Miraculū S. Iuliani.

ſent, puerum extraxerunt: & ſtatim accurrit puer ad pedes ſenis, dicens ſe eum vidiſſe in aquis ipſum ferentem, & ne mergeretur, prohibentem. Hanc hoſpitalitatis mercedem recepit illa mulier à beato ſene.

VIII. *Monachus motus compaſſione erga puerulum peregrinum vagabundum, Ieſum puerum reperit.*

Chriſtus apparet monacho ī forma triennis pueri.

VTrum viderim dubito monachū Ciſtercienſis ordinis, virum pietate plenum, de quo tale miraculum ferebatur. Algore niuium terra Brabātię reſperſa per totum, monachus prædictus in itinere exiſtens, pręmiſſo in villam famulo, ſolus in campis per deuia veniebat. Et ecce inuenit puerum elegantiſſimæ formæ quaſi triennem, magno fletu & eiulatu ſolum in niuis frigore reſidētem. Compaſſus igitur tali puero, equo deſcendit, & complexus flentem flere cępit cum eo, & quęrere, quid haberet. Tacente autem puero, iterum ingeminat, ingemiſcit, quęrēs, Vbi eſt mater tua? Nūquid perdidiſti matrem? Ad interrogationem igitur illius fortius puer eiulans, tandē dixit: Heu me, Heu me, quare non flerem? quare non eiularem? Ecce vides quod egens, ſolus, & in frigore ſedeo, & non eſt qui colligat me, & hoſpitium mihi pręſtet: Mox monachus ſurgēs & puerum in brachijs eleuans, oſculatus eſt eum; dicens: Ceſſes flere dilectiſſime, quia ad hoſpitium portabo te. & faciā enutriri. Hoc dicēs cum puero equum aſcendere voluit, ſed puer de brachio tenentis exiliens repente diſparuit, quia Chriſtus filius Virginis fuit. In terram igitur cadens monachus, eiulare & flere cępit acerrimè, & cum diu ſic eiulans iacuiſſet, tandem quæſitus à ſeruo, inuentus eſt, & eleuatus in equo ad hoſpitium ducitur. A quo cum quæreretur, cur fleret, nihil aliud vna nocte dicere potuit. Heu me puer bone, puer pulcherrime quare me dereliquiſti? cur tam cito abijſti? cur te perdidi? Poſt hæc monachus conſolationē recipiens, cuidam rei euentum retulit, qui illis, per quos ſciui, tantæ rei miraculum & piaculum patefecit.

IX. *Quidam hoſpitalitatis liberalitate factus pauper fit ditiſſimus.*

FVit Romæ vir quidam pius, & bonus, qui indifferenter homines religioſos, & pauperes ad hoſpitium ſuū inuitabat. Contigit autem eum ſenio confectum rebus temporalibus attenuari, & anguſtiabatur plus, quod ſolitam hoſpitalitatem exercere nō poſſet, quam quod ad vſus ſuos ſufficientiam non haberet. Cumq; vna noctiū anxius pro talibus in lecto iaceret ſemiuigilans, audiuit vocem dicentem ſibi: Vidi charitatem tuam & miſericordiam, quam in exhibenda hoſpitalitate multo tempore infatigabiliter habuiſti, & per hanc ad vitam pauperem perueniſti. Volo ergo nō ſolum in futuro remunerare te, verū etiam in præſēti. Loquere illi diuiti, & de vinea tua, quæ melior eſt, cum vinea illius concambium facies. Ipſe autem libenter annuet verbis tuis. Habita ergo illius vinea, in medio illius aceruum fodias in profundum, & ſub eo reperies, quod Romanis copijs eſt inuiſum, Ad hanc igitur vocem cum protinus homo non obediret, ſecundo quoque, & tertio idē quod prius vox diuina præcepit. Tunc igitur homo ad diuitē veniens obtulit concambium vinearum. Cui diues, Libenter, inquit, id faciam, & quo melior tua eſt mea, tibi ſoluā, Cui pauper, Nolo, ait, ſed æquo valore concambium fiat, & factum eſt ſic. Mox pauper, communicato ſecretæ rei conſilio filio, quem habebat, & duabus pariter filiabus, ad aceruum cum eis ſupradictum accedit in vineam, & incipiunt fodere cum ſpe magna. Cumque diu fodiſſent, nec adhuc effectus ſui dignum ſignum aliquod inueniſſent, cœperunt patri ſuo filius cum ſororibus inſultare.

Hoſpitalitas mercedē meretur in præſenti & in futuro.

Qui-

Vir hoſpitalis menitu diuino theſaurum effodit.

Quibus pater, Nullo, ait, modo poſſum credere, me fruſtrandum eſſe. Aceruo igitur pater cum filijs viriliter inſiſtentes, tandem in profundo inter ingentes lapides vas marmoreum plenum aqua, & in ore ipſius vaſis, ollam vitream plenam balſamo, & in orificio ollæ vas paruũ fictile, & in eo tres lapides pretioſos, ſmaragdum, ſapphirum, & carbunculum quantitatis non modicæ repererunt. Nihil autem aquam in vaſe marmoreo reputãtes, effuderunt eam. Quæ mox vt effuſa eſt, inſtrumenta quædam ærea, in quibus laborauerant, perfuſione contingens, colorem æris in pulcherrimã auri ſpeciem commutauit. Erat enim aqua ex ſanguine & carnibus baſiliſci in modum aquę roſaceæ per eleuationem facta, qua ſolet ab Alchimiſtis aurum fieri ſophiſticatum: ſed hac aqua Deus noluit dicti viri innocentiã maculari, & ideo effuſa diſperijt. Balſamo vero, cum dictus homo debilitatus viſu, vſus fuiſſet neſcius, quaſi communi oleo per dies aliquot, viſum integerrimè recuperauit. Et poſt cognito per presbyterũ ſuum, quod eſſet balſamum, vendidit illud inæſtimabili pretio: & pro lapidibus, quos inuenerat, pretioſis, pecunias copioſiſſime, & multas accepit, factuſque diues & inclytus glorificauit Deum, & poſt ſe filios & nepotes ſuos in multis copijs dereliquit.

Egenos hoſpitijs eſſe inducendos.

Venerabili Adæ de Bolomeir tale miraculum contigit. Recedente à ſuo nobiliſſimo milite, & quaſi diebus multis non redituro, petens leproſus hoſpitium, receptus eſt. Illo ergo gemente & cauſante debilitatem corporis fatigati, petit in lectum ſuauiſſimnm ſe deponi. Domina autem, nullum credens lecto domini ſui molliorem, in eo leproſum hominem mox deponit. Nec mora, ex inſperato dominus rediens petit in thalamum intromitti. Diſſimulante ergo domina, coniecit ille aliquem eſſe in thalamo, & irruptione facta, hyemali tempore lectum ſuũ roſis fragrantiſſimis coopertum inuenit. Admiratus igitur quærit quid factum ſit, indicat vxor. Nec mora, in laudem Chriſti ambo cum lachrymis reſoluuntur.

XI. *Chriſtiani hoſpitalitatis beneficio laudati.*

Apud Metaph. die 13. Maij. Baro. to. 3. Anal Eccl. anno Do. 316.

CVm poſt perſecutiones Conſtantinus Magnus imperaret, & aduerſus Tyrannum Licinium bellum gereret: iuſſi ſunt plurimi iuuenes in aliquibus prouincijs referri in numerum tyronum, inter quos fuit Pachomius: qui, vt ipſe affirmauit, annũ agebat vigeſimũ. Omnibus ergo vno animo nauigantibus cum ijs, qui ipſos aſſumpſerant, militibus, appulerunt in quoddam oppidum Thebarum. Veſpere autem, cùm ciues vidiſſent eos in ſatis tuta eſſe cuſtodia, & de eis audiuiſſent viri Chriſtiani & miſericordes: attulerunt eis omnia, quæ erant eis ad vſum neceſſaria, & valdè eis magnum præbuere ſolatium, cùm eſſent in maxima afflictione. Ego vero cùm vidiſſem (inquit Pachomius) quod ab eis factum fuerat, & valde eſſem miratus: didici ab eis, qui vnà mecum erãt, Chriſtianos erga omnes quidem, præcipuè tamen erga hoſpites eſſe benignos, & miſericordes. Rogante autem me, inquit, quidnam eſſet appellatio Chriſtianorum; dicebant: Sunt homines pij, & Deum colentes, credentes in nomen vnigeniti filij Dei ſui Ieſu Chriſti: & omnibus benefacientes ſperant ab eo mercedem remunerationis. Ipſis autem hæc ei dicentibus, mente illuminatus, & fidẽ Chriſtianorũ admiratus, & metu Dei corde inflammatus, & ſpiritu exultans, cum parum receſſiſſet, & apud ſe fuiſſet; manus ſuas in cælum extendit, & dixit: Domine Deus, qui feciſti cælum & terram, ſi reſpiciens reſpexeris humilitatem meam, & mihi tuæ diuinitatis dederis cognitionem, & me liberaue-

Pachomius qua ratione ſit Chriſtianus.

raue-

raueris ex hac afflictione; tibi ſeruiam omnes dies vitæ meæ, & conuenienter tuis præceptis vitam inſtituam. Cùm ergo eſſet precatus, & ſic Deo pollicitus, vno die poſtea egreſſus è cuſtodia, cùm ijs qui cum ipſo erant, & nauem ingreſſus nauigauit ex illo oppido. Interea autem dum in aliena regione verſaretur, ſi quando eum carnis voluptates, aut aliquarum rerum mundanarum vexarent cupiditates, valdè auerſabatur, precum memor, per quas mente illuminatus Chriſtum fuit profeſſus, & eius, qui in ipſum extitit, diuinæ gratiæ aduentus.

Beneficiorum Dei memoria carnis, et mũdi extinguit voluptates.

XII. *Violans pauperum hoſpitiola punitur.*

Gregor. Turon l. 2. mirac. S. Mart. c. 27. apud Euro. to 5. ann. Do 579. 18.

QVid Ruccoleno pauperum hoſpitiola violanti acciderit, à Beato Gregorio res ob oculos poſitas enarrante ſic accipe. Cùm vero (inquit) interempto Sigeberto Rege, Chilpericus regnum exemptus ab imminente morte cepiſſet: Ruccolenus cum Cœnomanicis grauiter ciuitatem Turonenſem opprimebat, ita vt cuncta deuaſtans nullam ſpem alimoniæ in domos Eccleſiæ, vel pauperum hoſpitiola relinqueret. Poſtera autem die Legatos ad ciuitatem mittit, vt homines, qui propter culpam minimè nobis incognitam ad ſancti baſilicam reſidebant (quod illic confugiſſet Gumterranus Dux, qui dicebatur occidiſſe Theodobertum) extraherentur à Clericis. Quod ſi differretur fieri, vniuerſa promittit incendio concremari. Et nos hæc audientes, mœſti valdè baſilicam ſanctam adimus, & ſancti auxilia flagitamus: ſtatimq; paralytica, quæ per duodecim annos fuerat contracta, dirigitur. Ipſe vero Ruccolenus vlteriorem ripam aggreſſus, morbo cõfeſtim regio ſauciatur, atq; ab infirmitatibus Herodianis (quas enarrare longum videtur) alliſus, & ſicut cera à facie ignis guttatim defluens, quinquageſima die ab hydrope conflatus interijt.

TIT. XI. De ſeptimo opere miſericordiæ corporalis: de ſepeliendis nimirum mortuis.

Abrahamo Patriarchæ tanta cura fuit honeſte ſepeliendi Saram coniugem ſuam, quæ 127. anno mortua fuit Chariatarbæ in Chananæa, vt apud Hettæos in Ephrone Hettæo fundum cum duplici cauerna quadringentis argenti ſiclis emerit, è regione Hebronis, in qua Saram ſepeliret. Gen. 23.

Iſaacus & Iſmael patrem ſuum Abrahamum vita functum ſepeliuerunt in duplici cauerna agri, quem ab Ephrone Hettæo viuus redemerat. Gen. 25.

Rachel ſepulta eſt à marito Iacobo Patriarcha in via Ephratæ, quæ Bethlehema eſt, cum ex partu Beniaminis filij obijſſet. Sepulchro eius impoſuit Iacobus cippum, qui etiamnum cippus ſepulchri Rachelis dicitur. Gen 35.

Curam ſepulchri ſui habuerunt Iacob & Ioſeph filius eius; qui mortui in Ægypto, transferri tamen oſſa ſua, & in ſepulcro Patrum ſuorum, in terra Chanaan ſepeliri iuſſerunt, quod & factum fuit. Geneſeos c. 50.

Commendauit Dauid multum viros Iobes Galaad, eo quod cadauera Saulis & Ionathæ, & filiorum eius reuerenter tradiderant ſepulturæ. 1. Reg. 31 et 2. Re. 2.

Tobias cum periculo vitæ ſuæ corpora occiſorum rapiebat, & ſepulturam ſollicitus exhibebat. Tob. 2. et 2.

Iaſon impius & crudelis homo, cum multos homines inſepultos abieciſſet, ipſe demum diuinam vltionem ſentiens ſine ſepultura quoque abiectus eſt. 2. Mach. 5.

Laudatur Iudas Machabæus, quod interfectos in prælio honeſte ſepeliri, preceſque & ſacrificia pro eis offerri iuſſerit. 2. Mach. c 12.

Diſcipulorum B. Ioannis Baptiſtæ pietas ab Euangeliſtis notatur, quod, Matt. 14.

co in carcere decollato, venerunt diſcipuli eius, & tulerunt corpus & ſepelierunt illud.

Matt. 7 Ioa. 19 Mar. 16 Luc. 23. *Nicodemi & Ioſephi ab Arimathia circa Chriſti corpus ſepeliendum pietas, & religio in Euangelio diligenter commemoratur.*

EXEMP. I. *Eccleſiaſtica ſepultura magni facienda.*

Platina in Greg VI Pontif. GRegorius ſextus S. Ioannis ad portam Latinam Archipresbyter, Pontificatum adeptus ſedis Apoſtolicæ dignitatē labefactatam ſua auctoritate, & animi magnitudine breui reſtituit. Nam & ditionem Eccleſiæ recuperauit, & latrones circa Vrbē poſitos, quorum ſæuitia peregrini ad Vrbem religionis cauſa accedentes necabantur, è medio ſuſtulit, prius execrationibus & interdictis admonitos, deinde vi & armis domitos. *Pontifex Italiā à latronibus expurgat.* Hāc ob rem ferunt à perniciosis hominibus vulgo homicidam, Simoniacum, & ſanguinis humani appetentiſſimū habitum, idq; à Cardinalibus etiam quibuſdam prædicari ſolitum. Motum itaq; Gregorium ipſum in ea ægritudine, qua poſtea moritur, Cardinales ad ſe vocatos verbis caſtigaſſe, quodque iuſtè & ſanctè feciſſet, ipſi liuore moti reprehenderent: Et vt, inquit, ſcire poſſitis, vbi mortuus fuero, rectè an perperam fecero, corpus meum ante fores Eccleſiæ ſiſtite vectibus oneratas: ſi diuino nutu aperientur, cenſetote me dignum Chriſtiana ſepultura; ſin ſecus, corpus meum vna cum anima dānatum, quo volueritis, eijcitote. Fecere mandata Cardinales, itaq; portæ coorto graui vento apertæ ſunt, & corpus cum admiratione omnium & opinione magnæ ſanctitatis introlatū eſt. *Innocentia miraculo declarata.*

II. *Petri abbatis ſepulchrum cæleſti luce colluſtratur.*

SAnctus Auguſtinus Anglorum Patronus, poſtquam in Regia ciuitate ſedem Epiſcopalem recuperaſſet, non procul ab ipſa ad Orientem monaſterium fecit, in quo eius hortatu Edelbertus eccleſiam beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli à fundamentis conſtruxit, ac diuerſis donis ditauit, in qua & ipſius Auguſtini, & omnium Epiſcoporum Dorouerniēſium, ſimul & Regum Cantij poni corpora poſſent. *Beda li. 1. hiſt. Eccl. gen. Angloriam cap 33.* Quam tamen eccleſiam non ipſe Auguſtinus, ſed ſucceſſor eius Laurentius conſecrauit. *Petri & Pauli Apoſtolorum exēplum.* Primus autem eiuſdē monaſterij Abbas Petrus presbyter fuit, qui legatus in Galliam miſſus, demerſus eſt in ſinu maris, qui vocatur Ampleat, & ab incolis loci ignobili traditur ſepulturæ: ſed omnipotens Deus, vt qualis meriti vir fuerit, demonſtraret, omni nocte ſupra ſe pulchrum eius lux cæleſtis apparuit, donec animaduertentes vicini, qui videbant ſanctum fuiſſe virum, qui ibi eſſet ſepultus, & inueſtigātes, vnde & quis eſſet, abſtulerūt corpus, & in Bononia ciuitate, iuxta honorē tanto viro congruum, in eccleſia poſuerunt.

III. *Deus ſuis ſanctis præparat ſepulchra.*

CVm Armogaſtes Epiſcopus inſignis Chriſti miles, ac inuictus Eccleſiæ Romanæ contra Arianos propugnator, dormitionis ſuæ proximum cerneret diem, aduocat quendam Felicem venerabilem Chriſtianum, procuratorem domus filij Regis, qui Armogaſtem vt Apoſtolum venerabatur, dixitq; illi: Tempus meæ reſolutionis aduenit: obſecro te per fidem, quam vtriq; tenemus, vt ſub hac ſiliquæ arbore me ſepelire digneris, redditurus Domino noſtro, niſi feceris, rationem. *Ex Victore de perſecu. Vand. l. 1. Baro. lo 6 annal Eccl. ſub an. Do. 456.* Non quod ille curaret, vbi aut qualiter ſuum ſepeliretur corpus; ſed vt illud demonſtraretur, quod ſeruo reuelauerat Deus. Reſpondit Felix, & dixit: Abſit à nobis, confeſſor venerabilis; ſed ſepeliam te in vna baſilicarum, cū triumpho & gratia quam mereris. Cui beatus Armogaſtes: Non,

ſed

ſed quod dixi, facturus es. Ille timens Dei nominem contriſtare, veraciter quod dixerat, promiſit ſe eſſe facturū. Statim intra paucos dies comes bonæ confeſſionis de hac vita migrauit. Feſtinauit Felix ſibi delegatū ſub arbore fodere ſepulchrum. Cui cum intextæ radices & ſoliditas aridæ telluris morā facerent, & calore angeretur, quod tardius ſancti membra corporis humarentur: tandem abſciſſis radicibus, multo altius terram cauans, conſpicit ſarcophagum ſplendidiſſimi marmoris præparatum, qualem forte nullus omnium habuit Regum.

IV. *S. Catharina impetrat à Deo ſepulturam Angelicam.*

Ex Sim. Metap Aloyſius Lippo. 10. 5 et Sur. to. 6 25. Nouëb.

SAncta Catharina Alexādrina cum iamiam eſſet martyrium ſubitura, tempus ad orationem poſtulat: inter cætera verò ſic rogat: Da Domine Ieſu Chriſte Deus meus, vt hoc corpus meum, quod pro te fuit conſciſſum, non poſſit ab ijs adſpici, qui quærunt illud. Deus itaq; honorans ſuam Martyrem, illius preces ad effectum deduxit: cum enim Angeli venerandum illius corpus compoſuiſſent, in ipſo conſummationis tempore, viſi ſunt illud in montem Sina deducere, ab ijs qui præſentes erant.

V. *S. Ermelendis ab Angelis ſepelitur.*

Sur. 29. Oct. to. 5.

EA nocte, qua rapienda erat ex hac vita ſancta Ermelendis virgo, meruit Angelicam vocem audire ſe monentem ex nomine: Recede, inquiens, virgo recede, & virginitatem, quam Deo cōſecraſti, inuiolatam cuſtodi. Quæ valde perterrita, obediens iuſſioni iter fecit. Cumq; ſpiritu ſancto duceretur, Angelus Domini ei ſecundo apparuit, & viam quam cœperat ne dereret, imperauit. Venies (inquit Angelus) in villam, quā Meldricem nuncupabis, ibi namq; præparauit tibi Dominus locum ad perficiendum deſiderij tui votum. Peruenit igitur venerabilis virgo in locū, quem prædixerat ei Angelus: ibiq; parſimonia miræ abſtinentiæ diu viuens, geminæ dilectionis in ſe cōtinebat mandatum. Alebatur autem beata Ermelendis ſolummodo herbis agreſtibus, nō inferior ſummis eremi cultoribus: puellares quoque artus teneros diris cruciabat iniurijs. Frequentabāt quoque eam quique religioſi, ſed quanto Dominus famam eius dilatabat, tanto humilius ſe agebat. Tandem vero poſt multa certamina euocata a Domino, ad cæleſtem peruenit gloriam, quam in terra poſita tota deuotione quæſiuit. Ad cuius exequias non hominum reſonabatur, ſed hymni dici Angelorū chori Chriſto cecinerunt gloriam. Et quia Chriſto fuit dilecta, ab ipſis eſt officioſiſſime ſepulta.

VI. *S. Marcellinus Pontifex ob negatum Saluatorem dicit ſe non mereri ſepulturam, ſed S. Petrus iubet ſepeliri.*

TEmpore Diocletiani & Maximiani Imperatorū Marcellinus Pontifex ad ſacrificia gentiū ductus, cum minis inſtarent carnifices, vt thura Dijs exhiberet, metu perterritus Deos alienos adorauit. Habito deinde non ita multo poſt Concilio C. & LXXX. Epiſcoporum in Sinueſſa vrbe Campaneę eo & Marcellinus ſquallidus & pulueru lentus, ac cilicio indutus proficiſcitur, petitque, vt ſibi pro incōſtātia debita pœna tribuatur. Qui eum damnaret, in tāto concilio nemo vnus inuentus eſt, cum dicerent omnes, ea ferme ratione Petrū peccaſſe, ac flendo peccati pœnam luiſſe. Redijt Romam Marcellinus iratus, Diocletianum adijt, hominemque increpat, qui ſe impulerit Dijs gentium immolare. Ducitur ad martyrium Diocletiani iuſſu Marcellinus, cum Claudio, Cycino, Antonino Chriſti fidelibus. Inter eundum vero Marcellum presbyterum admonet, ne Diocletiani præce-

Platina in vitiis Pōt Ma rul. li. 4. cap 9. Nau le. gener. II. vol. 2. Io. Layzar. li. 1 c 74. S. Marcellini Pōtificis pœnitentia.

præceptis obtemperet, in rebus maximè ad fidem pertinentibus: neve corpus ſuum ſepulturę traderet, quod diceret ob negatum Saluatorem ſe id nequaquam mereri. Horum autem ſimul interemptorum corpora Diocletiani iuſſu ad dies ſex & triginta inſepulta iacuerunt via publica. Vnde Petri Apoſtoli iuſſu, qui Marcello in ſomnis apparuit, via Salaria, in cęmeterio, quod Priſcillæ deinceps nomē habuit, ſepeliuntur, ſexto Kalendas Maias, apud Beati Creſcentionis corpus.

VII. *S. Sebaſtianus proiectus in cloacam inſepultus ſepelitur honorificè, & colitur.*

Baro. to. 2. Annal. Eccl. ad an. Do. 286. & in Rom. Martyrol. 19. Ianuar. apud Suri. to. 1. Ian. 20.

S. Sebaſtianus inſtar hericij ex ſagittarum denſitate ad mortem ferè vſque impetitus, & confectus diuinitus ſanatur: cùm vero Diocletianus Imperator eum ſuper gradus Heliogabali ſtantem conſpexiſſet, ait: Tunc es Sebaſtianus, quem nos dudum ſagittis iuſſeramus interfici? Sebaſtianus dixit: Ad hoc me Dominus meus Ieſus Chriſtus * reſeruare dignatus eſt, vt conueniam & conteſter vos coram omni populo, iniuſto iudicio perſecutionem veſtram in Chriſti famulos ebullire. Tunc iuſſit eum in hippodromum palatij duci, & tamdiu fuſtibus cædi, donec exhalaret ſpiritū. Tulerunt autem corpus eius noctu, & in cloacam maximam miſerunt, dicentes: Ne fortè Chriſtiani eum ſibi Martyrem faciant. Porrò Beatus Sebaſtianus apparuit in ſomnis matronæ religioſæ Lucinæ nomine, dicens ei: In cloaca illa, quæ eſt iuxta Circum, quære, & ibi inuenies corpus meum pendens in vnco: quod cum leuaueris, perduces in Catacumbas, & ſepelies me in initio cryptæ iuxta veſtigia Apoſtolorum. Itaque B. Lucina cum ſeruis ſuis media nocte abijt, & eleuans corpus eius poſuit in pileuto ſuo: perductumque ad locum, vbi ille imperauerat, cum omni diligētia ſepeliuit, perque dies triginta à ſancto loco illo non receſſit. Poſt aliquot autem annos, pace Eccleſiæ reddita, domum ſuam mutauit in Eccleſiam, omnes opes ſuas pro Chriſtianorum conſolatione illi derelinquens, & Eccleſiam earum hæredem inſtituens in Chriſto, qui viuit & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum.

** reſuſcitare.*

Apparitio S. Sebaſtiani.

VIII. *S. Cerbonius ſepulturam præparatam non obſtantibus hoſtibus obtinet.*

Greg. li. 3. dialog. c. 11. Sur. 10. Octob. to. 5.

De S. Cerbonio illud miraculum, Venantio Lunenſi Epiſcopo narrante, cognoui. In ea namque Populonij Eccleſia, cui præerat, ſepulchrum ſibi præparauit. Sed cum Longobardorum gens in Italiam veniens cuncta vaſtaſſet, ad Helbam inſulam receſſit. Qui ingruente ægritudine ad mortem veniens, clericis ſuis, ſibique obſequentibus præcepit, dicens: In ſepulchro meo, quod mihi præparaui Populonij, me ponite. Cui illi cum dicerent, Corpus tuum illuc qualiter reducere poſſumus, qui à Longobardis teneri loca eadem, & vbique illic eos diſcurrere ſcimus? ipſe reſpondit: Reducite me ſecuri; nolite metuere: ſed feſtinè ſepelire me curate: moxque vt ſepultum fuerit corpus meum, ex eodem loco ſub omni feſtinatione recedite. Defuncti igitur corpus impoſuerunt naui: cumq; Populonium tenderent, collectis in aere nubibus, immēſa nimis pluuia erupit. Sed vt pateſaceret omnibus, cuius viri corpus nauis illa portaret, per illud maris ſpatium, quod ab Helba inſula vſque Populonium duodecim milliaribus diſtat, circa vtraque nauis latera procelloſa valde pluuia deſcendit: & in nauem eandem vna pluuiæ gutta non cecidit. Peruenerunt itaque ad locum clerici, & ſepulturæ tradiderunt corpus ſacerdotis ſui. Cuius præcepta ſeruantes, ad nauem ſub feſtinatione reuerſi ſunt. Quam mox vt intrare potuerunt, in eundem locum, vbi vir Domini ſepultus fuerat, Longobardorum Dux crudelis-

Nauis qua vehitur corpus S. Cerbonij tuta eſt à pluuia circumquaque depluente.

deliſſimus Gummar aduenit. Ex cuius aduentu virum Dei habuiſſe ſpiritum prophetiæ claruit: quia miniſtros ſuos à ſepulturæ ſuæ loco ſub feſtinatione diſcedere præcepit.

IX. *Henricus Germanorum Rex ſanctum Romualdum proprijs humeris ad ſepulturam defert.*

Baro to. 11. ann. Domini 1007 ex Arnolfo Comite.

ANno Domini 1007. qui numeratur quintus ab obitu Ottonis Imperatoris, moritur Ratisbonæ in Bauaria S. Romualdus Abbas S. Emmeranni, cuius feretro Henricus Germanorum Rex, & poſtea Imperator proprium ſuppoſuit humerum, ad portandum illud ad ſepulturam.

X. *De Ladislao Rege, qui humeris proprijs tombam ſancti Gerardi effert.*

Baro to. 11 ann. Domini 1079 apud Surio 5. die 24 Sept in fine.

ANno Domini milleſimo ſeptuageſimo nono, legatio miſſa eſt à Gregorio Septimo Papa ex Romana Synodo ad ſanctum Ladiſlaum Hungariæ Regem, pro ſanctorum reliquijs debito honore perquirendis, ac religioſe colendis. De qua legatione hæc in rebus ſancti Gerardi martyris: Tũ enim à Romanæ Eccleſiæ Synodo iniunctũ eſt, vt corpora eorum, qui Pannoniam fidei prędicatione irrigaſſent, ſummo honore afficerentur. Veniente autem ſedis Apoſtolicæ Legato, & nobilium Pannoniæ coacto conuentu, ſacrũ huius B. Martyris corpus eleuatum eſt, atq; Ladiſlai Regis, & Principum humeris tranſlatũ, honorificeq; depoſitum eo loco, vbi pro meritis tãti Patris, ſuperna gratia efficiendis & declarãdis miraculis largius coruſcat.

XI. *Theodoricus Rex proprijs humeris vexit ad ſepulchrum corpus S. Theodorici Abbatis.*

Vſuard. in Martyrol. 1. die Iulij

THeodoricus Abbas, ſancti Remigij diſcipulus, qui eiuſdem magiſtri ſui meritis ſuffragantibus à mortuis ſuſcitarat filiã Theodorici IV. filij Clodouei Regis Frãcorum, cum multas virtutes operatus eſſet, & Angelis eum ſuſcipientibus cum gloria migraſſet, Theodoricus Rex ad monaſterium veniens ſanctum corpus proprijs humeris ad ſepulchum euexit.

XII. *S. Odilo reperiens duos pueros fame mortuos, eos ſepelit in ſua interula.*

Baro. to. 11 Annal. Eccl. ann. Domini 1006 4. ex Sigeberto, & Pet. Damiani, apud Surium 1. Ian.

ANno Domini 1006. fames & mortalitas tam grauiter per totum orbem inualuit, ait Sigebertus, vt ſepelientium tædio viui adhuc ſpiritum trahentes obruerentur cum mortuis. Quo tempore accidiſſe videntur, quæ de S. Odilone Cluniacenſi Abbate Petrus Damiani in ipſius vita ſic narrat: In erogandis eleemoſynis ita largus erat, vt nonnulli, dum eum omnia diſpergentem ſine cunctatione conſpicerent, non diſpenſatorem, ſed prodigum iudicarent; præſertim quodam tempore, dum fames valida Aquitaniæ fines vehemẽter affligeret, exhauſtis iam in pauperum vſus ærarijs, & horreis quorumcunque prouentuum non mediocriter profligatis; mox etiã plurima ſacra vaſa confregit, inſignia Eccleſiæ ornamenta deſtruxit; coronæ quoque, quam ſibi Imperator Honorius ob ſui memoriam deſtinauerat, non pepercit. Vt igitur tam acerbæ famis, in quibus valuit, temperaret inopiam, quicquid hinc inde corradere potuit facultatum, in ſuſtentationes & alimenta tradidit egenorum. Quadam ſane die, dum per publicum pius equitator incedit, duos in itinere pueros fame peremptos reperit. Mox equo deſiliens, laneam, qua indutus erat ad carnem, ſubduxit ſibi interulam, eaque prout velaminis quantitas permittebat, vtrumque cadauer obuoluens, exhibet mortuis ſepulturam: nam & veſpillones mercede cõduxit, & funereis vſque ad tumulum proſequutus exequijs, defunctis fratribus debitum humanę pietatis exoluit.

Liberalitas S. Odilonis famis tẽpore.

Mortuos ſepelit S. Odilo Abbas.

XIII. Al-

XIII. *Alphonſus Rex cadauer inſepultum ipſemet ſepelit.*

Ant. Panorm. li. 1 de reb. geſt. Alphonſi.

IDem feciſſe legimus Alphonſum Aragonum Regem. Quum Puteolos obſideret, atque animi laxandi gratia littus quotidie peteret; reperit viri Genuenſis cadauer à triremi hoſtium eiectum, littori appulſum. Quo viſo celeriter equo deſilijt, ijſque qui propè aderant omnibus deſilire iuſſis, alijs negotium dedit, vt terram effoderēt, alijs, vt nudum corpus obuoluerent; ipſe vero non minimas in ſepeliendo homine partes ſibi aſcripſit.

XIV. *Ridentes ſepelientes mortuum puniuntur.*

Zach. Lipelco ex Laur. Sur. 29. Ianuar.

IMperante Antonino, cui Pio cognomen erat, florebat S. Conſtantius Peruſinæ ciuitatis Epiſcopus; qui cum neque blanditijs, neque verberibus compelli poſſet, vt Chriſtum deſereret, tandem non procul ab vrbe Fulgineo ſacrum ipſi caput fuit abſciſſum. Erat autem tunc temporis Fulginei quidam Leuianus, vir inter cæteros fide & bonorum operum meritis præſtans, qui nocturna viſione admonitus eſt, vt ſanctiſſimi illius corporis curam ſuſciperet, & omni cum honore, vt par erat, ſepulturæ mandaret. Qui abiens protinus ſumma cum reuerentia illud humeris impoſuit, ſacroque onuſtus pignore iam domum redire feſtinabat. At ei iam iter ingreſſo obuiam fiunt viri duo, qui Leuianum agnoſcentes, cachinnos tollere, & Conſtantium maledictis inſectari cęperūt. Sed ecce Deus, qui ſuorum honorem mirificè defendere conſueuit, volens ſerui ſui iniurias contumeliaſq; vlciſci, ſimul & miraculo eius gloriam clariorem reddere, vtrumque oculorum ſenſu illico priuat. Sed tamen & ipſis ira Dei miſericordia efficitur: ſiquidem illi propria calamitate edocti, ſupplices ad cœlum manus tendere, & Chriſtum Ieſum vnum ſolum verum Deum confiteri cœperunt, tandemque Leuiani opera ad ſacrum Martyris corpus ducti, ſtatim primo eius contactu priſtinum oculorum lumen receperunt.

Cæcitas curatur attactu S. reliquiarū.

TIT. XII. De loco ſepulturæ Chriſtianæ.

Noluit Iacob ſepeliri cum malis hominibus in Ægypto, ſed adiurauit Ioſeph, vt eum mortuum ad patrum ſuorum ſepulturam deferret. Hoc ipſum repetijt poſt benedictionem filiorum inſtante morte ſua. Quod Ioſeph ſollicitus adimpleuit. Gen 47. 643.

Sepultus fuit Dominus per Ioſeph & Nicodemum in ſepulchro nouo exciſo in petra, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. Matt 27 Marc. 16 Luc. 23. Ioan. 19.

EXEMP. I. *De loco cœmeterij diuinitus demonſtrato.*

Beda li. 4. hiſt. Angl c. 7. apud Baro. to. 8. ann. Do 685.

CVm in quodam monaſterio Britanniæ, cui præerat ſanctiſſima Abbatiſſa Edilburga, graſſaretur peſtis, & paſſim quotidie raperētur multi ad Dominum; ſollicita mater congregationis, qua hora etiam monaſterij partem, qua ancillarum Dei caterua à virorum erat ſecreta cōtubernio, eadem plaga tangeret, crebrius in cōuentu ſororum perquirere cœpit, quo loco in monaſterio corpora ſua poni, & cœmeterium fieri vellent, cum eas eodem quo cæteros exterminio raptari è mundo contingeret. Cumq; nihil certi reſponſi, tametſi ſępius inquirēs, à ſororibus accepiſſet; accepit ipſa cum omnibus certiſſimum ſupernæ prouiſionis reſponſum. Cum.n. nocte quadam, expletis matutinę laudis pſalmodijs, egreſſæ de Oratorio famulæ Chriſti ad ſepulchra fratrū, qui eas ex hac luce præceſſerant, ſolitas Domino laudes decantarent: ecce ſubito lux demiſſa cœlitus, veluti linteum magnum venit ſuper omnes, tantoq; eas ſtupore percutit, vt etiam canticum, quod

canebant, tremefactæ intermitterent. Ipſe autem ſplendor emiſſæ lucis, in cuius comparatione Sol meridianus videri poſſet obſcurus, non modo poſt illo eleuatus de loco, in meridianam monaſterij partem, hoc eſt, ad Occidentē oratorij ſeceſſit, ibiq; aliquamdiu moratus, & ea loca operiens, ſic videntibus cunctis, ad cæli ſe alta ſubduxit, vt nulli eſſet dubium, quin ipſa lux, quæ animas famularum Chriſti eſſet ductura, vel ſuſceptura in cælis, etiam corporibus earū locum, in quo requietura & diem reſurrectionis eſſet exſpectatura, monſtraret. Cuius radius lucis tantus extitit, vt quidam de fratribus ſenior, qui in ipſa hora in oratorio eorum cum alio iuniore poſitus fuerat, referret, quod mane ingreſſi per rimas oſtiorum, vel feneſtrarum radij lucis omnem diurni luminis viderentur ſuperare fulgorem.

II. *Sepultura gratis exhibenda.*

Ex Greg. Mag l. 7 epiſt. 4 Baro. to. 8 anno Do. 618. 9 Sacra ſepultura gratis danda.

DIuus Gregorius epiſtola ad Meſſalinum Epiſcopū ſic ſcribit: Secundum noſtrum inſtitutum noueris nos illicitā antiquam conſuetudinem à noſtra Eccleſia omnino vetuiſſe, nec cuiquam aſſenſum præbere, vt loca humandi corporis pretio poſſit adipiſci. Nam ſi Gentiles (vt arbitramur) viri Sichimitæ Abrahæ pro Sara mortua, atq; in loco proprio humanda, ſepulturam gratis obtulerūt, & vix magna eius importunitate coacti ſunt, vt pretium de loco ſepulturæ perciperent: nos, qui Epiſcopi dicimur, de humandis fideliū corporibus penſa quid facere debemus. Hoc ergo fraternitatis veſtræ iudicio committimus.

III. *De Gregorio Turonenſi, qui delegit ſibi abiectum ſepulturæ locum.*

Sur. in vita eius cap. 23. Nou 17. to. 6.

NEc hic prætereundum, quomodo ſanctus Gregorius Turonenſi Epiſcopus conſuetam ſibi humilitatem etiam in ipſa ſepultura ſua ſeruauerit. Nam in tali loco ſe ſepeliri fecit, vbi ſemper omnium pedibus conculcaretur, & ipſa loci neceſſitas cogeret, ne vnquam in aliqua reuerentia haberi poſſet. Sed grex beati Martini talia non ferens, amicum domini ſui de loco leuauit, & edito ſepulchro Mauſoleo ad læuam ſancti ſepulchri digna reuerentia collocauit.

TIT. XIII. De honoranda fidelium defunctorum ſepultura, eaque cantu, tedis, cereis, floribus, campanarum pulſu, veſtimentis, &c. ornanda.

EXEMP. I. *In ſepultura S. Paulæ, Pſalmi Hebræo, Græco Latino Syroque ſermone perſonarunt.*

D. Hier. in vita S. Paulæ nobiliſs. Romanæ epiſt. 27. Exequiarum pōpa & celebritas.

SAncta Paula vidua nobiliſſima Romana, vt audiuit ſponſum vocantem ad mortem: Surge, veni proxima mea, ſpecioſa mea, columba mea: quoniam ecce hyems tranſijt & receſſit, pluuia abijt, ſibi læta reſpondit: [Flores viſi ſunt in terra, tempus ſectionis aduenit. Et: Credo videre bona Domini in terra viuentium.] Ex hinc nō vlulatus, non planctus, vt inter ſæculi homines fieri ſolet, ſed pſalmorū linguis diuerſis examina concrepabant: traſlataq; Epiſcoporum manibus, & ceruicem feretro ſubijcientibus, cum alij Pontifices lampades, cereoſq; præferrent, alij choros pſallentium ducerent, in media eccleſia ſpeluncæ Saluatoris eſt poſita. Tota ad funus eius Palæſtinarum vrbium turba conuenit. Quem monachorum latentium in eremo cellula ſua tenuit? Quam virginum cubiculorum ſecreta texerunt? Sacrilegum putabant, qui non tali fęminæ vltimum præſtitiſſet officium. Viduæ, & pauperes, in exemplū Dorcadis, veſtes ab ea præbitas oſtendebant. Omnis inopum multitudo matrem, & nutritiam ſe perdidiſſe clamabat. Quodque mirum ſit, nihil pallor mutauerat faciā: ſed ita dignitas quædam, & grauitas ora compleuerat,

vt eam putares non mortuam, ſed dormientem. Hebræo, Græco, Latino, Syroq; ſermone Pſalmi in ordine perſonabant: non ſolum triduo, donec, & ſubter eccleſiam, & iuxta ſpecum Domini conderetur; ſed per omnem hebdomadã, cunctis, qui venerant, ſuum funus, & proprias lachrymas credentibus. Venerabilis virgo filia eius Euſtochiũ, quaſi ablactata ſuper matrem ſuam, abſtrahi à parente non poterat: deoſculari oculos, hærere vultui, totum corpus amplexari, & ſe cum matre velle ſepeliri.

II. *S. Parthenius ſepelitur cum hymnis, & canticis.*

CVm in hac pia & Angelica vita refulſiſſet in terra Dei ſeruus, & vir venerandus Parthenius Epiſcopus, & multos conuertiſſet a ſimulachris ad Deum viuum, perinde ac morbo arreptus, à Deo vocatus requieuit in pace. Prædictus ergo Hypatianus Epiſcopus, cum audiſſet inclytum & venerãdum patrem noſtrum Parthenium ad Chriſtum migraſſe, relictis omnibus, quæ habebat in manibus, ſoluens ex ciuitate Heraclea, ſecũdo vento, cum Deus iuſſiſſet, eadem nocte peruenit Lampſacum. Similiter etiam Cyri Epiſcopus, & Epiſc. Meliti, in qua fuerat natus: & Parij Epiſcopus nomine Euſtathius, & reliqui ex ciuitatibus, quæ erant circumcirca. Sicque cum Pſalmis, & hymnis & ſpiritalibus canticis depoſuerunt eum prope eccleſiam in oratorio, quod ipſe ædificauit.

III. *Daniel Stylites honorifice ſepelitur.*

Ex Metaph. Sur. 11. Dec. n. 8.

DVm magnus ille Daniel Stylites extremum ageret ſpiritum, aderat Antiſtes Epiſcoporum (is erat Euphemius) cum alijs ad emigrationem animæ eius. Aderat & Rais mulier fideliſſima: & vir quidam, qui poſſidebatur à dæmone, ac pergebat ad columnam: qui & ſanctorũ ad ſanctum aduentum, clamando, aperte ſignificabat, & eos ſuis appellabat nominibus; & ipſorum, vt qui conueniſſent, meminerat Angelorum. Deinde adijciebat fore, vt tertia hora eius diei Daniel excedat ad Dominum, & à diuturna habitatione immundus expellatur ſpiritus: quę vtraque ſuo tempore euenerunt. Quæ autem prius dicta eſt, Rais, magnifice parabat ea, quæ pertinebant ad ſepulturam: & cum multos adduxiſſet artifices, & iuſſiſſet fieri tumulũ in inferiori parte columnæ, & vſq; ad faſtigium, ſtatuit ex vtraque parte tumuli homines, qui faces ferrent, & lampades tenerent in manibus, & ea canerent, quæ cani ſolent in deceſſu. Cumq; illa corpus infra detuliſſet, in plumbeo id ponit loculo: in hoc quoq; ſeruans magni Danielis teſtamentum. Ille enim mandauit diſcipuli: Seu Imperatores, ſeu Reges, ſeu denique vlli alij ſe inuicem ſuperare contendant in loculi ſumptu & magnificentia, nolite ſuſcipere; ſed & illic, & ſic corpus deponi ſinite, vbi & quomodo voluerit Rais fideliſſima. Hæc ergo peracta ſunt, & expulſus eſt immundus dæmon, cum multum hominem diſcerpſiſſet.

Prædictio futurorum.

IV. *Sepelitur S. Bauo cum lampadibus & cereis.*

In vita eius per Theodericũ Abb. S. Trudon. cap. 24. apud Sur. to 5. Octob. 1.

CVm ſanctus Bauo ſpiritum de huius fecis luto efflaſſet, tranſlatum fuit eius funus ſacerdotum Chriſti in manibus ad eccleſiam beati Petri Apoſtoli. Expletis autem quæ neceſſaria erant funeri, cum lampadibus, & cereis, & pſallentium choris in locum agonis ſui, hoc eſt, in recluſionis cellulam reportatur, ibique ex officio ſancti Epiſcopi Amandi ſepelitur, non ad ieiunandum, ſed pane Angelorum ſatiandum: non ad ſitiendum, ſed fonte viuo potandum: non ad plorandum, ſed Euangelico riſu ridendum: ad nullam proſus huius corruptionis afflictionem ſuſtinendam, ſed ad perpetuæ conſolationis ſtolam percipiendam.

V. S. Amata

V. *S. Amabilis cum honore ſepelitur.*

In vita S. Amabilis c. 12 Sur to 5 Oct. 29.

SAnctus Gallus Aruernorum Archidiaconus, & poſtea Epiſcopus, cernens ad tumulũ ſancti Amabilis presbyteri multa fieri miracula, omneſque eius beneficijs gratulari: ingentes Domino gratias egit, qui ciues Aruernenſes tanto patrono munijſſet: æquiſſimumque ſentiens, vt corpus eius ſacrum loco honoratiori tumularetur, rem totam quibuſdam amicis, & religioſis hominibus communicauit. Ii lętantur omnes, hortantur vt id faciat. Ædificauit ergo in prima templi fronte in eius honorem egregij operis teſtudinem, & ſub ea altare: eoque tu aſtulit ſolenniter ſacrum corpus illius, pſallente clero, populoque cereos, & lampades geſtante.

VI. *Campana ſponte perſonant in ſepultura cuiuſdam ignoti.*

Iac. Meyerus l. 3 Annal. Flãdric. An. Do. 1062.

ANno Domini 1062. cum fames intolerabilis Flandros premeret, grandiſq; multitudo hominum panis quærendi gratia conflueret Aldemburgũ, repertus ibi quidam prima luce, qui ſub dio de nocte fame (vt creditum eſt) perierat: qui dum ſepeliretur, prohibuit ſacerdos Godobertus, ne pulſarentur campanæ, eo quod homo eſſet ignotus: ſed ecce ibi ſtupentibus cũctis qui aderant, prodigio per ſe ęra illa (mirum dictu) perſonuerunt. Miraculum.

TIT. XIV. De pœnis violantium ſepulchra fidelium defunctorum.

EXEMP. I. *Monachus Abbatis ſui ſepulchrum conſpuens diuinitus multatur.*

Ex Sur. in vita Pet. Ab. Cauen. t. 24 die 4 Martij.

SErgius monachus & monaſterij S. Trinitatis ſancti Petri Gauenſis Abbatis amarius ſępe pro negligentijs ſuis à viro Dei Abbate ſuo argutus fuerat. Quadam vero die, maligno ſpiritu inſtigante, cum non ſua merita, ſed correptionis ſuæ amaritudinem memoraret, contra viri Dei ſepulchrũ expuit, & cum fratres monaſterij quaſi viuentem pronis ceruicibus in eodem loco ſalutare conſueuerant, Iudæorum more conſpuere non expauit. Mos autem, cum adhuc viueret, viri venerabilis fuit, vt ſubditorum culpas puniret, ne futuræ vindictæ eos negligendo ſeruaret. Conſuetudinis ergo ſuæ dignitatem poſt mortem etiam ſeruans, eundem monachum grauiter percuſſit. Nam vbi cõtra ſepulchrum expuit, facies eiuſdem intumuit, & ita os torſit, vt in maxilla depoſitum ex latere videretur. Perculſus itaq; tunc primum cognoſcere Abbatis ſui magnitudinem cœpit? cum eum, cui quaſi mortuo exprobrauit, viuere melius poſt mortem, & dignitatis ſuæ vigorem tenere altiùs didicit: ſed cum magnis doloribus ingratus paternis beneficijs torqueretur, liuenti facie, tumentibus labijs, cinctus doloribus, ad venerabilem virum Abbatem meum Simeonem venit, reatum ſuum confitendo aperuit, & meriti ſui dari ſibi pœnam tantæ audaciæ dignam poſtulauit. Cui venerabilis Abbas reſpondit: Si ab illo percuſſus es, curare te nullus alius poteſt. Iuſſus ergo monachus redijt, & ante ſepulchrum venerabilis viri in oratione proſtratus, faciei & oris incolumitatem promeruit. Os namque, quod ad derogationem ſancti ſputum eiecit, percuſſum doluit, atq; eo verba proferente pœnitentię ſalutem recepit, vt patris ſui iuſtitiam & pietatem contra detractorum fallaciam probaret. Quia nimirum vt magiſter bonus errantes percuſſit, & vt pius pater, quem percuſſerat, ſanauit. Felix vtique, qui vtrumque potuit, videlicet & percutiendo corrigere, & ſanando mulcere. Hoc autem idem Sergius monachus ſenex retulit: ſed me petentem relationis ſuæ miraculum Domini Abbatis Simeonis teſtimonio confirmauit. Pœnitentia ſtimulus.

II. *Vindicta diuina in violatorem ſepulchri ſancti Ignatij.*

Baron. Card. to. 10 Annal. Eccl. An. Do. 878 40.

QVomodo ſilentio præteribimus, miraculum illud Lydi Sacellarij? Qui ſuggeſtione Photij impudentis, monaſterium ingreſſus: vt omnes qui in ſancto eius ſepulchro preces effundebant, vt ſuis egeſtatibus opem ferret, verberibus & iurgijs pelleret: & hoc cũ feciſſet, addidit malum malo, & præcepit, vt prope ſacrum ſepulchrum effodiatur, & profunde terra euertatur, ea videlicet occaſione, eo quod eo in loco à Patriarcha multum aurum alias fuerat occultatum: reuera autem, vt hoc dedecus impingeret venerandis reliquijs; ita inuidia illum omnino occupauerat, inſanam videlicet eius animam, vt ne poſt mortem quidem illum quieſcere fineret. Sed vna cum impio illo mandato, impium etiam ira à Deo immiſſa adorta eſt: non ferente in hoc loco Dei longanimitate, ſed velociter merito inferente vindictam. Quamprimum igitur, vehementer clamans ſuperbus ille, ac ſi interficeretur, ſurſum ac deorſum pro prio ſanguine inſtar fluuij ex ore manante cruentatus, & elatus alienis humeris, quaſi voce carens, quatuor diebus ita tormentatus efflauit animam.

III. *In monumentum S. Equitij Abbatis irreuerentia punita.*

D. Greg. li. 1 dial. c. 40.

SIlere hic etiam non debeo (inquit Diuus Gregorius) quod de ſancto Equitio Abbate quondam meo reuerendiſſimo, Valentino narrante, cognoui. Aiebat nãque, quia corpus eius dum in beati Laurentij Martyris oratorio eſſet humatũ, ſuper ſepulchrum illius ruſticus quidam arcam cum frumento poſuit, nec quantus, qualiſque vir illic iaceret, perpẽdere ac vereri curauit. Tũc repẽte turbo cælitus factus, rebus illic oĩbus in ſua ſtabilitate manentibus, arcam, quæ ſuperpoſita eius ſepulchro fuerat, extulit, longeq; proiecit; ita palã cũcti cognoſcerẽt, quãti meriti eſſet is, cuius corp⁹ illic iaceret.

TIT. XV. Corpora Chriſtianorum defunctorum à beſtijs quandoq; ſepulta, honorata, & conſeruata.

EXEMP. I. *Leones aptant ſepulturam S. Paulo Eremitæ.*

Breuiar. Rom. in vita S. Pauli I. Eremitæ 15 Ian. ex D. Hieronymo.

CVm Diuus Paulus & Antonius Eremitæ aliquando ſimul eſſent, & noctem in diuinis laudibus conſumpſiſſent, diluculo Paulus de morte, quæ ſibi inſtaret, admonens Antoniũ, hortatur, vt pallium, quod ab Athanaſio acceperat, ad inuoluendum ſuum corpus afferret. Quo ex itinere rediens ille, vidit inter Angelorum choros, inter Prophetarum & Apoſtolorum cętus: Pauli animam cœlum aſcendere; cumque ad eius cellam perueniſſet, inuenit genibus complicatis, erecta ceruice, extenſiſq; in altum manibus corpus exanime; quod pallio obuoluens, hymnoſq; & pſalmos ex Chriſtiana traditione decantans, cum ſarculum, pro terram foderet, non haberet: duo leones ex interiore eremo rapido curſu ad beati ſenis corpus feruntur: vt facilè intelligeretur, eos, quo modo poterant, ploratum edere: qui certatim terram pedibus effodientes, foueam, quæ hominem commodè caperet effecerunt? qui cũ abijſſent, Antonius ſanctum corpus in eum locum intulit; & iniecta humo tumulum ex Chriſtiano more compoſuit. Tunicam vero Pauli, quam in ſportæ modum ex palmæ folijs ille ſibi contexuerat, ſecum auferens, eo veſtitu diebus ſolemnibus Paſchæ & Pentecoſtes, quoad vixit, vſus eſt.

Leones ſancti obſequium præſtant.

II. *Leo iuuat Zoſimam in ſepultura S. Mariæ Ægyptiacæ.*

Paulus Diac. apud Sur. to. 2. 9. Aprilis.

CVm Zoſimas Abbas corpus S. Mariæ Ægyptiacæ iacens mortuum inueniſſet in ſolitudine, & manus ſic, vt oportet, compoſitas, & corpus ab Orientem reſpiciens, lachrymas aliquamdiu fundens, & pſalmos dicens tempori & rei congruentes, fecit ſepulturę orationem, & dicebat ſibi ipſi:

For-

Forſitan nō perplacet ſanctæ hæc fieri. Hæc eo cogitãte, deſignata erat in terra ſcriptura, vbi hæc ſcribebantur: Sepeli Abba Zoſima miſeræ Mariæ corpuſculum, redde terræ quod ſuum eſt, & pulueri adijce puluerē, & ora Dñm pro me. Has ſenex cū legiſſet litteras, cogitabat, quiſnā eſſet, qui ſcripſerat: illa.n. litteras ignorabat (vt ipſa dixerat) in hoc tñ valde exultans gaudebat, quia eius ſanctum didicit nomen. Glorificans autem Zoſimas Dñm, & lachrymis corpus eius infundēs: Tempus eſt, inquit, miſer Zoſima, quod iuſſum eſt, perfice. Sed quid faciam infelix, quia vnde fodere valeam, non habeo? Deeſt ſarculum, non eſt raſtrum, nihilq; ex omnibus eſt præ manibus. Hæc illo in corde ſuo ſecretè dicente, vidit lignum permodicum iacens; qđ aſſumens, cœpit fodere. Valde autem dura erat terra, & valde fortiſſima, & nequaquā valebat ſenex fodere: quia & ieiunio confectus, & longa itineris fatigatione nimis erat exhauſtus. Laborabat enim, & ſuſpirijs nimijs vrgebatur, & ſudoribus madefactus ingemuit grauiter ex ipſo ſinu cordis ſui, & reſpiciens vidit ingentis formæ leonem iuxta corpus ſanctæ ſtantem, & eius plantas lambentem. Videns autem contremuit præ pauore grandiſſimæ feræ illius, præcipuè quia audierat fœminam illam dicentem. Quod nunquam aliquam vidiſſet feram. Signo autem crucis ſe confirmauit vndique, credens quia illæſum eum cuſtodire valet virtus iacentis. Leo autem cœpit annuere ſeni, blandis eum moribus ſalutans. Zoſimas autem dixit leoni: Quoniam à Deo miſſus veniſti maxime ferarum, vt huius Dei famulæ corpus terræ commendetur, exple opus officij, iuſſuque eius corpuſculum ſepeli. Ego enim ſenectute confectus non valeo fodere, ſed nec congruum quid habeo ad hoc opus exercendum: rurſus autem tanti itineris ſpatia emetiri non valeo, vt aliquid adferam. Tu diuino iuſſu hoc opus cum vngulis facito, vt commendemus terræ hoc ſanctum corpuſculum. Continuo autem iuxta ſenis ſermonem, leo cum brachijs & vngulis fecit foueam, quāta ad ſepeliendum ſanctæ corpuſculum ſufficere poſſet. Senex vero lachrymis pedes ſanctæ abluens, & multipliciter effuſa præce orans eam, vt nunc pro omnibus amplius oret, operuit terra corpuſculum nudum adſtante leone, ſicut eam prius repererat, & nihil aliud habens, niſi illud ſciſſum veſtimentum, quod ei iam ante proiecerat Zoſimas, & Maria quædam corporis ſui membra texerat. Deinde recedunt pariter, & leo quidem in interiora ſolitudinis, quaſi ouis manſueta abſceſſit, Zoſimas reuerſus eſt benedicens, & glorificans Deum, & hymnum laudis decantans Domino noſtro.

S. Maria Ægyptiaca nomē reuelatur.

Virtus ſigni crucis.

Leo ſācti viri iuſſis obedit.

III. S. *Anaſtaſii Martyris corpus exanime à canibus cuſtoditur.*

Carnifices cum ſanctum illud caput S. Anaſtaſij martyris amputaſſent, vt eum interfectum eſſe oſtenderēt, ad Perſarum Regem Coſrhoem detulerunt, Stellarium vero, qui præerat cuſtodiæ carceris, cum Chriſtianus eſſet & ſciret Martyrum honorare corpora, vellet autem ſancti tollere reliquias & eas ſeparare ab alijs, ne tantum lateret bonum permixtum cum cæteris corporibus, prohibuere carnifices. Cum filijs autem Ieſdim annunciata fuiſſet viri conſummatio, ad quam euntem martyrem illorum pueri conſequebantur, & illi ſeruiebant, ij pecunia corrumpunt carnificum diligentiam, & vt corpus ſibi liceret in loco ſeparato deponere, non paucis emūt pecunijs. Deinde is quoque monachus, qui cum martyre exceſſerat è Cæſarea, & cū decertante ad finem vſq; permanſerat, cum & pueros filiorum Ieſdim, & quoſdam ex ijs, qui illic erāt, monachis in noctem ſequentem aſſumens, vt martyris corpus pie ſancteq; componeret, veniſſet (ò quo modo,

Bar. Annal. Eccl. to. 8. an Do. 627. apud Sur. 22. Ian.

Canes parcunt corpori S Anaſtaſii mart. modo, ò Chriſte, laudabo miraculorũ tuorum magnitudinem ?) inuenit canes alia quidem corpora toto ore exedentes, ab hoc autem ſolo ſe abſtinentes, vt quod non ſubijceretur amplius legibus corporis. [Iam enim pulchritudinis corona in manu Dei (vt diuinus dixit Iſaias) & diadema regni in manu Dei eius.] Cum ſuſtuliſſet ergo corpus martyris, et mundis linteis, quę dedere filij Ieſdim pro vltimis corporis exequijs, mũdas illas & ſanctas inuoluiſſet reliquias, in Sergii martyris monaſterio, quod ad vnum lapidem diſtabat à vico, deponit decimoſeptimo quidem anno imperii pii Heraclii, vigeſimo autem ſecundo die menſis Ianuarii: is enim fuit dies, qui vidit deceſſum martyris.

IV. *De S. Luciano, cuius cadauer ſepeliendum è mari ad littus delphinus effert.*

Sur. 7. Ianuar t. 1. & Bar. to 3. Annal Ecc ann. Do 326. ex Metaph. SAnctus Lucianus martyr cum iuſſu Imperatoris Maximiani in mare proiectus eſſet, cum magno lapide appenſo in brachio eius dextero, vt ſubmerſus nuſquam appareret, & corpus eius nullam aſſequeretur ſepulturam, nec iuſta ei fierent: poſtquam ibi fuiſſet per quatuordecim dies, quintodecimo die delphinus in ſiccum eũ hoc modo extulit: Cum eius diſcipuli circa ripas & littora alius alibi verſarentur, vt viderent, ſi quo modo poſſent eum è mari eiectum inuenire, tempore autem hyberno id valde eſſet turbatum: diuturnum tempus effecit, vt plane deſperarent ſe poſſe id inuenire. Interim vero adueniente decimoquinto die, martyr in ſomnis apparés cuidam Glycerio, germano ſuo diſcipulo, qui tunc verſabatur in aduerſa regione continenti Nicomediæ, dixit ei: O tu, cũ primum mane ſurrexeris, abi in hunc locum, oſtendens locum littoris. Te enim, inquit, conueniam, cum illuc veneris. Ille autem, cum primum ex magna euidentia & admiratione eorum, quæ oſtenſa fuerãt, eum ſomnus dimiſiſſet, & iam dies illuceſceret, ſurgens, & quoſdam alios ex piis ſecum aſſumens, cum eis venit in locum, qui fuerat ei ſignificatus. In eo autem ingens delphinus aſcendebat è mari, iam ex eo emergens, qui cum eſſet extenſus ſuper aquæ ſuperficiem, valde ſpirabat, & ad terram cõtendebat: eratq; circa ipſum multa ſpuma, & murmur fluctuum, qui ab ipſo ſcindebantur. Ferebat autem extenſum mortuum, tanquam in lecto iacentẽ. Eratque ſpectaculum mirabile, ſuper corpus adeo lubricum & rotundum quiete manens mortuus, & nec à ſuo pondere, neque à vi fluctuum deuolutus ab eo, quod ipſum portabat, vehiculo. Cum autem delphinus fuiſſet prope continentem, fluctu ſublime fuit ſublatus, & terræ id appulit. Atq; ille quidem ſtatim exſpirauit. Tũc diſcipuli ſepulchrum illi quale potuerunt, prout tempus vrgebat, ſtatuerũt, & humili ſepultura donarunt. Hęc autem omnia cum ſancta Helena percepiſſet, vt erat ſanctorum Martyrum ſtudioſiſſima, digno trophæo triumphum Martyris ornare decreuit, atq; illic ſumptuoſam deſuper Baſilicam erigendam curauit. *Luciani corp. delphin fert ad littus*

V. *S. Staniſlai reliquias à feris protegunt aquilæ inuſitatæ magnitudinis.*

CVm impius Boleſlaus Poloniæ rex Staniſlaũ Epiſcopum Cracouienſem altari adſtantem gladio percuſſiſſet, et occidiſſet, eius corpus exanime è templo extractum, militibus diſcerpẽdũ tradit, graui propoſita pœna prohibens, ne quis aut iuſta funeri perſolueret, aut diſiectas corporis partes colligeret, & ſepulturæ mãdare auderet, ſcilicet vt à canibus, & volucribus, & feris beluis deuoraretur. Sed non eſt paſſus ille oĩa circumſpectans diuinæ prouidentiæ oculus, tam fede lacerari exiſtimationem martyris ſui. Nã altera ab eius cæde die, cum Rex & impii adminiſtri crudelitatis eius, putarent *Ex Martino Cromero de rebus Polonorũ et Io. Longino Canoni Crac. Sur to 2. Maij. 8. c 24. vita S Stanislai.*

Corpus S. Stanisſlai defenditur aquilæ.

iam corpus omne à canibus & auibus abſumptum, à quatuor mundi partibus totidem raræ formę & magnitudinis aduolarunt aquilę, magnoq; ſtudio loca, in quibus diſſipata erant ſancti Præſulis membra, circumuolitantes, non ſinebant ab illis vel feris, vel volucribus ea attingi, donec miraculo admoniti viri religioſi, membra diſſecta in vnum collegerint, eaq; diuinitus in vnum corpus iterum coierint.

TIT. XVI. Impijs ſacram non prodeſſe ſepulturam.

EXEMP. I. *Corpus cuiuſdam mali ſacerdotis priuatur ſepultura monitione cœleſti.*

Cyrillus epiſt. ad Aug. de laudib. D. Hier.

SAcerdos quidam maioris Eccleſiæ cuſtos impudicus, luxurię & ebrietati deditus, nondum completo anno de hoc ſæculo migrauit. Cuius corpore in cæterorum ſepulto barathro ſacerdotum, vt eius punitio cunctis innoteſceret ad exemplum, ſubſequenti nocte tantus in Eccleſia, eiuſq; cœmeterijs fuit ſtrepitus, quod rumore nimio in vrbe illa commorantes excitati, pauore ingenti velut amentes in Eccleſiam cucurrerunt. Stant itaq; omnes circa Eccleſiã, ſtrepitus vehementes, campanarumq; ſonitus audientes. Diuinam quidẽ exorant clementiam, quatenus cur iſta fiant debeat reuelare: ſed nullum exauditionis ſentiunt adiuuamen. Diluculo hoc ceſſante, cuncta quæ ferant in Eccleſia reperiunt reuoluta, & quaſi vndiq; flammis ignium violata. Ad hoc memoratus pontifex preces indicens populo, quid ſequenti eueniat nocte, pręcipit exſpectari. Ne nimis ſuccumbam verbis, ſequenti nocte duplex ſtrepitus & pauoris tribulatio eſt ſecuta. Qua de re repletus populus amaritudine & dolore, cernens nullum ſibi à Domino adiutoriũ euenire, ſicut vulnerati, qui in monumentis proiecti dormiunt, exiſtebãt. Die autem eluceſcente, omnibus in Eccleſia orationibus congregatis, glorioſus Hieronymus ſubito ſepties ſole ſplendidior in Eccleſiam veniens, ad altareq; gradiens cunctis videntibus & mirantibus, per horam fortè ſub ſilentio manens, obſtupenti populo, hoc propter Sacerdotis illius miſerum cadauer ſacris indignè locis conditum, ad ſpectantium terrorem contigiſſe intimauit: eidemque mandans, vt cadauer miſerũ tartareis poſt reſurrectionem omnium manſionibus deputandum, diſſepultum, flammis traderent protinus concremandũ. Alioquin incepta peſtilentia nõ abiret. Et ſic ab intuentiũ oculis eſt inuiſus. Quod vt ordinauerat, lætabundus populus protinus adimpleuit, Deo & B. Hieronymo laudes præcipuas perſoluẽdo. Et ſic peſtis illa ceſſauit. Qui deinceps B. Hieronymum oẽs vnanimiter deuotione maxima inceperunt colere.

Apparitio S. Hieronymi.

II. *De famulo proditore è loco ſacro à canibus ignotis extracto, & ab iiſdem diſcerpto.*

Thomas Cant. pr. li. 2. apũ c 26 p. 4

ERant in Flandria, ſicut presbytero quodam terræ illius narrante cognoui, viri duo diuites, qui contra ſe grauiter inimici, opportunitatẽ quærebant, quomodo vnus alterũ caperet, vel necaret. Erat autẽ quidam nequiſſimus, qui vnius ſeruus fuerat, & nunc alteri ſeruiebat. Ad illũ ergo cui olim ſeruierat veniens, cõqueſtus eſt de domino, cuius ad præſens ſeruus erat: ſibiq; dixit fore perfacile, vt illius manibus eum tradat. Qui gauiſus, continuo pactus eſt pecuniã illi dare, & ſpopondit, & exinde nacta oportunitate, dominũ ſuũ tradidit in manus inimici. Quo occiſo, venit proditor ille ad amicos partis aduerſę, & ſimili dolo tradendũ illis obtulit occiſorẽ. Credebat .n. ſcelus proditionis in primo, omnibus: niſi ſolis illis, cũ quibus pactũ inierat, latuiſſe. Sed nõ ſic erat. Cõprehẽſus ergo ab illis, quibus tradere voluit occiſorẽ; oblatus eſt Iudici & ſuſpenſus turpi morte necatus eſt: ſed ſcelus eius facto poſtmodũ claruit turpiori.

Famuli in duos dominos nequitia & proditio.

Auaritia proditionis mater.

Amicorum enim precibus patibulo deponi permiſſus, in terra ſepultus eſt. Nec mora, die ſequenti cum de nocte ſepultus fuiſſet, ignoti canes multis videntibus extraxerunt eum, & membratim inter ſe miſerabiliter diſcerpſerunt.

III. *De cadauere viri ſcelarati ab æde ſacra diuini Vincentij diuinitus proiecto.*

Gre. Tur. lib. 1. de gloria mart. 89.

GRegorius Turonenſis refert, apud vrbem Toloſatium fuiſſe quendam Antonium nomine, iniquum, Deo, & omnibus hominib. odibilem, eo quod multa perpetraret ſcelera. Factum eſt autem, vt impletis diebus, migrans à ſæculo, in baſilica ſancti Vincentij ſepeliretur, in qua ipſe viuens ſibi vas depoſuerat. Verum vbi cunctos ſub alta noctis ſilentia ſopor arripuit, & omnes blandiente ſomno dediſſent membra quieti, ſarcophagus ille à ſancta Baſilica per feneſtram proijcitur, & in medio deponitur atrij. Manè autem facto, ibi repertus eſt, effractum ſupra ſe opertorium habens. Denique propinqui illius non intelligentes virtutem Dei, neque ſentientes ſancti iniuriam, in cuius templo indignum temere ſepelierant, iterum depoſito ſarcophago, in loco, in quo prius fuerat, altius ſuffoderunt. Altera verò illuceſcente die inuenerũt eum iterum foris eiectum, in medio eſſe atrij, & ſic intellexerunt magnalia Dei. Ex hoc enim à nullo tactus vſque hodie in loco, in quo eiectus eſt, in teſtimonium reſeruatur.

IV. *De Valeriano Patricio viro lubrico in terra ſancta ſepulto, quo modo iubetur exhumari.*

Greger. Magnus li. 4. Dialog c. 52.

IOannes vir magnificus in hac vrbe locum Præfectorum ſeruans, cuius grauitatis, atq; veritatis ſit, nouimus, qui mihi teſtatus eſt. Valerianum Patricium in ciuitate, quæ Brixia dicitur, fuiſſe defunctum. Cui eiuſdem ciuitatis Epiſcopus, accepto precio, locum in Eccleſia præbuit, in quo ſepeliri debuiſſet. Qui videlicet Valerianus vſque ad ętatem decrepitam leuis ac lubricus extitit, modumque ſuis prauitatibus ponere contempſit. Eadem vero nocte, qua ſepultus eſt, beatus Fauſtinus martyr, in cuius eccleſia corpus illius fuerat humatum, cuſtodi ſuo apparuit dicens: Vade, & dic Epiſcopo, vt proijciat hinc fœtentes carnes, quas hic poſuit; quod ſi non fecerit, die trigeſimo ipſe morietur. Quam viſionem Epiſcopo cuſtos timuit confiteri: & rurſus admonitus declinauit. Die autem trigeſimo eiuſdem ciuitatis Epiſcopus cum veſpertina hora ſanus atque incolumis ad lectum redijſſet, ſubita & inopinata morte defunctus eſt.

Apparitio S. Fauſtini mart.

Epi indignum hominẽ in templo ſepelientis pœna.

V. *De cadauere Valentini hæreticorum defenſoris ab Eccleſia poſt ſepulturam eiecto.*

Idẽ ibid. cap. 53.

ADeſt quoque in præſenti venerabilis Frater Venantius Lunenſis Epiſcopus, & magnificus Liberius vir nobiliſſimus atque veraciſſimus, qui ſe ſcire, ſuoſque homines interfuiſſe teſtantur, eam rem quam narrant nuper in Genuenſi vrbe contigiſſe. Ibi namque, vt dicunt. Valentinus nomine Eccleſiæ Mediolanenſis defenſor, defunctus eſt, vir valde lubricus, & cunctis voluptatibus occupatus; cuius corpus in Eccleſia beati martyris Syri ſepultum eſt. Nocte autem media in eadem Eccleſia factæ ſunt voces, ac ſi quis violenter ex ea expelleretur, atque traheretur foras. Ad quas nimirum voces cucurrerunt cuſtodes, & viderunt duos quoſdam teterrimos ſpiritus, qui eiuſdem Valentini pedes quadam ligatura ſtrinxerant, & eum ab Eccleſia clamantem ac nimium vociferantem foras trahebant, qui videlicet perterriti ad ſua ſtrata reuerſi ſunt. Manè autem facto aperientes ſepulchrum, in quo idem Valentinus poſitus fuerat, eius corpus non inuenerunt. Cumque extra eccleſiam quære-

Cadauer Valẽtini heretici extra Eccleſiã à dæmonibus extractum.

referent vbi proiectum eſſet, inuenerunt hoc in ſepulchro alio poſitum, ligatis adhuc pedibus, ſicut ab eccleſia fuerat abſtractum.

VI. *De Almarico hæretico Concilij decreto è loco ſacro proiecto & diſperſo.*

Io. Naucl gener. 40. vol. 2

ALmaricus Carnotenſis Epiſcopus, hæreticus licet iam fuiſſet (vt putabatur) in pace Eccleſiæ ſepultus: quia tamen conſtabat eum ſectæ cuiuſdam fuiſſe auctorem, condemnatus eſt à Concilio, ac de ſacro cœmeterio eiectus, eiuſque cinis & oſſa diſperſa.

VII. *De tinctoris cadauere in eccleſia ſepulto, & poſtmodum ibidem non inuento.*

Gregor. Magn. l. 4. dial. cap. 54. Damnati æternu ſupplicijs vox horrida.

NAm quid quoque in hac vrbe contigerit, tinctorum, qui hic habitant, multitudo teſtatur, quod quidam artis eorum primus, cum defunctus fuiſſet, in eccleſia beati Ianuarij martyris, iuxta portam ſancti Laurentij à coniuge ſua ſepultus eſt. Sequenti autem nocte ex eadem ſepultura audiente cuſtode eius ſpiritus cœpit clamare: Ardeo, ardeo: cum vero diu has duas voces emiſiſſet, cuſtos hoc eius nuntiauit vxori. Vxor vero illius eos, qui diligenter inſpicerent, artis eiuſdem viros tranſmittit ad eccleſiam, volens cognoſcere qualiter eius corpus eſſet in ſepulchro, de quo talia clamaret. Qui aperientes ſepulchrum veſtimenta quidem intacta repererunt: quæ nunc vſque in eadem eccleſia pro eiuſdem cauſæ teſtimonio ſeruantur, corpus vero illius omnino non inuenerunt, ac ſi in eodem ſepulchro poſitum non fuiſſet. Qua ex re colligendum eſt, qua vltione anima eius damnata ſit, cuius & caro eſt ab eccleſia proiecta.

VIII. *Excommunicatus à cœmeterio ſancto eijcitur.*

S. Antoninus in 2. parte Chron. tit. 17. c. 6. in principio.

ANno Domini milleſimo ſeptuageſimo, cum Henricus Quintus per duos annos ante mortem patris ſui declaratus eſſet futurus Imperator, ab eo immemor beneficij recepti, aduerſus patrem rebellionem mouit, ac ſub obtentu meliorandæ Reipublicæ, ac reſtaurandę eccleſię in ipſum inſurgit: ſumens occaſionem ex eo, quod pater eius excommunicatus eſſet à ſancta Romana Eccleſia. Vnde facile Saxonum principes patri ſuo ſemper infeſtos ſuæ voluntati coniunxit. Multi præterea Principes Imperij relicto patre filio adhæſerunt, ad poſtremum cunctis illum relinquentibus, à filio capitur, & carcerali cuſtodiæ mancipatur. Vbi cum audientiam peteret, filius vna cum Principibus dolo circumuentum cogunt Imperialia inſignia filio reſignare. Quo facto dimiſſus eſt, omnium ſuffragio deſtitutus, per Alemanniam vagus & profugus diſcurrens Coloniam venit. Ciues autem eius miſerati ſunt calamitatem, & ab eis non ſicut exul, ſed tanquam Imperator ſolenniter eſt ſuſceptus. Inde multis illũ concomitantibus Leodium venit, vbi vocata Principum Curia, aliquibus ad eum confluentibus, aſſeruit à filio fuiſſe coactum. Imperialia inſignia reſignare. Filius autem audiens illum Leodij eſſe, obſidere eum parauit: præmiſſiſq; militibus, qui Pontem ſuper Moſam fluuium ſitum occuparent, à gente patris repulſi multi occiſi ſunt, atque capti: inter quos & Bruno comes occiſus eſt: ſicque filius contra patrem pergens redijt ingloriue. Non autem multo poſt tempore Henricus quartus ipſe apud Leodium moritur, ac à ciuibus in eadem eccleſia more Principum ſepelitur. Sed poſtmodum mandato ſummi Pontificis, tanquam excommunicatus à cœmeterio ſancto eijcitur, & omnis ei ſepultura Chriſtiana denegatur.

Filij in patrē impietas, & ambitio.

Filij ambitio & cōtra patrem inſurgentis confuſio.

IX. Pa-

IX. *Paganus iuxta S. Dunſtanum ſepultus eijcitur.*

Idē ibid. tit. 16. c. 7 §. 6. in fine. MOris erat in monaſterio, vbi olim ſanctus Dunſtanus fuerat Abbas, & poſteà ibi ſepultus, omnes pueros in ſcholis verberari ante quintum diem Natalis Domini; non pro culpis tãtum, ſed ex vſu tantum. Forte ex hac cauſa, vt aſſueſcerent etiam ſine cauſa rationabili patienter ferre vlta magiſtrorum & prælatorũ. Rogati ſunt magiſtri, vt condonarent illum diem: qui noluerunt, ſed omnes ſe ad virgas præparauerunt. Ea nocte aſtitit vni eorum in viſu ſanctus Dunſtanus dicens: Cur tam pauidi eſtis ò pueri? Quia, inquit, domine, furor magiſtrorum ſedari nequit. Ne timeatis, ait, ego eos ſedabo. Ego ſum Dunſtanus pater huius monaſterij. Hoc tibi erit ſignum, quia liberabo vos. Vade & dic cuſtodi eccleſiæ, vt auferat ab eccleſia corpus filij Aroldi, quem gentilem odibilis quorundam adulatio iuxta me auſu temerario ſepeliuit. Quod ſi cito non fecerit, graue damnum tota hæc eccleſia patietur. Iam aurora illuceſcebat, hora pueris tremenda; & magiſtri inſtabant armati corrigis nodatis, exſpectantes pueros ante ſe tranſituros. Et ecce ſubito omnes magiſtri dormierunt: & pueros per medium tranſeuntes non fuit qui tangeret. Adoleſcens autem detulit mandatum cuſtodibus, qui contempſerunt, poſtea à quibuſdam Monachis ſanctus Dunſtanus à loco diſcedere viſus eſt. A quibus cum detineretur, & cur diſcederet, quæreretur, reſpondit: Se fœtorem paganæ carnis, & quorundam illic viuentium iniquitates ferre non poſſe. Quæ res, inquit, ſi non fuerit emendata, tota hæc ciuitas, & hæc eccleſia luet. Non ita multo poſt ciuitas combuſta eſt, & tota eccleſia cum officinis ſuis, excepto dormitorio & refectorio cum clauſtris, quæ ibi appendebant.

Mos verberandi pueros im merentes.

Apparitio S. Dūſtani.

Sanctilo ca ſacra ob inhabitantiū peruersitates m... reſideſerunt.

De ſeptem operibus miſericordiæ ſpiritualis.

I. Peccantes corrigere. II. Ignorantes docere. III. Dubitantibus recte conſulere. IIII. Pro ſalute proximi Deum orare. V. Conſolari mœſtos. VI. Ferre patienter iniurias. VII. Offenſas remittere.

TIT. XVII. De primo opere miſericord. ſpirit. De corrigendis peccantibus.

Dulciter & benigne increpabat Loth Sodomitas, licet illi non acquieuerint ei.

Reprehenſurus Regem Achab Regem Iſrael, vir quidam de filijs Prophetarum propoſuit ei ſimilitudinem, per quam cognouit rex peccatũ ſuum.

Nehemias audiens clamorem populi, propter grauamina quæ patiebatur à diuitibus, increpauit optimates, & Magiſtratus. Idem fecit pro eo, quod multi portando onera, diem Sabbathi profanabant. *Nehem. 5.*

Audiens Iudith propoſitum ciuium ſuorum, quod poſt quinque dies volebant ciuitatem tradere Aſſyrijs, reprehendit eos ſermonibus fidelibus, & diſcretis. *Iudith 8*

Daniel valde diſcrete arguit Regem Balthazar exemplo patris ſui. Et nota quàm patienter Rex illum audiuit, licet dixiſſet contra eum, & poſtea ipſum magnifice honorauit. *Daniel. 5.*

Cum miro feruore dicebat Ioannes Baptiſta Phariſæis & Saducæis: Progenies viperarum, quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira? *Matth 3*

Pulchre arguebat & conuincebat Phariſæos ille cæcus natus, à Domino illuminatus dicens: Mirabile quidem eſt, quod vos neſcitis vnde ſit ille homo, & aperuit oculos meos: à ſæculo *Ioan. 9.*

non

non eſt auditum, quod aperuerit quis oculos cæci nati: niſi hic eſſet à Deo, non potuiſſet facere quidquam.

Act. 6. et 7. *Stephanus in Concilio Iudæorum exiſtens confidenter increpabat eos, dicens inter cætera: Duri ceruice, & incircunciſi corde & auribus, vos ſemper Spiritui S. reſiſtitis, ſicut patres veſtri, ita & vos. Quem Prophetarum non perſecuti ſunt patres veſtri?*

Act. 13. *Paulus intuens Elymam Magum, qui nitebatur auertere Proconſulem à fide, dixit illi: O plenè omni dolo & omni fallacia, fili diaboli, & inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere vias Domini rectas.*

EXEMP. I. *S. Amandus corripiens Regem primo eÿcitur regno, poſtea eſt gratus.*

Naucle. to. 2. gener 21. S. Petri apparitio. SAnctus Amandus Epiſcopus Argentinenſis, cum aliquando Romam veniſſet, in Eccleſia S. Petri pernoctauit, vbi ei apparuit S. Petrus, iuſſitque vt pergeret ad Dagobertum Regem, ac de peccatis ſuis eũ corriperet: quod & fecit. Et cum illi verbum ſalutis prædicat, regno extruditur. Sed tandem reſipiſcenti Dagoberto Amandus gratus fuit.

II. *Iſaacius Valentem Imperatorem Arianis fauentem tota libertate corripit.*

Niceph. li. 11 hiſt. Eccleſ. c. 50. S. Iſaacius, qui circa Conſtantinopolim monaſticam caſam habuit, cũ alijs reb. vir bonus, tum quoduis adire diſcrimen propter Deum promptus & paratus, cum Valentem vna cum exercitu exeuntem videret, ad eũ acceſſit, & manibus frenum equi, quo ille vehebatur, arripuit, & voce magna dixit: Quò, ò Imperator, proficiſceris, qui aduerſus Deum bellum geris, neq; illius opem tecũ trahis? Nam ille quodammodo contra te barbaros excitauit, quoniam & tu aduerſus illum impiorum hominum peregrinas, & blaſphemas linguas exacuiſti, eoſque, qui pro eo atq; decet, de illo opinantur, atq; illũ ritè laudibus ferunt, ex ſacris ædibus eieciſti. Redde igitur rectè ſentientibus, & ſinceræ fidei Nicænæ decretum ſeruantibus, quas ademiſti Eccleſias: & labore nullo victor in bello euades. Si enim tu aduerſari illi deſieris, & quieueris, quieſcet ſcilicet & ille, quem tu oppugnas. Si verbis hiſce contemptis, in aciem perueneris, re ipſa experiere, quam durum ſit contra ſtimulum recalcitrare, & in cælum impotentem linguam tollere. Neq; enim ipſe redibis, & quas tecum ducis copias, perdes. Imperator autem vehementiore ira commotus: Ego vero, inquit, redibo cum præclaro trophæo; & dignas à te temeritatis tuæ ſumã pœnas, prædictionemque tuam falſam eſſe oſtendã. Et confeſtim iuſſit hominem comprehendi, & in cuſtodia aſſeruari, donec rediret. At ille abductus vociferabatur: Eneca etiam, inquiens, ſi mendacia eſſe deprehenderis verba mea. Num autem ad rẽ collata ſint ſancti viri dicta, res ipſa geſta declarauit. Valens enim Imperator cum copijs eſt egreſſus, barbari conuerſi retroceſſerunt: quos ille inſequens, Thracia poſt ſe relicta, Adrianopolim venit, quæ in Macedoniæ finibus ſita eſt. Atque vbi non longè ab hoſtibus abfuit, cũ ipſi in tuto eſſent, ex improuiſo, ordinibus non diſpoſitis, atq; acie pro eo, atq; debuit ſtructa, eos eſt adortus. Cùm vero barbari confertim ruentes, equitatus eius impetum & impreſſionem diſtraherent, & grauiorem armaturam in fugam verterẽt, alio ſe recepit: hoſtes autem eis imminentes, metu nullo, cædem multam fecere. Imperator quoq; ipſe, cùm ex equo per deſperationem ſummam deſcendiſſet, quantum poterat fugiens, in quandam villæ domunculam ſtramentis contectam, cum paucis, qui eum ſecuti fuerant, latere ibi volens, ſe abdidit. Barbari autem impetu,

Prædictio interitus Valentis imp.

S. Iſaacij cõtra Imperatorẽ Arianũ libertas & fiducia.

Valentis Imp. miſerandus interitus

S. Iſaacius ſetit longè ab ſentiu Valentu interitū, & nidorem aduſtica dauerü.

petu, & celeritate maxima inſequentes, ſicuti alia ad quæ venerant tecta, ita & domunculam iſtā incenderunt: cum quidem, vt dicitur, nihil de Imperatore ſuſpicarentur. Sic illi vna cū vico eo veritatis etiam hoſtem in cineres redegerunt. Quo tempore fama eſt, Deo dilectum virum Iſaaciū, cùm Valentē in domuncula ea aſſum ſentiens, nidore eius repleretur, eis qui ſecum in cuſtodia erant, annuntiaſſe.

III. *Macedonius monachus magno animo monita curat deferri Imperatori.*

Ex Theodor. li. Eccleſ. hiſt. 5. c. 19. Baro. to. 4. Annal. Eccleſ. ſub an. Do. 388.

Virtus formam contēptā reddit venerabilē

Macedonius vita inſignis Monachus, vir tū rerum, quæ in communi vita geruntur inſcius, tum literarum ſacrarum prorſus ignarus, in montium verticibus vitam agens, noctes dieſq; omnium Saluatori ſynceras preces offerre ſolebat; qui neque Imperatoris violentiam pertimeſcere, neq; de poteſtate eorum, qui miſſi fuerant, laborare viſus eſt: ſed in media vrbe, prehenſo alterius Iudicum pallio, ambos exequis deſcendere iubet. Illi vero cum viderent ſenem ſtatura exigua, pannis ſordidis amictū, primo indignari quidem: ſed vt primum à quibuſdam illorum qui antecedebant, viri virtutem didicerant, deſilire de equis, illius genua amplecti, veniam deniq; precari cœperunt. Macedonius diuina imbutus ſapientia tali eos oratione compellat: Dicite, viri chariſſimi, Imperatori hæc verba: Nō ſolum Imperatorem eſſe eum, ſed hominem etiam. Itaq; ne oculos tantum modo ad Imperiū adijciat, ſed ſuam ipſius naturam mente complectatur. Nam cùm homo ſit, imperat eis, qui ſunt eiuſdem naturæ participes: humanam autem naturam ad Dei imaginem, & ſimilitudinem eſſe fabricatam. Quare ne adeo crudeliter, & inhumane imaginem Dei è medio tolli iubeat: nam bilem mouet opifici, cum eius imaginem contumelioſe tractat. Conſideret enim, quam iniquo animo tulerit ipſe æneam cōiugis imaginem contumelia affectam eſſe: ſe tamen in imaginē Dei contumelioſum eſſe non dubitare. At quantum interſit inter imaginem inanimem & animatam, viuam ac rationis compotem, omnibus qui ſunt mente prædìti, perſpicuū eſt. Illud præterea ſecum cogitet, nobis perfacile eſſe, pro vna ænea imagine multas fabricare: ſed nō poſſe eum omninò facere vel pilum vnum illorum qui interfecti ſunt. Hac audita oratione, viri illi admirabiles eam ad Imperatorem retulerunt.

Viri idiota ſapientiſſima admonitio ad Imperatorē.

Hōies iū ſpirantes Dei imagines.

IV. *D. Amatus monendo libere & diſcrete Romaricum nobilem, eum ad perfectionem adducit.*

Sur. in vita D. Amati t. 5. Sept. 13.

Ea tempeſtate, qua D. Amatus Abbas à fratribus ad perluſtrandas Auſtraſianorum vrbes miſſus eſt, fuit vir nobilis in palatio, & in populo honoratus Romaricus, habitu quidem laicus, ſed animo religioſus: ad cuius ædes diuino nutu præfatus S. Amatus Abbas diuertit. Eum intuens Romaricus, imprimis reuerenter & honorificè excepit. Cumq; iam menſa apparata eſſet, inter epulas hortabatur eū, vt expetenti & deſiderāti ſibi verbum ſalutis exponeret. Mox ille, vt erat promptus & circumſpectus in ſermone, ita locutus eſt: Cernis hunc diſcum argenteum? Quam multos ille & ante hac habuit, & deinceps habiturus eſt ſeruos? Et tu ipſe, velis nolis, nunc ſeruus illius es: ſiquidem ſeruandi eius cauſa eum poſſides. Et ille quidē nunc ex ſe edentibus æqualem nauat operam, ſed à te, qui eum nunc ſeruas, de illo quandoq; ratio exigetur. Scriptū namque eſt: [Aurum & argentum veſtrum æruginauit, & ærugo eorum in teſtimonium vobis erit.] Et ipſe Dn̄s ait: [Væ vobis diuitibus, qui habetis conſolationem veſtram.] Hæc cum S. Amatus dixiſſet; Romaricus ait ad eū: Obſecro ſanctitatem tuam, vt aliquot diebus apud me maneas, dicaſq; quid faciendum mihi ſit. Quod.n. iam olim anxius

Sermonē cōmunem in ſalutaris materia & finem.

Vocatio Romarici ad religionē.

ànxius concupiui, Dei benignitate nunc completum iri gratulor. Sanctus Amatus reſpōdit: Cùm ſis generis nobilitate ſublimis, opibus pollens, magno ingenio præditus, demiror te ignorare illud, quod Dominus ſciſcitāti reſpōdit, quid faciendo vitam æternam poſſideret. Dictum eſt illi: [Si vis ad vitam ingredi, ſerua mādata:] quæ cum ille à ſua iuuentute ſe cuſtodiuiſſe reſpōderet, ſubiunxit Dominus: [Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus & habebis theſaurū in cælo: & veni, ſequere me.] Hęc vt audiuit vir Dñi Romaricus, amore & deſiderio Dei inflammatus, paucis euolutis diebus ſpreuit diuitias, & quidquid hic mundus habet, & factus eſt Monachus.

V. *Correptio debet eſſe non vltrix, ſed cum charitate correctiua.*

Dionyſ. Areop. ad Demoph. ep. & Baro. to. 1. Annal. Eccleſ. ſub an. Do. 59.

QVid de Cretenſi illo Carpo memoria dignum Dionyſius ſcribat ad Demophilum, hic deſcribere non abſurdum exiſtimaui: Cùm aliquādo, inquit, in Cretā veniſſem, ſanctus Carpus me ſuſcepit hoſpitio, vir ob eximiā animi munditiam ad Dei ſpeculationem vltra fermè omnes aptiſſimus. Deniq; nunquam ſancta myſteria celebrare cœpiſſet, niſi prius inter eas preces, quæ antea conſummantur, ſacra illi àc propitia viſio apparuiſſet. Hūc igitur (vt ipſe referebat) infidelis quiſpiam contriſtauerat aliquando. Erat autē cauſa triſtitię, quod ille quēdam ab Eccleſiæ fide ad impietatis errorem adduxerat. Cumq; eius celebritatis, quam vulgus Hilaria vocat, agerentur dies: qui debuerat pro vtriſque benigniſſime orare, atq; Dei Saluatoris auxilio alterum ab errore conuertere, alterum bonitate ſuperare, nec deſiſtere, quin eos admoneret per omnem vitam, donec pœnitentiæ tēpus ſupereſſet, & ita eos ad Dei cognitionem attrahere; vt iam tandem quæ illis erant ambigua & obſcura, pateſcerent, & ab iis quæ præter rationē audenter admiſerant, reſipiſcere legitima ſeueritate cogerentur: neſcio quo pacto (cum intra ſemetipſum id antea paſſus nō eſſet) tunc vehementem indignationem imbiberat animo. Sic itaque affectus obdormiuit; erat .n. veſpera. Cùm vero circa mediā noctem, quo tempore conſueuerat ipſe ſemper apud ſe ad diuinos euigilare hymnos, expergiſcitur quidē & ſurgit, cū ſomnos parum quietos, & crebro interruptos, nec abſq; perturbatione cepiſſet. Stans tamen ad diuinā precem & collocutionē non ſatis intente, irreligioſe triſtabatur, & ferebat grauiter iniquum eſſe dicens; Si impij homines, & qui vias Domini peruerterent rectas, adhuc viuerent: & hæc dicens, precabatur Deum, vt amborum vitam turbine aliquo & fulmine prorſus extingueret. His dictis repentè ſe vidiſſe referebat domū, in qua conſiſtebat, primum vehementer agitari, ac demum à ſummo culmine per medium diuidi, & quendam ante ſe ingentis luminis rogum, eumq; (videbatur enim iam ſub dio eſſe locus) à cælo ad ſe vſq; deferri. Cælum vero iſtud patere conſpiciebat eiuſq; cardini Ieſum inſidere, innumeris illi humana ſpecie adſtantibus Angelis. Et iſta quidem vidiſſe, cum ſuperne adſpiceret, & ſe eſſe admiratum memorabat. Vbi vero ad inferiora deflexit obtutus Carpus, ipſū quoq; ſolum inſtar vaſti ac tenebroſi cuiuſdam profundi diſciſſum ſe vidiſſe ait, atq; viros illos, quibus mala imprecatus fuerat, ante ſe ad os illius profundæ voraginis ſtare trementes ac miſerabiles, & qui ipſa pedū ſuorum labilitate iam mergendi viderentur: porrò ab inferiori parte voraginis ſerpentes cernebat emergere; qui circa illorū pedes ita inſtabiles ac nutātes interdū quidē in globū colligi, & grauari vna atq; pertrahere; interdū vero dētib. & caudis, ore, gutture, linguis, ac toto corporis motu vim immēſi pauoris viderētur incutere, vt q̄ modis oīb. deorſum illos præcipitare molirentur.

Viſio S. Carpi terribilis.

S. Carpus in cælo, ſimia... ...

Fuiſ-

Fuiſſe autem & viros quoſdam in medio, qui contra eos vna cum ſerpentibus impetum facerent, exagitantes vna, & impellentes atque ferientes. Videbantur autem illi lapſui proximi partim vi, partim etiam inuiti, partim etiam ſponte, cum à malo ſenſim & cogerentur, ſimul & inducerentur. Referebat autem Carpus, dum inferiora adſpiceret, fuiſſe delectatum, atq; ſuperiora neglexiſſe, grauiter autem & indignè ferentem, quod illi nondum cecidiſſent: & cum ſæpiùs eo deſiderij ferretur impetu, eoſque ipſe niteretur impellere, ſemperque fruſtra moliretur, moleſtiſſimè tuliſſe, & contra eos imprecatum eſſe. Cùm ecce vix tandem reuocatis ad ſuperna luminibus, vidit cœlum, ſicut priùs adſpexerat, Ieſumq; miſeratum, quod fiebat, de cœleſti illa ſede conſurgentem ad eos vſque deſcendere, & porrigere clementiſſimam manum, Angeloſque vnà opem ferentes, aliunde alium tenuiſſe viros; ac dixiſſe Ieſum Carpo ſtanti porrecta adhuc manu; Iam percute aduerſum me. Paratus enim ſum iterum pro ſaluandis hominibus pati; gratum mihi iſtud eſt, dum non alij homines peccent. Tu autem inſpice, an tibi vtile ſit, hanc iſtius profundi, & cum ſerpentibus manſionem, Dei ac bonorum, clementiumq; Angelorum præferre conſortio.

Xpi Ieſu in peccatores ſumma clementia.

VI. *Ob nimiam Epiſcopi ſeueritatem presbyter à fide fit apoſtata.*

Baro. to. 10. Annal. an. Do 957. ex Curopalate

NOngenteſimo quinquageſimo ſeptimo Redemptoris anno accidit in Oriente, vt nimia ſeueritate Epiſcopi presbyter à fide factus apoſtata, innumerabilia mala aduerſus imperium perpetrarit, rem geſtā ſic breuiter proſequitur Curopalates: Cùm autem Ameras Tharſi Dux Saracenorum contra Romanos cum exercitu profectus eſſet, atque in Herculis vicum milites depredatum miſiſſet, quidam presbyter Themel nomine ſacrificium incruētum peragens, vt agnouit Saracenorum irruptionem; relicto ſacrificandi munere, ita vt erat indutus, manibus geſtans Eccleſiæ myſterium, ſic eos, qui inuaſerant, propulſauit, & multos vulnerauit, non paucos interfecit, reliquis in fugam verſis: & ab Epiſcopo interdicto ei ſacrificandi munere, poſtquam non impetrauit veniam, ad Agarenos ſe cōtulit, & Chriſtianam fidem eiurauit, atq; cum ipſis egreſſus non ſolum Cappadociam, & finitima loca vexabat, ſed etiam vſque ad Aſiam, quæ minor dicitur, peruenit: & quanta detrimenta intulerit, nec ſcribere quidem nobis fas eſt.

VII. *Aliquando ſola monitio pœna melior.*

DE Cyriaco Epiſcopo Conſtantinopolitano, qui ſibi Epiſcopi vniuerſalis nomen per ſummam ſimplicitatem vſurpauerat, ſola monitione contentus pœnas nullas ſumit D. Gregorius Pontifex Maximus: ne vt ait, Eccleſiæ vnitatem perturbaret, pro cauſa profani vocabuli moras faciendo. *D. Greg. li 6 epiſ. 24 epiſt.*

TIT. XVIII. De ijs, qui reprehenſiones & monita aliorum ægrè tulerunt.

Agar ancilla Saræ non ferens correptionem dominæ ſuæ, quæ affligebat eam propter ipſius ſuperbiam, fugam iniuit: ſed ad mādatum Angeli rediſt. *Geneſ. 16*

Achab cum ab Helia argueretur propter iniquam mortem Naboth, maximo eum odio proſecutus eſt, dicens: Vnde inueniſti mihi inimicum tibi? Cui dixit: Inueni. *3 Re. 21.*

Micheas propheta qui ad gratiam Principum non eſt locutus, à Sedechia in maxillam percutitur, & ab Achab in carcerem conijcitur. *3. Re 22*

Cùm increpaſſet Hanani propheta Aza Regem Iuda, quia confiſus erat in Benadab Rege Syriæ, iratus eſt Aza, miſitq; videntem in neruum. *2 Paral. 16.*

Clau-

Hier. 32 & 38. *Clauſit Hieremiam prophetam in domo carceris Sedechias Rex Iuda, dicens: Quare vaticinaris, dicens: Hæc dicit Dominus?*

Dan. 14. *Quia Daniel probauit Bel & draconem non eſſe Deos, Babylonij conuenerunt aduerſus Regem, & procurauerunt Danielem mitti in lacum Leonũ.*

Tob. 3. *Sara filia Raguelis vnam de ancillis ſuis pro culpa increpabat, & illa nimis iniurioſè reſpondit, dicens: Ampliùs ex te non videamus filium aut filiam ſuper terram, interfectrix virorum tuorum.*

Matt. 14 Marc. 6. *Ioannes Baptiſta dicebat Herodi, Non licet tibi habere vxorem fratris tui Philippi Herodiadem. Id ægrè ferens Herodes in vincula coniectum interfecit.*

Luca 11. *Cùm Dominus increparet hypocritas & Phariſæos, cœperunt illi grauiter inſiſtere, inſidiantes ei, & quærentes capere aliquid ex ore eius.*

Ioan. 9. *Phariſæi cæco nato, & à Chriſto Domino illuminato maledixerunt, & extra Synagogam eiecerunt, quod veritatem conſtantiſſimè fateretur.*

Actor. 5. *Principes ſacerdotũ audientes verba Apoſtolorum de doctrina Chriſti, cogitabant interficere illos, & cæſis denunciarunt, ne ampliùs loquerentur in nomine Domini Ieſu: at illi gaudentes ibant à conſpectu concilij.*

EXEMP. I. *De Anaſtaſio Imperatore, qui monita reſpuens, monitoreſq; expellens diuinitus punitur.*

Vlricus Abbas Vſpergenſis in Chronico.

ANno Dominicæ Incarnat. 495. aut circiter, dum Anaſtaſius Imperator in hæreſi, in quam delapſus fuerat, perſeueraret, Hormiſda Papa Symmachi ſucceſſor, miſit ad eum Ennodium Ticinenſem Epiſcopum, cum alijs Catholicis, vt eum red[illegible]rent ad regulam fidei Catholicæ. Sed ille non ſolùm eorum monita ſalubria ſpreuit, verùm etiam à conſpectibus ſuis non ſine iniuria expulit, nauiq; veteri, fragilique impoſuit, & ne vſpiam per totam Græciam ciuitatem vllam intrarent, præcepit. Quam impiam eius temeritatem diuina mox vltio ſubſecuta eſt; nam breui poſt tempore mortuus eſt, aut (quod multi dicunt) fulmine percuſſus eſt.

II. *Quidam B. Ælfegi monitionem ludibrio excipiens, exanimis in cubiculo mox reperitur.*

Baro. to. 10. Annal. Eccl. ſub an. Do. 947. & ex hiſt. Flor.

DE B. Ælfego legitur, quod in die Cinerum, cum de more pœnitentes de Eccleſiæ liminibus remoueret, hortatus eſt eos, vt tempore Quadrageſimali, ieiunio & caſtitati vacantes, diebus illis vxorum etiam delicijs abſtinerent. Quorum vnus cæteris Epiſcopi iuſſionibus reuerenter obtemperantibus, iocuſari cœpit, dicens ſe abſtinere non poſſe à venere, à cibo, pariter & coniugio. Cui Epiſcopus: Contriſtas me miſer oppido, neſciens quid tibi pariat dies ventura. Et ſic homo ille procedens duram B. Ælfregi prophetiam nebulo experitur, dum poſtera luce in cubiculo ſit repertus exanimis, incertũ vtrũ à diabolo ſuffocatus.

III. *De Giſæ Reginæ pœna ob contemptam S. Seuerini monitionem.*

Ægippius in vita S. Seuerini c. 8. Baro. to. 6 ſub an. Do. 473.

QVanto detrimẽto Dei amicorum deſpiciantur petitiones & monita, terribili hoc patefactũ eſt exemplo de Regina Giſa, quod ita ſubdit Eugyppius: Felitheus Rex Flacithei filius (qui & Feba) paternam ſecutus induſtriam, ſanctum virum pro regni ſui cęptis frequentare primordijs. Hũc coniunx feralis & noxia, nomine Giſa, ſemper à remedijs clementiæ reuocabat. Hæc ergo inter cætera iniquitatis ſuæ contagia, etiã rebaptizare Catholicos aliquos conata eſt. Sed ob ſancti reuerentiam Seuerini, non conſentiente viro, à ſacrilega quantocyus intentione defecit: Romanos tamen, ca-

ptiuos ſcilicet, duris conditionibus aggrauans, quos etiam Danubio iubebat abduci. Nam cum quadam die in proximo à Fauianis vico veniens, aliquos ad ſe transferri Danubio præcepiſſet, viliſſimis ſcilicet miniſterijs ſeruitutis damnandos, dirigens ad eam vir Dei, vt eos dimitteret, poſtulabat. Verùm illa facibus fœminei furoris exæſtuans, mandata reportari iuſſit aſperrima. Ora, inquit, tibi, ſerue Dei, intra cellam tuam deliteſcens: licet nobis de ſeruis noſtris ordinare quod volumus. Audiens autem hoc homo Dei: Confido, inquit, in Domino meo Ieſu Chriſto, quod neceſſitate explere compelletur, quod praua voluntate deſpexit. Velox itaque ſecuta correptio proſtrauit animos arrogantis. Quoſdam enim aurifices barbaros pro fabricandis regalibus ornamentis clauſerat arcta cuſtodia (nam eos iure ſeruitutis poſſidebat inuitos.) Ad hos filius memorati Regis admodum paruulus, nomine Fridericus, eo die, quo Regina ſeruum Dei contempſerat, puerili motu concitus introiuit. Tunc aurifices pectori infantis gladium impoſuere, dicentes, quod ſi quis ad eos abſque iuramenti præſidio, quo vita cum libertate promitteretur, ingredi conaretur, paruulũ regium primitus tranſfigentes, ſemetipſos poſtea trucidarẽt; quippè cum ſibi nullam ſpem promitterent macerati diuturnis ergaſtulis. His auditis, Regina crudelis & impia, veſtibus præ dolore conſciſſis, talia clamitabat: O Serue Dei Seuerine, ſic illatæ à Deo vindicantur iniuriæ? Hanc mei contemptus vltionem effuſis precibus poſtulaſti, vt in mea viſcera vindicares? Itaq; multiplici contritione, ac miſerabili lamentatione diſcurrẽs, fatebatur ſe pro ſcelere contemptus, quod in ſeruum Dei commiſerat, plagæ præſentis vltione percelli: confeſtimque directis equitibus veniam poſcens, Romanos, quos eadem die tulerat, pro quibus & rogantem contempſerat, tranſmiſit. Et abiens ad ergaſtulum, vbi aurifices operabantur, dato eis ſacramento euadendi mortem, ſoſpitem ſuum recepit infantem. Mox & illi dimiſſi ſunt.

I radi. & o S. Seuerini.

Regina aſperitas aduerſis mollit. r.

TIT. XIX. De ij. opere miſericordiæ ſpiritualis; de docendis nimirum ignorantibus, & rudibus catechizandis.

Chriſtus Dominus legitur multos docuiſſe: vtpotè Philippum Apoſtolum, & alios: Principem quendam nomine Nicodemum: puerum à natiuitate cæcum: Martham Magdalenæ ſororem: adoleſcentem quærentem quid facto opus eſſet ad vitam beatam conſequendam: inter exteros vero Samaritanam mulierem.

D. Paulus Corinthios, Epheſios, nec non & alios multos populos catechizauit. Idem cum Tharſi inuentus eſſet à Diuo Barnaba: qui eum quærebat, perductus eſt Antiochiam. Et annum totum conuerſati ſunt ibi in Eccleſia: & docuerunt turbam multam, ita vt cognominarentur Antiochiæ diſcipuli, Chriſtiani. *Act. c. ii.*

Diuus Auguſtinus ipſe ſui temporis Catechumenos inſtruxit. *Lib. 50. Homil. 42.*

EXEMP. I. *Eremitam errore deceptum de filio Dei inſtruit S. Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus ſtratagemate.*

CVm magnus quidem Anachoreta audiſſet de Melchiſedech Dei ſacerdote, fuiſſe eum ſine patre, ſine matre, & ſine genealogia, ſecundùm hæreſim Melchiſedechianorum dictam, ipſum eſſe Chriſtum, vel Spiritum ſanctum aſſerentium, putauit pariter ipſum eſſe filium Dei: ſed eum ab eo errore D. Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus reuocauit, quod ex Vitis Patrum ſic accipe. Daniel narrauit de magno ſene,

Ex Vitis SS. Patr. de prud. & contempl. Baro. to. 6. ad ann. 444.

ſene, qui habitauit in inferioribus partibus Ægypti, quia diceret per ſimplicitatem, quod Melchiſedech ipſe eſſet filius Dei. Hoc autem indicatum eſt ſanctæ memoriæ Cyrillo Epiſcopo Alexandrino de eo; & miſit ad eum. Sciens autem quia ſignifer eſſet ipſe ſenex, & quidquid peteret à Deo reuelaretur ei, & quia ſimpliciter diceret hoc verbum: vſus eſt huiuſmodi ratione, dicens: Abba, rogo te, quia in cogitatione mea eſt, quod Melchiſedech ipſe ſit filius Dei; & rurſus alia cogitatio mea dicit, Quod non ſit Deus, & homo ſit, & ſummus ſacerdos fuerit Dei. Quoniam ergo hæſito de hoc, idcirco miſi ad te, vt depreceris Deum, quatenus tibi reuelare dignetur, de hoc quid veritas habeat. Senex autem de conuerſione ſua præſumens, cum fiducia dixit: Da mihi tres dies inducias, vt ego deprecer Deum de hac re, & renuntiabo tibi quid mihi fuerit reuelatum de hoc. Intrans ergo cellam ſuam deprecabatur Deum de verbo hoc. Et veniens poſt tres dies, dixit ſanctæ memoriæ Cyrillo Epiſcopo: Certo ſcito, Melchiſedech non eſſe Deum. Archiepiſcopus reſpōdit: Quomodo conſtat apud te, Abba? Et ille dixit ei: Deus oſtendit mihi omnes Patriarchas, ita vt ſinguli eorum coram me tranſirent, ab Adam vſq; ad Melchiſedech. Et Angelus mihi aſſiſtens dixit: Ecce iſte eſt Melchiſedech. Et ideo Archiepiſcope certus eſto, quod ſic eſt. Abiens autem ſenex per ſemetipſum prædicabat, quia homo eſt Melchiſedech: & gauiſus eſt magnificè ſanctæ memoriæ Cyrillus Epiſcopus.

S. Cyrilli in corrigēdo magni anachoretae errore ſolers manſuetudo.

[...]iſio Anachore[...]

II. *Sanctus Syluester instituit Conſtantinum Magnum Trinitatem eſſe vnum Deum &c.*

SAnctus Syluester Pontifex Romanus vocatus venit ad Cōſtantinum Imperatorem, eumque catecheſi inſtituit de ſacroſanctæ Trinitatis & diuinæ Oeconomiæ miſterijs &c. Vide Surium.

[...] Me[...]ph. & [...]loſſio [...] 5 [...]r. to 6 12. 13 [...]ſeqq.

III. *Clodoueum primum Regem Galliæ Chriſtianum catechizat ſanctus Vedaſtus.*

CLodoueus Francorum Rex ſuperatus tandem hoſtibus, & rebus in pace compoſitis, & Alemannis ſuæ ſubiectis ditioni, ouans cū laude triumphi ad patriam redijt. Et vt fidelis tantæ ſibi gloriæ largitori ſponſor appareret, feſtinauit ſeruorum Chriſti ſacra imbui prędicatione, & ſancti baptiſmi ablui ſacramentis. Venit autem ad Tullum oppidum, vbi ſanctum agnouit Vedaſtum laudabili religione ſoli Deo ſeruire, & dulciſſimos contemplatiuæ vitæ carpere fructus. Hunc verò ad ſanctum Remigium Chriſti chariſſimum ſacerdotem ad Remorum properans ciuitatem ſibi ſocium aſſumpſit, quatenus per ſingulos itineris ſui greſſus ſaluberrimis ab eo imbueretur doctrinis, & Catholicæ fidei firmis initiaretur fundamentis: vt paratus fide & virtutum ſcientia, à tanto Pontifice (Remigio ſcilicet) ſpirituali ablueretur lauacro, & ab illo donis cæleſtibus confirmaretur, quod ab iſto diuina prius proueniens gratia, Euangelicis cœptū fuerat prædicationibus.

Baro. t. 6 Annal. Eccl. ad an. Chriſti 99 12 apud Surio. to. 1. die 6. Febr.

S. Vedaſtus primus Clodouei catechiſta.

IV. *Fridigildem Reginam per litteras catechizat D. Ambroſius.*

FRidigildis Regina Marcomannorum, cum à quodam Chriſtiano viro, qui ad illam forte de Italiæ partib. venerat, referente ſibi, audiret famam viri, Chriſto credidit, cuius illum ſeruum recognouerat: miſſiſq; Mediolanum muneribus ad eccleſiam, per legatos poſtulauit, vt ſcriptis ipſius, qualiter credere deberet, informaretur. Ad quam ille epiſtolam fecit præclaram, in modum Catechiſmi, in qua etiam admonet, vt ſuaderet viro Romanis pacem ſeruare. Qua accepta epiſtola, mulier ſuaſit viro, & cum populo ſuo ſe Romanis tradidit. Quæ cum veniſſet Mediolanū, plurimum doluit,

Paulinus preſbyter in vita S. Ambroſ. Sur 4. April.

doluit, quod ſanctum ſacerdotem, ad quem feſtinarat, minimè reperiſſet: iam enim de hac luce migrauerat.

V. *S. Vincentius omnibus debitor ex charitate omnes inſtruit.*

F. Petrus Ranza-nus Pa-normit. l. 4. vita e-ius in præ-fat. apud Sur to 2. 5. April.

SAnctus Vincentius Ferrarienſis, Ordinis Prædicatorum Religioſus, nulli hominum ordini vel ſtatui, nulli ætati, nulli ſexui negauit fructum doctrinæ & ſanctitatis ſuæ. Neque enim dumtaxat ætate prouectos, & ſublimium rerum atque diſciplinarum capaces erudiebat; ſed etiam pueros certis ad ſe horis euocatos inſtituebat, docens eos, quemadmodum cruce ſe ſignarent, orationem Dominicã & Angelicam ſalutationem, atque fidei ſymbolum enunciarent, Deum colerent, amarent, parentibus & proximis quibuſque honorem haberent, & debita officia perſoluerent. In dandis conſilijs, nec diuites pauperibus, nec ignobilibus nobiles anteponebat; ſed erat charus omnibus, vtilis omnibus, pius, benignus, amabilis denique & venerabilis omnibus.

VI. *Diaconus nullo terrore omittit inſtruere ignorantes.*

Caſſiod. l. 10. hiſt Tripart. c. 33.

BEniamin in Perſide Diaconus à rege Perſarum comprehenſus, & in carcere clauſus fuit. Cumq; duo tranſijſſent anni, ſuperuenit. Legatus Romanorum pro alijs cauſis acturus. Qui cum hæc cognouiſſet, poſtulauit à Rege, vt dimitteretur Diaconus. Porro Rex iuſſit, vt promitteret Beniamin, qđ nulli Magorum doctrinã Chriſtianam prædicare tentaret, & dimitteretur exire. Tum Legatus quidem cuſtodire Beniamin quæ Rex præceperat compromiſit: Beniamin autem audiens monita Legati: Impoſſibile eſt, inquit, nõ me participare lumen alijs, quod ipſe percepi. Quanto enim ſupplicio dignus ſit, qui talentum abſconderit, ſacra Euangeliorum teſtatur hiſtoria.

VII. *Theodoſius Imperator, vt Valentinianum à matre corruptum Catholicæ reddiderit Eccleſiæ.*

Ex Suida, Verbo Valẽtinianus Baro. annal. Eccl. to 4. an. Dñi 388.

VAlentinianum à matre Iuſtina impietate corruptũ Catholicæ reddidit diſciplinæ Theodoſius Imperator: oſtendens illi ea de cauſa à Maximo è regno depelli cõmeruiſſe, quod inhærens matri fidem Catholicam depuliſſet. Verba autem Theodoſij ad Valentinianũ iuxta Suidam hæc ſunt: Cum veniſſet Valẽtinianus ad Theodoſium, in recta fide eſt inſtitutus: dicebat enim ei Theodoſius, imperatoriam aciem ſtare non armis, ſed iuſtis cauſis. Et noui, inquit, Valentiniane, religioſiſſimos Imperatores, quieſcente exercitu, victoriam obtinuiſſe, & hoſtes ſubactos tributarios factos eſſe, periculo antegreſſo. Sed & Conſtantinus Magnus erectum Elcinium tyrannum naufragio trucidauit. Sic etiam Valentinianus pater eius felicius imperium, & ab hoſtibus illæſum gubernauit, Deo eum defendente, innumerabilibus prælijs victor, multis & diuerſis barbaris ſublatis. Valẽs vero patruus tuus Deum diuellens inquinauit Eccleſiam, homo profanus cæde ſanctorum, & ſacerdotum relegatione; diuinaq; prouidentia à Gothis oppugnatus, combuſtus eſt. Recte Chriſtum colitis, qui non immerito te eiecit. Incredulitas tua Maximo poteſtatem dedit. Si Chriſtum non videmus, quem inuocabimus pugnaturi? Hæc & plura etiam his admonitus à Theodoſio Valentinianus ad fidem rectam adductus eſt.

Theodoſii Imp. dictũ Imperatore dignum.

Valens Imp. miſeriius.

VIII. *Godſcalcus Vvandalorum princeps, vt populũ rudem doceat, quæ ab Epiſcopis myſticè dicebantur, uernaculo ſermone in Eccleſia explicat.*

Albert. Crantzius lib. 3 Vvãdal.

GOdſcalcus Vvãdalorum princeps, cum magis in reducenda Chriſti religione laboraret, quam ante laborauerat in euertenda; ad conquirẽdum ſibi apud Deum magni meriti

locum

locum intendens animum, Vvandalorum populos (quos Chriſtianitatis ab olim cepit obliuio) ad recuperandam fidei gratiam, & ad recipiendam religionem, quam abiecerant, excitare contendit. Infinita autem gentilium multitudo per inſtantiam eius ad baptiſmi gratiam peruenit, & reædificatæ ſunt per vniuerſam Vvagriorum Prouinciam eccleſiæ, necnon Polaborum, & Obetritorum quondam dirutæ ædes ſacræ. Iamque miſſum eſt in omnes prouincias pro ſacerdotibus ac miniſtris verbi, qui rudes fidelium mẽtes in fide erudirent. Gratulabantur vbiq; fideles de nouellæ plantationis incremento, factumque eſt, vt prouinciæ replerentur ſacerdotibus & eccleſijs. Sanè memorabilis ille Princeps tanto diuinæ religionis amplificandæ ſtudio exarſit, vt ſermonem exhortationis ad populum frequenter in eccleſia ipſe faceret: ea ſcilicet, quæ ab Epiſcopis & presbyteris myſticè dicebantur, cupiens Vvādalicis verbis reddere planiora, explicauit. In hac omni prouincia nemo vnquam princeps ſurrexit potentior, & tam fecundus Chriſtianæ religionis executor. Etenim ſi vita illi longior extitiſſet, omnes paganos congentiles ſuos ad Chriſtianiſmum pertrahere meditabatur, cum fere tertiam partem reduxerit eorum, qui ſub auo eius Miſtivvoi relapſi ſunt in paganiſmum.

IX. *Doctrinam Chriſtianam in patria tradit B. Pater Ignatius de Loiola.*

P. Petrus Ribadeneira li. 2. vita P. Ignatij cap 5.

ANno Virginei partus 1537. cum beatus Pater Ignatius de Loiola in patriam rediret, à fratre nulla ratione adduci potuit, vt apud ſe diuerteret, ſed in publica hoſpitalique domo diuerſatus eſt, ſtipemquẽ colligere oſtiatim cœpit, multum fratre repugnante, & Chriſtianæ fidei rudimenta pueros docere. A cuius quidem explicatione frater natu maior vt Ignatiũ auerteret, futuram auditorum paucitatem obtendit. Sed Ignatius vel vnũ modo puerum ſibi inſtar omnium fore dixit: nihilque vel voluntatem fratris, vel prudẽtiam veritus, eam ipſam inſtitutionem fidei tradere aggreſſus eſt, ad quam etiam deinde frater ipſe ventitabat, magnaque hominum copia confluebat.

X. *Idem Chriſtianæ doctrinæ rudimenta Romæ explicat.*

Idē ibi. li 3. c. 2.

IDem beatus P. Ignatius Præpoſiti Generalis munere ſuſcepto, grauiter conſtituere cœpit, quæ tum ad vniuerſæ Societatis adminiſtrationem, tũ etiam ad domeſticam diſciplinã pertinerent. Inter cętera vero, Chriſtianæ doctrinæ rudimenta tradere exorſus eſt, & pueros inſtituere: quod in templo noſtro per ſex & quadraginta dies continenter fecit: plurimique ad eum audiendum veniebant quotidie, neq; tam pueri, quam viri & fœminæ, docti & indocti. Et cùm pia potiùs, quàm docta diceret, & impolitis, atque improprijs verbis vteretur, illa tamen rudia & inculta verba fortia erant, ac robuſta, audientiumque animos mouebant, non ad inanem plauſum atq; admirationem, ſed ad fletum, & vitiorum deteſtationem ſalutarem.

TIT. XX. De iij. opere miſericordiæ ſpiritualis: nimirum de bono conſilio aliis dando, & ab aliis petendo.

Bonum conſilium dat Angelus Domini iuſto viro Loth, vt cum familia Sodoma exeat, ne iuſtus cum impijs obuoluatur.

EXEMP. I. *De Theodorico Rege, qui conſilium ſecutus ab iniquo propoſito reſilit.*

Ex Greg. Tur. vita SS. Patr. cap. 4 & apud Lip pom. t. 6.

CVm ſanctus Quintianus Rutenorum Epiſcopus in vrbe Aruernenſi moraretur, Proculus quidam ex ęrario presbyter ordinatus iniurias intulit; omnemque poteſtatem illi de rebus eccleſiæ auferens, vix ei tenuem

Bar. Annal. Ecc. ann. Do. 314. to. 6. Prædictio S. Episcopi vera.

quotidianum victum miniſtrari præcepit: ſed per eius orationem à ciuibus correctus eſt prudentioribus, reſtituta ei omni poteſtate, ab eo illius remotis inſidiis. Antedictus tamē ſacerdos nō immemor iniuriæ, ſicut quōdam Paulus Apoſtolus de Alexandro ærario; & hic de Proculo decantabat, dicens: Proculus ærarius multa mala mihi fecit: reddet illi Dominus ſecundū opera ſua. Quod ad poſtremum ei eueniſſe certum eſt. Erat autem vir beatus in oratione aſſiduus, & in tantū amator populi ſui, vt veniente Theodorico, & vallante exercitu vrbem, ſanctus Dei muros pſallendo circuiret, & vt Dominus vel regioni vel populo uelociter ſuccurrere dignaretur, afflictus ieiuniis & uigiliis inſtanter oraret. Porro cū Theodoricus Rex cogitaret muros euertere, mollitus eſt miſericordia Domini, & oratione ſacerdotis eius, quem in exilium extrudere cogitabat. Nam nocte perterritus, de ſtrato ſuo exilit, ac ſolus per viam publicam fugere nititur: perdiderat enim ſenſum, neſciens quid ageret. Quod aduertentes ſui, eumque retinere conantes, uix potuerunt, cohortantes ut ſe ſigno ſalutari muniret. Tunc Hilpingus dux accedens propius ad Regem, ait: Audi, glorioſiſſime Rex, cōſilium paruitatis meæ: Ecce muri ciuitatis iſtius fortiſſimi ſunt, eamque propugnacula ingentia vallant. Quod vt plenius magnificentia tua cognoſcat, de ſanctis, quorū Baſilicæ vrbis muros ambiunt, hæc loquor: ſed & Antiſtes loci illius magnus apud Dominum habetur. Noli facere quod cogitas, noli Epiſcopo iniuriam inferre, aut vrbem euertere. Cuius conſilium Rex clementer accipiens, præceptum poſuit, ne vllus ab octauo vrbis milliario lęderetur. Qđ obtentu ſacerdotis præſtitum nullus ambigat. Tunc Proculus ille, diruptis Vtrenſis caſtri muris, ab ingredientibus hoſtibus, ante ipſum Eccleſiæ altare gladiorum ictibus in fruſta diſcerptus eſt, reddiditq; Dominus, ſicut ſacerdos cantare conſueuerat, ſecundum opera ſua.

Preces ſanctorū ſunt munimenta vrbium.

Sacerdotis ī Epiſcopū iniurię punitio.

11. *De conſilio à ſanctis viris in anguſtiis petendo.*

Ex Agathia de bel. Perſ. li. 2. Baron. ann. Eccl. to. 7. an. D. 523.

CVm Elesbaam Chriſtianiſſimus Æthiopum Rex validum collegiſſet exercitum, vſque ad centum & viginti millia, contra Homeritas, ſuorum partem per continentem ad Homeritidis partes magis Occidentalis miſit; ipſe verò per mare cum nauibus, vt illi per terram irruentes, hoſtes in medium coercerent. Cæterum illi quidem cum multos dies iter feciſſent per loca arida, & tranſitu difficilia, omnes interierunt; vt qui nec peruenire ad Homeritam, nec ad regionem ſuam potuerint redire. Rex autem cū iam eſſet nauigaturus, venit in templum, ad cuius fores, regia veſte, aliiſque inſignibus Imperii depoſitis, ingreſſus quidem eſt in priuato habitu: ſtans autem ex aduerſo aræ, cum Deū multum oraſſet, & ab ipſo in Ægypto miracula, atque in ipſa ſolitudine pro Hebręis in memoriam reuocaſſet. Illi, dicebat, fuerunt ingrati in te benefactorem, neque illi ſolum, ſed ij etiam, qui ex iis nati ſunt. Tu enim ſcis, Domine, quam malè ſe geſſerint in vna ciuitate, vt qui populum illum per dolum circumuenerint, & conſilium inierūt aduerſus ſanctos tuos; & in eos, qui reſtant, adhuc mala machinantur. Quod ſi peccata noſtra id merētur; ſed ne tu nos tradas in illorum manibus: Quod autem ipſe volueris, hoc excepto, nobis impone ſupplicium: ne forte dicatur: Vbinam eſt ipſorum Chriſtus, propter quem gloriantur, & crux eius? Hæc cum precatus eſſet cum lachrymis, egreditur de templo, & è ciuitate, & ad quēdam monachum, qui ꝓpter virtutis operationē dignus erat habitus, vt præuideret futura, & in anguſta turricula iā quadraginta quinq; annos fuerat incluſus, penes venit eodem habitu de prçlio ſciſcitaturus: attulit quoque compoſita thymiamata,

Regis ante ingreſſum templi modeſtiſſima cōpoſitio.

Monachus virtus ad futura prædicēda.

In quibus etiam aurum latenter immiſcuerat. Quæ cum tradidiſſet ſeni, quærebat preces, & ſignificationẽ eorum, quæ erant euentura. Ille autem, dolo deprehenſo, cum quis eſſet, optimè noſſet: Sit tecum (inquit) Deus, qui tecum etiam regnat. Verum etiã abi, munitus martyrum ſacrificio, quod Deus eſt odoratus, & precib. Pontificis Alexandriæ, & lachrymis Iuſtini. Hæc cum audiſſet Elesbaan, & eum non tẽtaſſet amplius, benedictione accepta abijt lætus: & cum iuſſiſſet exercitui, ne ferrent viaticum pluſquam viginti dierum, nauigit.

III. *Flacitheus Rugorum Rex in diſcrimine poſitus à ſancto Seuerino conſilium poſtulat.*

Eugyp. Abb l. vita S. Seuerini. Baron. to. 6 ann. Do. 473.

QVam fœlix cõſilium dederit S. Seuerinus Noricorũ Apoſtolus Flacitheo Rugorũ Regi, Eugypius Abbas fideliter ſcribit his verbis: Rugorum Rex nomine Flacitheus, in ipſius regni ſui cœpit nutare primordijs, habens Gothos ex inferiore Pannonia vehementer infenſos, quorum innumerabili multitudine terrebatur. Is ergo beatiſſimum Seuerinum in ſuis periculis tanquã cœleſte conſulebat oraculum. Siquidem dum vehementius turbaretur, veniens ad hominem Dei, deflebat ſe à Gothorum Principibus ad Italiam tranſitum poſtulatum, à quibus ſe non dubitat, quia ſi hoc eis denegatum fuerit, occidendum. Reſpondit ei vir Domini Seuerinus: Si nos omnes vna fides Catholica adnecteret, magis me de vitæ perpetuitate conſulere debuiſti; ſed quia de præſenti tantum ſalute ſollicitus es, auſculta quæ dico: Gothorũ nec copia, nec aduerſitate turbaberis: qa cito ſecurus, eis decedentibus, tu deſiderata proſperitate regnabis: tantum ne humilitatis meæ monita prætermittas. Nõ te itaque pigeat pacem appetere, etiã inimicorum. Nunquam propriis virtutibus innitaris: Maledictus (inquit ſcriptura) qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius. Diſce igitur inſidias cauere, non ponere. In lectulo quippe tuo pacifico fine tranſibis. Qui dum tali animatus oraculo lætus abſcederet, perlato ſibi quod turba latronum aliquos captiuaſſet ex Rugis; virum Dei protinus mittit conſulendum. Qui ſanctis eũ mandatis, ne prædones ſequeretur, Domino reuelante præmonuit, dicens: Si eos ſecutus fueris, occideris. Caue ne amnem trãſeas, & inſidijs, quæ tribus in locis paratæ ſunt, improuida mente ſuccumbas. Nam cito nũtius fidelis aduenict, qui te de his omnibus efficiet certiorem. Tũc duo captiuorum ab his hoſtium ſedibus fugientes, ea per ordinem retulerunt, quæ beatiſſimus vir, Chriſto ſibi reuelante, prædixerat. Igitur fruſtratis inſidiis aduerſantium, Flacitheus incrementis auctus proſperioribus, vitam rebus tranquilliſſimis terminauit.

Præditio S. Seuerini.

Vital Flacithe us Rex inſidias cõ ſilio S. Seuerini.

IV. *De Clothario Rege, qui ſancti Columbani conſilio abſtinuit à bello.*

Ionas in vita S. Colũbani c. 23. Bar. t. 8. ann Do. 612.

SAnctus Columbanus Luxouienſis Abbas aliquando ad Clotharium Chilperici Regis filium, qui in Auſtraſiis Francis regnabat in extrema Gallia ad Oceanum poſitis, perrexit. Porro Clotharius audierat, quantis qualibuſue iniuriis virũ Dei Brunichildis, ac Theodoricus fatigauerant. Quem cum vidiſſet, veluti cœleſte * numen recepit, oranſque precatur, vt ſi velit, intra ſui regni terminos reſideat, ſeque ei, prout voluerit, famulaturum. At ille nequaquam ait his in locis ſe conſiſtere velle, vel ob ſuam peregrinationem augendam, vel illis inimicitiarum occaſionem ſedandam. Tenuit ergo eum Clotharius quantis potuit penes ſe diebus: caſtigatuſque ab eo pro quibuſdã erroribus, quibus vix aula regia caret, ſpõdet ſe Clotharius iuxta eius imperium omnia emendaturum. Erat enim Clotharius ſolers in amore ſapientiæ: inuentũ ergo optatũ

** numen.*

Clotharij regis erga reprehenſionem moderatio.

munus gratificabatur. Morante igitur eo penes Clotharium, lis oritur inter Theodobertum & Theodoricum, diſceptantibus vtriſq; de regni termino. Et vtriq; ad Clotharium Legatos dirigunt, vterq; aduerſus fratrem auxilium poſtulat. Quod Clotharius beato viro inſinuare procurat, conſulens, ſi videretur eius conſilio ſe vni conſentiendo, contra alium dimicare. Ad

Prædictio S. Colūbani.

quem ille, prophetico repletus ſpiritu, ait: Neutris eum fore pariturum conſilijs, in ſuam autem intra triennij tempus ditionem vtrorumque regna venire. Videns autem Clotharius à viro Dei talia ſibi prophetico ore dici, neutri parere voluit: ſed promiſſum ſibi tempus fideliter exſpectans, poſtea potitus eſt triumpho victoriæ.

V. *De prudenti ſanctæ Monicæ ad vicinas mulieres conſilio.*

D. Aug. li. 9 cōf c 9.

MVlieres quædam viris Chriſtianā religionem profitentibus nuptę, apud Monicam D. Auguſtini matrem de virorum iniurijs, aſſiduiſq; contentionibus, quibus afflictarentur, conquerebantur. Se, inquiunt, mirari, qua illa viuendi vteretur ratione, quibuſve eſſet moribus, quæ pacificè cum viro, qui & Chriſtianæ religionis ſit expers, & animi præferocis, cohabitaret.

S. Monica prudens conſilium.

Quibus reſpondens Monica, Meæ, inquit, ſorores, vos ipſæ fortaſſis ad rixas maritos veſtros moroſitate veſtra & contumacia impellitis, contentionibuſq; frigidam quaſi ſuffunditis. Eo ego ſum ingenio: marito meo vehementiſſimè ſæuiente, ego interim taceo, multa diſſimulo, animumq; precibus ad Deum fundendis occupo. Hiſce moribus iracundiam & furorem mariti mei frango, &, vt ſtabili fruamur concordia, efficio, quæ animum eius ſic inflexi, vt vna mecum Chriſtum colere cœperit. Tales etiam & vos erga maritos veſtros gerite, ſic omnes rixas & contentiones cauebitis, maritiſque vtemini & humanis & obſequentibus.

VI. *Conſilij petendi neglectu vir quidam à Satana decipitur.*

Th. Cantipr. li. 2. apum c. 42. p. 2.

ERat vir bonus, ſed ſimplex valde, ſicut indubitabili relatione percepi, in finibus Galliarum, cui diabolus in ſpecie & viſione Angelica frequentius apparebat: cui & dixit, Diuerſis quidem voluntatibus fluctuas, & quid facere debes ignoras: in hoc ergo miſſus ſum, vt meo regaris conſilio, & conſilium omne aliud poſtponas. Quacunq; autem hora prodideris me, cōſilio meo, & ſincera viſione carebis. Nec mora, vbi miſerrimus ille pactū cum morte ſpopondit, viſitatur, ſerenatur, illuſtratur, & in tanta tranquillitate cordis conquieuit, vt vix ſe hominem inter homines, ſed ſuper homines Angelum æſtimaret. Hinc cum tentator aſtutus in familiarem ſibi ſuperbiam, præ nimia ſecuritate, hominem extuliſſet, paulatim cœpit ei mollities blandiri: & per hanc tandem miſerum inclinauit, vt in crimen maximum prope corrueret: & ipſius etiam corporeæ mortis præcipitio propinquaret. Sed miſeratio cum diuina pręuenit, & tali remedio liberauit. Erat in vicinio eius vir ſagax ingenio & expertus multa, cui ille confiteri conſueuerat, priuſquam in laqueum Diaboli cecidiſſet. Hic, vt vidit Hominem ſolitarium incedere, & abſentantem ſe ab omni ſocietate bonorum, eum alloquitur in hunc modum: Miror chariſsime, cuius diu iam regaris conſilio;

Lapſu ſpiritualiu indicia.

nam mutatis priſtinis moribus, nec confiteri te video, nec loqui ſpiritualibus viris, nec prædicationem Eccleſiaſticam frequētare. Videas ergo, ne decipias temetipsū, & irretiaris laqueis diaboli tentatoris. Ego quidem ſimplicem te noui, & facilem, quo te ſolum & priuatum conſilio callido hoſtis elidat, & non habeas ſubleuantem. Ad cuius verba mox homo pudore perfuſus (credebat.n. illi omnia quæ geſta erant per ſpiritum patuiſſe) commotuſq; & effuſus in lacrymas, argenti ſe

totam

totam cõſcientiam patefecit. Nec mora, conſilio illius à tentatione ſolutus eſt, & per conſequens à tentatore.

VII. *De Regulo reſpuente conſilium, & per morbum reſipiſcente.*

Pet. Ribadenei ra l.b 4. vita Frã ciſc. Borgia, n. 32

REgulus quidam Hiſpaniæ à filio diſſentiens grauiter ſegregarat ſe, vt ne aſpectum quidem eius æquo animo ferret; Franciſcus, qua erat pietate, ad concordiam reuocare alloquijs ſtudens, hortatur, parentem ſe eſſe meminiſſet. Filium ad ſe recipiẽdo; quod ſe dignum eſſet, facturum. Ille indignabundus vultu terrebat, miſſum faceret illum ſermonem. Igitur verbis Franciſcus repulſus, ad ſummum parentem Deum confugiendum ratus, pacem venerans precatur. Venatum ille mox abijt, & ardente correptus ſebri, lectulo affixus iacuit. Poſt in mentem venit, morbo ſe iuſtè puniri, quod ſana pij hominis conſilia repuliſſet. Franciſcum eueſtigio arceſsit, veniamque obteſtatur; & illius ſe fidei committit, & cum filio quamprimum in gratiam redijt.

TIT. XXI. De iniquorum conſiliariorum pœnis, vel eorum conſilijs non amplectendis.

2. Reg 13 *Ionadab nepos Dauid malum conſilium dedit Ammon, vt defloraret ſororem ſuam: de quo poſtea multa mala euenerunt.*

2. Reg. 17 *Deteſtandum & turpe conſilium, quod dederat Achitophel Abſaloni, ſibimetipſi peſſimum fuit.*

3. Reg. 12 *Roboam potiore regni ſui parte priuatur, quod iniquum ſecutus fuerit conſilium.*

Stultum conſilium vxor Iob dedit ei; ſed ille tanquam prudens, & ſanctus homo tali conſilio non acquieuit.

Ierem 33. *Quia Ieremias prophetauit, capiendam eſſe ciuitatem Ieruſalem à Chaldæis, dixerunt principes populi Zedechiæ regi: Rogamus, vt occidatur homo iſte. Qui ſtultè acquieſcens, reſpondit eis: Ecce in manibus veſtris eſt. Non enim fas eſt Regem vobis quidquam negare.*

Tantum ſuaſit Menelaus Andronico, quod ille occidit Oniam ſacerdotem. 2. Mac. 4.

Cùm aduerſus Menelaum iudicium agitaretur coram Antiocho, Ptolomæus pecunia corruptus per Menelaum perſuaſit Regi, & cum ad ſententiam deduxit, qui Menelaum abſoluit, & multos iuſtos eius accuſatores morte damnauit. Eodem.

EXEMP. I. *Qua ratione Luithprandi Regis, et Eutychij nefandum conſilium fuit mutatum.*

Ex Anaſtaſ. Baron. ann. Do. 720. to 9.

ANno Domini 720. Eutychius Patricius, & Luithprandus Rex inierunt conſilium nefandum, vt congregato exercitu Rex ſubijceret Duces Spoletinum, & Beneuentanum, Exarchus Romam, & quæ pridem de Pontificis perſona iuſſus fuerat, impleret, nempè vt eum occideret. Qui Rex Spoletum veniens, ſuſceptis ab vtriſq; Ducibus ſacramentis atq; obſidibus, cum tota ſua cohorte in Neronis campo conuenit. (erat enim locus iste propè baſilicam Vaticanam olim dictus Prata Neronis) Ad quem egreſſus Põtifex, eiq; præſentatus, ſtuduit (vt potuit) Regis mollire animum commonitione pia, ita vt ipſe Rex ſe proſterneret eius pedibus, & promitteret, nulli inferre læſionem. Atque ſic ad tantam compunctionem ipſe pijs monitis flexus eſt, vt quæ fuerat indutus arma exueret, & ante corpus Apoſtoli poneret mantum, armillariam, baltheum, ſpatam, atque enſem deauratum, nec non coronam auream, & crucem argenteam. Poſt orationem factam obſecrauit Pontificem, vt memoratum

Exarchum ad pacis concordiam ſuſcipere dignaretur. Quod & factum eſt, & ſic receſſit, reclinante Rege à malis, quibus inierat conſilium cũ Exarcho.

II. *Quidam adulatores ob prauum ſuum conſilium diuinitus puniuntur.*

In vita S. Radegundis Reginæ li. 2. c. 4. et 5. apud Sur 13. Auguſt. to. 4.

CLotharius Gallorum Rex cognita Radegundis vxoris ſuæ pietate, permiſit, vt ea ſibi monaſterium Pictauis conſtrueret. Quo conſtructo, vt mundi fallacias, blanditiaſque reſpueret, & perfectionis ſibi ornamenta compararet, hilariter illud ingreſſa eſt. Cæterùm humani generis inimicus bonis omnibus inuidens, eam perſequi non deſtitit. Nã Clotharius Rex quorumdam conſilio, cum filio ſuo Sigeberto Turonos venit, ſub deuotionis prætextu, vt faciliùs inde Pictauos adiret, ipſam Reginam repetiturus. Qua re illa comperta, literas ſcripſit, cum diuina obteſtatione, ad virum Apoſtolicum Germanum Pontificem Pariſienſem, qui tum cum Rege erat: eaſque per Proculum agentem ſuum ſecretiùs miſit cum Xenio & Eulogijs. Eas literas vbi perlegit vir Deo plenus, cum lacrymis ſe proſtrauit ad pedes Regis apud Beati Martini ſepulchrum, grauiter eum obteſtans, vt literis ei erat indicatum, ne Pictauum adiret. Tum Rex animo commotus, intelligens Reginæ eas eſſe preces, pœnitentia ducitur, & malis conſiliarijs conatus ſuos imputans, ſeq; indignum indicans, qui talem Reginam diutius apud ſe haberet, itidem ſe proſtrauit ad pedes beatiſſimi Patris Germani ante ſancti Martini limina, orans vt à beata Radegunde veniam ipſi peteret, vt illa condonaret, quod in eam, à malis conſiliarijs perſuaſus, peccaſſet. Et ecce repentè illos malos conſultores vltio diuina perſequitur. Sicut enim Arius Catholicam fidem oppugnans inteſtina ſua omnia in cloacam effudit, ita iſtis accidit, beatam reginam infeſtantibus.

Vis precũ pia Reginæ.

III. *De Ezido Rege, qui nefarium Ducis conſilium ſecutus morte cum conſultore multatur.*

*Ex Ioã. Damaſ. lib. de imaginibus. Baron. Ann. Eccleſ. ſub ann Do. 723. to. 6. *Gizidi.*

SVb annum Chriſti Domini 723. in Tiberiade dux quiſpiam erat Hebræorum impiorum, cui nomen Sarantapechys, officina diabolorũ, quibus vitiare animas luſus eſt & iocus, homo præſtigiator & veneficus, & Eccleſiæ Dei hoſtis implacabilis. Hic animaduerſa * Ezidi Regis leuitate, hominem aggreditur, pollicetúrque Hebræorũ ingenita malitia ſe Regi quædam prædicturum, & vatem acturum in maximè neceſſarijs rebus ſe offert. Eas ob res cùm eſſet inſinuatus Tyranno: Volo, inquit, ò Princeps, modo me audias, rationem quandam indicare tibi, qua poteris facillimè & vitam cõmodam degere, & triginta annos regnum æquabili in poteſtate conſeruare. Stultus autem tyrannus, ſpe & deſiderio vitæ longioris, animi leuitate elatus (erat.n. homo voluptatibus deditus & præditus) reſpõdit. Quæcumque me iuſſeris facere, modo poſſim, agam. Veneficus autem Hebræus, Cõfeſtim, inquit, ſine vlla dilatione iube vniuerſum per regnum epiſtolã, quæ paſſim circumferatur, ſcribi & mitti, qua omnem imaginem, & picturam, ſiue ea in tabulis, ſiue in opere muſaico, in parietibus, ſiue in vaſis ſacris, aut indumẽtis & altaribus ſit, & quæcumq; in Eccleſijs Chriſtianorum reperitur, deleri, expungi, auferri, & ex toto ſubuerti mandes: neq; illas ſolũ, verum omnes ſimilitudines, & earum etiam quę in foro ornatus, & honeſtatis gratia collocantur. Nulla igitur ratione alia, quam vt odium, & furorem aduerſus Chriſtianos exerceret, pręſtigiator id tentauit. Tyrannus autem nefandus pręſtigiatori ſua leuitate auſcultans, miſſis nuntijs, omnes ſanctas imagines & ſimilitudines per vniuerſam prouinciam abſtulit. Hoc itaque modo primum Eccleſiæ ornamenta, procurante Hebræo venefico, ablata ſunt.

Veneſici cõſilium de euerſione imaginũ.

ſunt. Chriſtiani autem cum id ſuis manibus facerè detrectarent: miſſi ſunt Hebræi & Arabes: homines in Deum impij, qui exuſtis imaginibus, Eccleſiarum quaſdam calce, quaſdam alijs coloribus dealbarunt, & incruſtarunt. Arbitror aūt relatu dignū, quem finē ignauus iſte, & veneficus Hebręus habueri.* Ezidus.n.qui facinus perpetra uerat, vltra annum cum dimidio non vixit, in ignemq; æternum deſcendit. Poſtquam autem mortuus fuit, in priſtinum ordinem & ſtatum imagines reſtitutæ ſunt. Pilius autem illius Vlidus nomine, indignatus Hebræo, tanquam interfectori patris, turpiſſima morte hominem mori coegit. Ita is vaticinij ſui dignum præmium accepit.

IV. *Rex Vitiza malo conſilio malè periјt.*

NEfarius & ſceleribus infamis Rex Hiſpaniæ Vitiza, laxatis libidinū frænis, clementia, quā initio mentiebatur, in ſummām crudelitatē verſa, conuulſis, effractiſq; in toto regno iuris, pudoris, officijq; repagulis, populo ad oēm turpitudinem factis, verbis, edictis incitato, negata per vim ſummo Chriſti vicario obedientia, detracta Deo reuerentia, oī flagitiorum genere demerſus & obrutus, carnificina tandem conſciæ ſtimulatus, vereri cępit, ne regnū in ſe inſurgeret; vrbes & munitiora quæq; loca, defectione facta, correptiſq; armis, diademate, cuius erat appetentiſſimus, tametſi indigniſſimus, priuarēt. Vt ergo imminenti dāno occurreret, periculūq; declinaret? hominis conſilium ſecutus, vrbiū, oppidorumq; muros euertit, munitiones regni proſterni, diruiq; mandauit: &, ne facto tam inſolenti deeſſet velū aliquod, pacem opponebat, qua ſtante, nihil eſſe quod timeretur; re autem vera, vt à periculo tutus coronam conſeruaret. Sed cum ea indigniſſimus eſſet, conſilium à ciuili, humanaq; ratione profectum, Deoque inuiſum, & rationi aduerſum, male illi ceſſit: nam regno, & oculis priuatus, miſerè mortuus eſt, regnumque adeo debile, armis, præſidijſque nudum, Roderico ſucceſſori reliquit, vt Mauris Hiſpaniam oppugnantibus perfacilè fuerit expugnare, & ſub iugum mittere Deo etiam Regis, & regni peccatis debitas pœnas acerbiſſimo hoc imperio, miſeraq; & diuturna multorum annorum ſeruitute repoſcente.

Pet. Ribadeneira Princips Chriſtiani li. 1. c. 15. Roderic. A ch. Toletr. li. 3 cap. 15. Materianus de reb. Hiſp. lib. 6. cap. 19.

V. *Dux Mediolanenſis in ſuis conſilijs ſecutus priuatum commodum grauiter punitur.*

LVdouicus Sfortia (quem Maurum nominabant) Mediolani Dux, cū cuperet principatum firmare, quem malis artibus, ac per ſummum ſcelus Ioanni Galeacio fratris filio abſtulerat, optaretque Alphonſum Neapolitanum Regem, à quo diſſidebat, vlciſci; fallax prudentiæ humanæ conſiliū ſecutus, telam exorſus eſt, quam non ante pertexuit, quam imperio, libertate, vitaq; ipſa priuaretur. Carolum enim octauum Franciæ Regem in Italiam cum valido exercitu euocauit, vt ſuſcepta Neapolitana expeditione, Alphonſum regno exueret; quam in rem operam ſuam prolixè pollicitus eſt. Accitus Rex in Italiam ingreſſus eſt, facili negotio regnum Neapolitanum cœpit: quod tamen eadem facilitate paulo poſt amiſit. Ludouicus facti pœnitens, & à Gallis alienatus, facta cum alijs Italiæ Principibus coniuratione, redeuntem Regem aditu Galliæ, oppoſita forti militum manu, prohibere conatus eſt: qui tamen viam ſibi ferro aperuit, inito ad Tarum fluuium prælio atroci, & memorabili victoriā, de qua Galli atq; Itali ſcriptores inter ſe diſſentiunt, dum ſuæ quiſque patriæ gloriam, non veritatem propoſitam habet. Atque hic tandem fuit conſilij non ſani euentus, vt amiſſo imperio, Ludouicus à ſuis militibus venditus, & habitu gregarij Heluetij captus, ac tandem caueæ ferreæ incluſus, miſerrimè interierit, relicto raro ad-

Idem Ribadeneir. ibid. Franc. Guich. li. 3. & 4. hiſt. Ita. Pau. Iou. lib. 4. Elog. mi lit.

Ambitionis exitus calamitoſus.

admodum documento ijs Principibus, qui in ſuis conſilijs priuatū commodum diuinis legibus anteferunt.

VI. *Dux Saxoniæ inſanum Lutheri conſilium ſecutus punitur grauiſſime.*

Idem Ribadeneira ibid.

SVperioribus exemplis accedat & illud, idq; recentius, Ioannis Friderici Saxoniæ Ducis. Hic (vt à fide dignis accepi) miro deſiderio tenebatur familiam Auſtriacam Imperatoria dignitate ſpoliandi, quod ſenſim videretur quaſi hæreditario iure poſſideri: quod ſuum deſiderium cum vocato ad ſe Martino Luthero communicaſſet, auctor fuit Duci, religionē vt mutaret, ſi imperium mutatū vellet. Accepto, & approbato hoc conſilio, Lutherum ſibi adiunxit, conceptę nequitiæ aptiſſimum inſtrumentum, eiuſq; impiam ſectam aluit, errores fouit, fidem Catholicam in ſua ditione euertit; neque his contentus, iure humano poſthabito, in Carolum huius nominis Quintum Imperatorem, ac Dominum ſuum, arma ſumpſit, &, vt Germania exturbaret, omnes machinas admouit. Sed inſanum hoc conſilium, ſtultamque prudentiæ humanæ rationem eluſit euentus: nam profligatis copijs victus, captuſque, & dominatu, & Electoris poteſtate priuatus eſt: quam in Mauritium Ducem Ioannis Friderici patruelem, eiuſque familiam, Imperator tranſtulit; in qua in præſens vſque tempus perſeuerat.

Lutheri pernicioſum conſilium.

Ioannes Fridericus dux Saxoniæ priuatur poteſtate Electoris imperij.

TIT. XXII. De iiij. opere miſericordiæ ſpiritualis: Orandum eſſe pro proximi ſalute.

Exod. 7. 8. 9. & 10. *Orauit multoties Dominum Moyſes, vt amoueret plagas de Ægypto, & exaudiebatur, licet illi mali eſſent.*

Exod 32 *Poſt adorationem vituli videbatur velle Dominus populum delere, ſed Moyſes per orationis inſtantiam obtinuit ei veniam.*

Num. c. 11. *Cum in Moyſem & Aaron turbæ inſurgentes, incendio diuinitus excitato, diſperirent, & Moyſis monitu Aaron obtulit thymiama, proceſſit in medium, & cum oraſſet flamma ſubſtitit, internecio ceſſauit.*

Cum filij Iſrael in deſerto in Deum murmurantes paſſim ſerpentium ictibus ſternerentur, ſupplicanti pro eis Moyſe, Deus placatus æneum ſerpentem in ligno ſuſpendi præcepit; quem percuſſi dum aſpicerent, ſanabantur.

Pugnaturi filij Iſrael contra Philiſtæos, dixerunt Samueli: Ne ceſſes pro nobis clamare ad Dominum, vt ſaluet nos de manu Philiſtinorum. Qui clamauit ad Dominum, & exauditus eſt. 3. Reg. 7.

Ioachim Rex Iſrael, cum ſuos, eo quod ſe idolorum cultura polluerant, in ditionem Syriorum redactos vidiſſet, ad Dominum conuerſus, pro ipſis deprecatus eſt, & à ſeruitutis iugo miſericorditer ereptos recepit.

EXEMP. I. *Andreas Apoſtolus animam cuiuſdam diu in peccatis iacentem oratione liberauit.*

DIuus Andreas Apoſtolus ſeni cuidam Nicolao nomine, qui toto vitæ tēpore voluptatibus deditus fuerat, à quibus diſcedere cū etiā vellet, nō poterat, deprecando continentiā à Domino impetrauit, quā ille pęnitentia ductus deinceps perpetuo ſeruauit.

II. *S. VVilfridus per preces ſuorum à morte liberatur.*

SAnctus VVilfridus Epiſcopus Eboracenſis Roma in Britanniam remeans, cum in Galliarum partes deueniſſet, tactus eſt repentina infirmitate, & ea creſcente adeo preſſus, vt nec equo inſidere poſſet; ſed manibus miniſtrorum portaretur in grabato. Sic delatus in ciuitatem Meldum Galliæ, quatuor diebus, ac noctibus quaſi mor-

Beda l. 5 c. 20. Baron. to. 8. ann. Do. 705.

mortuus iacebat, halitu tantum pertenui quia viueret demonſtrans. Cumque ita ſine cibo & potu, ſine voce & auditu quatriduo perſeueraret, quinta demum illuceſcente die, quaſi de graui ſomno experrectus, exurgens reſedit, apertiſque oculis vidit circa ſe choros pſallentium ſimul & flentium fratrum: ac modicum ſuſpirans, interrogauit, vbinam eſſet Acca Presbyter; qui ſtatim vocatus intrauit, & videns eum melius habentem, ac loqui iam valentem, flexis genibus gratias egit Deo, cum omnibus qui aderant fratribus. Et cum parum conſediſſent, ac de ſupernis iudicijs trepidi aliquantum fabulari cœpiſſent, iuſſit Pontifex cæteros ad horam egredi & ad Accam Presbyterum ita loqui exorſus eſt: Viſio mihi modo tremenda apparuit, quam te audire, ac ſilentio tegere volo, donec ſciam, quid de me fieri velit Deus. Adſtitit mihi quidam candido præclarus habitu, dicens ſe Michaelē eſſe Archangelum; Et ob hoc, inquit, miſſus ſum, vt te à morte reuocē. Donauit enim tibi Dominus vitā per orationes, ac lachrymas diſcipulorum & fratrum tuorū & per interceſſionem ſuæ beatæ genitricis ſemperq; Virginis Mariæ. Quapropter tibi dico, quia modo quidem ab infirmitate hac ſeruaberis: ſed paratus eſto, quia poſt quadriennum reuertens viſitabo te. In patriam vero perueniens, maximā poſſeſſionum tuarum, quæ tibi ablatæ ſunt, portionem recipies, atq; in pace tranquilla vitam terminabis.

S. Michaelis Archangeli apparitio

III. *Sanctus Dominicus lubrico continentiam precibus impetrat.*

In vita eius per Theodoricum de Appoldia lib. 4 cap. 6. apud Surium to 4 Aug. 5

DEcanus quidam Galliæ Romam iter habens, beatum Dominicum Mutinæ concionantem vidit. A concione eum adit, de ſalute animæ ſuæ cum illo confert; inter alia dolente cōmemorat, ceu quoddam ineuitabile naufragium, quod non poſſit carnis libidinem frænare: quæ res cogat eum, ceu deſperatum, ab alijs bonis operibus abſtinere, Miſertus eius vir Dei, fide, qua plenus erat, eum confirmat, dicens: Abi, deinceps age viriliter, nihil de Dei immenſa miſericordia deſperans: Ego tibi carnis continentiam impetrabo: dixit ille, & ita factum eſt. Qui enim antea immundus & lubricus fuerat, caſtus & pudicus effectus eſt. En quantū poteſt deprecatio iuſti.

Efficacia preci ſancti Dominici.

IV. *De canonico vitæ peruerſæ precibus & eleemoſynis matris ad meliorem frugem conuerſo.*

Ioā. Nider. lib. 3 formicarij c. 3

VIuebat nuper in Eccleſia Moguntina in ſummo Canonicorū Præpoſitus, clericus ſolo nomine, & nobilis, ſed in armis miles, in veſtitu ſtipendiarius, moribus per omnia diſſolutus, qui licet de altaris latiſſimis viueret beneficijs, horas tamē Canonicas, velut toxicum, fugit. Corpore autem adeo decorus extitit, vt Imperatrix, quæ hodie viuit, referatur dixiſſe, ſe pulchriorem non vidiſſe virum. In præfata igitur vita aliquamdiu viuens in multorum ſcandalum, nullius hominis hortamenta, nec correctiones curauit. Hunc igitur Dei manus inopinatè lepra tetigit, quæ dietim nolenti hominum conuerſationem abſcidit, & in domum quandam ſibi propriam Maguntiæ truſit, vbi manens multo tempore impatientia plenus, & Dei timore vacuus, factus eſt tandem tam deformis corpore, vt ſecundum in leproſorio parem non haberet. Deinde digitum Dei adeſſe ſentiens, corde & ore contritus, primo ſuæ vitæ facinora confitebatur cum tantis lacrhymis, vt omnium mentes ſtuperent, qui virum præagnouerant: patientia deniq; tanta vſq; ad mortē dotatus eſt, vt quandocumq; confeſſor ſuus Frater Henricus de Confluentia Sacrę Theologię profeſſor noſtri ordinis eum viſitaret, (qui etiam mihi præſentia retulit) non ab eo peteret mortis accelerationem, vel dolorum, quos multipliciter patiebatur, imminutionem: ſed orate Deum, inquit, mi pater, quatenus diuina

Quidam formoſiſſimus pro pter peccata fit deformiſſimus.

Inſignis peccatorum contritio.

uina miſericordia mihi mea peccata indulgeat, & in hoc ſæculo ſecet me, & vrat quamdiu ſibi placeat. Et in hac patientia tandem in pace requieuit. Quæſiui autem de circumſtantijs viri, vnde tantum donum infami iſti clerico prouenerit: & reſponſum accepi, quod matrem nobilem multum Deo deuotam habuit, quæ viſa & audita filij ſui diſſolutiſſima vita, vota, preces & eleemoſynas velut pro mortuo fere funere Deo offerre conſueuit, & pro eo tanquam pro filio perdito ab alijs iſta fieri procurauit, quouſque velut alter paralyticus in lecto iacens, carnalium voluptatum inſenſibilis, alienis fide & meritis ſanatus fuit.

Matris preces & eleemoſyna impetrāt filio pœnitentiam.

V. *Ad preces S. Catharinæ Senenſis reſipiſcunt duo latrones blaſphemi & obſtinati.*

In vita S. Cath. Sen. per Raimū Capuan apud Sur. 29. Ap. to. 2.

QVodam tēpore cum apud Senas duo inſigniter flagitioſi latrones capti & atrociſſimis ſupplicijs addicti ſunt propter facinorū immanitatem, iam ducebantur ad mortem, & curribus impoſiti ignitis fuſcinulis diſcerpebantur. Nemo illos vlla ratione potuit inducere, vt facerent ſuorum peccatorū confeſſionem, immo verò blaſphemas voces in ſanctos & Deum palam iactabant. Eo autem tempore erat sācta Virgo Catharina Senenſis apud Alexiam ſociam & diſcipulam ſuam, cuius ædes præteribant miſerrimi illi. Vbi autem id ſenſit Alexia, celeriter indicat ſanctæ Virgini; illa ſe totā confert ad deprecandam clementiā Saluatoris pro ſalute deſperatorum, cum vidiſſet per feneſtram ingentem dæmonum turbam illos miſerè exagitantium. Impetrat à Domino, vt poſſi ſpiritu ſe illis adiungere, & cum eis ad portam vſq; proficiſci. Vt autem eam viderunt dæmones apud illos, palam clamitabant: Si non ceſſaueris, te dæmoniacā efficiemus. Illa contemnens minas procaces, perſtitit in precibus. Vbi ad portam vrbis ventum eſt, ecce clementiſſimus Saluator apparet illis obſtinatis, totus vulneribus confectus, & ſanguine madidus, inuitat ad pœnitentiam, promittit veniam. Illi mox mutati, cum multa inſtātia petunt ſacerdotem, peccata ſua valde dolenter cōfitentur. Facta confeſſione, blaſphemiæ mutantur in laudes Dei, dignos ſe etiam maioribus tormentis fatentur, ſtupent omnes repentinam conuerſionē, carnifices quoq; miteſcunt, nec audent noua imprimere ſtigmata, dum vident tantam animorum deuotionem. Deniq; illi ad mortem non ſecus atq; ad epulas feſtinant, ſpe bona freti, ſe per ſupplicia temporanea citiùs venturos ad gaudia ſempiterna.

Dæmones blaſphemis adſunt eoſq; exagitant.

Christus Saluator apparet blaſphemis obſtinatis vulneribus. Blaſphemorum cōuerſio.

VI. *Eadem S. Catharina impetrat precibus ſalutem animæ eam odientis.*

Idē ibid.

IN eadem vrbe fuit quędam ſoror de pœnitentia ſancti Dominici, Palmerina nomine. Hæc incredibili odio, & inuidia ſtimulata, nec nomen ſanctæ virginis audire ſuſtinuit. Obtrectabat ei priuatim & publice, nec obtrectationibus & maledictis poterat ſatiari: deniq; modis omnibus ſe eam acerbiſsime odiſſe declarabat. Cernens id ſancta Virgo, humilitate, & manſuetudine eius animum placare nitebatur, ſed fruſtra. Confugit igitur ad Dominum & pro illa miſera ſingulares ei preces obtulit, petens miſericordiā. Audiuit Dominus preces eius, ſed prius exercuit iudicium, percuſſitque illam Palmerinam in corpore: at nihilo illa melior facta, immo exacerbata magis, infenſiorem ſe Virgini oſtēdit. Rurſus ergo ſtuduit humilitatis & manſuetudinis officijs eā emollire. Seruiebat illi modis omnibus, quibus poterat, blandiſq; verbis & obſequijs eam conſolabatur: ſed ſaxo durior nihil mouebatur tanta humanitate & beneuolentia, immo vero ex ſuis ædibus eam iuſsit furibunda expelli. At iuſtus Iudex tantum charitatis odium cernens, ita eam percuſsit, vt repente omnibus viribus deſtituta, ad inferos properare videretur. Quod

Maledica punita

vbi cognouit ſancta Virgo, ſe in ſuum cubiculum recepit, eoq; clauſo, crebro & inſtantiſſimè rogabat Dominũ, ne ſui occaſione illa anima periret. Oſtendit autem illi Dñs miſeriam & periculum infelicis illius Palmerinæ, aitque, iuſtitiam ſuam ferre non poſſe, quin tam pertinax odium puniretur. Tum virgo mente & corpore ſe humi proſtrauit, dixitq; ad Dominum, ſe nullo pacto de eo loco ſurrecturam, donec Palmerinæ miſereretur. Iam tres dies & noctes iacuerat illa miſera in agone, & ſupremum trahebat ſpiritũ, nec tamen mori potuit. Nam toto hoc ſpatio perſeuerabat ſancta Virgo in precibus, & tãdem lachrymis vicit & expugnauit inuictum & inſuperabilem, ita vt adſpiraret illi adamãtino pectori gratiam ſuam, qua agnoſceret culpam ſuam, eamq; ſe admiſiſſe doleret. Id poſtquam Domino reuelante ſancta Virgo didicit, mox abijt ad illam: quæ vt eam ad ſe veniẽtem vidit, quibus poterat ſignis, gaudium, & erga illam reuerentiam oſtendit, cum prius eam videre non poſſet æquanimiter; ſicq; perceptis Sacramentis, cum magna cordis contritione migrauit à corpore. Cuius animã vidit ſancta virgo in tanto decore & pulchritudine, vt nullis poſſit verbis exprimi, cũ tamen nondũ eſſet in gloria viſionis Dei: aitque Dominus ad Virginem: Quis non omnem meritò perferat laborem, vt poſſit lucrari tãtę pulchritudinis creaturam? Si ego tanto animarum amore captus fui, vt pro illis redimẽdis homo fieri: & ſanguinem libens fundere voluerim: quanto magis vos debetis ſummopere in eam curam incumbere, ne pereant tam ſpecioſæ creaturæ.

S. Catharina Senẽſis vincit bono malum.

Anima beatæ pulchritudo

VII. *Eliſabetha precibus adoleſcentem vanum adducit mirabiliter ad religionem.*

VEnit aliquando matrona quędam nobilis ad ſanctam Eliſabetham Regis Hungariæ filiam inuiſendi gratia, adducto ſecum adoleſcente, quem veſtis compta, & incompti mores, ſeculari prorſus eſſe animo haud obſcurè prodebant. Ad quem Eliſabetha: Quid tu, inquit, ò adoleſcens tam inſigniter & veſte: & moribus ſæcularẽ præfers animũ, quem magis Deo tuo prona ſeruitute iam olim dedicatum oportuit? Eſt, ait adoleſcens, hei mihi, ita vt dicis, ò Domina: ſed oro te plurimum, pro me Deum precari digneris, quo mihi bonum, quod proponis, & incipiendi, & perficiendi, donetur gratia. Mox illa: Ita ne, inquit, ſerio petis, vt pro te Deum rogem? Peto, ait ille, ſerio, intimeque. Statim illa: Oportet, inquit, te itidem facere, preceſq; meas tuis iuuare. Quo perſuaſo, itum eſt, atque vtrinq; oratũ loco ſatis congruenti. Iamq; nonnihil moræ interceſſerat, cum ecce adoleſcens clamare occœpit. Iam iam, ò Domina, precari deſiſte. Incendor enim ita tuarum feruore precum, vt ferre vix queam. Tum illa vehementius orationi inſtare, acriore mentis annisu Deo propinquare. At ille ſemet intẽſius inflammari ſentiens, viribuſq; paulatim deſtitui, toto iam corpore in ſudorem eunte, atque crebri vaporis nebulam paſſim exhalante, clamat altiore voce, diſiectis præ laſſitudine brachijs, genibuſque ad ruinam ſubſidentibus: Ceſſa, ò domina, ceſſa: quia vaſtiſſimo ſupplicationis tuæ incendio præcordia mea, & ipſæ medullæ depaſcuntur. Defectum iam iuuenem duæ confeſtim ex pediſſequis, ſimulque matrona paullò antè memorata, medium corripiunt, & ne caſu repentino elideretur, ſuſtentant, feruorem eius intentiſſimum, & calidiſsimo perfuſa membra ſudore, vix tactu manuum pati valentes. Tandem nihilo ſegnius orare perſeuerantem, anhelus iuuenis quam potuit altiſsima voce, ſæpius inclamat, dicens: Oro te per Ieſum, vt cœpto munere iam iam ſuperſedeas, ne me precibus infauſtè mori cogas, quem vitæ meliori feliciter deſtinaſti.

Iacob. Montan. Spiren. in vita eius c. 24. apud Sur. 9. Noućb. to. 6.

Vis precum.

Con-

Confeſtim igitur vt Eliſabetha precandi ſtudium remiſit, remiſſo pariter calore, iuuenis eſt velociſſimè refrigeratus, aſſumpturum ſeſe maturius Franciſci Aſſiſinatis inſtitutum pollicitus: quod & non multo poſt tempore aſſumpſit, aſſumptum coluit, cultum viriliter conſummauit.

VIII. *Chriſtus Dominus docet S. Mechthildem non ira, ſed commiſeratione peccatores perſequendos.*

Lud. Bloſſ. Monil. ſpir. c. 1.

ORante B. virgine Mechthilde pro quodam homine, aduerſus quem ipſa indignabatur, propterea quod ille adhuc quaſi incorrigibilis permanebat, Dominus eidẽ virgini ait. Ea condole mihi electa mea, & ora pro miſeris peccatoribus, quos tam charo emi pretio, & tam longanimiter expecto: cupiens vehementer, vt ad me conuertantur. Ecce, ſicut hoſtiam in ara Crucis me aliquando obtuli, ſic adhuc eodem amoris affectu aſſiſto Deo patri pro peccatoribus: quia mihi maximè optabile eſt, vt peccator per veram pœnitentiam conuertatur, & viuat.

IX. *Precibus ſancti Dunſtani eripitur anima Eduini Regis, ne ad inferos damnaretur.*

Ex Oſberti Monach. Baron. to 10 an. Do. 959.

ANno Domini 959. perfectam pacem obtinet Eccleſia Anglicana, defuncto Eduino Rege, & ſuccedente in monarchiam regni totius Edgaro. Porrò precibus S. Dunſtani, quem afflixerat, ne penitus ad inferos damnaretur, animam eius ereptam, ita narrat Osbertus Monachus. Interea Eduinus è vita præſenti ſubſtractus, & anima ipſius Dunſtano in orationibus occupato a quibuſdam teterrimis hominibus curſim eueſtigio eſt præſentata. Cuius miſeriam miſeratus, ſuarum iniuriarum immemor, pro liberatione eius immenſos omnipotenti Deo lachrymarum imbres effudit, nec ab eis deſtitit, donec ſe pro eo exauditum agnouit. Facto igitur non grandi interuallo, Mauri illi ad Dunſtanũ ſua præda vacui redeunt. Et quia ſuas iniurias vlciſci ſuperuacuè venerant, calumnoſa voce depromunt; quorum ille furores nihil penſans Deo ſuper ineffabili miſericordia eius gratias egit.

X. *Chuno quadraginta annis vixit moribus ſæcularibus, & tribus tantum in vita religioſa, in qua precibus ſuorum confratrum in morte fuit præſeruatus à dæmonum inſidijs.*

Hieron. Platus l. 1. de bono ſtatu religioſ. cap 31.

SImile quiddam, & non minus relatu dignum eſt, quod traditur de Chunone Malburgenſis oppidi Domino, qui cum quadraginta annis in ſæculo ſæcularibus planè moribus vixiſſet, religioſam deinde ſecutus diſciplinã, triennio poſt piè defunctus eſt. Quo tempore narrauit dæmon, qui energumenam obſidebat, ſe & alios ex ſuis quindecies mille (tot enim fuiſſe faſſus eſt) in morientis cellam conueniſſe: ſed tamen tantum abfuiſſe, vt ei nocuerint, vt ne propius quidẽ accedere potuerint, repulſi, vt aiebat clamoribus validis, quos tonſurati illi (ſic. n. Dei hoſtis famulos Dei, eorumq; orationes ludibrio appellabat) lectulo aſſiſtentes fundebant. Adiecit etiam magnam querelam, ex qua ipſa querela religionis vis conſtare nobis poſſit, de inſigni iniuria à Deo ſibi facta; quod cũ Chuno ille annis quadraginta ipſis dæmonibus, Deo autem tantummodo tribus ſeruijſſet, eum tamẽ inferni pœnis ereptum in cælum euexiſſet.

XI. *Sancta Coleta precibus impetrat ſalutem religioſi diſſoluti.*

Stephan. Iuliacus in vita S. Coletæ, cap 70.

FVit religioſus quidam ſiue Monachus, genere nobilis, dignitate haud vulgari, ſed conſcientia ſic ſatis diſſoluta, & exigua animi deuotione. Is tantum fidebat Coletæ precibus, vt nullius magis fideret, ſpemque ſalutis ſuæ in ijs plurimum collocaret. Cùm autem Coleta in longinqua verſaretur regione, ſpiritu præſenſit, illum Monachum non diu ſuperuicturum:

co-

cognouit etiam horrendas pœnas, & dira tormenta, quæ ob peccata ſua eſſet perpeſſurus: ſed ita tamen, vt tandem fieret ſaluus. Multum igitur, diuque rogauit Dominum pro illo, vt pœnas illas minueret, nec priùs orare deſtitit, donec certo didicit eius futuram beatitudinem.

TIT. XXIII. Fundendas eſſe preces pro defunctis.

EXEMP. I. *Verecundus precibus ſaluatur.*

Aug li. 9 Conf. c. 3

MAcerabatur anxietudine Verecũdus de illo noſtro bono, quod propter vincula ſua, quibus tenaciſſimè vinciebatur, deſeri ſe noſtro conſortio videbat, nondum Chriſtianus coniuge fideli: ea ipſa tamen arctiore præ cæteris compede ab itinere, quod aggreſſi eramus, retardabatur. Nec Chriſtianum eſſe alio modo ſe velle dicebat, quam illo, quo non poterat. Benigne ſanè obtulit, vt quamdiu ibi eſſemus, in rure eius eſſemus. Retribues illi Domine in reſurrectione iuſtorũ, quia iam ipſam ſortem retribuiſti ei. Quamuis enim abſentibus nobis, cum Romæ iam eſſemus, corporali ægritudine correptus, & in ea Chriſtianus & & fidelis factus ex hac vita emigrauit: ita miſertus es, non ſolum eius, ſed etiam noſtri, ne cogitantes egregiam amici erga nos humanitatem, nec eum in grege tuo numerantes, dolore intolerabili cruciaremur. Gratias tibi Domine Deus noſter; tui ſumus, iudicant hortationes & conſolationes tuæ: fidelis promiſſor, reddes Verecundo pro rure illo eius Caſſiciaco, vbi ab æſtu ſæculi requieuimus in te, amœnitatem ſempiternè virentis paradiſi tui, quoniam dimiſiſti ei peccata ſuper terram, in monte incaſeato, monte tuo, monte vberi.

II. *D. Auguſtinus orauit pro matre ſua defuncta.*

Idē ibid. c. 11. 12. & 13.

CVm quodam die ægrotaret ſancta Monica, defectum animæ paſſa eſt, & paullulum ſubſtracta à præſentibus. Concurrerunt ergo filij eius, ſed cito reddita eſt ſenſui; quibus circumſtantibus quærenti ſimilis ait: Vbi eram? Deinde eos intuens mœrore attonitos: Ponite, inquit, vbicumq; hoc corpus, nihil vos eius cura conturbet; tantum illud vos rogo, vt ad Domini altare memineritis mei, vbi fueritis. Cumq; hanc ſententiam verbis, quibus poterat, explicaſſet, conticuit, & ingraueſcente morbo exercebatur. Ergo die nono ægritudinis ſuę, anima illa religioſa & pia corpore ſoluta eſt. Poſt cuius obitum ipſe diuus Auguſtinus oculos ei premebat, & confluebat in præcordia ſua mœſtitudo ingens, & transfluebat in lachrymas, ibidemq; oculi ſui violento animi imperio reſorbebant fontem ſuum vſque ad ſiccitatem, & in tali luctamine valde malè ipſi erat. Verũ cohibito planctu, Pſalterium arripuit Euodius, & cantare cœpit pſalmum, cui reſpondebat omnis domus: Miſericordiã & iudicium cãtabo tibi Domine. Poſtmodum autem corpore defunctę elato, iuit & rediuit ſine lachrymis S. Auguſtinus. Nã neq; in eis precibus, quas Deo fuderat, cum offerretur pro ea ſacrificium pretij noſtri, iam iuxta ſepulchrum poſito cadauere, priuſquam deponeretur, ſicut fieri ſolet, nec in eis precibus fleuit, ſed toto die grauiter in occulto mœſtus erat, & mente turbata Deum rogabat vt poterat, vt ſanaret dolorẽ ſuum, nec faciebat, credo, cõmendans memoriæ ſuæ, vel hoc vno documento omnis conſuetudinis vinculum etiam aduerſus mentem, quæ iam non fallaci verbo paſcitur. Sanato demum corde ab illo vulnere, in quò poterat redargui carnalis affectus, fudit rurſum ad Deum pro illa famula ſua longè aliud lachrymarum genus, quam prius,

S. Aug. dolor ingens in morte matris.

quod

quod manat de concuſſo ſpiritu conſideratione periculorum omnis animæ, quæ in Adam moritur. Quãquam illa in Christo viuificata, etiam nondum carne ſoluta ſit vixerit, vt laudetur Dei nomen in fide, moribuſque eius.

III. *Theodoſius Imperator pro parentibus ſuis defunctis ad D. Ioanni Chryſoſtomi tumulum precatur.*

Niceph. Call. Eccl. hiſt. lib. 14. c. 43.

CVm Proclus Epiſcopus Conſtantinopolitanus ſciret Eccleſiam dudum ſciſſam eſſe, propter abrogatam ſancto Ioanni Chryſoſtomo dignitatem, cõſilium quæſiuit, quomodo Eccleſiam à diſſidio & ſeditione conſeruaret, & hominum mœrorem conſolaretur. Rem eam Dei ductu mirabiliter eſt aggreſſus. Quinto Patriarchatus eius anno plebs, quæ pie propter D. Ioãnem Chryſoſtomum tumultuata fuerat, congregata, Proclo perſuaſit, vt legatione apud Imperatorẽ fungeretur, vt ſanctus ille vir ab iniuſto exilio reuocaretur, populuſque & Eccleſia orbitate liberaretur, petiturus. Id Proclus ſtatim non grauatè perfecit: & qui corpus eius adducerẽt, miſſi ſunt. Tumulus autem immobilis prorſus fuit: & cum multæ multorum manus ad eum mouendum adhibitæ eſſent, nihilo magis loco moueri potuit. Quod vbi Imperator cognouit, ſtatim cauſam eius rei intellexit. Itaq; litteris rubrica ſcriptis, virum ſanctum, vt adduci ſe pateretur, obteſtatus eſt. Litteræ ipſæ ſupra pectus eius poſitæ, & peruigilium actum, preceſq; ad Deum fuſæ ſunt. Ita tumulus ſe adducẽtibus facilem præbuit, & ſanctus ipſe, pondus eius leuius redditum, vna cũ baiulis ſimul ferre viſus eſt. Litteras Theodoſij ad eum ſcriptas hic referre nimis lõg ũ viſum eſt. Poſtquam autem itinere confecto, in littus ex aduerſo Conſtantinopoli ad Chalcedonem cum reliquijs ſancti viri peruenere, tranſijt eò Imperator, & Senatus Imperatorius: tranſijt etiam Patriarcha, & Iudices, magiſtratuſq; omnes; deinde generis & ætatis homines omnis, per fretũ in mari perinde atq; in continente vadentes, & ad Propontidem os Boſphori ardentibus funalibus tegentes, Sacrum tumulum Imperatoria triremis excepit, &c. Ibi Imperator ſacro tumulo chlamyde tecto, & fronte atq; oculis vrnæ impoſitis, cõmunem ſupplex precationem pro parentibus fecit. Dudum enim illi mortui fuerant, in pupillari ætate eum tenerũ adhuc relinquentes. Seorſim verò pro matre quoq; precatus eſt, vt tumuli eius motus, atq; ſtrepitus conſiſteret. Triginta enim & quinque annos iam is quatiebatur, quo tempore ſcilicet & ipſa Eccleſiam concutiebat. Nec ille id non exorauit: confeſtim namque vrna eius conſtitit.

S. Ioãnis Chryſoſtomi tumulus nulla vi mobilis.

Reliquiarũ S. Chryſoſtomi trãſlatio & põpa.

IV. *Mathildis regina orat pro marito rege defuncto.*

Vuitichindus Saxo li. 1. Saxoniæ in fine. Albert. Crant in metrop. l. 3. c. 11. Luithprand. l. 4 c. 7. Baro. to. 10. an. Domini 936. 2.

ANno Redemptoris 936. Chriſtianæ Religionis decus Henricus Rex Germaniæ, perdomitis circumquaq; gentibus, poſtremo Romã proficiſci ſtatuit, ſed infirmitate correptus iter intermiſit: cumque iam ſe grauari morbo ſenſiſſet, conuocato omni populo, deſignauit filium ſuũ Ottonem Regem, tandemq; multipliciter pietatis poſt ſe egregijs monumentis relictis, à Deo ad requiem vocatus eſt, relicta coniuge valde pia Mathilda nomine, de qua iſta Luitphrandus, dum agit de eiuſdem Henrici ſepulchro. Henrici corpus in Saxoniam deportatum in nobiliſſimarum, ac religioſiſſimarum monaſterio puellarum, quod in ipſius Regis prædio, vocabulo Quintelingaburch ſitum liquet, in Eccleſia cum immenſa eſt veneratione repoſitum. Vbi & venerabilis eius coniux, regniq; conſors ex eadem gente, nomine Mathildis, vltra omnes quas viderim & audierim matronas, pro delictorum expiatione celebre exequiarum officium, viuam Deo hoſtiam offerre non deſinit. Addit Ditmarus, per eundem Henricum Cunſum

Ditmarus lib. 1.

ſum Daniæ Regem ad Chriſti fidem conuerſũm, & Danos ipſos ab immolatione hominum per eum reuocatos; poſt obitum verò Mathildem coniugem multis, diuerſiſq; ſanctis operibus eius animam Deo commendaſſe.

V. *Senex orat pro fratre negligente defuncto.*

Pra. ſpir. c. 44.

SEnex quidam enarrauit nobis, cum Thebaidam veniſſemus, quod ſenex vnus morabatur extra ciuitatem Antinoum, magnæ virtutis vir, qui in cella ſua egerat annos LXX. Erat autẽ illi diſcipuli decem, ex quibus vnus erat valde negligens ſui. Senex ergò ſæpius illum corripiebat, & hortabatur dicens: Frater, ſollicitudinem gere pro anima tua; habes .n. mori; & niſi te emendaueris, in ſupplicium tendes. Frater autem ille ſemper ſeni inobediens erat, nec ea, quę ab ipſo dicebantur, admittebat. Contigit autẽ, vt poſt aliquantum temporis iſte moreretur. Cõtriſtatus vero ſenior ſuper illo valde (ſciebat enim quod in magna deſidia & negligentia de ſæculo exijſſet) cœpit orare & dicere: Domine Ieſu Chriſte verax Deus noſter, reuela mihi, quid ſit circa Fratris animam. Adſpexit autẽ in exceſſu mentis effectus, fluuiũ ignis, ingentemq; in ipſo igne multitudinem, ac medium Fratrem illum ad mediũ vſque demerſum. Tunc ait illi ſenior: Nonne te propter hanc pœnam orabam, vt curam animæ ageres, fili? Reſpondit, Frater, & ait ſeni: Gratias ago Deo, Pater, quod vel caput meum requiem habet. Per orationes enim tuas ſupra caput Epiſcopi ſto.

Reuelatio de ſtatu negligentis fratris.

VI. *Pia mater precibus impetrat ſalutem perfectam defuncti filij.*

Ioa. Vaſæus in Chronico Hiſp. ad an. 920.

ANno nongenteſimo vigeſimo, fato conceſſit Siſnandus quartus Compoſtellanus Epiſcopus, cuius tanta fuit fama ſanctitatis, vt Ioãnes Papa, opinor, decimus (nam audiendi nõ ſunt, qui decimum tertium fuiſſe dicunt) per litteras & tabellarium proprium ſe precibus ipſius commendauerit. Mortuus eſt autem ſenio confectus. In cuius obitu voces audita ſunt Angelorum canentium: Veni electe Dei, intra in gaudiũ Domini tui. Succeſſit illi Gundeſindus quintus Compoſtellanus Præſul, & Comitis cuiuſdam filius: ſed hic cum mundo quam Deo magis deditus eſſet, vitam nõ ſatis pio fine clauſiſſe dicitur. De qua re mater eius, matrona pia, graui confecta dolore, & de anima filij vehementer ſollicita, antẽ aram beatiſſimi Iacobi Apoſtoli diuinam miſericordiam dies noctesq; non deſtitit implorare, & fletibus, precationibus, ieiunijs, eleemoſynis ſibi demereri, interpoſito Diui Iacobi patrocinio, donec quadã nocte in templo eiuſdem Apoſtoli vocem hanc audiuit: Scias filium tuum hac nocte ad electorum ſocietatem admiſſum fuiſſe.

Angelorũ cantus in morte iuſti.

Matris pro filio preces eũ à pœnis liberant S. Iacobi Apoſtoli patrocinium.

VII. *De ſingulari ſanctæ Coletæ charitate erga defunctorum animas.*

Stephan⁹ Iuliacus in vita S. Coletæ c. 69. Sur. to. 2. Mart. 6.

SAncta Coleta Virgo Religioſa ita proximos diligebat, adeoque promouere cupiebat cuiuſlibet bona ſpiritualia, vt quiete potiri non poſſet in ſpiritu, niſi ei pro ſua vocatione & facultate ſubueniret. Et libẽter illa etiã ſeipſam obligaſſet, vt poſſe opitulari proximis, ſicut & reipſa fecit. Cum enim nobilis quidam in eam ignominiam incidiſſet, vt ſine magno diſcrimine non poſſet ſatisfacere creditoribus ſuis, illa charitate feruenti effecit per bona quædam ipſi cõmendata, vt abſq; detrimento euaderet. Etſi vero ingens eius erat charitas erga viuentes, attamen ſine vlla comparatione magis cupiebat pia benignitate ſuccurrere vita functis. Miro quippe tenebatur deſiderio alleuandi cruciatus grauiſſimos animarum in locis purgatorijs degentium, quibus adeo condolebat, vt diceret, ſe libenter illarum loco pœnas illas perpeti velle. Itaq; volebat, vt demptis tribus ante

Charitas S. Coletæ in proximos.

Paſcha diebus, ſorores quotidie dicerent officium defunctorum.

VIII. *Sancta Chunegundis orationibus & eleemoſynis mariti animam ſtudioſe proſequitur, & commendat.*

Ex Leone Oſtienſ. li 2 cap. 47 Baro. to 11. ann. Do. 1024 10 11. Epiſtola inſignis S. Chunegundis gina.

QVanta eleemoſynarum largitate, quantaq; orationis inſtantia pro beati Henrici Imperatoris Chriſtianiſſimi mariti ſui anima deſudauerit Chunegundis Imperatrix, ex litteris miſſis ad moniales monaſterij Confugienſis patet: Propriæ aduerſitatis ſarcinã (velut æſtimo) facilius tolerarem, ſi veſtras res ſaluas incolumeſq; eſſe viderem. Quamuis enim mens procelloſis curarum fluctibus vndiq; quatiatur; veſtræ tamẽ recordationis anchora à cordis profunditate nõ auellitur: & licet longe remotæ ab oculis ſitis, ab animo tamen nunquam receditis, Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? caſus doloris, an longinquitas remotionis? Quin etiam ſi amiſſæ facultatis vſus cõcederentur, voluntas hac operis exhibitione comprobaretur. Ipſum tamen modicũ, quod adhuc, Deo volente, reliquũ tenemus, veſtræ commonitioni alienum eſſe nolumus, vt participatione paruitatis reueletur magnitudo deuotionis: mater namq; ſi parum habuerit, parum filijs tribuit. Ecce hæc modici ſumptus munuſcula ad refectionem carnis vobis mittuntur, vt animã ſenioris patris veſtri continua alimonia orationis reficiatis: quoniam tot iuſtorũ preces vnanimiter continuatæ apud Deum multum poſſunt proficere, Iacobo atteſtante: [Multum valet deprecatio iuſti aſſidua.] Ille etiam atq; etiam iuſtus Dominus, qui iuſtitias dilexit, æquitatem ſupplicationis audire non reſpuit; ſed vobis indefeſſis interceſſoribus ſupra dicti chari memoriam facientibus, ſalutis dabit præmium, quod ipſemet promittit, dicens: [Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit:] atque bonum opus in conſpectu etiam Dei placitum eſſe cernitis, ſi non ſolum pro illis, qui in hac vita poſiti multa vobis bona; ſed pro illis etiam, qui nulla fecerunt, oraueritis. Obſecro ergo, vt eum à cordibus veſtris nũquam abijciatis, qui vos tanquam proprias amauit, atque hunc locum veſtra ſeruitute florere voluit.

IX. *De charitate S. Lyduinæ erga defunctos.*

Io Brugman. in vita eius par. 3. c. 2 apud Sur. 14. Ap. to. 2. Purgatorij pœna.

COgitabat frequenter ſancta Lyduina, quam ſanctum & ſalubre ſit orare pro mortuis, qui ſunt in regione expiationis, non ad perditionem, ſed ad purgationẽ: non ad deſtructionem, ſed ad caſtigationem. Itaq; arreptis armis ſpiritualibus, eis ferre ſuppetias cõnitebatur. Nocturno tempore rapta in ſpiritu ad loca pœnarum, videbat non abſq; maxima commiſeratione torqueri animas, & ingentes ignium globos in ſublime efferri. Roganti autem quandoq; Angelo, num animam, quam digito monſtrabat, iuuare vellet, perquam velle reſpondit: Tũ Angelus. Oportet, inquit, per medias tranſire flammas. Ego vero, ait, libens, id faciam. Tranſiens igitur per flammas, vidit illic tortores ſeſe contrahentes, indigneq; ferentes humanitatem eius, qua cupiebat ſubuenire animabus. Cumq; iam pertrãſiſſet, vidit animam ab Angelo indicatam è pœnis eripi, & poſtea exultabundam ad cœlos proficiſci. Rogauit eam quædam, ut pro patre ſuo per id tempus defuncto oraret. Ducta eſt autem in ſpiritu ad regionem illam, ubi eius uiri anima cruciabatur: atque ei Angelus: Hic eſt ille uir, pro quo te deprecaturã ſpopondiſti. Vt autem uidit eam uir ille, ait ad ſocios: Ab eo tẽpore, quo purgandus hunc intraui locum, ſpiritum in carne degentem non uidi, niſi ſpiritum Virginis huius. Sit benedictus Deus, qui mirificauit miſericordiam ſuam mihi in hac hora. Paulo poſt, orante & patiente pro eo ſancta vir-

Viſiones variæ S. Lyduinæ

virgine in corpore ſuo, liberatus eſt, ſicut vxori eius poſtmodum reuelatum eſt. Vidit aliquando Lyduina ſpiritũ alicuius defuncti ſpecialibus pęnis excruciari, ferreis ſtipitibus cõfixum, audiuitq; ab Angelo, eum eſſe fratrem illius fœminæ, quæ petijſſet, vt oraret pro eo: ſe quoq; impetraturã, ſi quid pie pro eo peteret. Orauit igitur, vt ab illis ferreis ſtipitibus extraheretur. Illico à pœnis illis ſpecialibus abſolutus, ductus eſt ad communem purgandorum locum. Sorore autem eius importune ſcire cupiente ex Lyduina de ſtatu illius, tandem ea retulit, quid vidiſſet, iuſſitq; certas præſtari eleemoſynas, & in ijs caponem, qui pauperibus ægrotis donaretur. Fecit illa, vt iuſſa erat, & ecce nocte intempeſta adeſt turba dæmonum, è quibus vnus caponem manibus tenebat, ſimilẽ illi, qui fuerat datus pauperibus; quo grauiſſime cecidit facies vtriuſque, ideſt, Lyduinæ & ſororis defuncti illius. Et hęc quidem poſtea in quoſdã incidit morbos propter fratrem ſuum, quos cum præ dolorum atrocitate ferre non poſſet, orauit Lyduina pro ea, & quamprimum liberata eſt: quod autem reliquum fuit pœnarum, id in Lyduinã tranſlatum eſt: ſicque tandem è pęnis liberata eſt anima illa. Ob zelũ aĩarũ ſæpe cruentos lachrymarum fudit imbres, dicebatq; Dño: O ſi poſſem, Deus meus, carnem & ſanguinem meum dare pro animabus illis, quas tu caſtigas. Pro his ergo orabat, ſuſpirabat, vigilabat, ſacrificia offerenda curabat, ſe totam in holocauſtum offerebat. Balduinus quidam de Campo, cum è corpore migraſſet, Lyduina rapta in ſpiritu vidit hominẽ, facie ſibi ignotum, ſtare ad pedem montis, & volentem quidẽ aſcendere, ſed minime valentem: audiuit etiam dicentem ſibi: Miſerere mei, Lyduina, miſerere mei, & in montem hunc me deportato. Illa accipiens eum in humeros ſuos tulit in mõtem, ſed difficulter ſanè: ait autem ad eum, Qui vocaris? Et ille: Balduinus à Campo, inquit. Mane confeſſarius virginis venit ad eam, viditq; ceu labore graui defeſſam, & ægre reſpirantem. Itaque ait ad eam: Ecquid habes filia? Cur præter morem tam difficulter reſpiras: Illa reſpondit: Ego, pater, à monte iam venio, in quem Balduinum à Campo tranſtuli, ſudore pariter & labore iam afflicta. Ille nomen viri iam ante crebro audierat, ſed virum ignorabat. Sed triduo poſt neſcius eo venit ſacrificaturus, vbi Balduinus deceſſerat, didicitque è templi cuſtode, eadem nocte eum obijſſe, quo Lyduinæ apparuit.

Diuerſa purgatorij loca.

S. Lyduinæ charitas in proximos admirabilis.

Lyduina adhuc viuens à mo[…] ... vocatur.

X. *B. Mariæ Oegniacenſis pietas erga animas purgatorij.*

BEata Maria Oegniacenſis in lampade cordis ſui ignem charitatis oleo miſericordiæ iugiter fouebat, ne forte cum fatuis virginibus abſq; oleo deprehenſa à nuptijs æternæ iucunditatis repulſa excluderetur. Satagebat itaq; pro viribus cuncta miſericordiæ opera ex abundanti cordis pietate foris exercere; & vel maximè adeſſe & opitulari ægrotis, & defunctorum ſepulturæ intereſſe; vbi ſane multa ei arcana cæleſtia ſæpiſſime à Domino reuelata ſunt. Cum ſoror Fratrum de Oegnies ſupremum traheret ſpiritũ, illa intra cellulam ſuam perſenſit multitudinem fremẽtium; & rugientium dęmonum ad eius ęgrotę lectulũ adeſſe, cum iam pro ea fieret commendatio: putabant enim illam defunctam. Tum illa ſolitę grauitatis, & innatę verecundię quaſi oblita, ad lectulum illius accurrit, terriſque illis ſpiritibus ſe opponens non ſolum precibus eos abigebat, ſed etiám pallio tanquã muſcas abigebat. Cum autem ſceleſti illi terribiliter reſiſterent, ſororiſque animam, vt ſuam, ſibi vendicare vellent: tum illa amplius nõ ferens, clamabat ad Chriſtum ſuum, eiuſque crucifixi ſanguinem & mortem cõtinenter implorabat; cumq; rugientes illi, prepa-

Iacob de Vitriaco Car. l. 2. i vita ei° c 3 apud Sur. 23. Iunij.

Dæmones curſ ſtãt moribũdes.

Inſtorit preces dæmonibus fortiores.

rati ad eſcam, multis calumnijs animā illam exagitarent, illa tandem à Spiritu ſancto fiduciā concipiens (vbi enim Spiritus Domini, ibi libertas) in hæc verba prorupit: Domine, ego pro hac anima fideiubeo: nam tametſi peccauit, at confeſſa eſt peccata ſua. Quod ſi fortaſſis negligentia aut ignorantia quæpiam in ea hæſit, licet loqui non poſſit, manet tamen adhuc illi tua benignitate cōtritionis ſpatium. Fratres interim voces tantum & geſtus eius aduerſus dæmones percipiebāt, et Domino pro anima ſororis ſuę deuotas preces fundebant. Tandem victis & pudore affectis dęmonibus, ſanctiſq; Angelis aduentantibus, illa Deo laudes grateſq; agens, ad ſe reuerſa quieuit: receptoque pallio ſuo, quod in illo conflictu abiecerat, ad cellulam ſuam cum verecundia recurrens, clauſo oſtio, deliteſcebat. Non diu poſt, cùm in ferijs Apoſtolorum Petri & Pauli, pro eadem anima deuotè ſupplicaret, & de ſtatu eius, quippè pro qua fideiuſſiſſet, ſollicita eſſet, Beatiſſimus Petrus Apoſtolus oſtēdit ei animam illam diris Purgatorij pœnis affectam, ſimulque & pœnas ipſas, & pœnarum cauſas ei indicauit. Magno cruciabatur ardore, quod mundum & ſæculi voluptates nimis ardēter amaſſet. Interdum etiam acerrimo affligebatur frigore, quod pigra & deſes fuiſſet ad bona agenda, tum vel maximè, quod liberos & familiam ſuam admodum negligenter correxiſſet. Siti etiam miſerandum in modum torquebatur, quod plus ſatis fuiſſet potationi dedita. Nuditate quoque, quod veſtes ſuperfluas habuiſſet, valdè affligebatur. At pia Chriſti ancilla, vt viſceribus pietatis tota affluebat, erga illos præſertim, qui in Purgatorio torquebantur, non fuit contenta precibus ſuis, ſed multa illi etiam ab alijs precum, & ſacrificiorum ſuffragia conciliauit.

Angeli morbundis ſuccurrunt.

S. Petri Apoſtoli apparitio

Pœna amantis mūdi vanitatem Variorū peccatorum varia pœna.

XI. *Nullam maiorem vlli mortalium præſtari poſſe miſericordiam, quam animabus in purgatorio igne agentibus.*

NOn ignorabat id beata Chriſtina vulgò mirabilis dicta, quæ è viuis ablata cū deducta ab angelis fuiſſet ad locum tenebroſum, ac horrendum, animabus hominum plenum, ibique tormenta vidiſſet horrenda, & terribilia, narrationem omnem ſuperantia, accepiſſetq; purgatorium eſſe, eadem deducta ad Chriſtum, oblationem ſibi factam videt: vel beatitudine iam perfruendi, vel reſumpto corpore, per opera pœnitentiæ ſatisfaciendi pro animabus à ſe in purgatorio viſis. Reſpondit ergò, velle ſe eius rei cauſa corpori reſtitui: quod & factū eſt. Vidiſſes ergo illā nunc in ardentes fornaces ſeſe proijcere, nūc in ignem, nunc in cacabos grandes bullienti aqua plenos; nunc ſub aquis gelu conſtrictis multos dies continuos hærere; nunc in mortuorum ingredi ſepulchra, ibique diu iacere; nunc in patibulis inter latrones dies aliquot depēdere; nūc alia id genus pęnitentiæ explere opera; in quibus omnibus tantos perſentiebat dolores, vt inclamaret aliquando altiſſime, & parturientis inſtar eiulare: ſed tamen illæſa ſemper, & ad nouos dolores integra, ex igne & incendijs emergebat.

Thom. Cāp. in vita eius apud Su. 23. Iun.

B. Chriſt. inſignis charitas erga animas defunctorū

XII. *De inſigni P. Franciſci Xauerij erga defunctos purgatorio igne cruciatos miſericordia.*

HAc ætate P. Franciſcus Xauerius, vt in eius vita ſcribitur, ſingulari cura & pietate animas defunctorum proſecutus eſt. Nam Malacæ cum eſſet, quod eſt nobile Indiarum emporium, poſt ſolis occaſum vrbem obiens, incolas tintinnabulo excitatos ſolemni carmine ſiue cantu admonebat, vt pro cruciatis purgatorio igne animis, proq; hoībus in peccato mortali

Horatius Turſelin. li. 3. c. 7. de vita eius.

P. F. Xauerij in defuncto charitas.

tali exiſtentibus diuinam imploraret clementiam. Illo abeunte ad alias Inſulas Indiarum, promulgandi Euangelij cauſa, ciuitas Malacenſis, inſtituti deſiderijq; ſancti viri memor, certũ conſtituit hominem, qui altera manu laternam, altera tintinnabulum gerens, idipſum primis tenebris faceret. Quod inſtitutum ab vrbe Malaca in Indię, Moluci, vltimiq; orientis vrbes, atq; oppida manauit, hodieq; viget, magno mortuorum, viuorũq; bono.

TIT. XXIIII. De v. opere miſericordiæ ſpiritualis: danda nimirum mœſtis conſolationis.

Ioſeph Patriarcha conſolatus eſt fratres ſuos mæſtos pro illo graui peccato, quo ipſum occidere voluerant.

1. Reg. 1. *Elcana pater Samuelis conſolabatur Annam eiuſdem Samuelis mãtrẽ, mæſtam, quod æmula eius improperaret ipſi ſterilitatem.*

Tob. *Tobias ſenior conſolatur vxorem triſtem ob longiorem filij ſui abſentis moram.*

Chriſtus Dominus conſolabatur Martham, & Mariam Magdalenam, triſtes ob Lazari fratris ſui mortem.

EXEMP. I. *Vt D. Antonius ſanctum Didymum cæcum ſit conſolatus.*

Niceph. Call. lib. 9. hiſt. Eccl. ca. 17.

S. Didymus ſcholæ ſacrarum diſcipli narum Alexandriæ Præfectus, cũ ab infantia, & eo tẽpore, quo elementa prima ei diſcenda forent, cæcus eſſet, literarum notitiam manuum contrectatione aſſecutus eſſe dicitur; nam earum formas in tabula altius exſculptas ſæpius tangendo cognouit. Alia porrò, vt ſyllabas, & literarum connexiones, & quæ ordine conſequuntur cætera, propter naturæ acumen, animo & auditu perueſtigata percepit. Præcipuumque ipſe miraculum fuit, cum audiretur & conſpiceretur. Multi quidem, vel vt virum viderent tantum, vel vt ſuauem gratamq. eius orationem audirent, Alexandriam venere. Præcipuè vero eum clariſſimus ille pietatis exercitio Antonius admiratus eſt. Quem dicunt, cum Alexandriã veniſſet, vt Athanaſio firmæ certæque fidei perhiberet teſtimonium, hæc ad Didymum prolocutum eſſe verba: Non eſt Didyme, quod te ipſum mœrore conficias, propterea quod oculis careas, quos mures, lacertæ & vilia animalcula habent. Voluptate potius & lætitia te efferri conuenit, qui itidem vt Angeli internis vigeas oculis: quibus clarè immortalem, & diuinam cognitionem percipis, veritatemq; ipſam exactè perſpicis. *Cæcitatis conſolatio.*

II. *Iuditham regno Hungariæ pulſam conſolatur Gregorius.*

Gregor. Mag. epi. li. 2 epiſ. 44. Bar. to. 11. an. Do 1074 84.

MVltæ ac diuerſæ cauſæ ſunt, propter quas intimo & ſincero cordis affectu te diligimus. Primò, quoniam ex vniuerſalitate ſuſcepti regiminis, omnibus, qui in Chriſto ſunt, debitores ſumus, &c. Cæterùm ea quę tibi nunc inſtat aduerſitas, non te terreat, nec mẽtem tuæ generoſitatis deprimat; ſed ſi quid mœſtum aut graue ingruerit, vultu regalis conſtantiæ, geſtuque diſſimula, & moleſtas (quas Deus auertat) cauſas naturali morum tuorum virtute patienter tolera, fiduciam & ſpem firmam habens in Deo Saluatore noſtro, quoniam ipſi cura eſt de te, qui nũquam derelinquit ſperantes in ſe: & quanto nunc animum tuum ſollicitudinibus verberari ſinit acerbius; tantò eum ex vicina & potenti virtute cõſolationis ſuæ lætificabit vberius. Ipſe enim nihil ſine cauſa præcipit, nihil ſine ratione permittit, qui Regum & Imperatorum, omniumque cauſarum arbiter & æquus moderator exiſtit. Verum inter omnia te id agere & ſtudere monemus, vt præclarum nomen vitę & nobilitatis tuæ ab ineũte ætate nactum in dies amplificetur, & creſcat. Qm̃ integritas famæ, licet præ cunctis terrarum

Fama integritas præcipuũ nobilium ornamentum.

opibus corona ſit nobilium & ignobilium; tantò tamen vnicuique plus ornamenti, & gloriæ tribuit, quãto eum eminentia generis altius extolli. Age ergò, vt omnibus, quæ regnum fert, & imperium, tantò te excellentiorem oſtendas, quantò ea omnia mutari cognoſcis. Tuam vero naturam & imperiale germen, quod in te eſt, nullis ſucceſſibus, nulliſve aduerſitatibus imitari poſſe proponas. De cætero, quod nos matrem tuam de cauſa tua compellare rogaſti: pro certo ſcias, nos omnia, quæ ad honorem & ſalutem tuam pertinent, & conſulendo libenter ei intimare, & perſuadendo vt fiant, Apoſtolica benignè adiutoria exhibere. Deus autem omnipotens, qui eſt mœſtorum conſolatio, infirmantium fortitudo, præſentem vobis lætitiam cito conferat, & veram eternamq; gloriam ſupernæ felicitatis tribuat.

III. *Gaufridi parentes mœſtos ob filij in religione perſeuerantiam conſolatur D. Bernardus.*

D. Bern. Epiſt. 110

SI filium veſtrum Deus fecit & ſuũ, quid vos perditis, aut ipſe quid perdit? Fit de diuite ditior, de nobili generoſior, clarior de illuſtri: & quod his omnibus maius eſt, ſanctus de peccatore. Oportet autem eum præparari regno, quod ſibi paratum eſt ab origine mundi: atque huius rei gratia modicum tempus, quod viuere habet, manere nobiſcum, donec abraſa ſpurcitia vitæ ſæcularis, ac terreno deterſo puluere, cæleſti mãſioni fiat idoneus. Si diligitis eum, gaudebitis vtique, quia vadit ad patrẽ, & talem patrem. Ipſe quidem vadit ad Deum, ſed vos non perditis eum; ſed potius multos per eum acquiritis vobis filios. Quotquot ſumus in Clara-valle, vel de Clara-valle, ipſum in fratrem, vos in parentes ſuſcipimus. At fortaſſis metuitis corpori eius vitę aſperitatem, quod nimirum tenerum noſtis eſſe ac delicatum. Cæterùm de eiuſmodi timore dicitur: Ibi trepidauerunt timore, vbi non fuit timor. Confidite, conſolamini. Ego ero illi in patrem, & ipſe mihi erit in filium, quouſque de manibus meis excipiat cum pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis. Nolite ergo lugere, nolite flere: quia Gaufridus veſter feſtinat ad gaudiũ, non ad luctum. Ego ero illi pater, ego & mater, ego frater & ſoror. Ego faciam ei parua in directa, & aſpera in vias planas. Ego ei omnia ſic temperabo, & ſic diſpenſabo, vt & ſpiritus proficiat, & corpus non deficiat. Denique ſeruiet Domino in lætitia & exultatione, & cantabit in vijs Domini, quoniam magna eſt gloria Domini.

Parentes gaudere debẽt de liberorũ ſuorũ in religionẽ ingreſſu.

TIT. XXV. De vi. opere miſericordiæ ſpiritualis; nempè de iniurijs patienter ferendis.

EXEMPL. I. *Præclarum patientiæ exemplum S. Spiridonis.*

Apud Suri. 24. Decẽb.

PRimum huius generis exemplum ſit Sancti Spiridonis, qui, vt eſt in eius vita, aliquando ad Imperatorem Conſtantium, à quo euocatus fuerat, profectus eſt. Vili autem erat habitu, manu virgam ex palma tenens. Pendebat ex collo vas fictile, &, vt verbo dicam, contempti hominis ſpeciem omninò præ ſe ferebat. Itaque cum regiam ingrederetur, quidam indecorum ratus, tam abiecta ſpecie virum intrare palatium regium, ſacræ eius maxillæ impudenter colaphum infregit. Tulit id non modo patienter vir ſanctus, ſed & alteram, prompto patiendi animo, percuſſori exhibuit. Quæ res inſolentem illum tanto pudore affecit, vt repentè ei ſupplex fieret, & inconſideratæ audaciæ veniam peteret, quam libens conceſſit, & hominem paternè inſtruxit, vt ab inferẽda iniuria ſe contineret. Quo factum eſt, vt à viris principibus in honore haberetur, qui eum ſumma reuerentia ad Imperatorem deduxerunt.

Aula nõ capit vilem habitum.

II. Pa-

II. *Patientia eximia Stephani Abbatis.*

D. Greg. in Euãg. hom. 35.

DE Stephano Abbate ita ſcribit S. Greg. in Euangelia: Fuit, inquit, quidam diebus noſtris Stephanus nomine, pater monaſterij iuxta Reatinæ vrbis mœnia conſtituti: vir valdè ſanctus, virtute patientiæ ſingularis. Et ſuperſunt multi, qui illum nouerunt, eiuſq; vel vitam, vel obitum narrant. Erat autem huius lingua ruſtica, ſed docta vita. Hic pro amore cœleſtis patriæ cuncta deſpexerat, poſſidere aliquid in hoc mundo fugiebat. Tumultus deuitabat hominũ, crebris ac prolixioribus orationibus intentus erat. Virtus tamen patientiæ vehementer in eo excreuerat, ita vt eum ſibi amicum crederet, qui ſibi moleſtiæ aliquid irrogaſſet. Reddebat contumelijs gratias. Si quod in ipſa ſua inopia damnum fuiſſet illatum, hoc maximum lucrum putabat. Omnes ſuos aduerſarios nihil aliud quam adiutores æſtimabat.

III. *Libertini patientia exemplaris ac prudentia.*

D Greg li 1. Dialog c. 2.

QVadam die Abbas monaſterij Fũdenſis contra venerabilem virum Libertinum exarſit graui iracũdia, ita vt eum manibus cæderet. Et quia virgam, qua eum ferire poſſet, minimè inuenit, comprehenſo ſcabello ſuppedaneo faciem ei ac caput tutudit, totumq; illius vultum tumentem ac liuidum reddidit. Qui vehementer cæſus ad ſtratum proprium tacitus receſſit. Die vero altera erat pro vtilitate monaſterij cauſa cõſtituta. Expletis igitur hymnis matutinalibus Libertinus ad lectum Abbatis venit; orationẽ ſibi humiliter petijt. Sciens vero ille quãtum à cunctis honoraretur, quantumq; diligeretur, pro iniuria, quam ei ingeſſerat, recedere eũ à monaſterio velle putabat, atq; requiſiuit, dicẽs: Vbi vis ire? Cui ille reſpõdit: Monaſterij cõſtituta eſt cauſa, pater, quã declinare nequeo, quia heſterno die me hodij iturũ promiſi, illuc ire diſpoſui. Tunc ille à fundo cordis conſiderans aſperitatem & duritiam ſuam, humilitatẽ atq; manſuetudinẽ Libertini, ex lecto proſilijt, pedes Libertini tenuit, ſe peccaſſe, ſeq; reum eſſe teſtatus, qui tãto taliq; viro tam crudelem facere contumeliã præſumpſiſſet. At cõtra Libertinus ſeſe in terram proſternẽs, eiuſq; pedibus prouolutus, ſuæ culpæ, non illius ſæuitiæ fuiſſe referebat, qđ pertulerat. Sicq; actum eſt, vt ad magnam manſuetudinem perduceretur pater, & humilitas diſcipuli magiſtra fieret magiſtri. Cũque pro vtilitate monaſterij ad conſtitutionem cauſæ egreſſus fuiſſet, multi viri noti ac nobiles, qui eum valde honorabant, vehementer admirati, ſollicitè requirebant, quidnam hoc eſſet, quod tam tumentem ac liuidam haberet faciem. Quibus ille dicebat: Heſterno die ſero, peccatis meis exigentibus, in ſcabello ſuppedaneo impegi, atque hoc pertuli. Sicq; vir ſanctus ſeruans in pectore honorem veritatis, & magiſtri, nec patris prodebat vitium, nec falſitatis incurrebat peccatum.

Manſuetudine ſubditi vincitur aſperitas prælati.

Aliorum peccata præſertim ſuperiorũ tegenda.

IV. *De inſigni Conſtantini Imperatoris in iniurijs patientia.*

D. Ioan. Chryſoſt. hom 20. ad pop. Antioc. to. 3. an. Do 324. ſub fi.ẽ.

S. Ioannes Chryſoſtomus pro concione diſſerens coram populo Antiocheno, ex oratione Flauiani hæc refert: Fertur B. Conſtantinus, effigie ſua quandoq; lapidata, multis ipſum inſtigantibus ad ſupplicium de auctoribus contumeliæ ſumendum, & dicẽtibus, quod omnem ipſius faciem ſaxis conuulnerarint: manu faciem palpans, & leniter ridens, dixiſſe: Ego vero nuſquam vulnus in fronte factum video: ſed ſanum quidem caput, ſana vero & facies tota. Illi vero reueriti, & confuſi, ab hoc iniquo deſtitere conſilio. Et hoc verbum hactenus canunt omnes: nec tantum temporis labefecit, aut huius memoriam extinxit. Quot non ſit hoc trophæis ſplendidius?

v. *Iuuenis cuiuſdam monachi præclara patientia, & lenitas.*

Io. Caſſi. coll. 19. c. 1.

POſt dies admodum paucos, maioris doctrinæ deſiderio pertrahente, rurſus ad Abbatis Pauli cœnobium ſumma ſpiritus alacritate perreximus: vbi licet plus quam ducentorum fratrum numerus moraretur, in honorē tamen ſolennitatis, quæ id temporis agebatur, infinita quoque de alijs cœnobijs monachorum turba confluxerat. Nam prioris Abbatis, qui eidē cœnobio præfuerat, anniuerſaria depoſitio ſollenniter curabatur. Cuius conuentus idcirco facimus mentionem, vt patientiam cuiuſdam fratris, quæ ſub præſentia totius congregationis huius immobili eius claruit lenitate, breuiter perſtringamus. Nā licet alio eius operis tendat intentio, vt ſcilicet Abbatis Ioannis, qui derelicta eremo illi ſe cęnobio ſumma humilitate ſubdiderat, proferamus eloquia: nequaquā tamen putamus abſurdum, ſi abſque vlla circuitione verborū, magna, vt credimus, ſtudioſis virtutum quibuſq; ædificatio conferatur. In ingenti itaq; atrio ſubdiuali illa multitudine monachorum per duodenarium numerum diſtinctis orbibus conſidente, cum quidam fratrum ſuſceptum ferculum paullo tardius intuliſſet: occaſione iſtius tarditatis prædictus Abbas Paulus, qui inter turbas miniſtrantium fratrum diſcurrebat, exerta manu palma eum ſub omnium percuſſit intuitu, ita vt ſonitus etiam aduerſorum, vel longius cōſidentium auribus reſultaret: hoc autem ab eo factum eſt idcirco, vt cunctis, qui aderāt, patientiam iuuenis patefaceret; & omnes, qui interfuiſſent tali ſpectaculo, modeſtiæ erudirentur exemplo. Quā maturo autem ſenior fecerit conſilio, res probauit. Nam memorabilis patientię iuuenis tāta id animi benignitate ſuſcepit, vt non modo nullus fuerit ex eius ore ſermo prolapſus, vel tenuiſſimum murmur tacita labiorum agitatione ſignatum: ſed ne ipſa quidem oris modeſtia atq; tranquillitas, aut color ſaltem quātulumcumq; mutatus.

Abbas Paulus fratrem immeritè depalmat palam.

vi. *Lenitas S. Ioannis eleemoſynarij.*

In vita eius apud Sur. to. I.

CAupo quidam ciuitatis Alexādriæ multis iniurijs & contumelijs affecerat iuuenem quendam Ioanni eleemoſynario Patriarchæ Alexandrino ſanguine coniunctū. Iuuenis apud Epiſcopum grauiter cōqueritur. Epiſcopus fingens etiam ſe commoueri, vt iuuenis animum mitigaret; Itane, inquit, auſus fuit te vel verbo violare? Faciam in eo rem, quam tota Alexandria mirabitur. Moxq; vocato ad ſe vectigalium magiſtro, iubet, vt nihil amplius vectigalis, aut aliquod aliud eccleſię debitum ab illo caupone exigat: ſed vt immunem illum ab omni ſolutione, quæ quidem ipſi, vel eccleſiæ eius deberetur, relinquat. Hoc videlicet eius factum tota Alexandria mirata eſt: caupoque non ſolum à maledictis ceſſauit; ſed omni Epiſcopum & iuuenem cognatum officio coluit.

Dictum iucundū S. Ioānis eleemoſynarij. Optimū vindictæ genus lædēti benefacere.

vii. *Prudentia S. Ioannis Canonici in reprimendo furore alterius.*

In vita eius apud Sur. to 5. pag. 787.

SAnctus Ioannes Canonicus Regularis in Anglia, & cęnobij ſui Prior, cum à quodam monaſterij ſui fratre verbis valde contumelioſis diu impetitus nihil moueretur, & vnus ex aſtātibus rogaret, cur eius petulantiā non reprimeret, cum vno verbo illud facere poſſet, iubens vt ad cubiculū ſuum redeat, reſpondit: Si flamma vorax ædificij tecta lambens in ſublime feratur, num tu cōſulto facturum putabis eum, qui plus etiam materiæ inijcere in flammam velit. Frater iſte ad præſens magno ardet furoris æſtu cui ſi ego comminationum faculas admouere velim, furor eius magis magiſque inflammabitur. Sed vbi hæc flamma deferbuerit, tum demum ad oportuna

Correctio nō debet eſſe intēpeſtiua.

na remedia animo placato accedemus. Atque his dictis nihil commotus abſceſſit.

VIII. *D. Martini admirabilis patientia.*

Seuerus Sulpitius in vita S. Mart. lib 2. c 4 apud Suri. Nouem. 11.

CVm ſanctus Martinus Turonenſis Epiſcopus diœceſes viſitaret, in rhedam fiſcalem per aggerem publicum venientem, militantibusq; refertam viris incidit. Sed vbi Martinũ in veſte hiſpida, nigro & pendulo palliolo circumtectũ contigua de latere iumenta viderunt, paullulum in partem alteram pauefacta ceſſerunt. Deinde funibus implicatis portenſos illos, qui bus miſera illa animalia conglobãtur, ordines miſcuerunt: dumq; ægre expediuntur, moram fecere properãtibus. Qua permoti iniuria militantes, præcipitatis in terram ſaltibus ſe dederũt: deinde Martinum flagris ac fuſtibus vrgere cęperunt: cum quidem ille mutus, & incredibili patientia terga præbens cædentibus, maiorem inſaniam infelicibus commoueret, ex hoc magis furentes, quod ille quaſi non ſentiens verbera illata contemneret. Comites illico eum conſecuti (aliqua.n. neceſſitate remorati fuerant) fœde cruentũ, atq; vniuerſa corporis parte laniatũ, cum exanimis in terram procubuiſſet, inuenerunt: ſtatimq; eũ aſello ſuo impoſuerunt, ac locũ cędis illius execrantes, raptim abire properauerunt. Interea illi regreſſi ad rhedam ſuam, furore ſatiato, agi, quo ire cœperant, iumenta præcipiunt. Quæ cum omnia ſolo fixa, ac ſi ænea reguiſſent, tollentibus altius vocẽ magiſtris, flagris hinc atq; inde reſonantibus, nihil penitus mouebantur. Conſurgunt deinde omnes pariter in verbera, conſumit Gallicas mularum pœna maſtigias: tota rapitur ſylua de proximo, trabibus iumenta truduntur: ſed nihil penitus ſæuæ manus agebant, vno eodemque loco ſtabant fixa ſimulachra. Quid agerent infelices homines neſciebãt: nec iam vltra diſſimularẽ poterant, quin quamlibet brutis pecoribus, agnoſcerent, diuino numine ſe teneri. Tandem ergo in ſeſe reuerſi, cœperunt quærere, quis ille eſſet, quem in eodem loco paullulum ante cecidiſſent. Cum percunctantes cognoſcunt ex viantibus Martinum à ſe tam crudeliter verberatum. Tum vero apparere omnibus cauſa manifeſta, nec ignorare iam poterant, quin ob viri illius iniuriam tenerentur. Igitur omnes, tum rapidis conſequuntur paſſibus conſcij audacis facti, ac merito pudore confuſi, flentes, & puluere, quo ſe ipſi fœdauerant, capita atque ora conſperſi, ante Martini ſe genua prouoluunt, veniam precantes, & vt eos abire ſineret poſtulantes: ſatis ſe vel ſola conſcientia dediſſe pœnarum, ſatiſque intellexiſſe, quod eoſdem ipſos viuos abſorbere terra potuiſſet, vel ipſi potius, amiſſis ſenſibus, in immobilem ſaxorum naturam rigeſcere debuiſſent, ſicut affixa locis, quibus ſteterant, iumenta vidiſſent. Orare ſe, atque obſecrare, vt indulgeret ſceleri veniam, & copiam præſtaret abeundi. Senſerat enim, priuſquam accurrerẽt, vir beatus illos teneri, ſuiſque comitibus id ante iam dixerat. Veniam tamen clementer indulſit, eoſdemque abire permiſit, animalibus reſtitutis.

S. Mart. ignotus egregie vapulat, & tacẽs patitur.

De⁹ Martinũ patientẽ vl ciſcitur.

Percuſſores Sancti Martini veniam ab eo petũt.

IX. *Lenitas & patientia ſenis ſæuientem mitigat.*

Pra. ſpir. c. 218.

DVo ſenes monachi cum vno fratre iter agentes, & errantes de via, inter ſata inuenti ſunt, & aliqua de ſatis volentes nolenteſque pedibus conculcauerant. Quod cum vidiſſet agricola, erat enim in agro operans; cœpit cõtra illos multa maledicta proferre, cum iracundia dicens; Vos monachi eſtis? Vos Deum timetis? Si timorem Dei ante oculos veſtros habuiſſetis, profecto hoc non feciſſetis. Tunc ait vnus ſenior ſocijs ſuis: Per Dominum nullus ei reſpondeat. Conuerſuſque

ad

ad illum, dixit: Recte dixiſti, fili mi. Ille rurſum furens, contumelis impetebat eos. Rurſumq; dixit Senior ad illum: Vera proſequeris fili, nam ſi veri monachi eſſemus, iſtud nõ feciſſemus; ſed per Dominum indulge nobis, quoniam peccauimus. Stupefactus ille ad tantam ſenis humilitatẽ, acceſſit propius, proſtrauitq; ſe ad pedes ſenis, dicens: Peccaui, indulge mihi, & per Dominum aſſumite me vobiſcum. Ruſticus ergo ſecutus illos accepit habitũ.

X. *Iniuria illata animarum noſtrarum aliquando medicina.*

D. Aug. conf. lib. 9. ca. 8

NEc prætereundum iudico, quod de ſancta Monica matre ſua tradit Auguſtinus, dicens, quod ipſa non ita erga ſuam diſciplinam diligẽtiam matris ſuæ prædicabat, vt famulæ cuiuſdam decrepitæ, quę patrem eius infantem portauerat, ſicut dorſo grandiuſcularum puellarum paruuli portari ſolent. Cuius rei gratia, & propter ſenectam, ac mores optimos in domo Chriſtiana ſatis à Dominis honorabatur. Vnde etiam curam dominicarum filiarũ commiſſam ſibi diligenter gerebat, & erat in eis coercendis, cum opus eſſet, ſancta ſeueritate vehemens, atq; in docendis ſobria prudentia. Surrepſerat tamen, ſicut Auguſtino narrabat, ſanctæ Monicæ vinolentia. Nã cum de more tanquam puella ſobria iuberetur à parentibus de cuppa vinũ depromere, ſubmiſſo poculo qua deſuper patet, priuſquam in lagunculam infunderet merum primoribus labris ſorbebat exiguum, quia non poterat amplius, ſenſu recuſante. Non enim vlla temulenta cupidine faciebat hoc, ſed quibuſdam ſuperfluentibus ætatis exceſſibus, qui ludicris motibus ebulliunt, & in puerilibus animis maiorũ pondere premi ſolent. Itaque ad illud modicum quotidiana modica addendo, (quoniam qui modica ſpernit, paulatim decidit) in eam conſuetudinem lapſa erat, vt prope iam plenos mero caliculos inhianter hauriret. Vbi tunc

Minima vitia cõ ſuetudine enormiter creſcunt.

ſagax anus, & vehemens illa prohibitio? Sed protulit Deus durum & acutum ex altera anima conuicium, tanquam medicinale ferrum, ex occultis prouiſionibus ſuis, & vno ictu putredinem illam præcidit. Ancilla enim, cum qua ſolebat accedere ad cuppã, litigans cum domina minore, vt fit, ſola cum ſola, obiecit hoc crimen amariſſima inſultatione, vocans meribibulam. Quo illa ſtimulo percuſſa reſpexit fœditatem ſuam, confeſtimq; damnauit, atq; exuit. Sicut amici adulantes peruertunt, ſic inimici litigantes plerumq; corrigunt. Nec Deus quod per eos agit, ſed quod ipſi voluerunt, retribuit eis. Illa enim irata exagitare appetiuit minorem dominam, non ſanare, & ideo clanculo: aut quia ita eas inuenerat locus & tempus litis, aut forte, ne forte & ipſa periclitaretur, quod tam ſero prodidiſſet.

Cõuicia non raro pro medicina ſunt.

XI. *Mira patientia S. Lyduinæ in patiendis iniurijs.*

In vita eius apud Sur. to 2 par. 2. cap. I.

VEnit aliquando ad Lyduinam magnæ ſanctitatis virginem mulier quædam fremens & furens, innumeris eam iniurijs, contumelijs & conuicijs proſcindens, vt poſſet eius commouere animum. Sed cum hac ratione nihil efficeret, in faciem mitiſſimæ virginis fędiſſime exſpuit. At vero nec ſic eam quicquã permoueri ſentiens, clamoribus & maledictis, tanquã vim paſſa, vicinos concitare cœpit. Sed ſancta Virgo in patientia animam poſſidens, adeo manſit immota, vt mirarentur vniuerſi. Maleficiũ vero beneficio compenſare volens, clam ei munuſculum tranſmiſit; dicebatque ſuis: Illis ego debere me fateor, qui viam mandatorum Dei, quorum plenitudo dilectio eſt, me currere compellunt.

Iuſti vexatoribus ſe agnoſcunt debitores

XII. *Eiuſdem patientia admirabilis.*

Infirmitas S. Lyduinæ 38 annorum Corona patientiæ.

CVm iam vigeſimum octauum in ſua infirmitate annũ ageret (paſſa eſt autem eam annis duodequadrãginta) coronam illuſtrem hoc modo adepta

depta eſt, cum incredibili feruore ſpiritus cuperet martyrium obire pro Chriſto. In quodam mentis exceſſu oſtẽdit ei Dominus coronam precioſiſſimam, gemmis diuerſorum colorum egregie ornatam, necdum tamen in orbem penitus abſolutam. Vbi ad ſe rediјt, cogitabat, quęnam eſſet illa corona, rogauitq; Dominũ, vt caſtigando corpuſculo ſuo coronæ illi percipiendæ ipſam coaptaret. Sed cum exiguitatem meritorum ſuorum putaret tam inſigni coronæ imparem, ad commemorandam meritorum Chriſti infinitatẽ, & amaritudines omnes, quas propter nos ille perpeſſus eſt, ſe contulit, ijſque paucula dolorum ſuorum exercitia componens humilis Chriſti ancilla, tanquam nihil ſibi feciſſe videbatur, aitq; ad Dominum: Quinam poteſt quiſquam tua ſectari veſtigia, bone Ieſu, niſi quaſuis carnis moleſtias, dæmonum inſidias, mundi contemptum, hominum vexationes perferat, totoq; animo ſeipſum pro nihilo putet? Pone ergo Domine ancillam tuam in ſemitis tuis, & fac, vt inſiſtam in veſtigijs tuis. Cum ſic Dominum illa precaretur. Burgundiæ Dux Philippus apud Hollandos inaugurabatur. Vbi autẽ Sciedamum venit, quidam eius milites circa menſis Octobris initium inter ſe conſpirarunt aduerſus Chriſti ancillam. Audierant enim nihil eam omnino eſculentum aut poculentum ſumere, ſed ſolum Chriſti corpus. Cum ergo cibo & potu farti eſſent, venerũt ad Parochum, & blandis verbis fingunt ſe velle videre, honoris cauſa filiam cõfeſſionis eius Lyduinam. Credidit ille, & adduxit eos ad virginem. Vix illi ingreſſi erant domum, cũ ecce inſtar mente captorum clamitare incipiunt, & clauſo oſtio circa lectulum virginis cachinnari & tumultuari. Tacuit illa inſtar ouis, ſed parochus valde dolens nitebatur bonis verbis lenire eos. Sed illi contumelijs affectum repellunt, virginis amicum & cõcubinum petulanter appellant. Inde cum nemo aut ẽ vicinis aut domeſticis furori illorum opponere ſe auderet, illi ſceleſti accenſa candela omnia virginei corpuſculi operimenta abſtrahunt, & indignis modis ſine pudore cõtrectant corpuſculum multimodis afflictum morbis, & hydropiſi tumidum: Petronillam neptẽ eius paruulam, cum ſe illis obijceret, tanto impetu ad ſcabellum abijciunt, vt ad mortem vſq; grauiter læſa claudicarit. His addunt turpiſſima in Lyduinã conuitia, vocant beſtiam, proſtibulũ, voracẽ, & alia multa, nec paucis eius vulnera cumulant vulneribus. Poſtea lauant cruentas manus, & ad iactanda in eam probra & contumelias redeunt. Iacet virgo, ſanguine in paleas fluente & pannos vicinos: ſed cũ timeret Dei illis iudicium imminere, tandem ait ad eos: Cur nõ timetis ſiniſtre interpretari ea, quæ Dñs operatur in me? An ignoratis, quid vos maneat? At illi magis etiam cachinnantes, & tanquam præclaro perpetrato facinore gloriantes, inde receſſerunt. Poſtquam hæc res per oppidũ vulgata eſt, multus extitit piarum matronarum ploratus ob iniurias pudiciſſimæ virgini erogatas. Nihil enim tale vnquã auditum fuerat apud Hollandos, qui fœmineum genus ſemper venerationi habere ſolent. Murmur quoque exortum eſt in populo aduerſus homines nequam, qui inſciente principe ſuo talia auſi fuiſſent perpetrare. Primores etiam populi venerunt ad Lyduinam, eamq; conſolantes, dixerunt, ſe velle conqueri apud Principem. Quibus illa ait: Ne ſitis, oro, moleſti Principi, neque propter illos contaminetis manus veſtras. In cœlis eſt, cui vindicta ſeruatur, & iam eorum iudicium in promptu eſt. Idque veriſſimum fuit, vno ex nebulonibus illis in mari præfocato; alio mente capto, & in Zelandia mortuo; tertio in prælio, vt fertur, occiſo. Quartus morbo correptus per nuntium veniam à Lyduina petijt. Cum autem poſtea ſola iaceret Chriſti ancilla,

S. Lyduina petit pati pro Chriſto.

Indigne vexatur à luxuriosis.

Fœmineum genus Hollãdis venerabile.

Iniuria in S. Lyduinam à Deo vindicantur.

cilla, Angelus ad eam venit inſtar ſolis ſplendidus: aitque ad eam: Salue chariſſima ſoror: Ecce nunc abſoluta eſt corona, quam nuper imperfectam vidiſti. Propter inuerecũdos tactus virorum illorum, noueris te poſitã fuiſſe in veſtigijs Saluatoris. Ludibria & vulnera corpori tuo impoſita, fuere gemmæ, quas in illa corona & adeſſe vidiſti, & deeſſe.

Corona patientiæ pluribus malis ſeredis perficitur.

TIT. XXVI. De patientia in afflictionibus animæ & corporis.

Iob filius Saræ de Boſara, Rex Idæorum quartus poſt Eſau, homo gentilis, fidelis, ſtabilis, humilitate ſummus, in eleemoſynis largus, diues in cenſu, exemplum factus egenis in pœnis corporum patientiſſimus, nam à ſummo vertice capitis vſque ad imos pedum vngues plaga inimici percuſſus populoſis vlceribus non diſtinctum, ſed totus vnum vulnus factus, ſemper Deum glorificauit.

Iſidor. Hiſpal. Epiſc. & Zeno Epiſc. Veron in vita eius apud Suri. 10. Maij 10. 7.

Excæcatus Tobias miram patientiam oſtendit erga diuinum flagellum, irriſionem amicorum, & vxoris.

Tob. 2. 3.

EXEMP. I. *S. Audomari patientia in ferenda cæcitate.*

ATtrebati dum corpus S. Vedaſti transfertur ab Auberto Epiſcopo, præſentibus Lamberto Tungrenſi, & Audomaro Teruanenſi, alijſque ſanctis Epiſcopis & Abbatibus, Audomarus præ ſenio cæcus erat, dum precibus præſentium Epiſcoporum & meritis S. Vedaſti illuminatus eſſet, ægre ferens ſe liberatum eſſe à cæcitate, quam pro ſalute ſua ſibi à Deo immiſſam eſſe gaudebat, rurſus ad votum ſuum excæcatus eſt.

Sigeb. Chr ſub. an. Do. 58 & Sur. to. 1. Febr. in vita S. Vedaſti. Cæcitas S. Audomaro viſu carior Sabell. l. 5. cap. 7. Beda in Martyr. S. Pigmenij, cõtra

II. *Pigmenij animi æquitas in cæcitate.*

ÆQuo animo ferebat & Pigmenius presbyter Romanus, quod oculis captus eſſet, ne quando illi inimicos Eccleſiæ Chriſtianæ adſpicere contingeret. Vnde Iulianus Apoſtata Imperator, cum forte illi occurriſſet, de ridiculi cauſa: Gratias, inquit, ago Dijs, ô Pigmeni, quod de video. E cõtra ille: Gratias ago Deo meo reſpondit, quod te non video. Tam igitur forti animo cæcitatem pertulit, quam Tyrannum contempſit. Dehinc Martyrij corona donatus videre cæpit, quæ oculus non vidit; & audire, quæ auris non audiuit; & intelligere, quæ in cor hominis non aſcenderunt.

Iuliani apoſtatæ libertas.

III. *Laborans aqua intercute alios ſanat diuinitus, ſe ipſum non liberat, ſed æquo animo fert morbum cum ædificatione aliorum.*

TEmpore Valentiniani Imperatoris diuinus Beniamin circa Scetim admodum eſt philoſophatus. Hic donum illud à Deo accepiſſe fertur, vt abſque medicamentis, ſola manus contrectatione, aut oleo quodam, cui precationem addebat, varij generis morbis ægrotos liberaret. Hunc etiam dicunt ita eſſe aqua intercute poſtea per corporis tumorem grauatum, vt ex domuncula, in qua degebat, per oſtium, niſi prius vna cum eo poſtes detraherentur, exire non poſſet. Et cum in lecto iacere nequiret, circiter menſes octo in latiore ſella conſedit, & more ſuo ægros curauit: atque ipſe interim quod meliuſcule non haberet minime ſuccenſuit. Immo potius & ægrotos, & alios, qui ad ſe viſendum veniebant, conſolatus eſt, & vt pro anima eius precarentur petiit: perinde atque nihil de corpore ſollicitus eſſet, quod & validum nihil profuiſſe, & ægrum nihil ſibi nocuiſſe dixit.

Niceph. Call. lib. 10 hiſt. Eccl. c. 35. Pallad. in hiſt. Lauſiac. c. 13

IV. Ste-

IV. *Stephanus monachus patienter fert infirmitatem incurabilem dicens, Melius eſſe hic pœnam ſoluere, quam poſtea perpetua ſupplicia ſuſtinere.*

Hiſt. Tripart lib. 8. ca 1.

STephanus monachus circa Mareotem habitauit, perfecte degens & integra continentia: qui circa ſexaginta annos probatiſſimus Monachus fuit, & Antonio Magno notiſſimus. Fuit itaque manſuetus, & ſapiens, locutione ſuauis, & vtilis, triſtantium conſolabatur animos, & ad alacritatem reuocabat, licet neceſſaria tribulatio accideret. Talis etiam erat in cladibus proprijs. Denique cum infirmitatem incurabilem incurriſſet, & medici putria membra eius incidiſſent, ille manibus tamen operabatur, palmarum plectens folia, & præſentibus perſuadens, vt de rebus huiuſmodi nõ dolerent, neque aliud cogitarent, niſi de bono fine. Deus, inquit, quæ fecit, cuncta vtilia ſunt. Ego autem noui huiuſmodi morbos propter peccata accidere. Et melius eſt hic pœnas ſoluere, quam poſt mortem perpetua ſupplicia ſuſtinere.

Bone ægroto um cogitatio, cũcta qua faciat Deus vtilia eſſe.

V. *De hæretico conuerſo conſiderata S. Dominici patientia.*

Theodoric. de Apold Domin. in vita S Domnic. li. 1. c. 7.

CVm ex mandato Summi Pontific. Innocentij Tertij cõtra Albigenſes hæreticos crux prædicaretur eaque fideles conſignarentur, accidit, vt celebris diſputatio cum hæreticis institueretur: ad quam cum Epiſcopus loci cũ multa põpa eſſet iturus, dixit ad eum humilis præco Chriſti Dominicus; Nõ ſic, mi domine pater, non ſic aduerſus filios ſuperbiæ eſt progrediendum, ſed humilitatis, patientiæ, religionis, aliarumque virtutum exemplis reuincendi ſunt hoſtes veritatis, non faſtu elationis & oſtentatione gloriæ ſæcularis. Armemur ergo deuotis precibus, & humilitatis inſignia præ nobis ferentes, detractis calceis, contra illos procedamus. Aſſenſit Epiſcopus conſilio pietatis, & omnes à ſe calceos amouerunt. Cumque de itinere eſſent incerti, obuium hæreticum quendam habuere, quem Catholicum putabãt. Is promiſit quidem ſe illos recta perducturum ad locum; ſed perfidus in ſyluam quandam malitioſe eos abduxit: vbi inter vepres & ſpinas pedes eorum ſauciabantur, & tibiæ ſanguine conſpergebantur. Tum vero B. Dominicus cum omni patientia id ferẽs, & in iucundas Dei laudes erumpens, ad collaudandum Deum, & comiter ferendas moleſtias illos omnes adhortabatur, ita dicens: Confidite in Domino, chariſſimi, quia de cœlo manet nos triumphus & victoria; Iam enim peccata noſtra ſanguine expiantur. Cernens autem veterator ille miram illorum & iucundam patientiam, optimis beati viri ſermonibus compunctus, malignitatem ſuam confitens, hæreſim abiurauit.

Quibus armis in hæreticos vtẽdum ſit.

Miranda Dominici patientia.

VI. *Inſignis patientia ſenis hydropici.*

Pra. ſpir. c. 8.

SEnex quidam erat in monaſterio Turrium, Myrogenes nomine, qui ob nimiam ſeueritatem & vitæ auſteritatem hydropicus effectus fuerat. Dicebat autem his ſenibus iugiter, qui ad eum cõueniebant viſitandi gratia: Orate pro me, Patres, ne interior homo hydropicus fiat. Ego enim vt in hac infirmitate diutius durem, Deum oro. Hunc eundem Abbatem cùm audiſſet Hieroſolymitanus Archiepiſcop. Euſtochius ſic affligi, voluit ad eum mittere, quæcunque erant neceſſaria; ſed ille nunquã ab eo quicquam conſenſit accipere. Hoc autem ſolum illi ſignificabat: Ora pro me, Pater, vt liberer ab æterno cruciatu.

VII. *Admirandum patientiæ exemplum ſed paſſim non imitandum.*

Ibid. c. 10.

ANachoreta quidam erat in ſpelunca Iordanis, Barnabas nomine. Hic cũ die quadam diſcenderet bibere aquã de Iordane, infixa eſt pedi eius ex arundine feſtuca: permanſitq; ſtimu-

ſtimulum pedi infixum tenens iugiter, neq; paſſus eſt, vt eum medicus videret. Itaq; computruit pes eius. Coactus verò eſt aſcendere ad monaſteriũ Turrium, ſibiq; vnam cellulam accipere. Porrò pes eius in dies putreſcebat magis. Dicebat autem his qui ad eum veniebant, quod quantò magis homo exterior patitur, tantò amplius interior viret.

VIII. *Vt ſancta Edildrida patienter tulerit tumorem in collo.*

Beda li. 4. c. 19. Eccl hiſ. gent. Anglor.

SAncta Edildrida Annę Regis Oriẽtalium Anglorum filia & Regis Ecgfridi coniunx, cùm quo perpetua manſit virginitatis integritate glorioſa; ſub finem vitæ infirmata, tumorem illa maximum ſub maxilla patienter ſuſtinuit. Ferunt autem, quod cũ præfato dolore maxillæ ſiue colli premeretur, multum delectata ſit hoc genere infirmitatis, ac ſolita dicere: Scio certiſſimè, quia merito in collo põdus languoris porto, in quo iuuenculam memini me ſuperuacua moniliũ pondera portare, & credo quod ideo me ſuperna pietas dolore colli voluit grauari, vt ſic abſoluat à reatu ſuperuacuæ leuitatis, dum mihi nunc pro auro & margaritis de collo rubor tumoris, ardorque promineat.

Sancta cogitatio morborũ cauſas peccatis adſcribere.

IX. *Cùm regnum cæleſte obtineri non poſſit ſine patientia, melius eſt pati, quæ à Domino immittuntur, quam eligere.*

Lud. Bloſius mon tis ſpir c. 10. ex li. Inſinuationũ diuinæ pietatis. Bredẽb. li. 8. c. 29

CVm virgo Gertrudis commiſeratione mota oraret pro quadam perſona, quam audierat impatienter conquerentem, quod Deus immitteret ſibi grauamina ſaluti ſuæ minus conuenientia, reſpondit ei Dominus: Dices illi, pro qua orat, vt, quia ſine aliqua ſaltem tribulatione, vel moleſtia regnum cæleſte obtineri non poteſt, eligat atque indicet, quænam grauamina ſibi vtilia eſſe putat, & cũ hæc ſibi euenerint, ſeruet patientiam. In quibus verbis Domini Gertrudis intellexit, periculoſiſſimum genus impatientiæ eſſe, quando homo peruerſe ac ſuperbe eligere vult, quę ferat, dicens: ſaluti ſuæ minimè competere, ſeq; ſuſtinere ea grauamina, quæ ſibi à Deo immittuntur.

X. *Patientia vermes fiunt gemmæ pretioſæ.*

S. Ant 3. p. Chron. tit. 23. c. 4. § 10.

S. Dominicus Prædicatorum Dux & anteſignanus ſolebat viſitare tribulatos, & pauperes conſolari. Erat autem Romæ in turri, circa portam Lateranenſem, quædam, ſolitaria magnę religionis & ſanctitatis fœmina, nomine Bona; veritatem ſui nominis aſſecuta: hęc infirmitate laborabat grauiſſima: nam de pectore, & mammillis eius ſcaturiebat ingens vermium multitudo. Quam tantam ægritudinem cum tanta patientia, & gratitudine mulier hæc ſuſtinuit, vt decidentes quinque vermes recolligeret, & in ſuo pectore collocaret. Hanc deuotus Dominicus viſitabat, confeſſionem eius audiebat, & frequenter communicabat. Quam cùm die quadam communicaſſet, verbaq; ei conſolationis, & ædificationis ſedens ad eius feneſtram loqueretur, inter alia petiuit ab ea, vt ſibi doloris locum horribilem demonſtraret. Quod & fecit, & erat locus pectoris plenus vermibus; quod cernens vir miſericors, & vehementer dolori compatiens, dixit ei: Rogo te, vt pro magno munere vnum de his vermibus mihi dones: noluit illa, niſi ſe vermem promitteret redditurum; quod cùm ſpopondiſſet, illa ſancto aſpiciente, ſublatum de ſuo pectore vermem eidem tradidit per feneſtram, qui magnus erat, & nigrum caput habebat. Quem cum pater ſanctiſſimus extenſa manu exciperet, digitoq; ſuo verteret & inſpiceret: ſubitò verſus eſt in pulcherrimum lapidem pretioſum. Quo viſo, qui cum eo erant fratres ſtupentes admirati ſunt valde, dicẽtes, quod non reſtitueret ſibi gemmam. Tunc cœpit lacrymari ſancta fœmina, rogans,

Vermis teter in pretioſũ lapidem vertitur.

gans,

gans, vt ſibi redderet ſuum lapidem pretioſum. Sanctus vero Dominicus reſtitués lapidem ſuper feneſtram poſuit, vt promiſit; quem mox illa viro Dei, & his qui cum eo erant inſpicientibus pectori ſuo reſtituit, vnde tulerat; qui confeſtim iterum mutatus eſt in vermem. Tunc oratione facta ſuper ipſam ſanctus cõſignans, benedicenſque Dei famulá in pace dimiſit. Quo diſcedente ceciderunt mammillæ à pectore eius cum vermibus, & vermes extincti ſunt: pectus cõſolidatum paulatim omninò renouatum eſt, & omnis dolor horrendus putredinis ablatus eſt. Tranſactis aliquot diebus ſanctus viſitans eam incolumem ipſam reperit & gaudentem; narrauitque fratribus, qualiter per gratiam Dei, & meritis ipſius à tam horribili morbo liberata fuerat.

Lapis pretioſus in vermem vnde erat reuertitur.

XI. *S. Hildegardis forti patientia ſuperat morbos, & dæmones.*

Ex Theodor. Abbat. S. Trud. in vita eius li. 2 c. 11 apud Suri. 17. Sept. to. 5 circa an. Do. 1012 Amor reprehẽſionis.

SAncta Hildegardis in monte Sancti Roberti propè Bingium Abbatiſſa, duplici modo, nunc dolorum languoribus cruciata, nunc dæmonum terroribus vexata, ſub defenſione angelica glorificabatur. Ex ea parte, qua laborabat infirmitate, fœmina miræ innocentię, muniuit ſe virtute patientiæ, & quaſi eius moleſtiæ ſermo diuinus blandiretur. Sufficit, inquiens, tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficietur: libenter gloriabatur in infirmitatibus, vt inhabitaret in ſe virtus Chriſti, & ab eo præſumebat ſe diligi, à quo merebatur argui, at ex altera parte, qua dæmonum irritabatur arte bellatrix egregia, iterum ſe doctrinæ Apoſtolicę armauit cuſtodia. Qua? Galeam, inquit, ſalutis accipite, & ſpiritus gladium, quod eſt verbum Dei. Et iterum: Induite vos armaturam Dei, ut poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli, quia non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principatus & poteſtates tenebrarum harum. Hac itaq; magna bellandi arte & his armis propugnatrix inuicta decertabat: & adhuc carne incluſa, & in terris poſita, contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus dimicabat. Quapropter & ipſi principes tenebrarum horruerunt, quando tanta arte inſtructam, & omni armatura fortium uallatam fœminam contra ſe procedere uiderunt. Horruerunt, inquam, & uæ ſuum conclamantes, cum confuſione fugerunt; quoniam timor & tremor ſuper eos uenerunt, quando uiderunt Cherubin terribilem, ut caſtrorum aciem ordinatam, famulam quidem Dei protegentem, ſe autem flammea framea, ne eam uexarent, proſequentem. Itaque admirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt, tremor apprehendit eos, ita ut dicerent: Caſtra Dei ſunt hæc, fugiamus Iſraelem. Et ſtatim fugerunt. Ita inter ſuperos & inferos ſpiritus athleta Dei luctabatur, propulſatiſque aduerſarijs læta ſemper uictoria gloriabatur. Nec illud ſilendum, quod cum quadam uice febribus laboraret, quoſdam ſanctos uidit, qui dicebant: Vindica Domine ſanguinem ſanctorum tuorum. Et alij ad ipſam: Dolorem, inquiunt, quem pateris, bona uoluntate ſufferre debes. Et ecce alij ſancti ita inter ſe conferebant: Nobiſcum ibit, an non? & alij reſpondebant: Præterita, præſentia, & futura nondum permittunt eam: ſed tamen cum opus ſuum perfecerit, nobiſcum eam tollemus. Tunc ſimul omnes clamabant: O felix anima & certiſſima, ſurge, ſurge ſicut aquila, quia ſol te produxit, & neſciſti. Et illico conualuit.

Angeli boni tuẽtur iuſtos cõtra dæmonum inſultus.

TIT.

TIT. XXVII. De patientia in amicorum & bonorum temporalium iactura.

EXEMPL. I. *Inſignis patientia Iob in funeſta morte filiorum, & amiſſione rerum omnium.*

D Zeno Epiſc. Veron. in vita eius ex li eiuſdem c. 11 apud Suri. 10. Maij, to. 3.

IOb vir iuſtus fuit & verax, ab vniuerſis concupiſcentijs huius mundi ſegregatus, conuerſatione limpidus, méte limpidior, vſq; adeo circumſpectus atq; irreprehenſibilis, vt Dei ſit teſtimonio collaudatus: vnde non immerito beatus beata vita fruebatur: Náq; erat illi ſplendidiſſima domus, diues cenſus, diues quoque numerus liberorum, & quod eſt parentibus gratum, vtriuſq; ſexus, & inuicem ſe amantiũ: quo pro numero Deo diuturnas hoſtias offerebat. Tanto autem puritatis & fidei erat muro munitus, vt non auderet eum tentare diabolus, niſi à Deo miſſus. Iam hic conſiderandum, quantum ſæuierit concitatus, qui ferri non poteſt blandus. Igitur famigerabile committitur prælium, illinc diabolus horrendum totis inſonans armis, miniſtriſq; inſuper ſuis in auxilium euocatis & incitatis, terribili increpans tuba prędonum, quæ corda face furiali ſuccenſa, imperibus crebris paſſim totas hominis Dei facultates inuadit. Subito rapina, igne, ferroque vniuerſa vno momento diſperdit. Hinc Iob alta fidei radice robuſtus, tot nuncijs lugubribus tunditur, nec mouetur, ſed tantũ benedicit Deum, facultates ſuas contemnendo cuſtodit. At vbi diabolus aggreſſuris tantis nihil ſe profeciſſe cognoſcit, omnem impietatis ſuę rabiem in filios eius effudit. Nam cũ ſolito more vnanimes vna epularentur in domo, ſubito concuſſis toto nixu quatuor angulis eius, in cõfuſam molem parietibus tectiſq; labentibus, illam ſanctiſſimam fratrum cohortem ſepelit antequam iugulet. Taleque eſt commentus impietatis excidium, vt in illa vnius funeris turba, paternus dolor non ſufficeret orbitati: cùm neſcit, quem primum plangat, qué priorem inueniat, cui primum iuſtitiá crudi funeris ſoluat. Quo nuncio accepto, Dei ſeruus ſcidit veſtimenta ſua, non vt Deo inuidiam faceret; ſed vt expeditius cum hoſte pugnaret. Contempſit denique in perditis facultatibus diuitem, diſſimulauit in amiſſis liberis patrem, in pœna ſui corporis iuſtum. Namq; ſummo capitis à vertice vſque ad imos pedum vngues, plaga inimici percuſſus, populoſis vlceribus non diſtinctum, ſed totus vnum vulnus eſt factus.

Iob probatur in interitu ſubitoomnium liberorum

II. *Patientia eximia S. Euſtathij.*

Ex Metaph. & Aloyſ. Suri. to. 6. 2. Nouemb.

HVic non abſimile aliud patientiæ exemplar fuit Euſtathius Dux exercitus Traiani Imperatoris. Is genere quidem erat clariſſimus, diuitijs autem abundantiſſimus, virtute vero & honeſtis moribus maximè inſignis. Nõ ſolum enim erat eximius fortitudine in hoſtes, ſed multò magis erat ſtrenuus in vincendis animi perturbationibus. Neq; enim ſuſtinebat, dum vinceret externos hoſtes, à ſuis ipſe vinci animi motibus. Propterea & curam vitæ gerebat moderatæ, & accuratè ſtudebat iuſtitiæ: & erat ei larga manus & benefica in egenos: quæ non ſolum didicerat torquere haſtam, ſed etiam multò magis pauperes alere munificè: & latẽdo hominum oculos, benefacere pluris faciebat, quam apertè hoſtes perdere ac profligare. Nam etſi adhuc erroris tenebris inuoluebatur, & cultus idolorum inſania; bonis tamen operibus gloriabatur: atque olea quidem fructifera, vt diuinus Dauid dicit, cognoſcebatur. Ne autem ſtaret in domo Domini, à fide ſolum prohibebatur, vt qui nouus quidam Cornelius videretur illo tempore. Erat autem ei vitæ ſocia, quæ ſtudebat ei ſimiliter eſſe ſocia virtutis. Porrò autem illis paulò ante nati erãt duo filijs, quos ita educabat, vt ex fructu eſſet arbor manifeſta; & non magis ex corporis

lineamentis, qua ex animæ nobilitate appareret ſimilitudo. Diuinitus autē vterq; vocati ſunt ad fidem Christi: qua ſuſcepta acceſſit Dominus ad eū: Beatus es, inquit, ò Euſtathi, propter hoc lauacrum, & diuinam regenerationem: per ipſum enim accepiſti artham incorruptionis, & ſignatus fuiſti, vt ſis ouis mei gregis: Nunc ergo tibi ſit propoſitum ſubire fidei probationem. Mox enim tentator dæmon tibi inuidens hoc donum, te circumibit, omnem mouēs lapidē, & conans id ſurripere. Sed tu longè præclarius trophæum in eum excitabis, quā Iob prius. Nam in hodiernum quidem vſque diem diuitijs elatus fuiſti, & gloria, & vitæ copijs, & ſpecie liberorum, & rebus fortiter & præclarè bello geſtis, & alijs omnibus, quibus conſiſtit & exprimitur apud homines fœlicitas. Nondum autem eſt manifeſtum diabolo, & vulgo, mercedem, num tāquam mercedem, fœlicitatis mihi, qui ea dedi, obtuleris agnitionē, &c. Non multi dies præterierant, & domum Ducis repente inuādit peſtis, quæ ab initio quidem ſeruos & ancillas depaſcens, totam quidem domum reddit vacuam famulis: deinde autem ſerpens aggreditur omnes equos, & mulos, & boues, & exedit omnes eorum greges, adeo vt breui omnis eius brutorum animantium poſſeſſio funditus interierit. Hoc autem præclarum par decertatorum intelligit quidem hoc eſſe principum, & prooemium tentationum: ferebat vero forti animo, parens ſapienti Iacobo, qui in ſua epiſtola iubet nos omne exiſtimare gaudiū, quando in varias incidimus tentatiōnes. Ferebant ergo generoſo animo ea quæ inferebantur. Hoc autem ſolum petebant, ne eos deſereret gratia tolerantiæ benignè aſpiciens. Sic autem repente priuati rebus omnibus in Ægyptum abierunt, & cum portum quendam tranſirent, contigit, vt vxor ſibi vt abijceretur: ob quam calamitatem, cum nullum haberet ſolatium

Chriſtus eis prædicit futuras tentationes.

Bruta peſtis domum Euſtathij inuadit.

præter lamentationes, abibat ſolos ferens filios, qui ipſi quoq; parentem reuocabant in memoriam. Et grauibus quidem animi doloribus cruciatus, ferens tamen, & Deo agens gratias pro ſapientibus iudicijs, & recta eius diſpenſatione, peruenit ad quendam fluuium, qui propter vehementes vndarum impetus, & aquæ multitudinem non poterat facilè tranſmitti. Cū non poſſet ergo cum filijs tranſire Euſtathius, vnum primum humeris impoſitum traiecit. Cum autem eo humi depoſito reuerteretur alterum accepturus; filium videt, ad quem properabat, direptum ſæui leonis vnguibus. Medium cor meum tetigit dolor, & veſtrum etiam, vt arbitror, quibuſcumq; res geſta venit in mentē. Quod ſi ſic afficiuntur ij, qui audiunt, quomodo patrem putatis fuiſſe affectū? Sed ſic quoq; ille euaſit ſuperior calamitatibus. Nam etſi pater erat, ſtudebat etiam eſſe filius, parens Patri cœleſti. Sed eſt adhuc attendendum: habet enim aliud quoq; calamitas. Poſtquam enim ſuſtinuit graue hoc ſpectaculū intueri oculis, corde grauiter ſauciatus, & dubitans quid ageret, & cum de eo deſperaſſet, ad alium eſt conuerſus: & ad eum, quem dimiſerat, deinceps reuertebatur, ſolam ſpem, ſolam generis ſucceſſionem. Sed quidnam accidit? mea vincitur lingua, uel ad ſolam enuntiationem, neque ſcio, quomodo narrabo, quod euenerit. Cū nōdū fluuij ripæ appropinquaſſet, nōdū prioris filij luxiſſet calamitatē, adhuc ignē ſpirans doloris, adhuc incēſus uiſceribus, & in alterū intendens oculos, videt illū quoque (ò acerbū ſpectaculū, ò miſeros oculos?) ore lupi portari, & à beſtia edēdū abduci. Verum.n. uero per paſtores ouiū à feris erepti à pueritia ad adultam uſq; ætatē apud ipſos fuerunt educati. Poſt has plagas Euſtathius manū labore uictitabat. Ea autem animi conſtantia meruit poſt aliquot annos durè, miſerabiliterque peractos recuperare quæ amiſerat.

Agit gratias Deo in ſumma calamitate.

Patris filios abripi videntis triſte ſpectaculum.

S Euſtathius Dux manuū labore viuit.

III. *De inſigni S. Ioannis eleemoſynarij in maximis damnis patientia.*

Ex Metaphr. & Leōtio Epiſc. Neapoleos Suri. to. 1. Ian. 23. Naufragium miſerabile.

VNiuerſorũ gubernator Deus, qui permiſit Iobi diſſipari & exinaniri diuitias ad eius virtutis faciendum periculum, permiſit etiam ſimilia accidere beato Patri Ioanni eleemoſynario Alexandriæ Archiepiſcopo. Erant enim tredecim naues eius Eccleſiæ Alexandrinæ, quę quidem oneratæ cum eſſent in mari Adriatico, incidunt omnes ſimul in naufragium, peritq; vniuerſum onus, quod erat ter mille, & trecentarum librarũ auri. Ij ergo, quibus fuerant commiſſæ naues, adducẽtes has inanes, appellunt in portũ Alexandrię: ipſi autem confugerunt in tẽplum. Quod quidem cum cognouiſſet Patriarcha, Deo quidem propter hoc quoque agit gratias; ad illos verò mittit litteras remiſſionis, ea ſola, quæ Iob dixit, dicens: Dñs dedit, fratres dominus abſtulit. Egredimini ergo, pro hoc nullum timentes periculum. Dñs enim erit ſollicitus de craſtino. Cũ autem multi ex ciuibus venirent ad eum conſolandum, prior ipſe eis dixit: Non oportet vos, ò fratres, triſtitia affici propter periculum nauium, cuius ipſe ſolus ſum cauſa. Niſi enim magnos & elatos ſumpſiſſem ſpiritus propter alienorum elargitionem, immo verò Dei ipſius, hoc nequaquã accidiſſet. Volens itaq; Deus meum tumorem comprimere, permittit hãc mihi accidere calamitatẽ. Eſt.n. eleemoſyna ſæpe cauſa ſuperbiæ ei, qui non aduertit. Paupertas autem, ſicut ſcriptum eſt, virũ reddit humilẽ. Ego ſum igitur cauſa duorum malorum: vnius quidem, qđ mercede eleemoſynæ priuatus ſum, pp vanam gloriam: alterius verò, qđ propter eã procuraui amiſſionẽ tantarum pecuniarum: & nunc ad me attraho vniuerſum iudicium aĩarum, quę redigũtur ad anguſtias. Sed Deus, etiamſi nõ propter me, ſed propter curam quam gerit eorum, qui indigent, ſuppeditabit ea, quę ſunt ad vſum neceſſaria. Illud.n. Non te dimittam, neq; te relinquam, ab eo dictum eſt: fidelis autem eſt, qui promiſit. Sic ij, qui venerãt ad ſanctum cõſolandum, ipſi ſunt potiùs ab illo dimiſſi accepta conſolatione.

Eximia patientia Ioã eleemoſynarij.

Eleemoſyna ſæpe cauſa ſuperbiæ, niſi ad intentionẽ attendatur.

Heb. 13. Ioſ. 1.

IV. *Stephanus plus doluit de culpa affligentis, quam de propria afflictione.*

Greg. Magn. l. 4. dial. cap. 19.

DE Stephano viro probo, qui ſolam cum Deo paupertatẽ diligebat, & inter aduerſa ſemper patientiã amplectebatur, ita refert Beatus Gregorius in dialogis. Cum quadã die meſſem, quã ſua manu ſecuerat, deciſam ad aream deduxiſſe, nihilq; aliud cum diſcipulis ſuis ad totius anni ſtipendium haberet, quidam peruerſæ voluntatis vir, antiqui hoſtis ſtimulis inſtigatus, eandem meſſem igne ſuppoſito, ita vt erat in area, incendit. Quod factum dum alter inſpiceret, eidem Dei famulo cucurrit, & nũtiauit, quod poſtquam indicauit, adiunxit dicens: Væ, væ, pater Stephane, quid tibi contigit? Cui ſtatim vultu ac mente placida ille reſpondit: Væ, quid illi cõtigit, qui mihi hoc fecit, nam mihi quid cõtigit? In quibus eius verbis oſtẽditur, in quo virtutis culmine ſedebat, qui vnum quod in ſumptum mundi habuerat, tam ſecura perdebat mente: magiſq; illi condolebat, qui peccatum commiſerat, quam ſibi, qui peccati illius damna tolerabat: nec penſabat, quid ipſe exterius, ſed culpæ reus quantum perdebat intus.

Qui nocet alteri, plus nocet ſibi.

V. *S. Remigij dictum, & factum lepidum in iactura incendij.*

Ex Hincmaro Epiſt. Laur. Surio to. 1.

HIs libet apponere D. Remigij dictum factumq; animi in rerum iactura tranquilli, atq; in Deo fixi clariſſimo argumento. Is Dei ſpiritu reuelante cognoſcens ſecuturam anno ſequenti magnam annonæ caritatem, ſecutus ſancti Ioſeph prouidentiam, multos in villis Epiſcopi aceruos tritici (quos metas vocant) fecit, vt populo fame laboraturo inde ſubueniret. Impij

pij vero homines, Dominica quadam die inebriati, cœperunt inter ſe dicere: Quid ille Iubilæus (ſic.n. appellabatur propter longæuam ſenectam Remigius) facere vult de illis metis, quas congregauit? An ciuitatem nouam cupit extruere? quia ſicut turres per muros ciuitatis, ita per circuitum cortis, acerui illi erecti ſtabant. Et ſuadente diabolo ſe mutuò adhortati ſunt, vt ignem in eos inijcerent. Quod cum S. Remigio celeri nuncio eſſet relatum, aſcendit equum, & accurrit, vt tātam hominum temerariorum veſaniā cōpeſceret. At cum eo peruenit, iam acerui omnes ardebant. Beatus autem Remigius, & ætate, & veſpertino algore frigidior, de equo deſcendens, ſe eminus calefacere cœpit, tranquillo corde & ore dicens: Sēper bonus eſt focus.

Sācti viri etiam ipſis dānu vti ſciunt.

VI. *Sanctus Bernardus egit Deo gratias pro iactura argenti.*

SAnctus Bernardus Clarauallenſis Abbas cum ducenta argenti pondo ſibi ad impenſas conſtruendi monaſterij miſſa, à graſſatoribus intercepta fuiſſe audiſſet, gratias Deo egiſſe dicitur, quod magno ſe onere leuaſſet. Tam ergo modicè tulit argenti amiſſionem, vt eo grauari ſe putaret, ſi non amiſiſſet.

M. Maulus Spatenſ l. .c.3.

VII. *S. Eliſabeth conſtantia in aduerſis.*

ELiſabeth vidua, regia ſtirpe & Thuringiæ Principis connubio nobilis, defuncto viro, propinquis eius Tetrarchiam occupantibus, cum paruulis liberis eiecta, inops, egens, vaga, ærumnis omnibus obruta, ab ijs quoque, in quos olim beneficia contulerat, contempta, ita omnia conſtanti animo ſuſtinuit, vt ad patrem Regem in Pannoniam cum accerſeretur, redire nollet, ne patientiam & humilitatem, quam in miſerijs inuenerat, inter regales delicias amitteret, vnamquamque animi virtutem theſauris omnibus habens chariorem.

Conrad. in vita eius.

Qualis ... thesaurus est.

TIT. XXVIII. De patientia in Martyrio.

Alacrem patientiam exhibuerunt ſocij Danielis, miſſi iuſſu Regis in fornacem ignis ardentis. Et tantum, vel amplius fuit laudatus Deus ex eorum patientia, quam ex Danielis ſapientia. Dan. 3.

Cum plagis torqueretur Eleazarus, dixit: Domine tu ſcis, quia cum à morte poſſem liberari, duros cordis ſuſtineo dolores: ſecundum animam vero propter timore tuum libenter hoc patior. 2. Mach. 6.

Septem illi fratres cum matre ſua, alacri animo paſſi ſunt horrenda tormenta. 2. Mach. 7.

EXEMPL. I. *Quanta patientia animique conſtantia horrendum martyrium pertulerit S. Ignatius.*

SAnctus Ignatius Antiochenæ Eccleſiæ tertius poſt Petrum Apoſtolum Epiſcopus. Traiani perſecutione ad beſtias damnatus, cum Romā vinctus mitteretur, & iam Smyrnam perueniſſet, ad Romanos, qui fidem receperant, ſcribens, ait: De Syria vſq; Romam pugno cum beſtijs in mari & in terra, nocte diuq; ligatus cum decem leopardis, hoc eſt, militibus, qui me cuſtodiunt, quibus cum benefeceris, peiores fiunt: Iniquitas autem eorum, mea doctrina eſt: ſed non idcirco iuſtificatus ſum. Vtinam fruar beſtijs, quæ mihi ſunt paratę, quas & oro mihi veloces eſſe ad interitum & ad ſupplicia, & allici ad cōmedendum me, ne ſicut aliorum, non audeant, corpus meum attingere. Quod ſi venire noluerint, ego vim faciam, ego me ingeram vt deuorer. Ignoſcite mihi filioli: quid mihi proſit, ego ſcio. Nunc incipio Chriſti eſſe diſcipulus, nihil de ijs, quæ videntur, deſiderans, vt Ieſum Chriſtum inueniam. Ignis, crux, beſtiæ, confractio oſſium, membrorum diuiſio, & totius corporis contritio, & tormēta diaboli in me veniant, tātum Chri-

Ex lib. S. Hier preſbyt. de ſcr. Eccl. in Ignatio. Baro. to. 2 Annal. Eccl. ſub an. Do. 109. 7 8.

Quis dicendus ſit Xp. diſcipulus.

III. *De inſigni S. Ioannis eleemoſynarij in maximis damnis patientia.*

Ex Metaphr. & Leōtio Epiſc. Neapoleos Suri. to. 1. Ian. 23. Naufragium miſerabile.

VNiuerſorū gubernator Deus, qui permiſit Iobi diſſipari & exinaniri diuitias ad eius virtutis faciendum periculum, permiſit etiam ſimilia accidere beato Patri Ioanni eleemoſynario Alexandriæ Archiepiſcopo. Erant enim tredecim naues eius Eccleſiæ Alexandrinæ, quę quidem oneratæ cum eſſent in mari Adriatico, incidunt omnes ſimul in naufragium, peritq; vniuerſum onus, quod erat ter mille, & trecentarum librarū auri. Ij ergo, quibus fuerant commiſſæ naues, adducētes has inanes, appellunt in portū Alexandrię: ipſi autem confugerunt in tēplum. Quod quidem cum cognouiſſet Patriarcha, Deo quidem propter hoc quoque agit gratias; ad illos verò mittit litteras remiſſionis, ea ſola, quæ Iob dixit, dicens: Dn̄s dedit, fratres dominus abſtulit. Egredimini ergo, pro hoc nullum timentes periculum. Dn̄s enim erit ſollicitus de craſtino. Cū autem multi ex ciuibus venirent ad eum conſolandum, prior ipſe eis dixit: Non oportet vos, ò fratres, triſtitia affici propter periculum nauium, cuius ipſe ſolus ſum cauſa. Niſi ènim magnos & elatos ſumpſiſſem ſpiritus propter alienorum elargitionem, immo verò Dei ipſius, hoc nequaquā accidiſſet. Volens itaq; Deus meum tumorem comprimere, permittit hāc mihi accidere calamitatē. Eſt.n. eleemoſyna ſæpe cauſa ſuperbiæ ei, qui non aduertit. Paupertas autem, ſicut ſcriptum eſt, virū reddit humilē. Ego ſum igitur cauſa duorum malorum: vnius quidem, qđ mercede eleemoſynæ priuatus ſum, pp vanam gloriam: alterius verò, qđ propter eā procuraui amiſſionē tantarum pecuniarum: & nunc ad me attraho vniuerſum iudicium aīarum, quę redigūtur ad anguſtias. Sed Deus, etiamſi nō propter me, ſed propter curam quam gerit eorum, qui indigent, ſuppeditabit ea, quę ſunt ad vſum neceſſaria. Illud.n. Non te dimittam, neq; te relinquam, ab eo dictum eſt: fidelis autem eſt, qui promiſit. Sic ij, qui venerāt ad ſanctum cōſolandum, ipſi ſunt potiùs ab illo dimiſſi accepta conſolatione. *Heb. 13. Ioſ. 1.*

Eximia patientia Ioa. eleemoſynarij.

Eleemoſyna ſæpe cauſa ſuperbiæ ni adnertētī datur.

IV. *Stephanus plus doluit de culpa affligentis, quam de propria afflictione.*

Gregor. Magn. l. 4. dial. cap. 19.

DE Stephano viro probo, qui ſolam cum Deo paupertatē diligebat, & inter aduerſa ſemper patientiā amplectebatur, ita refert Beatus Gregorius in dialogis. Cum quadā die meſſem, quā ſua manu ſecuerat, deciſam ad aream deduxiſſe, nihilq; aliud cum diſcipulis ſuis ad totius anni ſtipendium haberet, quidam peruerſæ voluntatis vir, antiqui hoſtis ſtimulis inſtigatus, eandem meſſem igne ſuppoſito, ita vt erat in area, incendit. Quod factum dum alter inſpiceret, eidem Dei famulo cucurrit, & nūtiauit, quod poſtquam indicauit, adiunxit dicens: Væ, væ, pater Stephane, quid tibi contigit? Cui ſtatim vultu ac mente placida ille reſpondit: Væ, quid illi cōtigit, qui mihi hoc fecit, nam mihi quid cōtigit? In quibus eius verbis oſtēditur, in quo virtutis culmine ſedebat, qui vnum quod in ſumptum mundi habuerat, tam ſecura perdebat mente: magiſq; illi condolebat, qui peccatum commiſerat, quam ſibi, qui peccati illius damna tolerabat: nec penſabat, quid ipſe exterius, ſed culpæ reus quantum perdebat intus.

Qui nocet alteri, plus nocet ſibi.

V. *S. Remigij dictum, & factum lepidum in iactura incendij.*

Ex Hermiſda Epiſt. Laur. Sur. to. 1.

HIs libet apponere D. Remigij dictum factumq; animi in rerum iactura tranquilli, atq; in Deo fixi clariſſimo argumento. Is Dei ſpiritu reuelante cognoſcens ſecuturam anno ſequenti magnam annonæ caritatem, ſecutus ſancti Ioſeph prouidentiam, multos in villis Epiſcopi aceruos tritici (quos metas vocant) fecit, vt populo fame laboraturo inde ſubueniret. Im-

pij

pij vero homines, Dominica quadam die inebriati, cœperunt inter ſe dicere: Quid ille Iubilæus (ſic. n. appellabatur propter longæuam ſenectam Remigius) facere vult de illis metis, quas congregauit? An ciuitatem nouam cupit extruere? quia ſicut turres per muros ciuitatis, ita per circuitum cortis, acerui illi erecti ſtabant. Et ſuadente diabolo ſe mutuò adhortati ſunt, vt ignem in eos inijcerent. Quod cum S. Remigio celeri nuncio eſſet relatum, aſcendit equum, & accurrit, vt tãtam hominum temerariorum veſaniã cõpeſceret. At cum eo peruenit, iam acerui omnes ardebant. Beatus autem Remigius, & ætate, & veſpertino algore frigidior, de equo deſcendens, ſe eminus calefacere cœpit, tranquillo corde & ore dicens: Sẽper bonus eſt focus.

Sãcti viri etiam ipſis dãnu vti ſciunt.

VI. *Sanctus Bernardus egit Deo gratias pro iactura argenti.*

SAnctus Bernardus Claraualleuſis Abbas cum ducenta argenti pondo ſibi ad impenſas conſtruendi monaſterij miſſa, à graſſatoribus intercepta fuiſſe audiſſet, gratias Deo egiſſe dicitur, quod magno ſe onere leuaſſet. Tam ergo modicè tulit argenti amiſſionem, vt eo grauari ſe putaret, ſi non amiſiſſet.

M. Marulus Spalatenſ l. .c.3.

VII. *S. Eliſabeth conſtantia in aduerſis.*

ELiſabeth vidua, regia ſtirpe & Thuringiæ Principis connubio nobilis, defuncto viro, propinquis eius Tetrarchiam occupantibus, cum paruulis liberis eiecta, inops, egens, vaga, ærumnis omnibus obruta, ab ijs quoque, in quos olim beneficia contulerat, contempta, ita omnia conſtanti animo ſuſtinuit, vt ad patrem Regem in Pannoniam cum accerſeretur, redire nollet, ne patientiam & humilitatem, quam in miſerijs inuenerat, inter regales delicias amitteret, vnamquamque animi virtutem theſauris omnibus habens chariorem.

Conrad. in vita eius.

Quali- vir- in- thenſ eſt.

TIT. XXVIII. De patientia in Martyrio.

Alacrem patientiam exhibuerunt ſocij Danielis, miſſi iuſſu Regis in fornacem ignis ardentis. Et tantum, vel amplius fuit laudatus Deus ex eorum patientia, quam ex Danielis ſapientia. Dan. 3.

Cum plagis torqueretur Eleazarus, dixit: Domine tu ſcis, quia cum à morte poſſem liberari, duros cordis ſuſtineo dolores: ſecundum animam vero propter timore tuum libenter hoc patior. 2. Mach. 6.

Septem illi fratres cum matre ſua, alacri animo paſſi ſunt horrenda tormenta. 2. Mach. 7.

EXEMPL. I. *Quanta patientia animique conſtantia horrendum martyrium pertulerit S. Ignatius.*

SAnctus Ignatius Antiochenæ Eccleſiæ tertius poſt Petrum Apoſtolum Epiſcopus. Traiani perſecutione ad beſtias damnatus, cum Romã vinctus mitteretur, & iam Smyrnam perueniſſet, ad Romanos, qui fidem receperant, ſcribens, ait: De Syria vſq; Romam pugno cum beſtijs in mari & in terra, nocte diuq; ligatus cum decem leopardis, hoc eſt, militibus, qui me cuſtodiunt, quibus cum benefeceris, peiores fiunt: Iniquitas autem eorum, mea doctrina eſt: ſed non idcirco iuſtificatus ſum. Vtinam fruar beſtijs, quæ mihi ſunt paratę, quas & oro mihi veloces eſſe ad interitum & ad ſupplicia, & allici ad cõmedendum me, ne ſicut aliorum, non audeant, corpus meum attingere. Quod ſi venire noluerint, ego vim faciam, ego me ingeram vt deuorer. Ignoſcite mihi filioli: quid mihi proſit, ego ſcio. Nunc incipio Chriſti eſſe diſcipulus, nihil de ijs, quæ videntur, deſiderans, vt Ieſum Chriſtum inueniam. Ignis, crux, beſtiæ, confractio oſſium, membrorum diuiſio, & totius corporis contritio, & tormẽta diaboli in me veniant, tãtum Chri-

Ex lib. S. Hier preſbyt. de ſcr. Eccl. in Ignatio. Baro. to. 2 Annal. Eccl. ſub an. Do. 109.7 8.

Quã di- cedus ſit Xp̃. diſcipulus.

ſto fruar. Cumq; iam ductus eſſet ad beſtias, & rugientes audiret leones, ait: Frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar, vt panis mundus inueniar. Profectò non fuiſſet illi tam feruens pro Chriſto patiendi affectus, ſi quicquam dulcius eſſe potuiſſet, quam frui Chriſto.

II. *De Eadmundo Angliæ Rege in martyrio patientiſſimo.*

Baro. to. 10 Annal. Eccl. ſub ann. Do. 870. 42.

S. Eadmundus Angliæ Rex, cum ſe ab hoſtibus vndiq; vallatum cognoſceret, de conſilio Hnmberti Helmhamenſis Epiſcopi confugit ad Eccleſiam, vt ſe membrum Chriſti oſtenderet, & armis temporalibus proiectis cœleſtia induit humiliter, Patrē & Filium cum Spiritu ſancto deprecans, vt ſibi in paſſione cōſtantiam largiretur. Igitur à miniſtris iniquitatis clementiſſimus Rex Eadmundus ab Eccleſia truculēter extrahitur, loris diriſſimis coarctatus: & ſicut Chriſtus ante Pilatum præſidem ita ducitur Eadmūdus ante iniquum Ducem, cupiens eius ſequi veſtigia, qui pro nobis immolatus eſt hoſtia. Quo iubēte, ad arborē quandam, quæ nō multum aberat, ligatus, diutiſſimè flagellatur, modiſq; omnibus illuditur: ſed inuictus Athleta Chriſti Eadmūdus inter flagella ſemper Chriſtum inuocādo flebilibus vocibus, tortores ſuos compulit in furorē, & ad ipſum tunc arcubus, quaſi ad ſignum ludendo, totū corpus eius telis confodiunt & ſagittis. Nec erat locus in corpore Martyris vacuus, cui nouū poſſet imprimi vulnus. Nam ſicut ericius in cute denſis armatur ſpinis, ita corpus inuicti Regis ſpiculis cōfigitur ſagittarum. Cùm nec ſic Hinguar carnifex truculentus ſanctum martyrem Eadmundum à fide Chriſti, & confeſſione Trinitatis potuit ſeparare, vt ſuis iniquis perſuaſionibus præberet aſſenſum: protinus lictori mandat, vt enſe cruento martyris caput precidat. At lictor ſanctū de ſtipite truculenter auulſum inter verba orationis, & confeſſionis Chriſti noīs, vnico ictu ipſum decapitando 12. Kal. Decemb. gratiſſimum Deo holocauſtū igne paſſionis examinatum cum palma victoriæ, & corona Iuſtitiæ tranſmiſit ad cœlum.

S. Eadmūdus à Northmannis capitur.

Ad arborem ligatus iaculis confoditur.

III. *De mira S. Barlaham in martyrio patientia.*

Ex D. Baſi ſerm. in Barlaā. Bar to. 2 Annal. Eccl. ſub ann. Do. 304.

S. Baſilius celebri laudum præconio proſecutus eſt nobile martyrium ignobilis licet genere viri, nempè ruſtici hominis ac plane agreſtis Barlaham; ſed martyrij gloria illuſtriſſimi, ac planè clariſſimi: de quo egregiū illud facinus, quo inſuperabilis Chriſtianorū conſtantiæ admirabile ſpecimen edidit, inter alia egregia viri facta deſcribit his verbis: Dexteram habuit igne firmiorem, cuius illi machina poſtremò ab hoſtibus applicabatur. Aræ namq; pro more dæmoniaci libaminis, igne ſuppoſito martyrem adductum ſiſtentes, focoq; incenſo, dexteram ſupinam impendere iubentes, manu quaſi ęreo altari abutebantur; thure illi ardenti malitioſè ſuppoſito: ſperabant enim ignis vi expugnatam manum neceſſario ac velociter incenſum thus in aram excuſſuram. Papæ, quam multijuga ſunt impiorum præſtigia? Quoniam (inquiunt) innumeris vulneribus contentioſi pugilis mentem non fleximus, vel manum illius flamma incendamus: quorum varijs machinis animum illius haudquaquam permouimus, dexterā igni admotam permoueamus. At ne hac quidem ſpe miſeri potiti ſunt, nam flamma manum quidem exedit. Perdurauit illa cineris inſtar flammā ferens; tergum ſęuienti igni non dedit, quemadmodū fugitiui & imbelles ſolent: ſed immota perſtitit, ſtrenuè contra flammam dimicans, & propheticas martyris voces proferendas adminiſtrans, vt diceret: [Benedictus Dn̄s Deus meus, qui docet manus meas ad pręliū, & digitos meos ad bellū.] Ignis cū flamma cōfligebat; ſed ignis vincebatur. Luctaban-

Mirū S. Barlahā martyrium.

tur

tur inter ſe flamma, ac dextera martyris; ſed dexteræ noua quædam certaminis victoria concedebat, dum flamma quidem per mediam manum exigebatur, ipſa verò manus adhuc ad luctam porrecta erat. O manũ igne contentioſiorem? ò manum ab igne flecti neſciam? & ò ignem à manu vinci edoctum? Ferrum videtur ignis tyrannide emolliri, æs cedit ignis potentiæ, ſolet illa lapidum quoque vinci duríties: nunc verò martyris dexteram extenſam ignis ille comburens nõ flexit, cuius vigor omnia domat. Meritò ſanè martyr iſte ad Dominum huius gratia clamaret: [Tenuiſti manũ dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me, & cũ gloria ſuſcepiſti me.]

IV. *Præclara Conſtantia Gundiſſalui Vaſcij, olim Mahumetani in perferenda morte pro Chriſti nomine.*

Hieron. Oſorius de rebus Emmanuelis Regis Luſit. an. l. 10 ANno Domini 1516. Gundiſſaluus Vaſcius, vir animi maximi, qui cùm fuiſſet Maurus natione, & religione Mahumetanus, impiam ſuperſtitionem execratus, ad Chriſti ſe nomen & fidem adiunxerat, in Tingitanam vrbem ſe contulit, vt opera ſummi cuiuſdam chirurgi crus, quod illi in bello cõfractum fuerat, ſanari poſſet. Vix ſanitatem recuperarat, cũ nauem cõſcendit, vt Arxilã, qua vrbe domicilium habebat (deſiderio.n. magno videndi vxorem & filios tenebatur) repeteret. Magiſter enim nauis dabat fidem, fortè, vt intra tres horas nauem ſaluam in Arzilienſi portu conſtitueret. Sed cum ventus deficeret, duæ longæ Maurorum naues in inſidijs collocatæ in illam inuehuntur. Is quamuis eſſet in armis acerrimus, non tamẽ arma tunc, neq; præſidium vllum, quibus hoſtes repelleret, habebat: & cùm ſibi moriendum eſſe neceſſario cerneret, ſi in manus hoſtium perueniret, in ſcapham deſiluit, vt remis periculum declinaret. Captus tñ cum paruulo filio fuit. In nauem ſimiliter (nemo enim in ea erat, qui reſiſtere poſſet) hoſtes ingreſſi viros & mulieres, qui ea vehebantur. Tetuamum abduxerunt. Mulieres vim & libidinem à corporibus ſuis lachrymis, & ingentis pecuniæ promiſſis cohibuerunt. Pretio autem perſoluto, omnes cum viris, qui ſimul capti fuerant, in libertatem reſtitutæ ſunt: ſolus Gundiſſaluus Vaſcius, quãuis ingentem pecuniam pro redẽptione illius multi viri nobiles offerrent, & Mauri eſſent auariſſimi, nõ potuit in libertatem vindicari. Erant enim hoſtes in illum, propter deſertam Mahumetis nefariam, & impiam ſuperſtitionem vehementer infenſi. Itaq; cruciatus in illũ diros excogitant, & primum filium in illius conſpectu dilacerant, quem ipſe, vt ſupplicium libẽter pro Chriſti gloria ſubiret, verbis exhortatur. Illius deinde manus atq; pedes duobus aſſeribus fibula cõiunctis, atq; diſcluſis alligant, & illũ verberibus cõcidunt, & vngulas euellunt, atque vt diutiùs torqueretur, ita paulatim carpunt corpus, vt nõ celeri morte doloribus acerbiſſimis finis imponeretur. Is interim omnes à corpore dolorem nomine Chriſti ſæpius inuocato depellebat, & illi gratias agebat, quod ſe tanto beneficio cumularet. Neq; enim ſibi clarius in hac vita munus cõcedi potuiſſe dicebat, quàm vt pro illius nomine, qui tantos in Cruce pro generis humani ſalute cruciatus pertuliſſet, vitam cũ inſigni cruciatu profunderet. Neq; ſolum ſupplicijs oblectari videbatur, verum & ſupplicibus verbis flagitiorum veniam poſtulabat. Hoſtes fidei cõſtãtia perturbati, multò grauiora animis ſupplicia perferebant. Non poterant enim pati, omnes ſuos conatus, quos ad illius virtutem frangendã & debilitãdã cõparauerãt, ad nihilũ recidiſſe. Itaq; flagrabãt furore & amentia: & quo ille cõſtantiùs in fide permanebat, & fortius cruciatus contemnebat, eo magis illi animis efferabantur, & vehementius illum nouis cruciatibus oppugnabant. Cùm verò Chriſtum in ſupplicijs laudari, &

Gundiſſaluus in ferendis pro fide aduerſis tormentis fortiſſimus.

Chriſti nomine inuocato vaneſcit dolor.

Lingua martyri præciditur; ne Chriſtū laudet.

Mahumetis nomen lacerari perſpicerent, linguam illius præciderunt: qui tamen ipſo ſpiritu, qui è vultu & ex oculis eminebat, eorū immanitatem & impietatē refutabat, & clariorē triumphum tacitus ex eorum crudelitate victor agebat, quā verbis dicere potuiſſet: mente enim tunc cum Deo clarius euulſa lingua loquebatur, & magnificentius Chriſti numini vota perſoluebat, quam ſi ſummis humanæ eloquētiæ viribus hoſtes exterreret. Biduo hæc cruciamenta inuicto animo pertulit, & ſic tandem in cælum è corporis vinculis expeditus immigrauit.

V. *Cardinalis Ioannes Fiſcerus ante martyrium cantat, Te Deum, &c.*

Tho. Boſius de ſign. Eccl. Dei lib. 12. c. 22. ann. Do. 1534

ANno 1534. defecit à veritate Henricus VIII. Anglorum Rex & ex illo varijs ac diriſſimis modis per annos quinquaginta duos atrociſſimè Catholici vexati. Qui vero primus è Præſulibus ſacris ob veritatem cæſus eſt, is fuit ſanctiſſimus ac doctiſſimus Cardinalis Ioannes Fiſcerus Epiſcopus Roffenſis, cuius arculas dum ſatellites impijs ſcrutarentur, nummorumque ferè nihil inueniſſent, repererunt autem cilicium, flagellumque aſperrimum, quibus ille ſuum corpus ſolitus erat caſtigare. Ductus ad martyrij locum, priuſquam ceruicem ſecuri ſubijceret, hymnum, qui incipit. Te Deum laudamus, totum ſublatis oculis, in cælum cantauit.

VI. *De inſigni quorumdam Carthuſianorum martyrio in Anglia.*

Idem li. 6. cap. 1. ann. Do. 1535. & li. 11. c. 1

ANno à redemptione mundi 1535. idem Angliæ Rex, inter alios plurimos ex omni genere, ætate, ſexu, & ſtatu Catholicos, nouem cepit Carthuſianos, illoſq; miſerabiliter, & atrociſſimè cruciari iuſſit. In his referā trium priorum horrenda tormenta: hi ratibus impoſiti, & ſupini alligati, per aſpera, ſaxoſa ac lutulenta loca ſunt miſerrime raptati ad locum ſupplicij, ibi craſſo fune, qui non ſtatim fauces elideret, ad collum conſtricto ſuſpenſi: priuſquam morerentur, ille præciſus, cōpreſſa inter anguſtias gutturis maximo cum dolore anima. Rurſus quippè qui iam reuixerant, crudeliter raptati, vt prius, inde veſtibus nudati verenda amputata, venter exciſus, viſcera extracta, in flammas proiecta ante oculos ipſorum cor transfixum.

VII. *De illuſtri Franciſcanorum martyrio pro confeſſione Capitis Eccleſiæ.*

F. Franciſc. Gonzaga Generalis Fråc. li. de Origine Seraphicæ religionis 3. parte ſub Prou. Angliæ initio.

ANno Domini 1537. in Anglia eiuſdem Henrici VIII. Regis mandato plurimi tum eximiæ doctrinæ, tum probitatis viri pertracti ſunt ad carceres: inter quos duo de Catholica religione optimè meriti, Pater Reſibe Guardianus Cāturarienſis, & P. Riche Guardianus Richmorenſis, captiui abducuntur. A quibus Rex manifeſtiùs ſuam profeſſus rebellionem Anglicanæ Eccleſiæ caput cupiebat declarari. Eo enim dementiæ genere laborabat, vt facilè crederet ad ſuæ eccleſiaſticæ auctoritatis vim aliquam confeſſionem ſubditorum etiam metu extortam ſufficere ſibi. Abnuunt illi rē ſtultam & impiam perpetrare. Interim ferreis compedibus membra piorum ſtringuntur, moleſtijſq; ac contumelijs varijs humi iacentes afficiuntur, velut pecudes macello deſtinatæ. Poſtmodum paucis interiectis diebus, inſignis patientiæ ac manſuetudinis patres educuntur è carcere, extremo plectendi ſupplicio, imponunturq; vehiculis, quæ non rotis, ſed lignis rudibus per glebas ſaxaq; agitata trahebantur, vt eis nullum tempus, nulluſq; locus pœnæ deeſſet. Vbi verò ad locum ſupplicij ventum eſt, en adſtat altiſſimum patibulū, iuxta quod lebes erat, igne ſuppoſito, plenus aqua feruenti, vt ij tormentorum adſpectu ac terrore vel ſententiam mutarent, vel futuri diri ſupplicij pœnam prægustarent in animo, quam in corpore erāt paſſuri. Primus per ſcalas trahitur Guardianus

Tormenta ad terrorē præparata

Can-

Cantuarienſis, atque interim accurrit Regius nuntius, qui nutu regio & libertatem, & vitam eis promittit, ſi ſaltem ſummo Eccleſiæ Pontifici velint renuntiare. At illi in ſententia perſiſtunt, & pro ſancta eorum matre Eccleſiæ, cuius caput Chriſtus & Chriſti vicarius ſummus Pontifex eſt, quodlibet atrociſſimæ etiam mortis genus ſubire profitentur. Itaque qui in ſcalis erat, ſæpius repetens verba Prophetæ dicentis, Voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo, quoniam bonum eſt; ſublatus in patibulum, præceps è ſcalis eijcitur; moxque à carnifice ſcinditur laqueus, ruit corpus adhuc viuum in terram, vt inuſitatæ crudelitatis opus perficiatur à diaboli miniſtris. Adeſt carnifex, ac primum virilia membra martyri Chriſti abſcindit, cor ex corpore aperto vētre reuellit. Quod dum manu tenet, vniuerſo ſpectante populo ſaltitat, illudq; in ignem cum inteſtinis cōijcit; caput amputat à corpore, corpuſq; in quatuor partes diſcerpit, in ipſumque lebetem igne feruidum proijcit. Inde ad portas Londinenſis ciuitatis aſportat atque ſuſpendit: caput vero (vt in crimine læſæ maieſtatis expiando fieri ſolet) ſtipiti impoſitum in ponte publico erectum fuit. Poſt huius patris agonem & lugubre ſpectaculum, alter Guardianus per ſcalas trahitur, qui interea multorum hortàmenta, ſuaſioneſque callidas, & delira verba reiecerat, & ſimili impietate, vt præcedens ſocius, ſuſpenditur, deijcitur viuus, euiſceratur, virilibuſque, & capite truncatur, atque in quatuor partes diſcinditur, & coquitur: dumq; carnifex aperto ventre cor attigit, vt extraheret, ait Chriſti athleta: Quod in manu habes ſacràtum eſt Deo. Sicque in ignem viſcera conijciuntur, & eodem atrocitatis genere, vt in priori Patre, omnia peracta ſunt: amboque atrociſſimo ac ſimili ſupplicio fortiter martyrium paſſi diem clauſerunt extremum.

Martyris verba nouiſſima.

Hæreticorum immanitas

Guardiani Franciſcani martyrium.

VIII. *Præclarum Martyrium P. F. Thomæ Cort.*

Eodem anno quidam alius Pater F. Thomas Cort, genere nobilis, nobilior tamen eximia qua pollebat dicendi facultate, pijq; atque Catholici animi ſtrenuitate, implacabilem Regis furorem non dubitauit in ſuggeſtu pro concione publica cum vitæ periculo excitare: dum grauiſſima oratione in indomitam Regis ſæuitiam ſumma cum impietate coniunctam, inuehitur, vtpote qui pro Chriſti nomine, & pro fide, & obedientia ſanctæ Romanæ Eccleſiæ vilem habebat animam. At vero Chriſti præco in ipſo concionis loco ſtatim captus à Regis fautoribus atq; hæreticis, in carcerem conijcitur teterrimum, in quo pius pater maximo pædore, & ſquallore affectus, atq; multo miſeriarum cumulo preſſus, in ſua fideli confeſſione conſtantiſſimè migrat ad cœlum. Vbi fidei & conſtantiæ ſuæ meritum voluit Chriſtus patenti miraculo mūdo clareſcere: dum hora ſui tranſitus lumine incēſo totum repleuerit carcerem, omnibus, qui aderant, videntibus ac ſtupentibus. Huius rei nouitas animū Regis, alioquin optimis quibuſq; viris infeſtiſſimum ac ſæuiſſimum, aliqualiter perſtrinxit, ita vt tam regij conſilij nutu, quā ſuo imperio, Corpus ſancti viri ſepulturæ mandatum fuerit.

Ibidem.

Miraculum martyru fidē & ſāctimoniam teſtans.

IX. *De incredibili patientia pueri Catholici in Martyrio.*

Age verò non taceamus egregium factum pueri ab omnibus vbique memorandi. Anno 1576. captus eſt à Malauaribus Indis cis Gangem in ora Commorinenſi puer annorum duodecim, cui nomen Ioanni, natione Hiſpano, patria Medina campi; cumq; formoſa ac liberali ſpecie foret, dono datus eſt cuidam Regulo, qui eximia pueri indole delectatus nihil nō egit, vt à Chriſti cultu illum deduceret: inter cætera eſt pollicitus, ſe illi in ma-

Tho. Boſius de ſig. Eccl. li. 11. c. 1. 6 an. Do. 1576

 tri

trimonio collocaturum filiam, quam pulcherrimè ornatã iuſſit in medium procedere, vt eius adſpectu, blanditijſque deliniretur. Vbi verò poſt multa tentata ſe nihil ille proficere vidit, furore ſuccenſus atrociſſimũ ſupplicium mandat apparari. Nihil eo conſternatus impubes, petito temporis ſpatio, quo ſupplicaret Deo, intrepidus ad extremũ ſe nihili facere omnia eſt profeſſus. Itaque ſummos primo digitos, deinde manus in plura fruſta paulatim ſecuerunt, idemque brachijs ambobus fecere: mox ad pedes & crura venerunt, minutatimq; illa conſciderunt; cumque ſæpius ab ipſo immaniſſimi tortores, carnificeſq; exigerent, vt Chriſto nuntium remitteret, inuictus, hilariſq; reſpondebat, ſe nunquam id facturum, & ad adſtantes conuerſus, in quibus multi erant captiui Chriſtiani, ad eadem perferenda hortabatur, affirmans ſe nunquam tantum lætitiæ cepiſſe, nũquam guſtaſſe tantum ſuauitatis: quæ cum peroraſſet animo ardentiſſimo ad ſuperos euolauit.

Crudelitas pluſquã barbarica.

Conſolatio abundat martyrib. inter grauiſſima ſupplicia

X. *De ingenti Catholicorum patientia in ſæuiſſimo tormentorum genere ab hæreticis illato.*

Idẽ ibid. an. Do. 1562.

SVb annum Chriſti 1562. Engoliſmę triginta duo Catholici ab hæreticis capti, tribuæ diuerſis crudeliũ tormentorum generibus ſæuiſſimè trucidati ſunt. Quoſdam namq; illorum præfati hæretici binos colligarũt, quos ſublatis omnibus viuendi alimentis languere coegerunt, putantes fore, vt fame adacti ſe mutuis morſibus peterent ac diſcerperent: quoſdam funibus extenſis alligatos deduxere, miſſoque in anum cultello paulatim medios diſſecarunt: alios ſtipitibus nudos adſtrinxerunt, ignemque à tergo modicum ſuccenderunt, vt longo tormento paulatim conſumerentur.

Famis ſuppliciũ

XI. *De longa Cornelij Muſii patientia in Martyrio.*

Idẽ ibid.

SVb eadem tempora Delphis Batauiæ vrbe Cornelius Muſius captus eſt, & de iuſſu Guilielmi Principis Auriaci ſic variè eſt excruciatus. Altiſſimę ſcalæ manibus vinctis eſt appenſus, ad pedes intolerabile pondus alligatum, vt compages omnes laxarentur: inde ardentibus tædis ambuſtæ axillæ, mox reſupinus conſtringitur, aqua feruens ori infunditur, eaque totus venter oppletur, quem ſic fuſtibus deinde tundunt, vt ex omnibus corporis foraminibus illa tota efflueret: poſtea capite deorſum verſo ex duobus pedum maioribus digitis appenditur: inde truncatis manuum, pedumque digitis per niuem ſanguine proprio cruentatam in vrbem Lugdunũ Batauorum raptatur, atq; ita demum poſt tot ſupplicia laqueo ſuſpenditur.

Sæuitia hæreticorũ exemplum.

TIT. XXIX. De ſeptimo opere miſericordiæ ſpiritualis; remittendis videlicet offenſis.

EXEMP. I. *Iacobus Apoſtolus pacem precatur accuſanti ſe, eumque complectitur.*

Euſeb. hiſt. Eccl. lib. 2. cap. 1. Baro. to. 1. ann. Do. 44. nu 2.

CIrca annum Domini 44. ſub Claudio Imperatore iniecit Herodes Rex manus, vt affligeret quoſdam de Eccleſia; occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio. De hoc Iacobo Clemens Alexandrinus libro ſeptimo ὑποτυπώσεων hiſtoriam planè memorabilem inſerit, eamque narrat, quaſi ex traditione maiorum acceptam: nimirum, eum ipſum, qui Iacobum in iudicium adduxiſſet, cum teſtimonium Chriſto tam libere perhibentem cerneret, ea re commotum, ſe eſſe Chriſtianum ingenuè confeſſum eſſe. Igitur ambobus vnà ad ſupplicium ductis, hunc inter eundum à Iacobo poſtulaſſe veniam ſibi concedi: Iacobum autem paululum rem animo complexum, dixiſſe: Pax tibi, illumq; oſculatum

tum

tum eſſe: & ſic tandem vtrumque ſecuti percuſſum vitam deſeruiſſe.

II. *De Euſebio Epiſcopo, qui mulieri perſecutrici moriens ignouit, orando pro ea.*

Niceph. Call. l. 6. 11. hiſt. Eccl. c. 1. DIuinus Euſebius Epiſcopus Samoſatenus oppido Dolichæ Marim Epiſcopum dedit, quod quidem oppidum Ariana cõtagione infectum maximè erat. Eo Euſebius venit, vt ipſe Marim vario virtutum genere refulgentem in poſſeſſionem Epiſcopalis ſedis induceret. Sed enim ei oppidũ ingredienti, mulier quędam Arianis deliramentis plena, ex ſuperiore loco tegulam in caput coniecit. Et ita tũ quidem viri ſancti caput comminutum eſt: paulo verò poſt, vbi cerebrum putredine corruptum eſſet, moriens ille ad meliorem migrauit vitam. Quem fama eſt iam animam agentem, iureiurando amicos obſtrinxiſſe, ne à fœmina, quæ facinus tantum auſa fuerat, pœna quæpiam exigeretur. Ea in re Dominum ſuum æmulatus, qui dixit: Pater, ignoſce illis peccatum hoc, quia neſciunt quid faciunt.

III. *Dagoberti Regi ſuppliciter veniam petenti ignoſcit Arnulphus Metenſis Epiſcopus.*

Ex Iona Abbate Baro. to. 8. ann. Do. 63 1. 7. REgni Dagoberti Regis exordío ſanctus Arnulphus Metenſis Epiſcopus, qui eum educauerat, nõ niſi diuinitus inſpiratus, quod Regi ſe nõ fore proficuum amplius præuideret, eremum petijt. Rem geſtam ſic Ionas Abbas enarrat. Defuncto itaque Clothario Rege, cum adhuc beatus Arnulphus Epiſcopus eodem deſiderio, quo prius conuerſandi videlicet in eremo, flagraret, & iterum atq; iterum à Dagoberto Principe, quem ipſe diligentiſſime nutrierat, licentiam huius rei poſtulâret: inſtinctu diaboli commotus aduerſus eum Rex cum ei die quadam nimis importunus in petendo fuiſſet, arrepto mucrone voluit eũ ſauciatum à ſe remouere. Tunc ille (S. Arnulphus eremi appetentiſſimus.) parui pendens iram morituri Regis conſtanter dixit: Quid agis, miſer? mala pro bonis mihi rependere vis? Nũc autem quandoquidem ita placet, ſæuias in me quantum velis: ego pro illius amore mori non dubito, qui mihi vitam dedit, & pro me mortuus eſt. Hæc eo dicente, cũ vnus adſtantium procerum blandis verbis redargueret temeritatem Regis, ſedatus eſt furor ipſius, & mediante gratia Dei, caruit effectu ſceleratus affectus. Interea ſuperueniente Regina, vt audiuit commotionem, qua contra virum Dei ſine cauſa incanduerat; proſtrauit ſe vna cum Rege pedibus eius, & vt ſui miſereretur, remittendo illatã iniuriam, cum lachrymis poſtulauere, dicentes: Perge domine ad eremum, ſicut deſideras: tãtum te placatum habeamus, quem iniuſte offendimus. Rex & regina veniam poſtulãt à S. Arnulph.

IV. *Abbas Iulianus Epiſcopus Boſtrenſis noluit publicare volentes ſe veneno occidere.*

GRegorius Archimandrita narrauit nobis de Abbate Iuliano Epiſcopo Boſtrenſi, quod cum receſſiſſet de cœnobio, & factus eſſet Boſtrenſis Epiſcopus, quidam ex habitatoribus ipſius ciuitatis, odio nominis Chriſti voluerunt eum veneno occidere, corrumpenteſque pecunijs miniſtrum eius, qui ipſi porrigebat poculum, dederunt ei venenum, vt cum porrigeret Metropolitæ poculum, venenũ in calicem mitteret. Puer autem ita vt dictum fuerat, fecit, deditq; calicem veneno infectum ſancto Iuliano. Suſcepit vero illum ſanctus vir, ac diuinitus agnouit inſidias. Suſceptum ergo calicem ante ſe poſuit, nihil omnino dicens puero: mittenſque accerſiuit omnes primates ciuitatis, inter quos erãt & qui illi inſidias parauerant. Vir autem beatiſſimus nolens eos publicare, qui hoc fecerant, voce mitiſſima omnibus dixit: Si arbitramini humilem Iulianum veneno occidere, ecce, coram vobis peſtiferum calicem bibo: Pra ſpi. ri c 94. Venenũ ſibi propinatũ bibit S. Iulianus, ai ſq; nocumẽto.

ſignanſ-

Venefici culpā agnoſcunt & deprecantur.

ſignanſq; ter digito ſuo calicem,& dicens:In nomine Patris,& Filij,& Spiritus ſancti,bibo hunc calicem : bibit illum coram omnibus totum, atq; illæſus perſtitit. Quod illi cum vidiſſent, proſtrati veniam petierunt.

V. *Quanti ſit meriti,& lucri ſpiritalis iniuriam inimico remittere.*

Seraph Razius ī ſuo hor exempl. viii poſter. de dilect. inimic.

MAgiſter Simon Berti S. Theologiæ Doctor, ordinis Prædicatorū,narrat in ſuis ſermonibus, qui manuſcripti in Bibliotheca ſancti Martini Florentiæ inueniuntur : quendam hominem occidiſſe fratrem nobilis cuiuſdam ciuis, & cum nō poſſet effugere manus ipſius quærentis ipſum ad vindictam cum omni diligentia , pœnituit ipſum facti ſui; & confeſſus patratum homicidium commendauit ſe Deo cum prudenti deliberatione, & ſponte ex improuiſo illi ſe præſentauit die Veneris ſancto , & prouolutus ad ipſius pedes, fune & cingulo è collo ſuſpenſo, veniā rogauit mortis, quam fratri eius intulerat,& pręterea vt ſibi vitā donaret amore Dei,& filij ſui Ieſu Chriſti, qui eo die paſſus erat pro nobis. Viſa tāta humilitate ſecura de ipſius clementia, nobilis ille cōpunctus eſt,& illi condonauit pro amore Chriſti, vitamque largitus eſt, & ipſum amplexatus & oſculatus, dixit: Vade in pace, frater: Deus remittat tibi in cœlis, ſicut remitto tibi in terra. Sed audite magnam mercedem,quā Deus retulit pro tam heroico facto ipſius amore deſignato.Sequenti nocte apparuit Chriſtus in viſione , & ait: Quoniam heri amore mei condonaſti inimico tuo , noueris me animam fratris tui occiſi hac hora è purgatorio liberaſſe & inſuper animā patris tui prius mortui , ex eadem pœna exemiſſe, & ambos mecum duxiſſe in gloriam cœleſtem: quin etiam hæc ſuperaddidit: Te inuito in octauum diem, vt relicta huius mundi miſeria , poſſis gloria mea frui; & ſic factum eſt : nam octauo poſt die bene pręparatus requieuit ſanctè in Domino. Ecce grandis fructus, qui colligitur cōdonando inimicis. Quare nō remittendo poteſt credi animas diutius cruciari in purgatorio.

Homicidæ in petenda cædis condonatione factū memorabile.

Remiſſionis offenſæ ſinceritas & fructus. Purgatorij pœnas abbreuiandi modus.

VI. *Quidam tertio ignoſcens offenſam,ter crucifixus illi caput inclinat.*

Th.Cāt. l. 1. apū c.18. p 3.

NObilis quidam fratrem vterinum à quodam plebeio & ignobili occiſum perdiderat. Fugiente ergo de patria occiſore, contigit vt nobilis ille cū multo comitatu peregrè profectus imprę meditate ſoli in agro occurreret occiſori, qui mox extracto gladio vbi inimicum impetijt,in terram proſtratus occiſor clamauit:Miſerere mei nobiliſſime vir, pro illius memoria, qui tui miſertus & omnium , mundum iſtum ſua morte redemit. Repente nobilis animus in lacrymas reſolutus, illam quam extenderat, retraxit manū. Sed cum hoc ignauiæ adſcriberetur à ſuis, & iterum manum extenderet in proſtratum, iterato eo ob remiſſionē omnium peccatorum eius veniam petente, ſecundò manum depoſuit: tertiòque increpatus à ſuis, cum mortem certiùs intētaret; & miſer ille ob euaſionem anguſtiæ, quam omnis caro in extremo iudicio eſſet perpeſſura, veniam precaretur, reſpondit nobilis genere,ſed nobilior mente: Ego,inquit, tibi mortem fratris prorſus indulgeo. Nec mora, eadem die vt audiret miſſam,eccleſiam introgreſſus:vbi coram imagine crucifixi tertiò genua flexit, viſus eſt à quodam ſancto viro, ad ſingulas genu flexiones nobilis illius,crucifixus caput ſuum humiliter inclinare. Seorſum ergo vir ſanctus ille, qui ſolus hoc viderat, nobilem euocauit, quis eſſet interrogat.At ille,Miles,inquit,dicor in terra, qua natus ſum. Et rurſus ille: Dicas chariſſime nihil celes : In quo confidis te magis diuinam miſericordiam meruiſſe? Tunc miles, Peccator, inquit, ſum, & ſæculo deditus in nullo prorſus,niſi hodie forſitan veniam promerui. Et his dictis, quid

Precatio in nõie Redemptoris efficaciſſima.

Viſio plena conſolationis.

actum

actum eſt retulit. Mox ille, & quid vidiſſet exponens ad actum vitæ gratioris & meriti nobilem exhortatur.

VII. *Quomodo quidam Religioſus per animi ſubmiſſionem Diacono de ſe conquerenti ſit conciliatus.*

Pra. ſpir. c. 219.

NArrauit nobis ſenior quidam de ſe dicens: Cum aliquando moraretur ad breue tempus in monaſterio Abbatis Geraſimi, habebam quẽdam mihi maximè dilectum fratrem in cõtubernio. Die vero quandam ſedentibus nobis, & de vtilitate animę loquẽtibus, mentionem feci ego de ſermone quodam Abbatis Pemenis. Qui ait ad me: Ego experimento didici verborum iſtorum vim & vtilitatem, ac vehementem efficaciam & tranquillitatem illorum. Habui.n. ſemel Diaconũ quendam monaſterij mihi chariſſimum, atque amantiſſimum me. Huic, neſcio vnde, venit ſuſpicio de me cuiuſdam rei ſibi inferentis mærorem, cœpitque contriſtari, & me non, ſicut ſolebat, gratè contueri. Videns autem ego illum triſtem, cauſam ab eo triſtitiæ percontari cœpi. Qui dixit mihi: Quia rem iſtam feciſti: Ego cum nihil mihi omnino ipſius rei cõſcius eſſem, cœpi illi ſatisfacere, ac dicere, nullam ipſius me habere conſcientiam. Et ait mihi: Ignoſce, frater, mihi ſatisfactum non eſt. Profectus itaq; ab illo in cellulam meam; cępi examinari cor meũ, an tale aliquid à me fuiſſet admiſſum, neque inueniebam. Cum ergo ille teneret ſanctum calicem in manibus, fratribuſq; diſtribueret, acceſſi ad eũ, & iuraui per ipſum calicem, nihil me omnino tale geſſiſſe. Nec ſic quidem illi ſatisfactum eſt. Rurſus verò in meipſum rediens, verbaq; iſta ſanctorum patrum memoria repetens, eiſq; credens, verti paulíſper cogitationem meã, & dixi in me ipſo: Diaconus iſte intentiſſimè diligit me, & charitate motus hoc dixit mihi, quod erat in corde ſuo de me, vt ſobrius ac vigilans ſim, ac de cæter[illegible] me ipsũ, & iſtud vltra non faciam. Sed tu, infelix anima, dum feci. Non feci hanc rẽ: innumera mala geſſiſti, latent te. Vbi ſunt quæ feciſti heri, vel nudius tertius, vel ante decem dies? Recole ea, ſi potes. Et hoc itaque feciſti, ſicut & illa, & latet te ſimiliter, vt illa. Sic itaque animo affectus, quaſi reuera id feciſſem, ſed inter cætera oblitus eſſem, cœpi gratias referre Deo, & Diacono, quoniam per ipſum Dominus dignũ me feciſſet recognoſcere peccatum meum, & pœnitentiam de ipſo agere. Surgens igitur perrexi ad Diaconum, vt pœnitentiam agerem, & illi referrem gratias. Vt ergo pulſaui ipſius ianuam, continuò aperiens, primus ſe mihi proſtrauit dicens: Ignoſce mihi: nam à dæmonio mihi ſuggeſtum eſt, vt rem illam falsò de te ſuſpicarer. In veritate.n. Deus me certum reddidit innocentiæ tuæ. Neq; omnino permiſit, vt illi ſatisfacerẽ; dicens mihi: Non eſt neceſſe. Ego igitur maximè ædificatus glorificaui Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, & incommutabilem atque indiuiduam Trinitatem.

Collo. quæ ſpirituália.

Suſpicio temeraria.

Obſtinatio ſuſpicionis falſa.

Medela ad ſufferẽdas calumnias.

Ferentis patienter calũniã Deus patrociniũ ſuſcipit.

VIII. *Matris remittentis iniuriam filio illatam præclarum exemplum.*

Ex lit. annuis, Soc. an. 84 Prouinc. Sicil. Colleg. Drepan.

ALienum non erit huc afferre exẽplum mulieris ſingulare, cui Drepani necatus eſt filius. Quæ quoniam ne iras quidem aduerſus percuſſorem odiumq; ſuſcepit, nulla.ſ. cohortatione placanda fuit. Erat huic vnigenæ filius, ſine quo vitam acerbam atq; iniucundam putabat: ſed nõ potuit hac frui iucunditate diutius: miſerè.n. ille ab inimicis interfectus fuit; illatumq; exanime corpus in maternas ædes, recenti cruore oblitum, fœdiſsimis vulneribus deformatum; ſpectaculum ſanè atrox, quod lachrymas non modo ei, quæ genuit, ſed ipſis etiam barbaris extorſiſſet. Illa tamen tam diro aſpectu laceſsita, nullis eiulatibus, angoribuſve ſe dedit, neq; imitata eſt plangores inutiles fœminarum; naturam vicit fortiter, & præſtantiſsimum vl-

Mater Christiani pro filio occiſore deprecatur.

tionis

tionis genus tata iniurias beneficijs remunerari, pro eo qui filium abſtulerat, Deum ſupplex orauit. Non implorauit Iudicum ſubſellia, non conquiri actorem facinoris voluit: ad vnum omnium æquiſſimum Iudicem adijt, qui iniurioſorum vindictam ſibi reſeruat: non quidem, vt auctorem cædis ad pœnam, ſuppliciumque depoſceret, ſed vt impunitatem ei precaretur, & veniam.

IX. *De Cazimiri Ducis erga Ioannem Conarium equitem indulgentia.*

Martin. Cromer. de rebus Polonorũ li. 6. an. 1176.

Ludi alearũ pernicies.

ANno 1176. accidit, Cazimirum Sendomitienſium Ducem cum aulico quodam ſuo equite Ioanne Conario alea ludere animi oblectandi gratia: incenſum vtrumq; vincẽdi ſtudio in profundam noctem ludum produxiſſe: pertæſos deinde ludi & vigiliarum, vno ictu ſummam reliqui luſiſſe: vincẽtemq; Cazimirum, & quod lucratus erat argentum nõ modicum auferentem, palma manus in faciem à Conario ictum eſſe; illumque noctis beneficio elapſum, poſtridie inuentũ, & ad Cazimirum adductum. Clamantibus autem cunctis, cum capitis pœnam commeruiſſe, qui Principis maieſtatem minuiſſet: Minimẽ gentium, inquit Cazimirus, eum occidi oportere, qui dolore grandis iacturæ incogitans deliquiſſet: & cum fortunam, à qua damno affectus erat, vlciſci non poſſet, in ſe fortunæ alumnum commotus eſſet: Se magis in culpa eſſe, qui conditionis ſuæ ac dignitatis oblitus eum ad ludendum prouocaſſet. Non modo igitur ſe abſoluere, verum gratias ipſi agere, quod ſe ictu illo admonuiſſet, ne quid indignum Principe in ſe admitteret, neu ſe ludo, aut vlli rei leui & inhoneſtæ deinceps daret. Sic igitur illum Principem, ſeueriorem in ſeſe quam in alios iudicem, homini, à quo læſus erat, omnium iudicijs damnato, indulſiſſe, quin & argentum omne, quod ludo quæſierat, ipſi reddidiſſe. Ad eũ propter eius clemẽtiam rectè delatus eſt Principatus.

Moderationis & clementiæ inſigne exemplũ

Reges & Principes omnis dedecet leuitas.

TIT. XXX. De humilitate, & eius mercede.

Humilitas eſt, cum quis cæteros omnes ſeipſo ſuperiores exiſtimat: vel eſt depoſitio vani ſenſus, qui ab elatione vanæ de ſe exiſtimationis oritur. *D. Baſil. in reg. breuior. Idẽ Baſil. in 2. c. Eſ.*

Humilitatem prætendebat Saul in opere & ſermone, antequam vnctus eſſet in Regem, quando quærebat aſinas patris, & excuſabat ſe apud Samuelem. Et poſtea dictum eſt ei: Nonne, cum paruulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es? etc. *1. Reg. 9. & 15.*

Iacob innumeris beneficijs à Deo acceptis, fratri ſeniori prælatus, duodecim tribuum pater effectus, humiliter Deo dicit: Omnibus miſerationibus tuis minor ſum. *Gen. 32.*

Beatiſſima virgo accepto nuntio incarnandi in ſe filij Dei, reſpondit: Ecce ancilla Domini. *Et poſtea:* Reſpexit Dominus humilitatem ancillæ ſuæ. *Luc. 1.*

S. Petrus Apoſtolus, cum ex ſumma humilitate, & ſui ipſius deiectione diceret Chriſto Domino, Exi à me Domine, quia homo peccator ego ſum; *audiuit ſtatim à Chriſto;* Ex hoc eris homines capiens, *fitque poſtea princeps paſtorum, petra, & fundamẽtum Eccleſiæ, clauiger regni cœlorum.* *Luc. 5. et Matt. 16.*

EXEMP. I. *Admonitio humilitatis Pontificiæ.*

Th. Boz. li. 11. de Sig. c. 10. § 21.

POntifex Romanus, vt ſibi atque vniuerſis teſtatiſſimum eſſet ab ipſo ſuæ electionis ad ſummum Pontificatum exordio, nihil ſibi dignitatis arrogare, cum ducitur ad S. Ioannis in Laterano, vbi eo ventum, ſedet in lapidea ac ſtercoraria ex antiquiſſimo inſtituto ſede, & illi occinitur verſiculus;

lus: Suſcitans de puluere egenum, & de ſtercore erigens pauperem.

II. *De eadem humilitate eiuſdem.*

Idi ibid. § 23.

IDem amplius: anniuerſario more, quinta feria hebdomadæ luctuoſæ, duodecim pauperculos ex ignobili genere ortos acceſſit in cubiculum, dat eis noua veſtimenta, & ad eorum pedes ipſe Summus Pontifex accidit, eoſq; abluit, abſtergit, oſculatur, vt viliſſimis omnium maximus ipſe reddat oſcula, quæ accepit, non ſibi, ſed Chriſto, cuius perſonam gerit in altiſſimo omnium faſtigio collocatus, atq; vt ab alijs euectus eſt, cum pedes ipſius oſculantur, ſeu potiùs crucem pedibus appictam; ſic ipſe vltro ſe demittat ac deijciat, non ad oſculandos ſublimiſſimi alicuius, qualis ipſe eſt, pedes, ſed hominum viliſsimorum.

III. *Exemplum præclarum humilitatis S. Fulgentij.*

Ex gestis eius apud Sur. 1. Ian. Baro. 10. 7. Annal. ad an. 523. 25.

QVid acciderit S. Fulgentio Ruſpenſi Epiſcopo in duobus Concilijs, Vzecenſi videlicet & Suphetano, dignum memoria exemplum audi: In Concilio quoque Vzecenſi, iudicio ſacerdotum omnium, qui conuenerant, Epiſcopo cuidam nomine Quoduult-Deus qui priorem ſe illius exiſtere confirmabat, antepoſitus & prælatus, ipſa die tacuit, nec auctoritatem Cócilij excuſando minuere voluit: ſed vbi poſt Concilium dolere ſenſit Epiſcopum, timens propter ſuũ honorem ſcandalum fratri, meliuſq; iudicans, per charitatem ſe fieri minoré, quam ſine charitate ſe fieri maiorem: Suphetani poſtea Concilij glorioſum reſpiciens conuentum adeſſe, precem ſupplicem coram omnibus fudit, vt ſibi rurſum, ſe volente Quoduult-Deus Epiſcopus præferretur; vt nomine ſuo poſterius recitato, lætus deinceps viueret conſacerdotis animo cóciliato. Mirati ſunt Epiſcopi humilitatem talia poſtulantis, nec contriſtare voluerunt offerentem Deo ſacrificium humilitatis ad cuſtodiendam ſpiritus ſocietaté in vinculo charitatis. Vbi ſunt nunc illi, quibus eminendi ſuper cæteros dominatur affectus, qui ſe etiã ſuis prioribus anteponunt, indebita ſibi priuilegia vendicantes? Ecce B. Fulgentius nec primatum quem meruit defendere voluit: quia ſine charitate prior eſſe alicui minimè concupiuit.

Melius eſt minorẽ videri cum charitate, quàm ſine ea maiorẽ.

IV. *Amici Cardinalis ad retinendam humilitatem inſignis affectus.*

AMicus Epiſcopus Aquilæ, & Cardinalis creatus à Paulo Secundo, patris imitatione opilio fuit, verum doctrinæ excellentia ad tantos honores peruenit. Et vt natalium obſcuritate humilitatem ſuam perpetuo conſeruaret, in ſigna familiæ vinxit agnũ capite librum geſtantem, quorum hic virtutis, ille natalium index eſſet.

Hieron. Garim-bert l. 3. de vitis Pont.

V. *Veſtigia humilitatis Vuillegiſi Archiepiſc. Moguntini.*

ANno 1010. Vuillegiſus Archiepiſcopus Moguntinus, qui Henricum conſecrauit, humilem ortum habuit: pater. n. ipſius currifex fuit, ideo Vuillegiſus in thalamo exarato litteris groſſis ſcribi iuſſit, cuius ipſe clauẽ ſub diligenti cuſtodia ſeruans introire ſolus conſueuit: ea quæ ſcripta erant legit in hunc modum: Vuillegiſi recole, vnde veneris. Hic appendit & rotas in pariete, vt ſtatum ſuæ paupertatis agnoſceret. Inde & rotæ in vexillo Eccleſiæ Moguntinæ ſunt depictæ.

Io. Naucl. Chronograp. vol. 2. gener. 34. an. 1010 Suffrid. presb. lib. 1 Epit Vuillegisi Archiep. Mog. hum[il]itas.

VI. *In Concilio Nicæno ſeſe Epiſcopis ſubmittit Conſtantinus Imperator.*

COnuenientibus Epiſcopis vniuerſis ad agitandam ſubtilem examinationem de Arij propoſitionibus in Concilio Nicæno, maximam in Regalibus præparauit domum Imperator Conſtantinus, ſedes & ſubſellia in ea poni præcipiens, quæ ſufficerent ordini Sacerdotum: ita decentem præparans eis honorem inuitauit ingredi, & de

Tripart. li. 2 c. 5. Nicani Concilij 1 Seſſio.

de præſentibus habere concilium. Introiuit autem & ipſe Princeps vltimus cum paucis, laude dignã ſui magnitudinem habens, & mirabilem ſpeciem, mirabilioremq; gerens dignitatem pudoris in fronte. Minore vero quam alijs ſede poſita, in medio eorũ ſedit, primo tamen petẽs ſibi hoc Epiſcoporum iuſſione concedi. Tum cum eo reſedit ſacratiſſimus iſte chorus.

VII. *De ingenti humilitate, & reuerentia Roberti Regis Francorum erga Epiſcopos.*

Baro. to. 11. Anna. 1004 2. ex Helgaldo eiꝰ tẽp ſcriptore.

ADmiratione quoque & memoria dignum eſt, quanta animi demiſſione conſueuerit Robertus Galliæ Rex cum Epiſcopis intereſſe huiuſmodi publicis cõuentibus, & quidem tanquã famulus illis inſeruiturus. De quo Helgaldus illius temporis auctor, qui eius vitam deſcripſit, hoc factum narrat: Colloquium cum Epiſcopis regni ſui habens Rex humilis, inter colloquium vnumquemq; aſpiciens, vidit quendam eorum mole carnis grauatum pedes ſuos dependere ab alto: pietate ductus, à longè quærens ſuppedaneum, reperit vnum, quod manibus, Deo & hominibus charus, apprehendens, illud tanto Pontifici offerre non recuſauit, & ſub pedibus eius ponere non eſt dedignatus. Erat autem hic Epiſcopus Lingonienſis, Lambertus nomine dictus, ſcientia, religione, & bonitate pollens. In magna etenim ex hoc admiratione pro tali facto omnes Epiſcopi & Principes & habuere ſæpe fatum Robertum humillimum & inclytum Regem.

VIII. *Iuſtinus ex humili loco ſurgit in Imperium.*

Io Zonar. to 3 Annal ĩ ſ. & Euagr l 4 c. 1 & 2 Bar 518 to 7.

QVi depoſuit potentem de ſede, idem exaltauit humilem, & de ſtercore erexit pauperem, collocauitque cum principibus populi, vt ſolium gloriæ teneret. Etenim Iuſtinum poſt Anaſtaſium ex ſtabulo (ſi primordia eius repetas) ad Imperij ſublime faſtigium euexit, cum primum videlicet ex porcario ſiue armentario gregarius miles, & inde, vbi in militia virtutum meritis, fide Catholica præuia, qua pollebat, primos duxiſſet ordines, Prętorianorum præfecturam accepit, atq; demum Imperator effici meruit. De quo præterea ita Euagrius ex Zacharia Eutychiano: Poſtquam Anaſtaſius ex corporis ergaſtulo ad præclarius domicilium demigrauit, Iuſtinus genere Thrax, nouo mẽſis Panemi, qui à Latinis Iulius nominatur, anno autem 566. eo tempore, quo vrbs Antiochia primum illud nomen accepit, purpura veſtitur imperatoria, & à militibus Prætorianis, quibus ante, cũ eſſet Præfectus ordinum aulicorum, pręfuerat, Imperator declaratur. Qui quidẽ ad iſtam Imperatoris dignitatem præter omnem ſpem propterea aſcẽdit, quod multi & præſtantes viri cum Anaſtaſio cognatione coniuncti adhuc ſuper fuerant, qui cum omnibus rebus, quas proſper & beatus vitæ ſtatus poſtulat, abundare videbatur, tum eam conſecuti potentiam, quæ homines in tam amplo honoris gradu locare poſſit.

Iuſtinus ex humili loco ſurgit in imperiũ.

IX. *De humilitate & charitate S. Ludouici Regis Galliæ.*

Gaufrid. de [B]ello loco ĩ vita eius c. 6. & 16. apud Sur. 25. Aug.

QVanto maior erat S. Ludouicus Francorum Rex, tãto humilius, inſtar Dauidis Regis, ſe gerebat, & coram Deo propria exiſtimatione vilior ſibi videbatur. Quolibet ſabbato in loco ſecretiſſimo aliquot pauperum ſuis manibus abluebat pedes, lotos tergebat, terſos exoſculabatur: deinde lauabat etiam illorum manus, & ſingulis certam pecuniæ portionem largiebatur. Cum veniret Pariſios, aut ad alias vrbes, domos hoſpitales, in quibus erat magna male habentium copia, humaniſſimè inuiſens, nulliuſq; morbi deformitatẽ aut ſordes refugiens, infirmis omnibus flexis genibus fercula offerebat. In Abbatia Regij Montis Ciſtercienſis Ordinis, quam ille magnificè imprimis & condidit & ditauit,

S Lud. Rex flexu genibus miniſtrat pauperibus.

uit, vt res ipſa teſtatur, crebro id genus officia præſtitiſſe fertur. Erat ibi monachus quidam leproſus, quem fœlus ille morbus horridum, & abominabilem reddiderat, naſo eius & oculis planè corroſis & exeſis. Et ſanctiſſimus Rex prandenti in os cibum & potum inferebat, abſq; vlla abominatione officioſiſſimè illi inſeruiens genib. flexis, ita vt Abbas, qui tum aderat, & vix intueri ſuſtinebat, in gemitus & lachrymas prorumperet.

Idem leproſis cibum potumque in os ingerit.

x. *Stupendum prorſus humilitatis exemplum S. Eduardi Regis Anglorum.*

Lud. Grana cõ c. 3. de S. Petr. Apoſt. p. 1.

CVm S. Eduardus Anglorum Rex in palatio iuxta eccleſiam B. Petri aliquando moraretur, ſuperuenit quidam vir Hibernicus genere, pedis vtriuſq; priuatus officio: nerui enim in poplite contracti ad poſteriores corporis partes crura retorſerant, natibus inhæſerant, immerſiq; carnibus pedũ articuli à lumbis eius & deorſum corpus omne peruertant. Porrectis ad terram manibus & ſcamnis ſuppoſitis repebat, & factus ſibimet ipſi grauis, trahebat ſe poſt ſe. Hic videns Regis cubicularium, ait ad eum: Hugoline, non me reſpices, nec miſereberis, nec mouebit te tanta calamitas mea? Et ille: Quid me vis facere? Cui pauper; Sexies, inquit, Apoſtolorum limina repens, vt cernis, viſitaui, & ſanitatem nondum promerui; quam tamen mihi Apoſtolorum Princeps non negauit, ſed diſtulit, ſocium in hoc miraculo habere volens Eduardum, quem ſibi nouit in omnibus eſſe deuotum. Ab ipſo enim Apoſtolo in mandatis accepi Regem adire, vt me ſuo ſacro ſubuectum dorſo, ad eccleſiam eius, quæ palatio vicina eſt, perferat, recepturũ, ſi fecerit, membrorum meorum integram ſanitatem. Hæc vbi nunciata sũt Regi, gratias egit Deo, & citatus mox æger acceſſit. Rex vero, vt ſpiritalis illeaſinus fortis, accubans in terminis ſuppoſuit humeros ſuos ad portandũ. Pendet de humero tanti Principis plenus ſordibus pauper, ſquallidis manibus, brachijſq; ſquamoſis regium illud pectus collumq; complectitur. Interea ex aſſiſtentibus ridebant nonnulli, alij à paupere Regem deluſum iocabantur, alij ſimplicitatem iuſti fatuitatē iudicabãt. Cum itaq; Rex paullulum proceſſiſſet, ſubito nerui extendũtur, diriguntur oſſa, carnes marcidæ recaleſcunt, emergunt à carne articuli, pedes à natibus ſoluuntur. Diſtendit homo crura, poplite iam flexibili, & ſanie cum ſanguine profluente veſtis regia ornatur potius quã fœdatur. Iam tũc ſatis eſſe clamant omnes, ſanatum languidum, onus ob ſordes vlcerum deponendum. Ille verò memor præcepti quod ſuſceperat, Sirenarum cãtus obturata aure pertranſijt, ingreſſuſq; eccleſiam, ante ſanctum altare, holocauſtum, quod detulerat, Deo ac beato Petro reſignat, incolumemq; dimiſit. Suſcepto autem à Rege itineris viatico, acturus gratias Deo & ſancto Petro, Romam profectus eſt. Quo tã nouo & inſolito in perſona regia humilitatis exemplo, quantopere diuinus Apoſtolus humilitatis virtutem coluerit, & quanto illam in pretio habuerit, ſatis apertè monſtrauit.

Captus pedibus ſexies, ab Anglia viſitauit limina Apoſtolorum.

S. Petri Apoſtolorũ principis in cultorem ſuum beneficentia.

Rex Anglorũ Eduardus fert humeris mendicũ pedibus captum.

Regis eiuſdē in humilitatis & charitatis opere conſtantia.

XI. *Alphonſus Rex non dedignatur ex equo deſcendens agaſonis aſinum ex luto extrahere.*

Ant. Panorm. li. 1. de reb. geſtis Alph.

ALphonſus Aragonum, Neapolis & Siciliæ Rex potentiſſimus, cũ per Campaniam iter faceret, forte in agaſonem incidit, cuius iumentum farina onuſtum cum in luto hæreret, nec vllis viribus ſe inde extrahere poſſet, agaſo autem prætereuntium implorarct auxilium, ipſe Rex equo deſcendens ſuam in aſino ex luto extrahendo operam agaſoni locauit; qui vbi Regem agnouit, in genua procidẽs veniam petijt, quem ille placidis verbis à ſe dimiſit. Parui quidem momenti res, ſed quæ nonnullos Campaniæ populos Regi conciliauerit.

Iunctæ humilitati charitas magna animum conciliatrix.

XII. Hu-

XII. *Humilitas Adolphi Comitis, & animi fortitudo.*

Albert. Crant l. 8. Saxon. c. 7 plat li 2 de bonc ſtat reli giosi ca 26. circiter annu 1250.

ADolphus comes Holſatiæ, propter Chriſtum ex opulētiſſimo & potentiſſimo Principe monachus eſt factus, ex glorioſo milite ſæculi humilem ſe fecit peditē. Monaſterium ſui ordinis, ſuis ipſe manibus multa molitus, in oppido Kil, vbi nunc requieſcit, curauit erigere, eleemoſynas ſuorum quondam ſubditorum humiliter poſcens & accipiens: cumq; multum ſollicitè laboraret in erectione dicti monaſterij, ibat oſtiatim lac in hydriam mendicans, vt haberent operarij & fratres, quo inter laborandum per æſtum ſe reficerent. Media iam platea, vbi declinare iter non poterat, ibat hydriam baiulans lacte plenam, & cum obuios habuiſſet filios ſublimes in equis Comitum more ſæcularium, paſſus eſt humanitus aliquid, vt rubore cœperit perfundi; ſed ille infremuit, & robur mentis aduocans, cum adhuc in cōſpectu eſſent filij, hydriam leuatam ſuper caput euertit, ſeſe totum à vertice lacte perfundens, dixitque: Infelix, erubuiſti Chriſti pauperiem, baiulare lac in manibus, nunc vel in capite oſtende quid portaueris. Quis non miretur tantam in tanto homine humilitatem, patientiam, fortitudinem.

Pudor hic manens mai re humilitate vincitur.

XIII. *Humilitas Conſtantini complectentis ruſticum ſe deſpicientem.*

D Greg. li 1 Dialog c. 5.

VIr vitæ venerabilis Conſtantinus nomine, in Anchonitana vrbe manſionarij fungebatur officio in eccleſia S. Stephani: cuius ſanctitatis opinio ſeſe ad notitiam hominum longè, lateque extenderat, ideoque multi hunc ex diuerſis prouincijs anxie videre ſitiebant. Quadam verò die ex longinquo loco ad videndum eū quidam ruſticus venit. Eadem verò hora caſu cōtigerat, vt ſanctus vir ſtās in ligneis gradibus reficiendis deſeruiret lampadibus. Erat autem puſillus valde, exili forma atq; deſpecta: cumq; is, qui ad vidēdum eum venerat, quiſnam eſſet inquireret, atq; obnixe peteret, vt ſibi debuiſſet oſtendi, hi qui illum nouerant monſtrarunt quis eſſet. Sed ſicut ſtultæ mentes hominē merita ex qualitate corporis metiuntur, eum paruulum atq; deſpectū videns, ipſum hunc eſſe cœpit omnino non credere. In mente etenim ruſtica inter hoc quod audierat, & videbat, quaſi facta fuerat quædam rixa, & æſtimabat tā breuem per viſionem eſſe nō poſſe, quem tam ingentem habuerat per opinionem. Cumque ipſum eum eſſe à pluribus fuiſſet aſſertum, deſpexit & cœpit irridere, dicens: Ego grandem hominem credidi, iſte autem de homine nihil habet. Quod vt vir Dei Conſtantiùs audiuit, lāpades, quas reficiebat, protinus relinquens, lætus cōcitus deſcendit, atq; in eius ruſtici amplexum ruit, eumq; ex amore nimio conſtringere cœpit brachijs, & oſculari, magnaſq; gratias agere, quod is de ſe talia iudicaſſet, dicens: Tu ſolus es, qui in me apertos oculos habuiſti. Qua ex re penſandum eſt, cuius apud ſe humilitatis fuerit, qui deſpicientem ſe ruſticum ampliùs amauit. Qualis.n. quiſq; apud ſe lateat, contumelia illata probat. Nam ſicut ſuperbi honoribus, ſic plerumque humiles ſua deſpectione gratulantur. Cumq; ſe & in alienis oculis viles aſpiciunt, idcirco gaudent, quia hoc iudicio confirmari intelligunt, quod de ſe & ipſi apud ſemetipſos habuerunt.

Staims paruu lo delectatur deſpectu.

Gaudet ex ſui contemptu.

XIV. *S. Franciſci profunda humilitas.*

D. Bon. in vita eius c. 6. Viſio de S. Franciſci futura gloria.

DEus altioribus S. Franciſcum Aſſiſinatem dignum iudicabat faſtigijs, ſecundum quod vni fratris viro virtutis & deuotionis præcipuæ viſio cœlitus oſtenſa monſtrauit. Cum enim eſſet in comitatu viri Dei, & vnà cum ipſo in quadam Eccleſia deſerta feruenti oraret affectu, in ecſtaſi factus vidit inter multas in cœlo ſedes unam præ cæteris digniorem, pretioſis ornatam lapidibus & omni gloria refulgen-

gentem. Miratus intra ſe præcelſi refulgentiam throni, anxia cœpit cogitatione requirere, quis ad illum deberet aſſumi. Audiuit inter hæc vocem dicētem ſibi: Sedes iſta vnius de ruentibus fuit, & nunc humili ſeruatur Franciſco. Reuerſus demum frater ad ſe ab orationis exceſſu, virum beatum exterius prodeuntem ſolito fuit more proſequutus. Cumque incedentes per viam de Deo inuicem loquerentur, frater ille viſionis ſuæ non immemor, ſolerter ab eo quæſiuit, quid de ſe ipſo ſentiret. Ad quem humiliter Chriſti

S Franc. de ſe iudicium.

ſeruus: Videor, ait, mihi maximus peccatorum. Cui cum frater diceret ex aduerſo, quod hoc non poſſet ſana cōſcientia dicere, nec ſentire, ſubiunxit: Si quantumcunq; ſceleratum hominem tanta fuiſſet Chriſtus miſericordia proſequutus, arbitror ſane quod multo quam ego, Deo gratior eſſet. Confirmatus fuit frater ex tam admirabilis humilitatis auditu, de veritate viſionis oſtenſæ, Euangelio ſacro teſtante cognoſcens, quod ad excellentiam gloriæ, de qua ſuperbus eijcitur, vere humilis exaltetur.

XV. *Paulæ nobiliſſimæ humilitas eximia.*

Marul. li 1 c.5.

PAula Romana matrona (vt Hieronymus refert) maternum genus à Scipionibus Gracchiſque, paternum ab Agamennone potentiſſimo quondam Græciæ rege ducēs, liberos è Toxocio ſuſceperat, qui ab ipſo Ænea Iulioque trahere originem credebatur. Poſteaquam autem contemptis omnibus Chriſto cœpiſſet ſeruire, tanta ſe humilitate deiecit, vt qui eā videret (videre autem propter nominis celebritatem multi geſtiebant) ipſam eſſe nō crederet, ſed ancillarum vltimam. Quamuis. n. frequentibus virginum ſacrarum cingeretur choris, veſte tamen, voce, habitu, inceſſu minima omnium apparebat, intellexit profecto ſapientiſſima mulier, hominis nobilitatem non genere, nō potentia, ſed virtute conſtare: inter virtutes autē Chriſtianæ profeſſionis nihil eſſe præſtantius humilitate; nihil fructuoſius.

XVI. *Inſigne documentum cuſtodiendæ humilitatis.*

Io. Clim. in ſcalā cœl graduu 25.

CVidam athletæ Chriſti fortiſſimo, qui ad hanc beatiſſimam virtutem feſtinabat, impuri dæmones laudem in corde ſubſeminabant. At ille diuina inſpiratione malignorum ſpirituum nequitiam pio & religioſo compendio vincere aggreditur. Deſcribit in cellulæ pariete altiſſimarum virtutum appellationes, puta perfectæ charitatis, angelicæ humilitatis, mundiſſimæ orationis, incorruptibilis caſtitatis, & huiuſmodi virtutum reliquarū. Cum ergo illum cogitationes extollere cœpiſſent, dicebat illis: Eamus ad argumentum, aduenienſq; relegebat appellationes, ſibiq; ipſi clamabat: Cum

Luc. 17.

has omnes poſſederis, ſeruus eris inutilis; feciſti enim quod facere debuiſti.

XVII. *Singulare humilitatis exemplum in ſene monacho.*

Idē ibid. grad. 4.

CVm Ioannes Climacus ſpiritalis inſtructionis & ædificationis gratia diuerſa perluſtraret monaſteria, & ſibi in quodam loco ad menſam aſſidēti in aurem Abbas ſuggeſſiſſet; Vis, inquam, Climace, ſingulare humilitatis exemplum aliquod videre? Nihil, ait Climacus, libentius. E mēſa igitur Abbas Laurentium quendam octogenarium euocat, qui facile in monaſterio quadraginta octo annis vixerat. Ille è menſa abijt illico, & coram Abbate genibus flexis benedictionē petijt: ſurrexit deinde, cum ei bene precatus fuiſſet Abbas. Abbatē poſtmodum roganti, nū quid mandatum ſibi vellet, non reſpōdit Abbas, niſi quod ſub finē mēſæ (quæ ad duas horas, ipſo ſtāte ac ieiuno, alijs interea bene edentibus durauerat) quaſi oſcitanter, mandauit tādē, vt Iſidoro alteri religioſo præſcriberet recitationem Pſ. 39. qui incipit; Expectans expectaui Dominum, &c.

Deus in ſuperiori bus hono randus.

Interrogatus à Climaco poſtea, vt diceret, quid ei eſſet animi ac cogitationis, cum tamdiu, quaſi contemptim, ſine reſponſo exponeretur aliorum ludibrio, reſpõdit, ſibi viſum fuiſſe, non coram hoīe adſtare, ſed veluti cum in altari ſtat, Deũ in ſuperiore honoraſſe; charitatem vero, qua Deus mẽtem ſuam munijſſet, nunquam permiſſuram, vt vel leuiſſima peruerſæ cogitationis in ſuperiores nebula exurgeret.

XVIII. *Agatho Abbas patitur omnes culpas ſibi imponi, ſed non hæreſes.*

Ex lib 2 vit. SS. Patr. Alphab. 19

PErrexerunt aliquando Fratres quidam ad Agathonem Abbatem nominatiſſimum in virtute humilitatis & patientię, & volentes probare, num verè humilis eſſet, dixerũt: Multi ſcandalizantur in te, Pater, quod nimio ſuperbiæ vitio tenearis, & ideo alios deſpicias, & detractiones aduerſus eos loqui nõ ceſſes: & quod fornicationis vitio labores. Quibus ſenex: Hæc omnia, inquit, in me eſſe cognoſco, nec poſſum negare tãtas iniquitates meas; procidenſque in terram eos adorabat dicens: Deprecor vos, fratres, vt intentiùs pro me orare non ceſſetis, vt mihi ignoſcat Deus. Adhæc fratres; Non te lateat etiam hoc, quod hæreticum te eſſe quam plurimi affirmare volunt. Hoc cum audijſſet ſenior, dixit: Licet multis peccatis obnoxius ſum, tamen hæreticus penitus non ſum; abſit hoc ab anima mea. Tunc illi proſtrauerũt ſe ad pedes eius obſecrãtes: Precamur te, Abba, vt dicas nobis, cur tanta vitia nobis dicentibus de te, in nullo ſis commotus; de verbo autem hæretici valde te commouiſti, & abominatus es, nec ferre potuiſti auditum. Dicit illis ſenior: Illas priores culpas per humilitatem ſuſtinui, vt me peccatorem eſſe crederetis; ſcimus enim, quod ſi cuſtodiatur humilitatis virtus, magna eſt ſalus animæ. Nam cum Iudæi contumelias & conuicia plurima irrogarent Chriſto Domino, patienter cuncta tolerabat, vt nobis exempla præberet humilitatis. Oportet igitur vt aduerſa cum humilitate ſuſtineamus. Cum verò me hæreticum dixiſtis, ſuſtinere non potui, quia hæreſis ſeparatio eſt à Deo: hæreticus enim ſeparatur à Deo viuo & vero, & iungitur diabolo & angelis eius. Alienatus enim à Chriſto iam non habet Deum, quem exoret pro peccatis ſuis, quia ex omni parte perijt.

Hæreſis quid?

TIT. XXXI. De gratitudine, ſeu gratiarum actione.

Exodi 15.

Cecinit Moyſes, & filij Iſrael carmen Deo, & dixerunt: Cantemus Domino: poſtquam ſcilicet tam mirabiliter mare rubrum tranſiiſſent.

EXEMP. I. *Monumentum grati animi Hæmorroiſſæ Euangelicæ.*

Niceph. li. 6. hiſt. Eccl. ca. 15. & li. 10. c. 30

EX Cæſarea ciuitate (quam Græci Paneadem vocant) fama fert ortam fuiſſe mulierem illam, quam ſanguinis profluuio laborantem, fimbriæ Chriſti attactu ſanationem rapuiſſe diuinorum Euangeliorũ teſtatur ſcriptura. Ibi domus quoque eius magnifica viſa eſt adhuc, ſimulque admirandum trophęum & monumentum collati in eam beneficij ſeruatoris permanſit: Pro foribus namque domus eius in colũna quadam æreæ duæ ſtatuæ ſtabant ſublimes: quarum altera genibus flexis, manibuſq; protenſis, fœminæ habitu ſupplicantis faciem præ ſe tulit: altera autem ex aduerſo collocata directo viri ſtatu, diploide cum decẽti quadam grauitate amicti, manum inclinatæ fœminæ porrigere viſa eſt. Ad huius pedes in ſtatuæ ipſius baſi herba excreſcere, quæ quum ad fimbriã æreæ diploidis pertigiſſet, non altius progrediebatur: eamq; veluti ſacram fimbriam tãgens illa, præſens aduerſus omne genus morborum auxilium habuiſſe dicta eſt. Statuam porro iſtam à muliere illa ſanguinis

Herba viri⁹ miraculoſa contra oēs morbos.

pro-

profluuio laborante ad Chriſti formã & habitum conflatam eſſe, vera certaque, quæ ad nos peruenit hiſtoria tradidit. Atque ea ad Iuliani vſque tempora perdurauit. Neque adeo mirum videri debet, qui aliquid beneficij olim à ſeruatore noſtro accepere, eos per huiuſmodi monumenta grati erga eum animi memoriam reliquiſſe.

II. *De ingenti Boleſlai Polonorum Regis in Deum gratitudine pro beneficijs temporalibus.*

Longin. Canoni. Cra. uiuerſ rebus Polon. ad Bar. m. 11. 1010 3. MVltifarijs & gratuitis donis Dei ſolium ſuum, & regni ſui Boleſlaus Poloniæ Rex videns propitia diuinitate firmatum, animũ ad religionẽ, reſq; diuinas conuertit. Non ignorabat ſiquidem, ex vniuerſis principibus Poloniæ præcedentibus neminem tanta, quanta ſe tuliſſe trophæa, tantaſq; diuitias, ſucceſſus felices & gloriam talẽ, inſuper induſtriam prudentiamq; habuiſſe, qualia & quanta in ſe vnum collata fuerant. Videbat præterea principatus ſui fulgorem vltra cæteros Reges, & nationes magnificatũ eſſe. Quare volens de ampliſſimis beneficijs Dei gratum ſe oſtendere, & illis aliquanta viciſſitudine reſpondere, Eccleſijs tam cathedralibus, quàm inferioribus, à genitore ſuo Duce Mieceſlao erectis ac fundatis, oppida, villas, ac prędia, ampliori illarum ſtabilimẽto & dote munificè & largiter tribuit & donauit, plureſq; parochiales in villis, viciſque, quę ſub ſuo & patris ſui tempore erecta fuerant, cõſtruxit, & fundauit, vaſiſq; aureis, & argẽteis in miniſterium, & cultum diuinum neceſſarijs Eccleſias ſingulas, ſed præſertim cathedrales adeo ornauit, locu pletauitque, vt liberalitatem ſuam in Eccleſias Dei abundè effuſam multa ſecula teſtentur. Decimarum autem manipularium pro Eccleſijs, ac miniſtris Dei vniuerſis principatibus ſuo Imperio ſubiectis, ſolutionem nullatenus paſſus aut varietate aliqua diminui, aut in dubium aliquatenus reuocari, ſed mãdauit, decreuitq; illam eſſe perpetuam &, perennem, varia vltionis diuinæ flagella filijs, nepotibus, ſucceſſoribuſq; ſuis interminans, ſi per quempiam illorum præfatarum decimarum contingeret redditionem intercipi, tranſmutari vel reſcindi.

ira in ndan , de ndiſue cleſiis erali. tima Et. ſemi uſol darũ aliu

III. *Saba exemplo barbarorum excitat ſe ad actionem gratiarum erga Deum.*

AD gratiarum actionem agendam pro beneficijs acceptis nos quoq; monere debent barbarorum exempla. Quod fecit S. Saba multorum monaſteriorum celeberrimus pater. Quibuſdã Agarenis per cellam eius tranſeuntibus & famentibus appoſuerat radices tantum quaſdam melagriorum, & arundinum cortices: neque enim alio cibo ipſe vtebatur. Redierunt illi poſtea afferentes ei caſeos & dactylos. Quo viſo, Hei mihi, inquit: Barbari iſti, parui noſtri beneficij memores referre gratiam munificè ſtuduerũt: nos autem, qui quotidie fruimur bonis Creatoris, nullam ei viciſſim ſtudemus referre gratiam per mãdatorum obſeruationem. Quæ de cætero excuſatio, quæ venia dabitur? *In vita eius apud Sur. to. 6. pag. 759.*

IV. *Inſignis animi gratitudo Admirati Turci erga Balduini Regis humanitatem.*

BAlduinus Hieroſolymorum Rex cum Admiratum Turcorum in Arabia prælio ſuperaſſet, captã illius coniugem cum alijs multis (quam vicino partu grauiter habentem vir in itinere reliquerat) in optimo lecto tẽtorijs circumcluſit, ſeruis quoq; atque alia omni re neceſſaria adiutam, inſuper pro ſtragula veſte, cuius eo in loco copia nulla erat, chlamyde ſua cooperuit, atq; Admirato eam illato pudore reſtituit. Contigit poſtea Balduino, vt à Turcis acie victus in vrbem Rhamam immunitam ſe reciperet. Ad eũ ergo idem Admiratus noctu profectus, plus accepti beneficij, quam, ob *Tab. Fulgoſ. & Egnat. l. 5. c. 2.* *Hoſtes humanitate vincendi.*

religionis diuerſitatē, odij, aut etiam prædæ, quam ſperare poſſet, memor, periculi imminentis magnitudinem aperuit. Poſtridie enim mane Turcas impetum facere in eum conſtituiſſe. Si ſe ſequeretur, incolumem ſe ſeruaturum eum promiſit, & promiſſis reipſa ſatisfecit.

v. *Feræ etiam oſtendunt gratitudinem.*

Ruff li 2 hiſ. eccl. cap. 4.

MAcharius leænæ ſpelūcam habuit cellulæ ſuæ vicinam. Et quadam die catulos ſuos cæcos ad eum belua producit, & ante pedes eius ponit. At ille cum intellexiſſet, pro cæcitate catulorum beſtiam ſupplicare, rogauit Dominum, vt eis redderet viſum. Quo recepto, matrem ſequentes redeunt ad ſpeluncam. Et paulo poſt ipſa cum catulis ſuis regrediens pelles ouium lanatas plurimas, velut munus pro ſuſcepta gratia, ad ſenem defert, morſu oris enectas, ante fores eius depoſitis abſcedit.

Leunculorū cæcitas curata precibus.

TIT. XXXII. De modeſtia in habitu.

EXEMP. I. *Benedictus XI. Pontifex ſummus in matre amat modeſtiam habitus.*

Albert. Crant. l. 8. Metrop. c. 48

BEnedictus XI. Summus Pontifex humili genere natus, cum eſſet & ad ſummam dignitatem euectus, non erubuit ſuæ paupertatis primordia. Mater eius, dum is inter monachos ageret, fratrum veſtimenta abluit: iam Pōtifex creatus illam ad ſe venire iuſſit. Vbi venit, matronæ illam, vt Pontificis matrem, ſummis honoribus extulerunt, veſtibus exornantes pro magnificētia ſummi principatus in filio. Productā in conſpectu Pontificis Pontifex agnoſcere diſſimulauit: Ego, inquiens, matrem in illo ornamento nō agnoſco. Non eam talem reliqui, auerſuſq; fecit cunctos, qui honoris illam gratia deduxerant, erubeſcere. Exuentes autem, pannoſas exuuias mulieri reddidere, & ita reduxerunt. Tum amplexatus genitricem; In illo, inquit, veſtium apparatu matrem reliqui, ſic recipio. Meum nunc fuerit genitricem cohoneſtare.

II. *Modeſtia habitus Rudolphi Imperatoris.*

Iuſt. Li. pſ. li. 2. Monit. c. 15.

RVdolphus Auſtriacus victum Ottocarum Boemiæ Regem ad ſe vocauit, fidem ab eo (homagium dicimus) accepturus. Ille venit cum magno & ſplēdido comitatu: viri & equi auro, gemmis, ſerico nitebant. Dictum Rudolpho, aduentare, & ſedulo, à quibuſdam additum; pararet ſe veſte & cultu ornatiore, & Imperatorio, talem regem admiſſurus. Rudolphus ridens: Immo rex Boemiæ, inquit, griſeam meā veſtem (verba fuerunt) ſæpe deriſit: nunc ipſum veſtis mea griſea deridebit. At vos equos & arma expedite, & accincti inſtructiq; vt ad pugnam ſtate. Decus Teutonicorum armorum, non veſtium aduenis iſtis oſtendite: hoc me vobiſque dignum eſt. Dixit Rudolphus, neque aliter fecit. Ottocarus illi vili cultui ſe, & aurum ſuum ſubmiſit, & ad genua acceſſit: non ſine ludibrio etiam: cum Imperator iuſſiſſet tentorium, in quo res gerebatur, ſubito pandi, & reuelari, vt ab omnibus geniculans Ottocarus conſpici poſſet.

Non ridendus vilis habitus.

Irriſori ridetur.

III. *Veſtitus Caroli V. Imperatoris.*

Idē ibi.

CArolus Quintus Imperator, vt ſanguinem ab eo, ſic hanc virtutem traxit. In omni vita modicus, vel potius tenuis in cultu fuit. Quod notarunt Itali, & mirati aut calumniati ſunt in primo eius & ſolemni ingreſſu Mediolanum Inſubrum vrbem. Ciues nouo domino omnia inſtruxerant, plateas aulæis, tabulis, frondibus; ſeſe quiſque veſtibus exornauerant, vmbella aurea parata, quæ ingredientem tegeret. Cum ille & Imperator, & non ſemel Rex ac Princeps, in lanea atra penula, & vili pileo ſub eam

Ingreſſ. Caroli in vrb. Mediolanum.

eam ſe dedit. Videbant eum & requirebant: matronæ præſertim, & virorum vaniores, qui trabeas, & illuſas auro veſtes, & fulgentes in capite, & collo gemmas exſpectabant.

IV. *Ludouicus Secundus Rex Francorum liberalis, ſed in veſtitu moderatus.*

Fulg. li. 2. c 6. LVdouicus II. Gallorum Rex Caroli ſeptimi filius, gloria regnoque, atq; imprimis liberalitate, quantus vllus ſuperiorum Regum, ingens, multis victorijs clarus, cum alij reges auro ſericoque amicirentur, lana aut bombyce induebatur, aſinumque pro equo nonnunquam in vſum adhibebat, & quo pretioſiore veſte vt fulgerent, alij curauerunt, ipſe, vt viliore amictus conſpiceretur, operam dabat, fortaſſe ob eam cauſam, vt cum inter Chriſtianos reges omnium maximus liberaliſſimuſque haberetur, qui viderent eum, habitus humilitatem mirarentur.

Rex Gallia interdũ aſino vſus pro equo.

V. *Vulgaris veſtitus Alphonſi Regis.*

Ant Panor li 1. de reb geſt. Alphonſi. ALphonſus Aragonum Rex cum moribus & auctoritate potius, quam purpura & diademate ſuis regẽ ſe oſtendere niteretur, veſtitu cultuq; corporis tã moderatè vſum legimus, vt hac in re parum à popularibus ſuis diſcrepaſſe ſæpenumero viſus ſit.

VI. *Quod ſplendet in oculis ſenſibilibus hominum, fœtat in oculis interioribus prudentium ſecundum Deum.*

S. Io. Damaſc. in vita SS. Barlaã, & Ioſaphat c. 6 ERat aliquãdo magnus quidam & illuſtris Rex, qui in aureo curru, ſatellitum manu regia maieſtate digna cinctus iter faceret: contigit vt duos viros laceris & ſordidis veſtibus, atq; ore macie confecto, ac maiorem in modũ pallido, obuios haberet. Regi porro exploratum erat, eos corporis afflictatione, ac vitæ Deo conſecratæ laboribus carnes ſuas ita confeciſſe. Vt igitur eos vidit, è curru ſtatim deſiliẽs, atq; humi proſtratus eos adorauit, ac deinde ſurgẽs, amiciſſimè complexus eſt, & ſalutauit. Proceres autem ipſius ac Præfecti hoc moleſtè tulerunt, eum facinus regis gloria indignũ admiſiſſe exiſtimantes. Verùm cum coram ipſum reprehendere minimè auderent, cum germano ipſius fratre agebant, vt Regem admoneret, ne diadematis amplitudinem, & ſublimitatem ad hunc modum dedecore ac contumelia afficeret. Cum itaq; ipſe hæc fratri dixiſſet, atq; intempeſtiuam & prepoſteram ipſius humilitatem accuſaſſet, reſpõſum ipſi rex dedit, quod à fratre minimè intellectum eſt. Mos.n. regi erat, cum aliquem morte mulctaret, præconem cũ tuba, qui quidem mortis idcirco dicebatur, ad ipſius fores mitteret atq; ex tubæ illius clangore, oẽs ei moriendum eſſe intelligebant. Itaque cum adueſperaſceret, lethalem tubam ad fratris ſui fores clangorem edituram. Rex miſit. Vt igitur ille hanc tubam audiuit, deſperata ſalute per totam noctem domeſticis rebus conſuluit. Mane autem atra ac lugubri veſte indutus, cum vxore ac liberis ad palatij fores flens ac lamentans profectus eſt. Cum autem Rex ipſum ad ſe admiſiſſet, atq; ita eiulantem vidiſſet, his verbis vſus eſt: O ſtulte ac demens, ſi fratris tui, cũ quo idem tibi genus, & par honor eſt, in quem nullius omnino ſceleris tibi conſcius es, præconem ita extimuiſti, quonam modo mihi reprehenſionis notam idcirco inuſſiſti, quia Dei mei præcones, qui mortem ac Domini, in quem me multa & grauia ſcelera perpetraſſe ſcio, pertimeſcendum aduẽtum mihi quauis tuba vocalius, altiuſq; denuntiãt, humiliter ac demiſſe ſalutaui? En igitur vt tuam dementiam coarguerem, hac ratione vſus ſum: quemadmodũ etiam eos, qui tibi, vt me reprehenderes, in animum induxerunt, ſtatim ſtolidos & amentes eſſe demonſtrabo. Atq; ita curatum & vtiliter inſtructum fratrem ſuum domum remiſit.

Regis in pauperculos et mũdo deſpectos honor.

Mortis tuba.

Prater fratri terrori.

Sapiens admonitio & correptio.

Ingenioſum ad docendā prudētiā commentum. Iuſſit autem è ligno quatuor arcas effici, quarum cū duas vndiq; auro contexiſſet, fœtidaque cadauerum oſſa in eas inieciſſet, aureis ſeris eas obfirmauit: reliquis autem duabus, pice ac bitumine oblitis, pretioſiſque lapidibus & exquiſitis vnionibus, omnique vnguentaria fragrantia impletis, aſperiſque funibus conſtrictis, proceres eos, à quibus ob virorum illorum occurſum reprehenſus fuerat, ad ſe acciuit, ipſiſque quatuor has arcas propoſuit, vt quanti hæ quantiq; illæ pretij eſſent, æſtimarent. Illi autem duas eas, quæ inauratæ erant, maximi pretij eſſe aſſerebant, neque enim aliter fieri poſſe inquiebant, quin in ipſis regiæ coronæ ac cingula recondita eſſent. *Stultus ab externa facie iudicat.* Eas cōtra, quæ pice ac bitumine oblitæ erant, viles omnino ac nullius pretij eſſe aiebant. Rex autē ipſis dixit: Nec me quidem fugiebat, vos hoc dicturos eſſe. Nam ſenſibilibus oculis, ea quę in ſenſum cadunt, perſpicitis. Atqui non ita faciendum eſt: verum interioribus oculis, ſiue pretium, ſiue vtilitatem & fœditatem, quæ intus condita ſunt, ſpectare oportet. Ac protinus inauratas arcas aperiri iuſſit. Quibus patefactis grauis quidam ac teter odor exhalauit: atque iniucundiſſimum ſpectaculum oculis obiectum eſt.

VII. *Qua ratione Elizabet Regina veſtium faſtum depoſuit.*

In eius vita apud Sur. to 6. c. 7. Nou. 15. CVm Eliſabet Regis Hungariæ filia, & Lantgrauij Thuringiæ vxor, die quodam ſolemni pretioſis ornata veſtibus, aureamq; capite geſtans coronam, ac familia frequenti ſtipata, de more Chriſtiano rem diuinam aditura eſſet, primo ſtatim contuitu crux Dominica, atque ex ea pendens imago Saluatoris eam penitiſſimè compunxit, compunctæ lachrymas excuſſit, & lachrymanti huiuſmodi cogitationes ingeſſit: En creator & redēptor meus nudo corpore, mea cauſa ignominioſam in cruce oppetit mortem: ego vero miſera, gemmis, auro, byſſo, & purpura contecta, vitam cæleſtibus indignam beneficijs perdo magis, quam ago. Illud caput intra Pilati ædes ſpinea corona depunxit, Iudæorum vallarunt opprobria; me numeroſa circumdatam familia, aurea corona redimitam, cūcti mirantur, ſuſpiciunt, honorant. *Paſſionis dominicæ memoria domitrix vanitatis.* Me miſeram me infelicem: ſic illius obedio præceptis, beneficia retioluo, veſtigia ſequor, qui me, cū non eſſem, creauit, perditamq; ſuo ſanguine redemit? Tam intenſę autem hę cogitationes fuerunt, vt deſtituto viribus corpuſculo, ac facie tota in pallorem verſa repente regia mulier humi velut exanimis prolaberetur, omnibus, qui eam ſtipabant, vehementi pauore perculſis; elatamque foras tantiſper ſacris vndis aſpergere perſeuerantibus, dum, ſtupore ceſſante, compos mentis redderetur.

TIT. XXXIII. De liberalitate.

Filij Iſrael mente promptiſſima atque deuota obtulerunt ad faciendum opus tabernaculi: Et quicquid ad cultū, & veſtes ſanctas erat neceſſarium. Et ſequitur: Artifices compulſi dixerunt, Moyſi, plus offert populus, quam neceſſarium eſt. *Exod. 35 &*

Dauid nactus ex Amalechitis prædam optimam, non ſolum inter pugnantes eam diſtribuit, ſed & alijs ducentis qui ad ſarcinas remanſerant, multis murmurantibus liberaliter diuiſit, nec in illos modo, ſed & in abſentes liberalis. *1. Reg. 30.*

EXEMP. I. *Liberalitas & fiducia Adriani Pontificis.*

CVm Adrianus Pontifex die quadam inter compresbyteros ſuos à ſanctiſſimo Papa Sergio conſuetudinaliter denarijs quadraginta perceptis, domus ſuæ portas reuertens ingredi vellet, ac præ multitudine peregrinorum, quæ ibi fiducialiter ſolito mo- *Baro. to. 10. Annal. an. 867. ex Anaſta. Bibliothec.*

more, velut ad horreum commune confluxerat, omninò nequiret, miſericordia motus Equeſtri ſuo retulit, nihil ſine tantis fratribus in tantillis denarijs ſibi eſſe commune. Cumque ille neque tertię parti pauperum ſingulos denarios poſſe ſufficere intuliſſet: Virtute, inquiens, Chriſti, qui de quinque panibus, & duobus piſcibus quinque millia hominum ſatiauit, non ſingulis ſingulos, ſed ternos ſingulis denarios erogabo. Hæc dicens, forinſecus portæ ſubſidens, ac de manu Equeſtris ſui ſuſcipiens, peregrinis cunctis egredientib. ternos ſigillatim denarios erogauit. In qua redundatione cum miraretur Equeſter, non ſolum non defeciſſe denarios quinimmò fuiſſe ſuper; liberalis presbyter, ex ijs qui ſupererant, domum ſe recipiens, multitudini familiæ ſuæ ternos, nihilominus perſonatim nummos largitus eſt. At cum ſex identidem ſupereſſent: Vides, inquit, quam largus, & quam ſuauis ſit omnipotentiſſimus Dominus, qui quadragenariam quantitatem nummorum, & fratribus noſtris per ternos diſtribuit, & mihi ternos, & tibi ternos æqua ſorte ſeruauit?

Denariorum miraculoſa in manibus multiplicatio

II. *Liberalitas & miſericordia Roderici Toletani Epiſcopi.*

Roderic. Tolet. li. 8. de reb. hiſp. æra 1251.

ADelphōſus Rex Caſtellæ æra milleſima ducenteſima quinquageſima prima, 8. Kalend. Decembr. congregato exercitu vrbem ingreſſus eſt Toletanam, & tranſiens fixit caſtra apud Beatiam contra Arales, vbi tanta inualuit fames, vt exercitus carnes humano generi inſuetas edere cogeretur; nulla.n. victualia ferebantur. Rex ergo omnibus ferè fame deficientibus, ſuorum conſilio facta cum Arabibus treuga redijt Caltranam: magnates & cæteri, prout quiſq; potuit, eorũ neceſſitatibus ſubuenerunt. Rodericus Toletanus Pontifex attendens Verbum Ioannis Apoſtoli. [Qui viderit fratrem ſuum neceſſitatem habentem, & clauſerit viſcera miſericordiæ ſuę, quomodo charitas Dei eſt in illo? & Paſce fame morientem, quem niſi paueris, occidiſti,] totum argentum, quod apud ſe potuit inuenire, fratribus erogauit, elegit ipſe cum indigentibus indigere.

Vi ſacræ Scripturæ

III. *Deus compenſat liberalitatem, & fidelitatem Epiphanij Epiſcopi.*

Sozomen. hiſ. Eccl. li. 6. c. 26.

EPiphanius quoq; Metropolitanæ Cypriorũ Eccleſiæ Epiſcopus admodũ propenſus erat ad largiendum egenis aut naufragis, vel aliàs calamitoſis, ideoq; & ſubſtantiam ſuam iam inſumpſerat, & pecunias Eccleſiaſticas quoq; admodum diminuerat. Fuerant autem illæ multæ. Nam vndique multi, quibus propoſitũ erat opes ſuas ad pietatem inſumere, tam viuentes adhuc exhibebant illas, quã poſt mortem relinquebant Eccleſiæ. Erãt enim ea erga illũ fiducia, vt crederent eum tanquam fidelem diſpenſatorem & pium, pro ipſorum ſententia, quæ dabant, expenſurum. Itaq; cum aliquando, vt fertur, pauca adhuc ſupereſſet pecunia, œconomus Eccleſiæ grauiter ſuccenſens, quęrebatur eum eſſe prodigum. Ille vero neq; ſic ceſſabat liberaliter elargiri egenis. Omnibus iã abſumptis, venit quidam ad domunculam, in qua degebat œconomus loculos adferẽs auro multo refertos. Cùm autem neq; quis illos dediſſet, neque quis miſiſſet conſtaret, videreturque non immeritò inſolens & admirabile, quod homo aliquis tantas largiendo pecunias cognoſci noluiſſet, cuncti rẽ hanc diuinitus geſtam eſſe coniecerũt.

Dabantur Epiſ nũmi in egenos diſtribuendi.

IV. *Magnanima liberalitas S. Odilonis Abbatis.*

Pet. Damian. in eius vita apud Baron. an. 1000. 4.

IN erogandis præterea eleemoſynis ita largus erat S. Odilo Abbas Cluniacenſis, vt nonnulli, dum eum omnia diſpergentẽ ſine cunctatione conſpicerent, non diſpenſatorẽ; ſed prodigum iudicarẽt; præſertim quodã tempore, dum fames valida Aquitaniæ fines vehementer affligeret, ac plurimas Galliarum prouincias peſtilenter

arctaret, exhauſtis iam in pauperum vſus ærarijs, & horreis quorumcumq; prouentuum non mediocriter profligatis: mox etiam plurima ſacra vaſa confregit, inſignia Eccleſiæ ornamenta diſtraxit: coronæ quoque, quam ſibi Imperator Henricus ob ſui memoriam deſtinauerat, non pepercit. Vt igitur tam acerbæ famis, in quibus valuit tẽperaret inopiam; quidquid hinc inde corradere potuit facultatum, in ſuſtentationes & alimenta tradidit egenorum. Quadam ſanè die dum per publicum incedit, duos in itinere pueros fame peremptos reperit. Mox equo deſiliens laneam, qua indutus erat ad carnẽ, ſubduxit ſibi interulam, eaque prout erat velaminis quantitas, vtrumque cadauer obuoluens, exhibet mortuis ſepulturam. Nam & veſpillones mercede conduxit, & funereis vſque ad tumulum proſequutus exequijs, defunctis fratribus debitum humanæ pietatis exoluit.

Sacra vaſa ĩ vſus pauperũ confringuntur.

S. Odilo interulã exuit in pauperũ ſepulturã.

.V. *Liberalitas Fabiolæ nobiliſſimæ fœminæ.*

FAbiolam nobilem fœminam à liberalitate vehementer extollit D. Hieronymus, quæ poſt lapsũ ad Chriſtum conuerſa, ſanctiſſimam vereque Chriſtianam egit vitam: omnem enim cenſum, quem habere poterat (erat enim ampliſſimus, & reſpondens generi eius) dilapidauit ac vendidit; & inde pecuniam congregatam vſibus pauperum præparauit; & prima omnium νοσοκομεῖον inſtituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & conſumpta languoribus atque inedia miſerorum membra foueret. Deſcribam ego nunc diuerſas hominum calamitates, truncas nares, effoſſos oculos, ſemiuſtos pedes, luridas manus, tumentes aluos, exile femur, crura turgentia, & de exeſis ac putridis carnidus vermiculos bullientes? Quoties morbo regio & pædore confectos humeris ſuis ipſa portauit? Quoties lauit purulentam vulnerum ſaniem, quam alius aſpicere non valebat? Præbebat cibos propria manu, & ſpirans cadauer ſorbitiunculis irrigabat. Scio multos diuites & religioſos ob ſtomachi anguſtiã, exercere huiuſmodi miſericordiã per aliena miniſteria, & clementes eſſe pecunia, non manu. Quos equidem non reprobo, & teneritudinem animi nequaquam interpretor infidelitatem: ſed ſicut, imbecillitati ſtomachi veniam tribuo, ſic perfectæ mentis ardorem in cælum laudibus fero.

D. Hier. to. I. in Epitaph. Fabiolæ ad Oceanum.

Rara erga infirmos charitas.

TIT. XXXIV. De Caſtitate.

Ioanni Apoſtolo parthenio Chriſtus Dominus in cruce moriens matrem ſuam ſemper virginem commendare voluit.

Ioan. 19.

Iacobus Apoſtolus, cui propter ſanctitatis, & caſtitatis, opinionem ſoli ſancta ſanctorum ingredi licebat, viduis & virginibus Chriſtianis Hieroſolymæ præfectus, & cuſtos datus fuiſſe in Actis ſcribitur.

EXEMP. I. *S. Gregorius Nazianzenus à pueritia ipſa ſemper caſtiſſimus.*

GRegorius Nazianzenus nec in cõuerſatione ſcholari, vel ætatis vel ſodalium illecebris cedens, prodidit pudicitiam: ſed tanquam à Domino ſibi cõmiſſum theſaurum ad domum caſtam reportauit integrum ſignaculum caſtitatis. Denique cum philoſophiæ ſtudia apud Athenas florerent, vidit per ſoporem ſedenti ſibi & legenti duas decoras ſatis dextra leuaq; fœminas conſediſſe. Quas ille caſtitatis inſtinctu, oculo toruiore reſpiciens, quænã eſſent, & quid ſibi vellent, percunctabatur. At illæ cum familiarius & ambitioſius complectentes aiunt: Ne moleſte accipias iuuenis; notæ tibi ſatis & familiares ſumus. Altera enim ex nobis Sapientia, altera Caſtitas dicitur: & miſſæ ſumus à domino tecum habi-

Ruffinus prolegom. libros S. Gregor.

habitare, quia iucundum nobis & ſatis mundum in corde tuo habitaculum præparaſti. Ita Ruffinus ipſius S. Gregorij Nazianzeni diſcipulus.

II. *Caſtitas etiam Barbaris eſt admirationi & venerationi, & apud Deum efficax.*

D. Aug. epiſt 122 ad Victorian. de afflict. piorum.

QVanti faciat omnipotens & miſericors Deus virginitatis donum, etiam in terra barbarica hoc mirabili exemplo declarat D. Auguſtinus: Sitifenſis, inquit, ante paucos annos Seueri Epiſcopi neptis ſāctimonialis à Barbaris ducta eſt, & per mirabilem Dei miſericordiam cum honore magno ſuis parentibus reſtituta eſt. Domus enim illa barbarorū, vbi captiua ingreſſa eſt, ſubita cœpit dominorum infirmitate iactari, ita vt omnes ipſi barbari, tres, ni fallor, vel amplius, fratres periculoſiſſima infirmitate laborarēt. Quorum mater animaduertit puellam Deo deditam, & credidit, quod eius orationibus ſui filij poſſent ab imminentis iam mortis periculo liberari: petiuit vt oraret pro eis, pollicens, quod ſi ſalui facti eſſent, eam ſuis parentibus redderent. Ieiunauit illa & orauit, & exaudita continuo eſt. Ad hoc enim factum erat, quantum exitus docuit. Ita illi etiam repentinò Dei beneficio ſalute percepta, mirātes eam & honorantes, quod eorum promiſerat mater, impleuerunt.

Ieiunij & orōnis fructus.

III. *Iphigeniam virginem ignis non lædit conuerſus ad cremendam Regiam.*

In vita S. Matt. Apoſt. apud Morul. li 4. cap. 8.

IPhigenia Ægyppi Æthiopum regis filia, Matthæi Apoſtoli prædicatione a falſa ad ueram religionem conuerſa, cum uirginitatem Domino uouiſſet, & iam conſtructo cœnobio multis præeſſet uirginibus, neq; minis, neque blanditijs moueri potuit, ut Hirtacum paterni regni ſucceſſorem acciperet maritum, æterni Regis ſponſam ſe eſſe dicens, nec licere ſibi illo relicto alteri nubere. Tunc Hirtacus ex amore illi furorem uerſus, Iphigeniam cum reliquis, quæ cum illa erant, atque adeo cum ipſo monaſterio concremari iuſſit. Admoto uero igne flamma uirginalis pudicitiæ ultrix inde ſe auertens, in Regiam proſilijt, quam Hirtaco cum vnico filio vix euadente funditus conſumpſit. Sed tamen filius à dæmonio correptus interijt, pater elephantia perfuſus, morbi dolorem non ferens, ipſe ſibi mortem conſciuit. Itaq; qui malè perdere Iphigeniam cum ſuis virginibus cogitauerat, teterrime ipſe cum filio diſperijt.

Virgo æterni regis ſponſa eſt.

Grauis punitio 1 hoſtes monaſteriorū & virginum.

IV. *Quomodo Deus tuetur virginum caſtitatem.*

ALgarus Regulus, Cuthredo regnante, Frideſuidam Ducis Didani filiam, virginem Oxonienſem ad ſtuprum cogere volens, fugientem perſequitur. Illa ſe protinus in oppidum recipiente. Regulo porta clauditur, lumenque oculorum eodem momento adimitur. Verum, mox virgo ſuis precibus Deum Algaro placauit, qui rurſus viſum recepit. Ante hæc iniqua tempora extabat Oxonij Collegium Canonicorum Regularium Frideſuidæ.

Ex Polyd. lib. 4. hiſt. Angl. Theatrū vitæ humanæ vol. 2. li. 14.

V. *Caſtitas eſt admiranda, & veneranda, non impedienda.*

REfert Ambroſius in libro primo de Virginibus hoc exemplū: Memoriæ noſtræ puellæ, inquit, dudum nobilis ſæculo, nūc nobilior Deo, cum vrgeretur ad nuptias à parentibus & propinquis, ad ſacroſanctum altare confugit. Quo enim melius virgo recurreret, quam vbi ſacrificium virginitatis offertur? Ne is quidem finis audacię. Stabat ad aram Dei, pudoris hoſtia, victima caſtitatis, nunc capiti dexteram ſacerdotis imponens, precem poſcens, nunc iuſte impatiens moræ, ſummum altari ſubiectans verticem. Nunc melius, inquit, mater tu me, quā altare velabis, quod ſanctificat ipſa velamina? Plus talis decet flāmeus,

D. Amb. l. b. 1 de virginibus in fine.

in

in quo caput omnium Chriſtus quotidie conſecratur. Quid agitis vos propinqui? Quid exquirendis adhuc nuptijs ſollicitatis animum? iamdudum prouiſas habeo: ſponſum offertis? meliorē reperi. Quaſlibet exaggerate diuitias, iactate nobilitatem, prædicate potentiam. Habeo eum, cui nemo ſe comparet: diuitem mundo, potentem imperio, nobilem cælo. Si talem habetis, non refuto optionem: ſi non reperitis; non prouidetis mihi, ſed inuidetis. Silentibus cæteris vnus abruptius ait: Quid ſi, Inquit, pater tuus viueret, innuptam te manere pateretur? Tūc illa maiori religione, moderatiore pietate. Et ideo fortaſſe defecit, ne quod impedimentum poſſet afferre. Quod ille reſponſum de patre, de ſe oraculum, maturo ſui probauit exitio. Ita cæteri eadem quiſq; metuentes, fauere cęperūt, qui impedire quærebant, nec diſpēdium debitarum attulit virginitas facultatum, ſed etiam emolumentum integritatis accepit. Habetis puellæ deuotionis prēmiū, parentes cauete offenſionis exemplum.

Spiritualium nuptiarum præſtantia.

VI. *Eximia caſtitas Abbatis Sereni.*

Io. Caſſian. in Collat. & Abbate Sereno.

ANgelis quoque gratam eſſe caſtitatem teſtatur Caſſianus in collationibus Patrum de Abbate Sereno. Hic, inquit, pro interna cordis atque animæ caſtitate nocturnis diurniſq; precibus, ieiunijs quoq; ac vigilijs infatigabiliter inſiſtens, cunctos ęſtus carnalis concupiſcentiæ tandem per diuinā gratiam ſe extinxiſſe percepit: Deinde maiori zelo caſtitatis ſuccēſus, prēfatis vſus remedijs, à Deo petijt, vt interioris hominis caſtitas in corpus redundaret Dei dono. Poſtremo autem veniens ad eum Angelus, in viſione nocturna, eiuſq; velut aperiens vterum, quandam ignitam carnis ſtrumā de eius viſceribus euellens, ac proijciens, ſuiſq; omnia, vt fuerant, locis inteſtina reſtituens, Ecce, inquit incentiua carnis tuæ abſciſſa ſunt, & obtinuiſſe te noueris hodierna die perpetuam corporis puritatem, iuxta votum, quo popoſciſti: vnde ne ipſo quidem naturali motu, qui etiam in paruulis atque lactentibus excitatur, vlteriùs pulſeris.

Angeli in procuranda omnimoda caſtitatis miniſterium.

VII. *Equitius Abbas impetrat donum caſtitatis.*

S. Greg. Papa li. 1 dial. cap. 4.

HVic prorſus ſimile refert B. Gregorius de Equitio Abbate: Hunc, inquit, cum iuuentutis ſuæ tempore acri certamine carnis incentiua fatigarent, in ſe ſuæ tentationis anguſtiæ ad orationis ſtudiū ſolertiorem fecerunt. Cumq; hac in re ab omnipotenti Deo remedium continuis precibus quæreret, nocte quadam aſſiſtente Angelo eunuchizari ſe vidit, eiuſq; viſioni apparuit, quod omnem motum ex genitalibus membris eius abſcinderet, atque ex eo tempore ita alienus extitit à tentatione, ac ſi ſexum non haberet in corpore. Qua virtute fretus ex Dei omnipotētis auxilio, vt viris ante præerat, ita cępit poſtmodum etiam fęminis præeſſe: nec tamen diſcipulos ſuos admonere ceſſabat, ne ſe eius exēplo in hac re facilè crederēt, & caſuri tentarent donum quod non accepiſſent.

Angelus caſtitatis amatoribus opitulatur.

VIII. *S. Eduardus Rex ob meritum caſtitatis à S. Ioanne Euangeliſta dilectus.*

Ealred. Anglus in vita eius apud Sur. 5. Ian.

S. Eduardus Anglorum Rex nulli petenti in nomine S. Ioannis Euangeliſtæ aliquid denegabat. Hunc enim poſt Apoſtolorum principem arctiùs diligebat. Vnde contigit, quod quidam peregrinus abſente camerario in nomine S. Ioannis Euangeliſtæ importunè à Rege eleemoſynam poſtularet. Cui Rex pretioſum annulum, cum nihil aliud in promptu haberet, dedit. Accidit poſt hæc, duos Anglicos ad adorandum Saluatoris ſepulchrum Hieroſolymam proficiſci. Qui die quadam à publica ſtrata declinantes, deuia queq; ſectati ſunt: & ſole ruente, nox obſcura adducta eſt.

Et

Regum merita redūdāt in ſubditos.

Et cum neſcirent, quid agerent, quo ſe verterent, apparuit eis ſenex quidam venerādus, qui eos ad ciuitatem reduxit. Suſceptis autem hoſpitio mēſa paratur: lautiſſimeque refecti dant membra quieti. Mane autem facto, egreſſis illis de ciuitate, ait ſenex: Viri fratres, cum ſumma proſperitate vos repatriaturos nō dubitetis, quoniam proſperum iter faciet vobis Deus, & ego ob amorem regis veſtri, in omni via firmabo ſuper vos oculos meos. Ego enim ſum Apoſtolus Chriſti Ioānes, qui regem veſtrum ob meritum caſtitatis ſumma dilectione complector. Hunc ergo annulum, quem mihi in habitu peregrino apparēti tribuit, reportate, denuntiantes ei obitus ſui inſtare diem, quem infra ſex menſes viſitans viſitabo, vt mecum ſequatur agnum quocumque ierit. His dictis diſparuit: illi ad patriam proſperè redeuntes, quæ viderant & audierant Regi ſeriatim retulerunt.

S. Ioā. Euangeliſta in habitu peregrini apparuit S. Eduardo.

IX. *Inſignis conſtantia caſtitatis S. Vvolſtani Epiſcopi.*

Braucninus eius vita ſcriptor, apud Sur. 19. Ian. Meretricis pulchra deſcriptio.

CVm nobilis quædam & pulcherrima fœmina S. Vvolſtanum Epiſcopum in Anglia Vvigornienſem ad turpitudinem prouocaret, audita funeſta fœminæ voce, & facto fronti crucis ſignaculo, dixit: Fuge fomes laſciuiæ, mortis filia, vas ſatanæ, & alapam mulierculæ tanto niſu impegit, vt crepitus illiſę palmę tota domo audiretur, verbiſque ſeueriſſimis & Epiſcopo dignis abegit. Sicque alter Ioſeph muliebrem laſciuiam animo reſpuens manu compeſcebat.

X. *Quam pudicus fuerit Maximilianus Auſtrius.*

Iuſt. lipſ. li. 2. Monit cap 17 n. 10. ex lo Cuſpin.

MAximilianus Primus Auſtrius, quam caſtus à libidine fuiſſe cenſebitur, qui ſic à contactu aut aſpectu fuit? Inter alias dotes, corpore & omnibus membris pulcherrimus deſcribitur: ſed eorum quæ natura occultari voluit, ita celans; vt nemo vir aut fœmina nudum eum viderit aut retectū. Subducebat ſe furtim, cum naturæ purgationes vocarent: ad lectum iturus nec cubicularium quidē ad exuendum, deponendum collocandumq; ſe admittebat. Adeo vt nulla virgo magis teneri pudoris fuiſſe videat. Quid quod teſtamēto cauit, caligas & fęminalia mortuo ſibi induci? vt & tūc cura pudoris eſſet, cum iam non eſſet.

Pudoris virginei cura.

XI. *Emericus filius S. Stephani Regis Vngariæ in coniugio ſeruat caſtitatem.*

*Lau*r*ent. Sur to 6 Noueb. 5*

EMericus S. Stephani Regis Vngariæ filius hic prætereri non debet. Dignus omnino tanto patre filius. Is adoleſcentulus amore integritatis captus, hanc ſibi in perpetuū deſpondit: deinde cū defectura eſſet illuſtriſſima familia, niſi per ipſum propagaretur; coactus vxorem ducere, poſt illud matrimonium ita caſtè cum ſua conſorte virgine vitam egit, vt vterq; cęli, non terræ incolæ viderentur: nec abfuit Deus, vt maturè virtutem remuneraret effecit, enim, vt per vniuerſum orbem, & ſanctitatis fama, & multorum magnorumque miraculorum gloria florerent.

XII. *Præclara caſtitas Iuliani & Baſiliſſæ.*

Laur. Sur to. 1. Ian 9.

EOdem dono Iulianum Antiochenum Deus illuſtrauit. Is enim, cū anno ætatis duodeuiceſimo vouiſſet perpetuam caſtitatem; ſumma parentum importunitate qui per hunc vnicum filium magnoperè ſuum genus propagare optabant, compulſus eſt cū Baſiliſſa virgine contrahere ſpōſalia, neq; id tamen vt faceret, ante potuit adduci, quam diuinitus cognouiſſet, neq; ſe hoc coniugio quicquam de caſtitate perpetua amiſſurum; & adſcripturum etiam ad ſocietatem virginitatis eam, quæ deſpondebatur; itaque euenit. Cùm n. adoleſcens cum virgine incluſus cubiculo, precibus Deum veneraretur; tanta repentè odoris ſuauitas

Virginitatis odor longè ſuauiſſimus.

nitas compleuit locum, vt Baſiliſſa obſtupeſcens rei nouitate, quæreret quid eſſet, quod hiberno anni tēpore, vernum planè liliorum & roſarum odorem ſuauiſſimum ſentiret? Ibi tum arrepta occaſione Iulianus, non temporis hunc; ſed Chriſti odorem eſſe; qui & miro caſtitatis arderet amore, & homines qui purè vixiſſent, ſempiternis præmijs remuneratur; itaq; ſe illi magnoperè auctorem eſſet, vt ſecum vna ſtatueret, virginitatem ad mortem vſque illæſam ſeruare. Placuit conſilium virgini: & vterq; gaudentes ad preces laudeſq; diuinas humi ſe fundunt. Ecce autem orantibus illi primum tota domus à fundamentis concutitur: deinde mirandum ſpectaculum. Duplici choro, hinc Chriſtus medius inter infinitum quendam cādidatorum exercitum; inde B. Virgo cincta innumeris virginibus in cubiculum ingrediuntur. Cùm vtrinq; ſuauiſſimis vocibus carmina, quibus illorū admirantium animos mirè confirmarent & oblectarent, concinuiſſent; acceſſere & angeli duo biſſo, vt apparebat, & auro exornati, quibus ſingulis in manu eſſent coronæ ſingulæ. Ab his erecti à terra, iuſſi ſunt legere ex argenteo libro, aureis exarato litteris, has atque alias infiniti cuiuſdā gaudij ſententiās: Quiſquis mei deſiderio mundum contempſerit, ijs annumerabitur, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati. Itaq; in locum paucorum liberorum, quos ex carnis coniugio ſperare poterant, donauit illos Deus & numeroſiore longè & feliciore ſobole, plurimis ſecundum ſpiritum filijs. Nam & plurimos Iulianus exemplo, & oratione ſua adduxit ad Chriſtum; & virgines plurimas eidem Chriſto Baſiliſſa, & peperit & deſponſauit.

Chriſtus et Maria caſtis cō iugib. ſpiritales cō diūt delitias.

Angelorū apparitio & miniſterium.

Multi filij deſertæ magis, quā eius quæ habet virū.

XIII. *Puritas & caſtimonia B. P. Franciſci Xauerij.*

In eius vita.

SAnctitatem animi Patri Franciſci Xauerii perpetua corporis ſanctitas honeſtauit. Satis conſtat ab eo virginalem pudicitiæ florem ad extremum vſq; ſpiritum cuſtoditum. Id & Meliapore Vicarius ex ſermone cum Franciſco ibidem habito ſe comperiſſe liquido confirmauit, & alij eius cōfeſſiones excipere ſoliti ſe perſpexiſſe teſtati. Inſignis profecto in illo amor caſtimoniæ, inſigne odium libidinis fuit; adeo vt vel minimas huius generis labeculas exoſus, ipſum horreret libidinis nomen. Quod ex eo quod ſubijciam, exiſtimari licebit. Olyſſippone profectionis Indicæ diē opperiens cum Simone Roderico in eodem diuerſabatur cubiculo. Ibi intempeſta nocte repentè excitatur è ſomno, adeo commotus, vt è naribus magnā cruoris vim profunderet. Eius deinde rei cauſam Simonem rogitantem obſtinato ſilentio celauit, quamdiu in Luſitania fuit. Ad vltimum vbi ſoluendi aduenit tempus, ſub digreſſum, in nauis angulum cum eo ſeceſſit: & ſine arbitris, nunc demum, inquit, tempus eſt enuntiandi, quod toties ex me, Simō, fruſtra ex ſciſcitatus: quippè hoc vltimum, vt arbitror, ſum te in hac vita viſurus. Scito igitur illa nocte impuram ſpeciem per ſomnium mihi oblatam, ſummaq; vi repellere conanti tātam illam ſanguinis copiam erupiſſe. Hiſce ſignis humaniſq; teſtimonijs diuinum indicium ac teſtimonium extincti corporis acceſſit integritas. Quod eximium Dei beneficium inter alia egregiæ virginali caſtimoniæ conceſſum accepimus. Cæterum Franciſcus vt tantum cuſtodiret theſaurum, non caſtior quam cautior. Etſi enim vir Sanctiſſimus cœleſtium rerum contemplatione maximè deditus, excellentiſque temperantiæ armis tectus, nullo negotio tela nequiſſimi ignea extingueret; tamen adeo timidus in hoc genere & cautus erat, vt ſi maximè obnoxius eſſet libidini. Numquam cū fœmina vlla niſi luce palā, & adhibitis arbitris, de rebus vtiq; neceſſarijs collocutus eſt, ratus mulieres fermè adiri minore emolumēto, quā periculo.

Ipſum libidinis nomē horret B. Xauerius.

Somnij impudentis ſūma vi reſtitit idem beat⁹ vir.

Magna ad tuendam caſtitatem cautela opus eſt.

XIV. S. Pe-

XIV. *S. Pelagius puer 13. an. mauult martyrio affici, quam ad turpia induci.*

Raguel ſcriptor vitæ S. Pelagij. Io. Mariana de rebus Hiſp. lib 7. c. vlt. Baro to. 10 Annal. ad ann. 925 213 Lipſ li. 2 Monit. c. 17 15.

CVm in bello aduerſus Gallæciam ab Arabũ Rege excitato captiuus Ermogius Epiſcopus remanſiſſet, ductus Cordubam, vt ſe nexibus liberaret, eundem Pelagium ſobrinũ ſuum, decem annorum reliquit obſidẽ, puerum elegantiſſimæ formæ atq; ſpectatæ virtutis, quique totum illum triennium & ſemis, quo manſit incluſus, venturi præſcius ad martyrij præparationem impendit. Cùm verò venuſtus facie non ad martyrium, ſed ad delicias tyranni educeretur è carcere, ab eodemque mille modis ſuaderetur ad turpia: magnis ille animis renitens cõparauit ſibi ea occaſione martyrium. Quod quonam modo trãſactum fuerit & conſummatum, ab auctore ſic accipe. Interea, poſt conſtantem ſcilicet fidei exhibitam confeſſionem, cũ eum iocula riter Rex tangere vellet, abuti ſcilicet; Tolle canis (inquit ſanctus Pelagius) nunquid me ſimilem tuis effœminatum exiſtimas? Et illicò veſtimẽta, quæ indutus erat, ſcidit, & fortem in palæſtra ſe athletam conſtituit, eligens potius dignè pro Chriſto, mori, quam turpiter cum diabolo viuere, & vitijs inquinari. Ipſum verò adhuc ſua deri poſſe Rex exiſtimans, ſuis præcepit, tyronibus, vt eum ſuaſorijs delinirent lenocinijs, ſi forte apoſtatando tantis acquieſceret regalibus pompis. Sed ille adiuuante Domino fortis ſtetit, & intrepidè permanſit. Chriſtianum ſe ſolummodo prædicans, eiuſq; per ſæcula præceptis obſecundare ſe dicens. Cuius feruentiſſimum Rex ſpiritum contra ſe perſiſtere videns, atq; in ſuis deſiderijs ſpretum eſſe intelligens, ita ſtimulatus; Appendite, inquit, illum in forcipes ferreas, ac ſtrictum tamdiu ſurſum, deorſum viciſſim leuantes deponite, quouſque aut animam exhalet, aut Chriſtum eſſe Dominum deneget. Quod beatus Pelagius forti animo pertranſiens, ſtabat intrepidus, qui adhuc pro Chriſto pati penitus non recuſabat. Cuius cum immobilem Rex cõſtantiam videret, iuſſit eum membratim gladio ſcindi, & in flumen proijci. Qua miniſtri poteſtate accepta, per tam immania in eum, exerto pugione, ludibria debacchati ſunt, vt putares ſacrificia componere de eo, quem immolari, eis inſcijs, in conſpectu Domini noſtri Ieſu Chriſti erat neceſſe. Et qui iam electus manebat in cœlis, adhuc duriter patiebatur in terris. Nam alius brachium radicitus amputauit, alius tibias deſecauit, alius etiam ceruices ferire non deſtitit. Interea ſtabat martyr intrepidus, ex quo guttatim ſanguis diſtillabat pro ſudore profluus, nullum interim præter Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum inuocans, pro quo pati non recuſabat, dicens: Domine eripe me de manu inimicorum meorum. Quem ſane diuina poteſtas non deſeruit, faciens illum in pœnis confeſſorem, ac ſub gladij mucrone glorioſum in cœlis martyrem. Porro manus, quas ille ad Deũ leuabat, illi ſceleratiſſimi gladio amputabant. Inter quæ beatiſſimus Pelagius feſſus anhelabat. Et qui a qui hominem miſeraretur non aderat, Deũ ſolummodo inuocabat. Clamabat quidem athleta fortiſſimus, ſed præſens certamini præerat Dominus, Veni, inquiens, accipe coronam, quam tibi ab initio mundi promiſi. Inter hæc ſpiritus migrauit ad Deum, corpus vero proiectum eſt in fluminis alueum. Sed poſt hoc nullatenus defuere fideles, qui illud quærerent, atque in ſepulchrum honorifice deferrent, cuius quidem caput tenet cœmeterium ſancti Cypriani, corpus verò ceſpes ſancti Geneſi. O verè dignum Deo martyrium, hora ſeptima cœptum, veſpere autem eodem conſummatum.

Caſtitatem martyrio præfert S. Pelagius puer 13. an.

S. Pelagius puer crudeliſſimè cæditur.

Manibus truncatur S. Pelagius puer

XV. De

XV. *De quodam monacho, qui inter mulieris impudicæ illecebras linguam ſuam mordicus conſcidit.*

Niceph. Call. lib 7. hiſt Eccl. c. 13. D. Hier. in vita Pauli Eremitæ. Côtinẽtia adoleſcẽtu monachi mirabile exemplũ.

NArratur à Nicephoro Calliſto in eccleſiaſtica hiſtoria de Aſcete quodam, qui caſtitatem & virtutes alias pijs ſtudijs ſedulò meditans, æquali decertauit agone. Is cum expugnari omnino non potuiſſet, nullamque aduerſarijs vincẽdi ſpem reliquiſſet, poſt innumera tormenta in lecto vinculis ligatus reponitur; & mulier impudica ad eum immíttitur, quæ illum complectens, exoſculans, manuſque petulanter ad membra ſecreta adhibens, procaciſſimè ad rem illicitã, nihil prorſus laſciuiæ & illecebrarum pręterrmittens, concitat. Ille aliud quod faceret nõ habens, linguam ipſe ſuam morſu conciſam, dentibuſque comminutam in faciem meretricis expuit. Qua re ſibi ipſe quidem pro voluntate dolores, impudicæ autem illi probrum atq; ſtuporem cum acerbitate, tam vehementibus illis illecebrarum inſultationibus ſuperior, cõciliauit. Et ſicut in certamine pudicitię aduerſus eã victor fuit, ita paulo poſt vitam martyrij ſigillo confirmauit.

XVI. *In direptione vrbis Romæ fœmina pudiciſſima mori maluit, quam à milite conſtuprari.*

Idẽ li. 13 c. 35.

NEc viri tantum, ſed multo etiam magis mulieres virilibus animis præclarè in extollenda caſtitate ſe geſſerunt: Dum enim Alaricus Romam cepiſſet, ac diriperet, mulier quædam maximum exhibuit pudicitiæ ſpecimen. Quod namque & ætatis flore, & formæ venuſtate præſtaret, ex Alarici militibus iuuenis quidam pulchritudine eius, quum eam vidiſſet, captus, ad concubitũ eam ſollicitauit. Quum autem illa piaculum id aduerſaretur, miles enſe ſtricto mortem ei minatus, veluti cum amore concertans, per miſericordiam ſummum tantum collum vulnerauit. Illa vero cruore diffluens, iugulum ferro ſubdit, melius, ſibi eſſe rata, vt cum pudica mente mortem oppeteret, quam cum viro alio concumberet. Et poſtquam ferocius barbarus illam aggreſſus eſt, plurimumq; eam oppugnando nil egit, ad caſtitatem eius conſternatus in Apoſtolicum diui Petri templum eam duxit, eccleſięque cuſtodibus commendauit, ſex illis aureis nummis datis, vt puellam viro ſuo conſeruarent.

Pudiciſſima mulieris exemplum.

XVII. *Caſtitas fortis & conſtans mulierum Leodienſium.*

Iacobus de Vitriaco Cardinalis.

IAcobus de Vitriaco, vir doctus. S. E. R. olim Cardinalis, refert, ſua ætate fuiſſe virgines cõplures, quæ Leodienſi vrbe ab hoſtibus occupata, ſuis habitationibus eiectæ ſint. Ex his aliquas ad templa confugiſſe; alias, quæ id minus poterant, in flumen ſe præcipitaſſe, quod mortem caſtitatis violationi poſtponerent: partim in cloacas inſilijſſe, vt nullam doloris tetritudinem cum libidinis fœtore comparandã oſtenderent. Nec dubia erat mors, niſi admirabili prorſus modo ſic à Deo fuiſſent conſeruatæ, vt in tanta multitudine nulla prorſus, vel vitæ, vel caſtitatis detrimentum acceperit. Præclarum vero quod vni ex eo numero contigit. Laborantem illam excaperãt cymbala duo milites, exceptamq; ſollicitabant ad flagitium. At illa, cum mori, qũam corrumpi mallet, tãto ſaltu iterum ſe in vndas dedit, vt eodem impetu ſcapham euerteret, corruptoreſq; ipſo ſubmergeret. Ipſa verò abſq; omni aut animi aut corporis damno, fluuio obſequente, ad littus emerſit.

XVIII. *Admirabilis conſtantia caſtitatis Potameniæ ancillæ.*

Pallad. in Lauſiaca c. 1 apud Baron. to 3. ann. Do. 310.

INter Ægyptias puellas martyres, quæ de Potamenia virgine ex Antonio accepit, narrat his verbis Palladius: Iſte Iſidorus, qui benedictum quondam vidit Antonium, dignam rem memoria litterarum retulit, mihi, quam ab ipſo ſe dicebat audiſſe.

Pota-

Potamenia quædã puella admodum pulchra, ancilla cuiuſdam erat tempore Maximiani perſecutoris: quã multis frequenter ac varijs promiſſionib. dñs ſuus tentans ſtuprare non potuit. Ita vt ad poſtremum amore atq; inſania præceps traderet eam illi, qui tunc Alexandriæ præfecturam gerebat, ſcilicet vt Chriſtianam, ac maledicentem de perſecutionis ſæuitia Imperatoribus: pecuniam ei ſub hac pactione promittens, ſi eius acquieſceret voluntati, ſine vllo eam ſupplicio referuaret, ac redderet: ſin vero in contradicendi propoſito permaneret; petijt vt tormentis deficeret, ne ſi vixiſſet, libidinis domini ſui cõtemptrix videretur. Quæ cum exhibita ante tribunal fuiſſet, eiuſq; iudex varijs cruciatibus atque tormentis cuperet expugnare deuotam voluntaté: & inter diuerſa ſupplicia vas quoque æris immenſum, ac feruenti pice repletum acerrima flamma ſuccenderet: duplicem ei præfectus immitis poſuit conditionem: Aut vade, inquit, & domini tui obtempera voluntati, aut ſcias in feruentem hanc picem te eſſe mittendam: Cui puella reſpondit, dicens: Nunquam ſit alter monitor talis, qui adduci iubet libidini caſtitatem. Ob quod ille nimio feruore perculſus, præcepit ſpoliatã eam in vas, quod feruebat, immitti. Hæc auté vos illius fuit: Per caput, inquit, imperatoris tui, quod tu vereris, obteſtor, vt ſi apud te ſtatutum eſt his me tormentis necare, non ſimul totã, ſed paulatim me in feruentem mitti iubeas picem; vt poſſis videre, quantam mihi dederit ignotus tibi patientiam Chriſtus. Quæ per vnius horæ ſpatium paulatim in ahenum candens demiſſa, defecit, vbi primum pix ebulliens ad eius colla peruenit.

Amoris laſciui impotentia.

Mira puellæ pro ſeruãda caſtitate conſtantia.

Mulieris magnanimitas plus quã virilis.

XIX. *Lucretiæ Chriſtianæ caſtitas fortior, quam celebris illius Lucretiæ inter gentiles.*

Guillel Baldeſa

BEllo Pedemontano, noſtra pene memoria, cum ciuitas quædam occuparetur, Dux militum virginem iã marito deſponſam eximia pulchritudine corporis, maiore tamen animę, quam adamare cœperat, in ſua domo validè eſt aggreſſus. Illa vero cum celerrime manus hominis euaſiſſet, oſtium, quo effugiendum erat, præter ſpem occluſum inuenit. Itaq; cum incerta hæreret, quorſum euaderet, hoc inuenit conſiliũ. Feneſtra erat patens, in publicum verſa, per hanc ita exilijt, vt poſtem feneſtræ medium amplexa penderet. Sic enim futurũ cogitabat, vt tum ipſius conſpecto periculo, tum concurſu hominũ in via publica, quos rei nouitas contraheret, abſterritus vim adhibere non pergeret. Sed immanis & huic prædæ inhiantis belluæ libido ne ſic quidem repreſſa eſt. Cum ergo ne ſic quidem moleſtus eſſe deſineret, caſta Lucretia (hoc ei nomen erat) coacta eſt nodum, quem manibus ſtrinxerat, ſoluere, atque in terram (& erat feneſtra loco ſatis edito) deorſum labi, vt corpore confracto animus integer maneret. Sed hoc corporis damnum præclariſſimis virtutis donis poſtea penſauit. Cum enim ſanctiſſimam vitã multis deinde annis egiſſet, mortua eſt Peruſiæ in Alexãdrinorũ ædib⁹.

mus li. 2 Simul. Tutat. c. 1.

Amoris caſti cõtra laſciuum victoria.

XX. *Inſigne ſtratagema ſeruandæ caſtitatis S. Euphraſiæ virginis.*

NIcomediæ quoque contigit nobile facinus Euphraſiæ virginis, ſub Diocletiani perſecutione, pro conſeruanda virginitatis integritate, cum illi ſédi S. Anthimus præeſſet Epiſcopus. De qua ſic Nicephorus: Ea ad lupanar ducta vbi iam in eodem eſt conclaui cum improbo iuuene clauſa, techna quadã illum circumuenit: veneficam ſe eſſe profitetur, mercedemq; ingentem conſeruatæ pudicitiæ pollicetur, quæ eum à morte conſeruet, pharmacum ſcilicet, quo ille perunctus, in bellorum certaminibus, & prælijs nullo prorſus telo aut ferro violari aut confici poſſet. Quod ſi de tali remedio (inquit) periculum facere vis, illico id tibi

Niceph. li. 7. Eccl. hiſt. 10.13. Baro. to. 3. ann. 309.

bi

bi manifeſte exhibebo. Ille id ſtatim parari permittit. Tũ illa verè ſapiens, ceram oleo liquefactam, manibuſque ſubactam, collo ſuo circumcirca inungens illinit. Quod vbi perfecit; petere eum iugulum ſuum enſe quibus poſſet viribus adacto, remedijq; eius vim & efficaciam experiri iubet. Atq; ille quã potuit validiſſimè enſem in eam dimiſit, caputq; eius ictu vno reſcidit. De Potamiena, vide Nicephor. 5.7. Euſeb. 6.4. De S. Pelagia, Metaph. 4. Maij. De Dorothea, Euſeb. 8. 13. Niceph. 7. 21. De Tarbula, Niceph. 8. 37.

Euphraſiæ p virginitatu honore egregium factum.

XXI. *De pio quodam adoleſcente, qui puellæ pudicitiam morte ſua redemit.*

Pallad. in Hiſ. Lauſ. c. 148. Niceph. li. 7. c. 13

AD exempla caſtitatis alienæ pergamus. Quidam adoleſcens Magiſtrianus, ſpecie formoſus, mẽte pius, cui Deus zelum immiſit ſpiritalem adeo ardentem, vt etiam mortem contemneret: is cum prætextu intemperantiæ eo acceſſiſſet, profundo veſpere ingreditur ad eum, qui illas alebat, & dat ei quinq; nummos, & dicit ei: Cõcede mihi manere hac nocte cum hac puella. In locum ergo occultum cum ea ingreſſus dicit ei: Surge, ſerua teipſam, & cum eam ſuis veſtibus induiſſet, tunica, camiſia, & chlamyde, & omnibus virilibus, dicit ei: Egredere, te ſumma chlamydis parte contegens. Quæ cum ſic feciſſet, & ſe totam ſigno crucis munijſſet, egreſſa ex illo loco omnino incorrupta & impolluta ſeruata eſt Chriſti gratia & cauſa adoleſcentis, qui eam ſuo ſanguine liberauit à turpi vitio. Sequenti autem die res fuit cognita: & productus eſt Magiſtrianus ad ſæuiſſimum iudicem. Cum autem ſtrenuum Chriſti athletã, examinaſſet impius, & omnia didiciſſet, iuſſit eum obijci beſtijs: vt etiam malis infeſtus dæmon in eo afficeretur ignominia. Nam cum exiſtimaſſet virum fortem in nefarium inijcere ſupplicium, eum effecit duplicem Chriſti martyrem, vt qui & pro ſua anima præclarè decertauerit, & pro illa beata in laboribus ſtrenuè perſeuerauerit. Quocirca duplici honore & duabus coronis dignus eſt habitus à Chriſti benignitate.

Signum crucis tẽpore Apoſtolorum

Pudicitiã puellæ quãti fecerit Magiſtrianus.

XXII. *Aliud ſimile exemplum militis verè fortis pro anima ſua, & anima proximæ.*

Apud Baron. to 3. Annal. an. 309.

IDem Palladius Corinthi perſimile accidiſſe teſtatur de Chriſtiano homine agente in rebus (erat is magiſtratus in militia Palatina) qui perſoluto pro virgine proſtituta ingenti in delicias prioris noctis pretio, illam ſuo indutam habitu liberauit, cum Præſes indignatus ſic ſe ab eo eſſe deluſum, ad beſtias hominem damnauit, qui ea rum feritate diſcerptus, martyrij corona donatus eſt à Deo. Et quid mirum, ſi ſic liberatæ ſunt à viris Chriſtianis Chriſtianæ virgines proſtitutæ, cum & Lacedæmonios viros fœminæ coniuges (quod tradit Valerius) eadem quoque arte ex arcto carcere, habitu ita mentito ſubduxerint.

XXIII. *Qua ratione item Didymus miles virginem à virginitatis perdendæ periculo ſua vita liberarit.*

Ex Metaph. ſum. to 2. die 3. April.

DE Didymo Chriſtiano homine Alexandriæ traditur, quod is vt nobilem virginem Alexandrinam Theodoram nomine ad lupanar damnatam eriperet, galeam, ocreas, & cætera militaria ſuperinduens indumẽta, comparato ſibi ex more, maiori pecuniarum vi aditu, acceſſit ad virginem; quam galea teſtam vna cum vultu capite accinctam gladio, baltheoq; decoram abire coegit, & re comperta, qui loco virginis remanſerat obſes, dãnatus capite martyrium conſecutus eſt, & illa omnino libera permanente.

XXIV. *S. Edmundi caſtitas exemplaris pro adoleſcentibus.*

POſtquam S. Edmundus Archiepiſcopus Cantuarienſis adoleſcentiæ metas attigit, ita ſenſus ſuos per vi-

tæ ſpiritalis exercitia rebus bonis & virtutum ſtudio aſſuefecit, vt ex iugi conſuetudine, deinde tanquam naturaliter mala omnia vitaret. Magnam in eo curam poſuit, vt velut in tabulis raſis ſanctitatis habitum crebris actionibus bonis acquiſitum quadam imaginaria impreſſione effingeret, atque ita innocentię fundamento ardua virtutum palatia ſuperſtrueret, ſtructuraq; per ſpiritum inchoata creſceret in Spiritum ſanctum in Domino. Et certè talis ille effectus eſt, vt non ſolùm prius faceret, quam doceret: ſed etiam priùs faceret, quàm facienda audiuiſſet. Carnis fœdas voluptates & delicias non modo fugit, ſed & prorſus horruit & abominatus eſt: & cum virtutem omnium valde ſtudioſus eſſet, caſtitati tamen ſingularem nauauit operam, ſciens illud Sapientiæ, incorruptionem hominem Deo proximum facere: quo factum eſt, vt vſque ad ſupremum vitæ diem inuiolata in eo permanſerit virginitas. Vt autem cura eius conſeruandæ maior ei ineſſet, de cōſilio cuiuſdam ſacerdotis coram imagine perpetuæ virginis ſanctiſſimæ matris Dei caſtitatis nuncupauit votúm, & illi ſingulari & incomparabili virgini ſe commendans, eam ſibi ſponſam delegit, vtq; fœdus cum illa initum prorſus firmū, & ſtabile fore declararet, nouo quodam modo eam annulo ſuo tanquam arrhabone ſibi deſpondit, annulum illum, quem ea cauſa fecerat, eius imaginis digito infigens, in quo etiam inſcripta erat Angelica ſalutatio. Atque ex eo tempore, vt ipſe in ſuo obitu confeſſus eſt, quoties illius clementiſſimæ virginis implorauerit opem, illa in tentatione exitū, in perſecutione ſolatiū, in afflictione remedium, in dolore gaudium ei celeriter impetrauit. Habuit verò etiam in digito ſuo annulū cum quo poſt mortem, vt ſolent Pontifices ſepultus eſt, cui itidem cunctis admirantibus, Angelica ſalutatio inſculpta fuit, vt beatiſſima virgo ipſum ſuum ſponſum & habere & agnoſcere dignaretur. Hoſtis autem malignus teterrimus dæmon cum eum cerneret caſtitati ſummam impendere operā, magis etiā pectoris eius tranquillitatem perturbare nitebatur. Itaq; puellam quandam, hoſpitæ eius filiam, illius amore inflammauit, ita vt illa impudicis in eum coniectis, oculis, itemque ſignis & nutibus, eum ad turpem concubitū prouocare conaretur. Sed cum hac ratione nihil proficeret, apertis cum eo uerbis cœpit agere, & multis modis ad nefarios amplexus inuitare. Ille uerò haud ſecus atq; peſtem quandā illā fugiens ſæpe obiurgabat, & uerbis caſtigabat eam. Sed cū neq; ſic uellet ab illo improbo conatu reuocare ſeſe; ſed pergeret eſſe importuna, tandem apud ſe deliberans, qua illa poſſet via reduci ad ſanitatē, tēpus ei certum præfigit, ad quod adeſſe debeat, illa ſe ſperans uoti compotē fore, ſtatuto tēpore confidenter uenit. Poſtquā autem ad eum ingreſſa eſt, & illo iubente ſuperioribus ueſtibus nudata eſt, apprehenſam uirgis egregiè in tergo uerberauit, ut ſtultitiam, quæ erat colligata in corde eius, uirga diſciplinæ fugaret. Tū illa tam malè, & duriter accepta, fugit eum, quē antea tam perditè erat proſecuta, tātumq; apud eā illi uirgarum ictus profecerunt, ut quemadmodū ipſa poſtea faſſa eſt, deinceps numquam eiuſmodi tētatione pulſata ſit. Cernens autem impuriſſimus dæmon, ſe tam aperta mali ſpecie eū euertere non poſſe, per matronam quandam ſatis, ut uidebatur, honeſta eum in turpitudinis foueam pertrahere conatus eſt. Ea enim ſub officij prętextu quædā ei munera obtulit, ut ijs eū illiceret & emolliret ad cōſentiendum ſuæ malæ uoluntati. Quod cū ille animaduerteret, perquiſiuit, num conſcio marito ſuo, his ipſum muneribus afficeret. Reſpondit illa: Nihil huius nouit uir meus, quem nolim ſcire hūc tibi me peramenter habere honorem. Tū uir ſanctus; Ego uero, inquit, ne-

Edmundus puer vouet castitatem ſeque B. Virg. deſponſat.

Annulū eidē virgini in arrham exhibet.

Angelica ſalutatio S. Edmūdo familiariſſima.

Tētatur caſtitas à proteruia.

Punitur impudica & proterua mulier, & flagellis ſanatur.

Munera illecebroſa nō admittēda.

neſciente marito tuo dona tua non recipiam. Abijt illa cum muneribus ſuis, voto fruſtrata ſuo, & vir Dei ab eius infeſtationibus liberatus eſt.

TIT. XXXV. De Charitate.

1. Reg. 18 *Ionathæ in Dauid charitatem non imminuit Santis patris indignatio, ſed auxit. Pater ſæpe vitæ Dauid inſidiatus eſt, ſemper filius detexit inſidias patris, frequentes iratum placauit, & à perſecutione amici auertit. Cumque die feſto Neomeniæ in celebri conuiuio requireretur, excuſauit eius abſentiam, & patris odium in illum concitatum in ſe pene excepit, lancea ab eo petitus, ſed à Deo protectus. Exurgens ergo, ne guſtatis quidem ſolemnibus epulis latebras adijt Dauid, eumque monuit, vt fuga ſibi ſalutem quæreret.*

Ierem. 38. *Abdimelech Æthiops eunuchus Sedechiæ regis ſeruus Ieremiam ab ijs qui vera audire non poterant, in cænoſo lacu ignominioſe deiectum miſeratus, cum regem pro illo exoraſſet, ſolus eduxit.*

Rom 9. *Tantam dilectionem ad proximum habuiſſe legitur D. Paulus, vt pro fratribus ſuis anathema fieri cuperet.*

EXEMP. I. *Charitas militis erga ducem ſuum.*

Bapt Fulgoſ. lib. 4 c. 7. CVm in Hiſpania inter ſe bello decertarét Ferdinandus Legionenſis atq; Garſias Nauarrienſis Reges; Garſias, quod ſuperbus audaxque nimium, ſæuè regni ſui proceres habebat, in magno eorum odio verſabatur; idq; cum animaduerteret vnus militum eius, qui puerum Garſiam aluerat, arbitratus, ſi prælium committeretur, Garſiam à ſui deſertum iri, vt qui ex fide eum diligeret, re detecta, quam intellexerat, Garſiæ ſuaſit, vt prælio abſtineret. Cæterum Garſias immodici ſpiritus, amicorum æque atque inimicorum contemptor, decertare prælio cum hoſte decreuit. Quam rem conſpicatus is, qui, vt dictum eſt, contra ſuaſerat, in hæc verba prorupit: Quantum aduertere poſſum, tibi ſtatutum eſſe video, vt omnino moriaris, cui rei poſteaquam aliud opis afferre nequeo, id ſaltem enitar, ne te vel mortuum, vel victum videam. Itaque galeam atq; thoracem exutus, ac ſolo gladio, haſtaq; armatus, in hoſtiũ aciem ingenti animo irrupit. Vbi ipſe haud multo poſt cæſus, & Garſias à ſuis, vt ipſe monuerat, deſertus fuit. *Charitate circũſeptũ eſſe oportetnõ armis.*

II. *Charitas puellæ Mauricæ erga Chriſtianos, quæ compenſatur miraculis, & vera charitate diuina.*

SVb an. Dom. 1050. Duæ regiæ puellæ, Maurica ſuperſtitione abiecta, Chriſtiana ſacra ſuſceperunt, Caſilda Almenonis Toletani Regis, & Zaida Benaberi Regis Hiſpalenſis filia. Caſilda prior, à tenera ætate, ingenio puella facili, & ad humanitatem propenſo, in domo paterna Chriſtianos, qui magno numero captiui tenebantur, vitamq; in luctu & ſqualore calamitoſam agebant, cibo & rebus omnibus recreare ſolita erat clam patre. Quem memorant, re indicta, filię latebras aditusq; omnes diligenter obſeruaſſe; deprehenſamq; aliquando, cibos, quos in ſinu ad captiuos ferebat, repente in flores, roſaſq; mutatos, patri ecquid ferret cũ magno animi motu roganti, veſte explicata monſtraſſe. Quo illa miraculo percita monitaque diuinitus, ſi à fluxione ſanguinis ſanari cuperet, qua curanda medici omnia artis remedia fruſtra conſumpſerant, in lacu D. Vincentij nomine, quod in agro Viruescano eſt, ablueret, ad noſtra ſacra adiecit animum. Pietatis officia diuinum numen Chriſtianæ religionis luce volebat compenſare. Itaque à Patre, cum quo rem omnem communicarat, pro iure amicitiæ, quæ illi

P. Io. Mariana li. 9. de reb. Hiſp. c. 3 to. I.

Cibi in flores & roſas cõmutati.

Pietatis officiũ diuinitus compenſatum.

illi eſſe cœperat cum Chriſtianis, ad Ferdinandum Regem miſſa eſt, eius morbi curandi cauſa. Morbo depulſo, & aquis ſalutaribus ritu Chriſtiano expiata, diuini beneficij memor, immemor patriæ, in rupis faſtigio, quæ ad lacum eſt, domuncula exædificata, ſanctiſſimam vitam exegit, multis illuſtrem miraculis: quo merito in cœleſtium numero locum habet, templiſq; recepta eſt. Tertiodecimo Aprilis die eius memoria anniuerſarijs ſacris celebris eſt in quibuſdam Eccleſijs Hiſpaniæ. Caſildæ exemplo, ſiue ſua ſponte incitata Zaida, lauacro Chriſtiano ex noſtro more luſtrata, in Alfonſi Regis nuptias poſt aliquot annos conceſſit.

Zaida Regu filia Caſildæ exēplo cōuerſa.

III. *De admirabilis S. Catharinæ Senenſis in proximum charitate.*

CAtharina Senenſis, quæ obijt 1380. cum aliquando videret maximam impēdere Eccleſiæ calamitatē ob multorum peccata, ardentiſſime Deum rogauit, vt eorum ſcelerum pœnas in ſe transferret, reis ignoſceret, imminentemque calamitatem auerteret. Addicta ob id diriſſimis cruciatibus, quibus atrociſſime per multum tempus eſt conflictata. Huiuſmodi porro erant tormenta illa, vt quiuis millies mori potius elegiſſet, quam ſubijci illis. Quocirca ſi quis vel Curtium vel Codrum proferat, qui dicuntur pro patria ſe morti deuouiſſe, nihil efficiet. Nam pro bono, inquit S. Paulus, iure quis moriatur, libenter offerat ſe morti; ſed pro flagitioſo non ita.

Th. Boz. l. 1. de ſignu li. 1. c. 5 n.

Admirabilu charitas S. Catharinæ Senen.

IV. *Aliud ſimile de charitate Chriſtinæ mirabilis erga proximum.*

PRæter Catharinam Senenſem, talis etiam fuit mirabilis illa Chriſtina, cuius meminit Iacobus Vitriacus in vita Mariæ Oegniacenſis. Narrant vero ipſam pro flagitioſioribus quibuſque adiiſſe vltro pœnas acerbiſſimas ac diriſsimas, in quibus nonniſi diuino miraculo perſiſtebat: coniiciebat enim ſe in ardentiſsimos clibanos ignem vomentes, & flammis eandentes, in iiſque miris cruciatibus afflictata duriſsimè conſiſtebat, per ſpinas acutiſsimas ſe conuolutabat, in niues glaciemque altiſsimam ſeſe abdebat, & ibi longiſsimum tempus morabatur. In rotas, quæ aquis circumuoluerentur, ſe dabat contorquendam, miſerrimèque vexandam. Neque tamen pars vlla corporis decedebat, reſeruata in maiores vſque pœnas.

Ecbi Car. a. Sur. 3. 23.

V. *De ingenti charitate Catharinæ è Raconiſio.*

HViuſmodi etiam fuit noſtra fere ætate Catharina Raconiſia; cuius geſta memoriæ mandauit Ioannes Franciſcus Picus Mirandulæ comes, vir magnæ doctrinæ & iudicii. Habitauit autem virgo hæc in ædibus principis illius. Tradit itaque eam ſibi vltro cruciamenta incredibilia à Deo popoſciſſe, quibus diuinæ iuſtitiæ per merita Chriſti ſatisfieret pro reis ac ſceleſtis, quo cōuerterentur ad Deum præ cunctis amandum.

Th. Boz. to. 1 de ſign. eccl. lib. 7. c. 5. n. 9. & li. 12. c. 23.

VI. *Charitas B. Ignatij Loiolæ erga proximum in animæ periculo exiſtentem.*

LVtetiæ, cum quidam pellicis amore nefario teneretur, neq; ab illo Ignatius Loiola hominem poſſet vlla omninò ratione diuellere, aliquando reſciuit, illum extra oppidum iturum; eo fortaſſe, vbi turpes eius deliciæ erant. Ignatius igitur in lacum frigidiſſimum viæ, qua tranſiturus erat, adiacentem, ſeſe coniicit, corporeq; gelidis aquis immerſo, capite tantum extans, ad illum iam appropinquantem: Perge, inquit, miſer, perge ad tuas fœtidiſsimas voluptates; impēdentem capiti tuo ruinam non vides? inſtantem peſtem non perhorreſcis? Hic ego pro

Petr. Ribadeneira lib 5. de vita P. Ignatij Loiolæ c. 2.

te tam diu me macerabo, donec iuſtiſſimum Dei furorem in te paratum auertam. Exterritus homo, & hoc tam inſigni charitatis exemplo perculſus, reſiſtit; pedem refert, familiaritatem illam ſcelere copulatam ſtatim diſcindit. Dicebat ſe, ſi quid ad animarum ſalutem pertineret, paratiſſimum eſſe, nudis pedibus, cornibuſque onuſtum, per plateas incedere: nullum denique recuſare habitum, aut ridiculum ac probroſum veſtimenti genus, quod eſſe vtile hominibus poſſet.

Optabile eſt. ſtultum reputari pro ſalute proximi.

TIT. XXXVI. De ſobrietate, virtute peccato gulæ oppoſita.

Iudic. 13 *Sobrij robuſtos generant.* *Vxori Manne liberatorem populi concepturæ Angelus apparens abſtinentiam indixit.*

3. Reg. 17. *Tenuis victus ſufficiebat Eliæ, qui petijt à vidua Sareptana paululum aquæ, & buccellam panis.*

4. Reg. 4. *Eliſæus propheta viginti panibus hordeaceis centum pauit homines, vt eo miraculo inuitaret omnes ad victus frugalitatem.*

Ex 2. 3. & 4. ca. li. Ruth. *Ruth Moabitis in agro Booz, cum ſpicas deciduas legeret, benignè ab ipſo accepta, panem tantum iubetur comedere, & buccellam intingere in aceto; & cum ſitiret, eaſdem aquas potare, quas potabant meſſores. Quod illa quidem pro magno munere habens, gratias egit, comeditque & bibit. At ipſe, quam victu tam parco tamque ſimplici delectari vidit, dignam cenſuit, vt ſibi acciperet vxorem; non dubitans de pudicitia illius, cuius ſobrietatem fuerat expertus.*

• *Daniel & alij tres pueri, Ananias, Miſael & Azarias meliores & corpulentiores fiunt ſobriè viuentes, quam qui cibo regio veſcebantur.*

EXEMP. I. *Admirabilis abſtinentia B. Fulgentij.*

B. Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus, ſupra credibilem modum laboribus ſe abſtinentiæ cruciabat, ſine vino & oleo, manducans & bibens ſic parcè & tenuiter, vt inediæ magnitudo ſiccatam corporis cutem fatiſcere diuerſis vlceribus cogeret, ac ſuperducta (quam dicunt) impetigine delicati corporis pulchritudo fœdaretur. Putabant plurimi tunc B. virum ſub occaſione infirmitatis, aut receſſurum ſimul à propoſito ſanctitatis, aut reddendum deinceps tepidum, ne vel regulæ communis parſimoniam cuſtodiret. Ille verò contra ſpem omniũ, miſericordiæ Dei præuenientis auxilio gubernante, ex infirmitate corporis ampliores vires animi capiebat: ſalutem verò corporis arbitrio Domini committebat, hoc pleriſque dicens: Scimus omnes ex epulis vitam ſolere ſeruari, non ſanitatem poſſe conferri: nam vt ſanetur infirmitas, ſi explenda videtur gulæ cupiditas, quare infirmantur etiam illi, qui conuiuijs lautioribus quotidie ſaginantur? Tolerabat ergo infirmitatem patienter, exercebat abſtinentiam ſatis humiliter. Paruum namque putans omne quod faciebat, de die in diem melior fieri geſtiebat. Hoc propoſitum cordis eius miſerator & miſericors Deus adiutorio ſuperni iuuaminis fulciens, velociter ei corporalem reſtituit ſanitatẽ.

In vita à diſcipulo eius ſcripta apud Sur. 1. die Ian. c 6. Abſtinẽtia B. Fulgẽtij incredibilis.

B. Fulg. dictum.

Sobrietas mater ſanitatis.

II. *S. Edmundi abſtinentia à primis annis.*

S. Edmundus Archiepiſ. Cantuarienſis abſtinentiam quoque in omnibus ſingularem ab ipſis primis ætatis initijs cõſectatus eſt, puta in ſermone; cibo, potu, ſõno, rebuſq; alijs, quãtum humanæ ferrent vires, in ijs temperantiæ ſtudens. Solo pane & aqua ſextis feriis contentus fuit: interdũ ſolum panem edens, nullũ omninò potum admiſit. Vnde id conſecutũm eſt, vt

Sur. to. 6 Nouem 16 c. 14

vt nonnunquam labia eius ſciſſa viderentur, vt ſolet arida tellus humorem ſitiens. Defluebant à capite barba & pili, medicis eius rei cauſam dicentibus, quod corpus eius humoribus deſtitutum eſſet. Cibis veſcebatur vilioribus: quod ſi adeſſent delicata fercula & potus lautior, minus ijs vtebatur. Nolebat vt ſua cauſa quiſquam ex ipſo perquireret, quibus in prandio veſci vellet? & ſi appoſitas eſcas quiſpiã commendaſſet, guſtare eas nolebat, quod opiparas eſſe inde cõijceret. Rariſſimè in die bis edebat, idque nonniſi honeſta ratione ſuadente. Deniq; tantum ille ſibi abſtinentiæ rigorem indixerat, vt plerique è ſuis putarent eum vel mente captum, vel vita priuatum iri.

Singularis S. Edmundi abſtinentia.

III. *S. Bonifacij ſobrietas.*

DE S. Bonifacij Archiepiſcopi Moguntiaci ſobrietate quid dicam? S. Lutgerus monaſterienſis Epiſcopus teſtatur, tantum in eo fuiſſe potus temperamentum, vt vix vnquam, ſecundum Apoſtoli dictum, modico vino vteretur, quod non eſſet aqua mixtum. Et non tantum in ſemetipſo hoc adimpleuit Apoſtoli dictum, ſed & omnes ſibi ſubditos vehementer admonuit, vt nunquam ebrietatis malum incurrerent, ſed velut inferni foueam præcauerent atque vitarent.

P. Nicolaus Serrarius li. 3 de reb. Moguntiacis. Nota 24. 1.Tim 5. vo 21. Ebrietas inferni fouea.

IV. *Temperantia Caroli Magni.*

CArolus Magnus, cibi potuſq; parciſſimus erat: in potu tamen temperantior, vt qui ebrietatem in quolibet infimæ etiam conditionis homine, nedum ſuis abhorreret. Cœna quotidiana quaternis tantum ferculis, præter aſſam, qua maximè delectabatur, & quam venatores verubus inferre ſolebant, conſtabat. In cœna nõ amplius ter ferè, neque interdiu temere bibit. Æſtate pro potione ſumebat aliquid pomorum.

Albertus Crãtz l. 2 ſaxonia c. 8. & lib 4 Annal. Boior.

V. *S. Hedvvigæ Duciſſæ abſtinentia admirabilis.*

INter alia, quæ de S. Hedvviga legũtur, illud maximè admirabilem, etſi nõ omnibus imitabilem, reddit, quod, vt Chriſto, qui pro omnibus mortuus eſt, viuere poſſet, membra ſui corporis pœnarum flagellis iugiter mortificabat, quotidianæ caſtigationis crucem tollens in humeros ſuos, & poſt Chriſtum virili pectore incedens; pro cuius amore non formidabat occiſionis ouicula fieri, cum ille immenſa charitate permotus, pro ſalute omnium voluerit crucifigi: in carne enim ſua afflictionum mucrone trucidabat vitia, beſtiales frænabat motus, ſenſuum exteriorum petulantiam domabat, & ad gratiæ capeſſenda incremẽta, virtutumq; profectum, hominem interiorem coaptabat. Quotidiano ſeſe afficiebat ieiunio, exceptis Dominicis diebus, & præcipuis quibuſdam ſolemnitatibus, quibus nonnunquam cibum capiebat. Ab eſu earum rerum, quæ eſſent carnis adipe ſaginatæ, abſtinuit omnino, idque annis plus minus quadraginta, nec vllius vnquam, ne fratris quidem Eleberti Babergenſis Epiſcopi, vel precibus, vel obiurgationibus adduci potuit, vt tam bonam conſuetudinem intermitteret. Et licet ita parcè viueret, adeo vt etiam multi mirarentur eam in tanta abſtinentia, & inedia viuere poſſe? ſibi tamen ſufficere videbatur, quando virtus altiſsimi eã confortabat. Quamobrem M. Ægidio Vratiſlauienſi Archidiacono, magnę ſanè ſeueritatis viro, obiurganti illam, quod tam parum cibi acciperet, ita reſpondit: Ego comedo, quantum ſatis eſt mihi: nouerat enim alimenta ſic accipienda eſſe, quemadmodum medicamenta. Tantum igitur edens, quantum ſufficeret ad naturæ neceſſitatem, ſummoperè ſibi à ſuperfluo cibo cauebat.

In vita eius c. 4. apud Suri. to. 4. 1. Octob.

Perpetuo abſtinet à carnibus S. Hedvviga Duciſſa.

In abſtinentia propè incredibili confortatur à Domino.

VI. *Genouefæ abſtinentia ab anno quintodecimo ætatis ad prouectam ſenectutem.*

Bonfin. li 6 hiſ. Decad. 1 S. Genouefa abſtinentia qualis.

GEnouefa Pariſienſis virgo, à quintodecimo anno ad quinquageſimum vſque, hordeaceo tantum pane & fabis contenta, bis in hebdomada cibum ſumebat. Quinquagenaria, Epiſcoporum iuſſu, hordeaceo pani lac & piſcem adiecit, ne ad mortem ferè conſcitam feſtinare videretur.

VII. *Gulæ modum imponit cibi parcitas.*

D. Petr. Damia. epiſt. ad Hildebrãdum Papam, ſeu Gregor. 7.

GVlæ quoque modum imponit cibi parcitas, vt refert Petrus Damianus Epiſcop. Oſtiẽſis de quodam Abbate, qui ſuauis edulij concupiſcentia ductus, lamprædam ſibi acquiri præcepit. Cumque miniſtri dicerent, hoc genus eo loco difficile poſſe reperiri, extitit qui diceret, vnam tãtum in naualibus ſe vidiſſe propoſitam, nullo minus quam viginti nummorum Papienſium ſolidis coemendam. Iuſſit Abbas dari pecuniam. Cocorũ autem diligentia lautè decoctus piſcis Abbati apponitur; ſed antequã tangeretur, ecce pauper ad ianuam hoc potiſſimũ ſibi dari, quod Abbati appoſitũ erat, anxiè poſtulabat. Mox, vt erat, integrũ piſcem non hæſitans vir Domini mittit ad pauperem. Illicò pauper qui videbatur, cum ipſa paropſide plena piſce in ſublime ſe extulit: & librata manu velut xenium portans, cęlum, cunctis videntibus, penetrauit. Vnde liquido comprobatur, quia quod indigentibus datur, Deo tranſmittitur, & quod in ſinum pauperis occultamus, in cœlo reponamus. Illud etiam quod nunc addimus, quanquam non ſit miraculum, ab ædificatione tamen non vacat, cui famulatur omne quod ſcribimus. Epiſcopus quidam lamprędam ſibi parari præceperat, qui paulò pòſt dum inter Miſſarum ſolemnia ſacris altaribus deuotus aſſiſteret, ecce lamprædæ memoria illecebroſi guſtus eũ tentauit affectu: vt autem erat animi inſignis, talia ſe pati poſſe in obtutib. occulti, & omnipotentis inſpectoris erubuit. Expletis itaque officijs regreſſus, febriticum animæ piſcem pauperi tradendum eſſe mandauit. Sic profecto canicula voluptatis, quæ ſub menſa corporis vtcumque potuiſſet viuere, ad ſancta ſanctorum impudenter irrumpens, pœnitentiæ fuſte mactata meruit interire.

Cibus gula denãctus pauperi datus.

Gulæ affectꝰ qua arte curatus.

VIII. *S. Caroli ſobrietas, & temperantia etiam in aquæ potu.*

S. Carolus Cardinalis ita de gula victoriam obtinuerat, vt extra conſueta bibẽdi tempora ne guttam quidem aquæ, vel in æſtiuis caloribus & laboribus guſtare ſoleret. Reprehendit aliquãdo ſacerdotem familiarem, quem viderat extra horam cõſuetam bibentem: nec admiſit excuſationem, quod os tãtum perlueret, ob eandem rationem, quod facillimè ſenſus, niſi cohibeatur, fiat licentior.

Guſſian. li. 8 de vita eius c. 10.

IX. *D. Auguſtinus probat, & laudat etiam aquæ temperantiam.*

D. Auguſtinus nutricem matris ſuæ impensè laudat, quod ſancta ſeueritate aquæ potum extraordinariũ interdiceret puellis hac de cauſa. Nã eas, inquit, præter illas horas, quibus ad menſam parentum moderatiſſimè alebantur, etiamſi exardeſcerent ſiti, nec aquam bibere ſinebat, præcauens conſuetudinem malam, & addens verbum ſanum: Modo aquam bibitis, quia in poteſtate vinum non habetis: cùm autem ad maritos veneritis, factæ dominę apothecarum, & cellariorum, aqua ſordebit; & mos potandi præualebit. Hac ratione præcipiendi, & auctoritate imperandi frænabat auiditatem tenerioris ætatis: & ipſam puellarum ſitim formabat ad honeſtum modum, vt iam non liberet, quod non deceret.

S. Aug. l. 9 confeſſ. c. 8.

Conſuetudo mala n pueris redit

x. Quo-

x. *Quomodo S. Serapion à gula liberatus ſit.*

Io. Nile li. 2. Formica'ij, c. 11. S. Serapion adhuc iuuenis, ad ſermonem ſui patris alienum compunctus, & de vitio gaſtrimargiæ penè conuictus, furtum paniculi, quem comedit clanculo, coram fratribus fatebatur; & à tẽtatore dæmone protinus liberatus eſt tã plenè, vt deinceps nunquam de gula tẽtatus, ſit prout refert de eo Caſſianus, collat. 2. Abbatis Moyſi cap. 11.

xi. *Sobrietas ad tuendam caſtitatem adhibenda.*

Idẽibid. INſignem etiam victoriæ palmam in ſexu fragili tulit Adelheidis virgo Cõſtantienſis diœceſis per gaſtrimargiam vehementer & plurimo tempore impugnata. Cum enim pro caſtitate tuenda, ieiunijs, quibuſdam diebus, operam daret efficacem, tanta fames eam inuaſit, vt niſi ieiunium in laboribus magnis, quos habuit, ſolueret, ſibi quod deficeret ſtatim, videbatur. Sed illa pauliſper ſubſtitit, dæmonis tendiculas hæc eſſe timens. Quo viſo per dæmonem, videlicet, quomodo Christi ſponſa, pro eiuſdem amore talem corporis rigorem non horreſcebat, ſtatim tentator abſceſſit, &, vt mihi faſſa eſt, poſtea diebus ſuis hoc vitio virginem non tentauit.

Sobrietas ad tuendam caſtitatem neceſſaria.

TIT. XXXVII. De patientia vitio iræ aduerſa.

Lib. de patient. c. 2. Gen. 17 & 15. Eſt autem patientia ſecundum Auguſtinum, qua mala toleramus, ne animo iniquo bona deſeramus, per quæ ad meliora perueniamus.

Hac virtute ornatus fuit Ioſeph Patriarcha: nam facinus, quod in ipſum commiſerunt fratres ſui, & patienter tulit, & clementer indulſit.

2. Reg 19 *Sic Miphiboſet patienter ſuſtinuit iniquam ſententiam contra ſe latam.*

Tob. 2. & 2. *Tobias ſenior excæcatus miram patientiam oſtendit erga diuinum flagellum, irriſionem vxoris & amicorum.*

Sara filia Raguelis grauem contumeliam ab ancilla prolatam patienter tulit, nihil reſpondens, ſed ſtatim ſe ad orationem conuertens. Tob. 3.

Chriſtus Dominus, patientiæ exemplar & magiſter, patientiſſimè tulit iniurias verbis & factis illatas.

Cum à Samaritanis non fuiſſet in vrbem admiſſus, tam leniter tulit, vt Iacobum & Ioannem iniuriam vlciſci volentes increpuerit: Vis, inquiunt, dicamus, vt ignis deſcendat de cælo, & cõſumat illos? Et reſponſum accipiunt: Neſcitis, cuius ſpiritus eſtis, filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare. Luc. 9.

EXEMP. I. *Eximia patientia S. Gregorij Magni.*

AD Chriſti Domini exemplum, ne ſumma quidem dignitas S. Gregorium Magnum ad iniurię impatientiam compulit: Mauricio namq; Imperatori, eiuſque filijs ſe perſequentibus ſcripſiſſe dicitur: Homo peccator ego ſum, & omnipotenti Deo inceſſanter delinquo, ideo aliquod mihi apud tremendum examen ipſius eſſe remedium ſuſpicor, ſi inceſſantibus quotidie plagis ferior. Et credo, quod eundem Dominum tanto vobis amplius placatis, quanto magis me ei malè ſeruientem affligitis: multas enim iam plagas acceperam, & ſuperuenientibus dominorum iuſſionibus, inueni conſolationes, quas nõ ſperabam. Poſt hæc Imperator, cum ſolus eſſet in conclaui, vidit quendam monachicis veſtimentis indutum, diuina quadam virtute commotum, ſtrictum enſem dextra tenentem, & à foro vſq; ad ſtatuam æneam circumferentem, ipſiq; Imperatori mortem ferociter minantem, niſi à Põtificis perſecutione protinus ceſſaret. Eo viſu territus, incun- Io. Diacon. de vita eius li. 4 c. 16 & 17. Mauricius Imp. obiectoui ſe detegitur à perſecutione ſummi Pontificis.

& veniam ab eo, cui vehementer infenſus fuerat, petijt; & odium in amicitiam commutauit. Itaque ipſum, cui multorum bellantium exercitus reſiſtere nequiuiſſet, vnius hominis tolerantia fregit. Victuſque eſt patientia, quem arma vincere non valuiſſent.

II. *Subditos ſibi infenſos patientia vincit S. Elzearius Ariani Comes.*

In vita eius c. 22 apud Suri. 27. Septemb. to 5.

S. Elzearius anno ætatis ſuæ 23. patre ipſius defuncto, factus eſt Comes Ariani, & Baro Auſoiſij ex patris inſtitutione. Atq; tum primum Italiam petijt, eius Comitatus occupandi cauſa. At verò Ariani oppidum triennio ei rebellauit, multaſque iniurias, nec parua damna & contumelias ibi perpeſſus eſt. Interdum etiam inſidias ei ſtruxerunt, & crimina affinxerūt. Sed ille multis licet modis ab eis laceſſitus & diuexatus, nunquam vltionem appetijt, neq; vnquam vltus eſt. Volebat quidē princeps Tarentinus, qui eum inprimis charum habebat, eiuſque iniurias valdè dolebat, complures eius vrbis homines ſuſpendio necare, pleroſque mutilare, vt cæteri territi officium ſuum facerent; ſed ille non permiſit, immo verò conſtanter, ne id faceret, impediuit, dicens: præpotentem Deum & iuſtitiam eius quandoq; ad ſanitatem reducturos. Quod etiam ita euenit: eius enim patientia obtinuit apud Dominum, vt poſtea ab omnibus illis honoraretur vt Dominus, amaretur vt pater. Ibi tum quaſdam literas inuenit, quas quidā nobiles ſcripſerāt patri eius adhuc viuenti, in quibus grauiter quidem, ſed falſò eum accuſabant, multumque vrgebant patrem, ne eum ſcriberet hæredem, permultis fallacioſe; & proditoriè ad id efficiendum adhibitis rationibus & argumentis. Quas literas cum ſanctæ Delphinæ coniugi ſuæ in conclaui legiſſet, illa ſciſcitabatur, velletne eas calumniatoribus illis oſtenderet, vt ſubmiſſius ſeſe gererent, & tanti ſceleris ducerentur pęnitentia. Reſpondit autem mitiſſimus iuuenis: Ego verò totum hoc facinus ex animo condono, nec volo has eis literas oſtendere, immo eos ſibi perſuadere volo, mihi de ijs nihil prorſus conſtare: ſi enim perciperent illas in manus meas incidiſſe, iam magna ex parte pœnas darent: ſemper enim timerent ſibi a me, & perpetuò ſuſpectum me haberent.

Inſignis S. Elzearij patientia.

Inimicos patientia vincit S. Elzearius.

S. Elzearius proditoribus ignoſcit.

III. *Patientia mirabilis S. Hedvvigis Duciſſæ.*

In vita eius c. 3. apud Suri. 15. Oct. to. 5.

PAtientiam quoq; veræ humilitatis comitem & amicam omnibus neceſſariam volētibus poſſidere animas ſuas, vt Chriſtus ait, diligentiſſimè cōſeruauit S. Hedvvigis Duciſſa Poloniæ, nulli vnquam iraſcens, aut duriter reſpondens: ſed omnes comiter appellans & alloquens, verbis conſolatorijs cunctis ſe præbebat affabilem ſemper, quantum quidem fas eſſet, religioſa maturitate ſeruata. Quiſquis illę eſſet, qui aliquid ei moleſtiæ aut quod perturbationem afferre poſſet, quauis ratione intuliſſet, nihil ab ea audiuit, niſi hoc dumtaxat, aut quidpiam eiuſmodi, placidè & leniter ab ea prolatum. Cur hoc feciſti? Ignoſcat tibi Deus. Ea illius fuere erga eos, qui moleſtiam ei exhibebant, conuitia & improperia, atque hunc in modum illos vlciſcebatur. Accidit aliquando, vt vnus ex miniſtris eius, Chualiſſaus nomine, qui poſtea S. Dominici inſtitutum complexus eſt, tres elegantes ſcyphos argenteos perderet. At illa nunquam id ei improperauit, nulla commoti animi ſigna oſtendit, nec aliud dixit, niſi: Abi & quære diligentiùs, ſi fortè poſſis inuenire, quod negligenter cuſtodiuiſti. Idq; tanta modeſtia pronunciauit, vt ægrè ferre non poſſet homo eius culpæ reus; quemadmodum ipſe poſtea teſtatus eſt. In ijs rebus, quæ magnam poſſent afferre perturbationem, virilem ſemper atq; conſtantem animum, & iucundam faciem exhibebat, hoc ipſo docens, patientia moleſtiā omnem ſuperandam.

Patientia mira S. Hedvvigis Ducissæ in reb. dviu

Æquanimitas in amiſſione rerum domeſticarum.

IV. Ad-

IV. *Admirabilis conſtantia patientiæ Dauidis per annos quadraginta quinque in multis occaſionibus.*

Theodor. in hiſ. SS. Patr. c. 4 DAuides ille diuinus tantum fructum ex doctrina magni Euſebij hauſerat, vt abſq; ira & excandeſcentia quadraginta quinq; annorũ tempore vixerit. Neque enim poſt ſuſceptam præfecturam vidit eum aliquis ſuperatum ab hac animi perturbatione, idq; cũ, vt eſt veriſimile, eſſent, innumerabilia, quæ cogerẽt. Centum enim & quinquaginta viri paſcebãtur ab illius dextera: aliqui quidem ſumma & excellenti virtute, & eam, quæ eſt in cælo, viuendi rationem imitantes; alij vero qui pennas tunc primum producebant, & terrã tranſilire & ſuperuolare docebantur. Et tamen cùm tot eſſent, qui diuina docebãtur, & aliquid, vt veriſimile eſt, delinquerent: neque.n. facilè fieri poteſt, vt qui modo ventitat, rectè ſe gerat in omnibus: manſit immobilis vir ille diuinus, tanquã incorporeus, nulla eum occaſione ad iram excitante. Hoc.n. non ſolum accepi ex auditione, ſed etiam ex expe rientia. Nã cùm aliquando deſideraſſem videre illum gregem, acceſſi habens etiam alios ſocios peregrinationis, qui eandem quam ego vitam amplectebãtur. Toto ergo tempore hebdomadę apud illũ virum diuinum degentes, vidimus eius vultũ nullã accipere mutationẽ, neq; nunc hilaritate diffundi, nunc vero triſtitia contrahi: oculos quoq; ſimiliter, non aliquando quidem truces ac toruos, nunc vero lętos; ſed in eodem ſemper honeſti, decorique tenore permanere. Hi autem ſufficiunt ad arguendum animi tranquillitatem. Ita B. Theodoretus.

Nouitios abſque iracundia regere, pauco rum eſt.

Oculi tranquillitatis index

V. *Abbatis Gregorij per multos annos animi æquabilitas.*

Pra. ſpir. c. 109. DE Abbate Gregorio patre monaſterij Abbatis Theodoſij, narrauit nobis Abbas Theodoſius eius diſcipulus bonus ac mitis, & humilis, qui fuit Epiſcopus Capitoliadis: quod duodecim annos obſeruaſſet eum, ſi vel ſemel turbaretur; & nũquam turbatum vidit, idq; in hoc tẽpore, quando omnis deſidia, & negligentia, & mollities, & inobedientia regnat. Quis autem, aiebat, ita frænauit oculos, ſicut pater noſter ſanctus Gregorius? Quis ita poſuit ianuam auribus, ſicut beatus iſte? Quis ita continuit linguã, ſicut pater noſter? Quiſnã ſolaris radius ita illuſtrauit terram ſicut pater noſter noſtrum omnium corda radiauit?

TIT. XXXVIII. De diligentia, acediæ vel tepiditati contraria.

S. Lucas Euangeliſta teſtatur D. Paulum Apoſtolum, cum Corinthi apud Aquilam, & Priſcillam hoſpitaretur, ſabbatis quidem in Synagoga diſputare ſolitum, reliquis vero diebus artem ſchenofactoriam exercuiſſe. *Act. 18.*

EXEMP. I. *Acediæ remedium non fuga, ſed pugna.*

ACediæ remedium non in fuga, ſed potius in pugna conſtituendum, vt ſequenti exemplo oſtendit Caſſianus, vbi ita de ſe narrat: Cùm incipiens in eremo cõmorari Abbati Moyſi, omnium Sanctorum ſummo dixiſſem, me ægritudine Acediæ heſterno die grauiſsimè fuiſſe confectum, neq; ab ea potuiſſe alias liberari, niſi ad Abbatem Paulum protinus cucurriſsim; ille, Non te ait, ab ea liberaſti, ſed magis ei te deditum ac ſubditum præbuiſti. Grauius.n. te, vt deſertorẽ ac fugitiuum deinceps aduerſarius impugnabit, quem de conflictu ſuperatum protinus aufugiſſe cõſpexit; niſi de cętero cõmiſſa congreſsione, non deſertione cellę, vel ſomni, ingruentes ęſtus eius ad horã euaporare malueris, ſed tolerantia potius & conflictu didiceris triumphare. Vnde, inquit Caſsianus, experimento probatum eſt, Acediæ im-

Lib. 10. de inſtitutis cœnobiorũ c. vlt.

impugnationem non declinando fugiendam, ſed reſiſtendo ſuperandam.

II. *Oſtendit Angelus ab opere aut corporis aut animi nunquam eſſe ceſſandum.*

Sabell. lib. 2. c. 9 D Antonium Abbatem ſubijt aliquando Eremi tædium, dubiuſque cōſilij clamaſſe fertur; Seruari cupio, ſed cogitatio aduerſatur. Hic mirum adiecit: media illa animi fluctuatione intuitus eſt hominem monaſtico habitu, nunc calathos texentem, nunc oratione intentius vacantem, audiuitque ſuperne vocem: Et tu ſic facito. Quod oraculum ſecutus, per hæc duo tam conſtanter perſeuerauit, vt omnium monaſticæ diſciplinæ ſit obſeruantiſſimus iudicatus.

III. *Eorum, qui in officio maximè diuino diligentes ſunt, Angelos eſſe obſeruantiſſimos.*

B. Doroth. Doctr. 11. *P. Dioratici viſio.* *Diligentes ad vigilias ab Angelo benedicuntur.* Dioraticus, dum nocte quadam in Eccleſia excubaret, in principio pſalmodiæ dicit ſe vidiſſe quendam è ſacrario egredientem cum veſte ſplendida, habentemq; in manu caliculum cum ſacrificio & hoſtia, tinxiſſeque illam hoſtiam in calice, & obambulantem fratres omnes obſignaſſe. Eorum vero, qui ad vigilias non ſurrexiſſent, aliquorum ſedes & loca tetigiſſe, aliquorum pertranſiſſe. Atq; hoc ipſum in fine pſalmodiæ repetiiſſe è ſacrario, vt antea, egredientem. Quod ſenem admodum admiratum, cū ante ſe pertranſiret, ad genua illius obuolutum rogaſſe, vt quidnam hoc eſſet myſterii, dignaretur aperire, reſpondiſſeq; illum, eſſe ſe Angelum Dei, qui delegatus ad hoc eſſet, vt ſigno huiuſmodi eos obſignaret, quos diligentes & promptos ad principium pſalmodiæ, *Perſeuerātes a finē diuini officij ab Angelo benedicūtur.* & in finem vſq; perſeuerantes in Eccleſia reperiſſet. Senem vero poſt hæc iterum ſubdidiſſe: Cur aliquorum loca & ſedes, quos in Eccleſia non reperiſſet, obſignaret? Retuliſſeq; rurſum Angelum ſanctum, eorum ſe loca obſignaſſe, qui & promptiſſimi & paratiſſimi, quantum in ipſis erat, ad vigilias ſurgere, ſed aliqua neceſſitate cōpediti, cum Patris obedientia & benedictione, vel etiam imperio obdormiſſent. Hos æquum eſſe ſignum ſuum recipere, cum animo & propoſito cum pſallentibus adfuiſſent. Illi vero qui pſalmodiæ intereſſe potuiſſent; ſed deſidia, torpore, & negligentia deſtitiſſent, iuſſu Dei ſummi ſedes & loca noluiſſe obſignare, quoniam ipſi ſeſe indignos hoc cœleſti ſigno feciſſent. *Voluntas deuotionis ſacti mercedem recipit.*

IV. *S. Dorothei diligentia in frequentandis vigilijs & pſalmodijs.*

DE ſe ipſo adhuc iuuene ita narrat S. Dorotheus: Cum eſſem in cœnobio, præpoſuit me Abbas ſuſcipiendis hoſpitibus, ſeniorum ſuorum conſilio. Surrexeram autem tunc è maxima ægritudine, ita vt vix poſſem pedibus cōſiſtere. Veniebant igitur hoſpites, & plerumq; cum illis multam noctem vigilabam. Veniebant camelarij, & illis neceſſaria miniſtrabam, agebamq; inde me cubitum, alteraq; quam ſæpiſſime occurrebat, quæ me ſtatim excitaret, neceſſitas. Aduentabat interea modico interuallo hora vigiliæ, & cum paullulum quidpiam obdormiſſem, excitabar à Canonarcho noſtro. Eram igitur & labore & ægritudine vicina mirum in modum defeſſus, calebamque interdum alternis febribus, vt vix me ipſum erigere poſſem: ita vero illi reſpondebam, vt qui eſſet à ſomno alio trāſlatus: Bene faciat tibi Deus, frater, & charitatis tuæ memor ſit, en, vt iuſſiſti, propero. Cumq; poſthac diſceſſiſſet, inuitus & nolens iterum obdormiebam. Vſq; adeo autem pœnitebat me deſidiæ & negligentiæ meæ, cum videbam me non interfuiſſe vigilijs, nec ille me denuo excitaſſet, vt fratres duos rogauerim, alterū, vt me excitaret in tempore; alterum, vt me nō pateretur abeſſe vigiliarum tēpore. Et, mihi, oro, credite, ita illos amabam, venerabar, cole- *Ibid.* *Laboris indefeſſi imago.* *Studium orōnis.*

coleuam, vt à quibus ſalus mea dependeret & eſſet. Tales & vos eſſe decet erga excitantes vos ad vigilias, ad horas canonicas, & ad omne opus bonum. Ita S. Dorotheus.

TIT. XXXVIII. De iiij. Virtutibus Cardinalibus; Prudentia, Iuſtitia, Fortitudine & Temperantia. Sic autem dictæ, quod ſint tanquam fontes & cardines aliarum virtutum moralium.

Lib. 1. de lib. arb. c. 13. & li. 83. 44 q. 31. *De Prudentia, quæ ſecundum Auguſtin. nihil aliud eſt, quam rerum appetendarum & vitandarum ſcientia.*

Gen. 13. *Ea virtute ornatus prudenter ſeparauit ſe Abraham à Loth, ne paſtores inter ſe rixarentur.*

Gen. 41. *Ioſeph mirifica fuit prouidentia in Pharaonis ſomnio, quod famem portendebat, interpretando; ſed non minor prudentia in cogendo frumento, quo per ſeptem annos famelica aleretur Ægyptus.*

1. Reg. 25 *Hæc etiam virtute excelluit Abigail prudenter placando Dauidem iratum contra Nabal virum ſuum.*

3. Reg. 3. *Salomon prudenter iudicauit inter duas mulieres de vnico filio contendentes.*

3. Reg. 12 *Non ita prudens fuit Roboamus eius filius, cum ex duodecim tribubus decem à ſe alienauit, quod regni principio aſperius populo reſpondiſſet, negaſſetque quod poſtulabat: Quod ſi conceſſiſſet, vt ſenes & conſiliarij ei ſuggerebant, omnium ſtudia & voluntates ſibi adiunxiſſet.*

Luc. 1. *Miræ diſcretionis & prudentię beatam virginem fuiſſe apparet in colloquio, quod habuit cum Angelo: & cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio, &c.*

Luc. 2. *Cum remanſiſſet in Ieruſalem puer Ieſus annorum duodecim, in medio doctorum audiens & interrogans illos ſequitur, ſtrupebant omnes, qui eum audiebant ſuper prudentia & reſponſis eius.*

D. Paulus Apoſtolus, commota & confuſa ciuitate Epheſina, prudenter conſilio amicorum acquieuit, qui eum rogabant, ne ſe daret in theatrum. Vbi etiam apparuit prudentia illius ſcribæ, qui ſedata populi commotione, domum remiſit. Act. 19.

EXEMP. I. *Prudentia Martini V. Pontificis præſertim in beneficijs conferendis.*

MArtinus V. Pontifex ſummus in conſultationibus miræ prudentiæ vir eſt habitus: nam & quid agendum, & quid vitandum eſſet, ſtatim re propoſita acutiſſimè diiudicabat. Breuis in dicēdo, cautior in agendo, adeo vt prius rem factam cernerent homines, quam ab eo excogitatam putarēt. Eius autem ſermo plenus ſententiis erat. In dandis quoq; beneficiis mira vſus eſt prudentia: non enim vnicuiq; ea petenti conferebat, ſed ſtatim mente agitabat, quis potiſſimum eſſet idoneus, cui talis cura demandaretur. Qđ ſi homines prouinciarum non noſſet, in quibus vacare beneficia contigiſſet, ſtatim peritos regionum conſulebat, quis aut in curia, aut gymnaſiis publicis eſſet doctrina, nobilitate, moribus tanta prouincia dignus. Atque hac ratione & Eccleſiis, & hominibus honore dignis pariter conſulebat cum maxima celebritate nominis ſui.

Plat. de vi. is Pōtificum. Prudētia Mart. V. in reb. agēdis.

Eiuſdem prudētia in conferēdis beneficijs.

II. *Qua prudentia Euſebius Ep. Vercellenſis Dionyſium Ep. Mediolan. ab Arianis ſubtraxerit.*

EVſebius Vercellenſis Epiſcopus, cum in Catholica Eccleſia, & doctrina & moribus in magnā exiſtimatione haberetur, à Conſtantino Imperatore Ariano Mediolanum ad Concilium vocatus fuit. Cum autem accepiſſet,

D. Amb. ſerm. 69 Fulg. lib. 7 c. 3.

piſſet, arte multos Catholicos Epiſcopos, in primis vero Dionyſium Epiſcopum Mediolanenſem eo cõpulſos eſſe, vt damnationi Athanaſij & Nicæni Concilij derogationi ſubſcriberẽt; perſpiceret etiam, quã grauiter per eam ſcripturam veri Chriſti fides læderetur, quæ etſi ab ijs, qui ſubſcripſerant, reuocari poterat; tamen oſtenſa, dubiam factura erat Catholicam fidem, nouo aſtu euertere eam cogitauit. Itaque nomen ſuum inſcribere non recuſauit. Poſtquam autem codicillum & inſpexit, & in principio Dionyſij nomen ſcriptum vidit, ſe vehementer cõmotum eſſe finxit, quod primarium locum iuniori tradidiſſent, dicẽs: Vos, Ariani, affirmatis Filio Patrem maiorem eſſe, & Dionyſium, qui ætate atq; doctrina me minor eſt, mihi prepoſuiſtis. Idcirco peto, vt noua ſcriptura cõficiatur, & in ea ſeruato gradu, omnes ſuum inſcribant nomen: quod ſi à vobis fiet, ego vobis morem gerere non recuſabo, vt tandem quæ inter vos eſſe videntur cõtentiones, finiantur. Ariani vera hominem locutum arbitrati, ſuperbiaq; impulſum requirere, vt in ſcriptura Antiſtitum ætatis atq; dignitatis gradus ſeruarentur, exuſta prima ſcriptura, cui iam plerique ſubſcripſerant, nouam confecerunt. Quæ cum ad Euſebium perlata eſſet, vt nomen ſuum apponeret, rem magni eſſe momenti aſſeruit, exigereque eius magnitudinem, vt ante diligenter ſuper ea diſputaretur.

Doli boni exemplum. Euſebij Ep. prudentia ad eludẽdos Arianos.

Ariani in aſtutia ſua capti.

III. *Prudentia Flauiani Epiſcopi Catholici.*

Theodor. li. 4. hiſt. eccl. c. 10 Meſſalianorũ hæreſis.

NEc minor fuit Flauiani Antiochię Epiſcopi Catholici prudentia cõtra Adelphium hæreticum, & Meſſalianorum principem, vt totum peſtilentis hæreſis venenum, quod occultauerat, & clanculum multis inſtillauerat, nec de vllo conuinci poterat, ſua ſponte effunderet. Hominem ad ſe Antiochiam euocat, benignè tractat, prope aſsidere iubet. Tum ad eum; Nos, inquit, ò ſenex, ad longam iam ætatem prouecti, multoq; vſu rerum edocti, & dæmonum fraudes perſpectas habemus, & dona Spiritus ſãcti edocti ſumus. Iſti iuuenes, ſpiritualium ſermonum necdum capaces, occultiora Dei myſteria non percipiunt. Itaque mihi, quæſo, aperias, quomodo ad nos Dei Spiritus adueniat, & contrarius ſpiritus quomodo à nobis recedat. His verbis delinitus ſenex totum cordis ſui arcanum patefecit, & peſtilentis ſuæ doctrinæ virus totum effudit. Quo audito, & ſeni verbis acerrimis maledixit, & totam illam Meſſalianorum peſtem tota Syria expulit.

Senes capiuntur laudibus & blandiijs.

IV. *Conſtantij Imp. prudentia in exploranda ſincerorum Chriſtianorum fide & conſtantia.*

Euſeb. lib. 1. de vita Cõſtantini Magni cap. 11. Sozom. l. 1. cap. 6. Auctor hiſt. trip. li. 1. c. 7.

CVm magiſtratus in ſingulis prouincijs ex Imperatorum mandato pios homines paſsim inhumanę, & grauiter perſequerẽtur, & ſancti martyres, qui in ipſis Imperatorum palatijs verſabatur, primi omnium certamina pro pietate obirent, & ignem, ferrum, vaſtos maris gurgites, omnia denique mortis genera, ſumma cum animi alacritate & tolerantia ſubirẽt, vſq; eo, vti breui Imperatorum regiæ ſãctis viris eſſent omnino orbata (quæ res auctores maleficij clementi Dei obtutu, curationeq; prorſus priuauit: quippe dum homines pios inſectarentur, etiam eorũ preces inſectati ſunt) ſoli Conſtantio ſapiens quædam & ſolers animi occurrit cogitatio: & facinus facit, vt incredibile auditu, ita factu in primis admirabile. Nam illis, qui in regia illi inſeruiebant, libera data optione (quæ etiam illis, qui aliquem dignitatis gradum in familia eius obtinebant, delata fuit) hanc tulit conditionem, vt vel dæmonibus immolando integram haberent poteſtatem, tum apud ipſum commorandi, tum conſuetis honoribus perfruendi: vel ſi minus hoc exequerentur, aditu ad ipſum prohiberentur, & à conſue-

tudine ipſius ac familiaritate penitus repellerentur, reijcerenturque. Poſtquam igitur in duas partes dirempti fuerunt, alijq; in hanc, alij in illam ſegregati; illico ſinguli, quo animo eſſent & inſtituto, perſpicuè oſtenderunt. Ibi tum admirabilis ille Cōſtantius, commento, quod celatum erat, ſtatim patefacto, quorundam timiditatem & nimium amorem, quo ipſi ſe ſuamq; vitam complectebantur, vehementer coarguit: alios ob ſinceram & integram erga Deum mentem approbauit plurimū: illos deinde, tāquā Dei proditores, Imperatoris ſeruitio indignos cenſuit. [Quomodo enim, inquit, fidem erga Imperatorem ſeruare poterunt inuiolatam, qui aduerſus Deum Opt. Max. perfidi eſſe manifeſto conuincuntur?] Quapropter hos procul à regali ſuo domicilio ſtatuit amandandos: illos vero, qui veritatis teſtimonio digni Deo fuere comprobati, ſimiles erga Imperatores fore affirmans, ſtipatores ſuos, & ipſius regni cuſtodes conſtituit, inquiens, [id genus homines in præcipuis maximeque neceſſarijs amicis, & familiaribus numerandos eſſe, multoque pluris quam æraria ingenti theſauro referta merito æſtimandos.] Ita Euſebius.

Qui plu rꝰ verba hominū, quam legem Dei faciunt, proditores Dei appellātur. Fideles Deo fideles ſunt & Imperatorib.

V. *Ferdinandi & Iſabellæ prudentia.*

Lud. Guicciardin. li. 1.

FErdinandus & Iſabella Hiſpaniæ Reges (ab his enim Hiſpania communibus auſpicijs regebatur) fama prudentiæ admodum celebres & clari fuerūt, quod ex maximis motibus ſua regna in ſummam tranquillitatem atque obedientiam reduxiſſent: quodque bello decem annos continuato Granatæ regnum à Mauris annos circiter octingentos poſſeſſum ad Chriſtianam religionem compuliſſent.

VI. *A Pulcheria prudenter reprehenditur Theodoſii iunioris imprudentia.*

Apud Baron. to. 6.

NEgligentia quadam vſu venerat, vt Theodoſius oblatis ſibi libellis, vel alijs ad regimen Imperij ſpectantibus à miniſtris ſcriptis, abſq; eorum inſpectione ſubſcriberet. Quod cum periculoſe admodum peragi Pulcheria intelligeret, huiuſmodi ludo eum corrigendum in animum induxit. Libellum ſcribit, in quo ſignificaretur, emptam à ſe eſſe Eudociam cōiugem Auguſtam, ſi ipſe præberet aſſenſum, oblataq; eadem charta Theodoſio, ipſe ex more ei abſq; alia inſpectione ſubſcripſit: Recepit ita ſubſcriptam chartā Pulcheria, quæ accedentem ad ſe Eudociam aliquando retinuit, vocatamque ab Imperatore reddere recuſauit, à ſe emptā affirmans, oſtendens de rata habita emptione Imperatoris chirographum: ſicq; falſo quidem eiuſmodi ioco Auguſti oſcitātiā voluit condijſſe, ac correxiſſe ſimul.

Annal. an. 446. 24.

Imprudētia Theodoſij vrbanè reprehenditur à ſorore.

VII. *Solertia Alphonſi Regis in iudicando.*

Ant. Panor. li. 2. de geſt. Alphonſi l. 2. c. 39 & Fulg. li. 7. c. 3.

MIrifica fuit Alphonſi I. Neapol. Regis in iudicando prudentia: ipſo enim adhuc adoleſcente regnorū Siciliæ & Aragonię gubernacula ſuſcipiente, accidit, vt cuiuſdā ancilla ex domino pareret, & ad libertatē ex lege Hiſpanienſi proclamaret. Dñs autem, ne matre cum filio priuaretur, negabat puerum ex ſe natum. At illa acriùs inſtante, & natum ex Domino conceptum aſſeuerante, cum eius rei difficilis probatio, & veritatis coniectura periculoſa eſſet in ancipiti, Alphonſi prudentia iam inde ab adoleſcentia ſtatim reſplenduit. Decreuit ergo, vt infans ſub haſta venderetur: cūque vni, qui maius pretium attuliſſet, infans traderetur, pater pietate victus à lacrymis temperare nequiuit, & ſuum eſſe filium faſſus eſt. Quare Rex & patri filium, & debitam matri libertatem non cunctanter adiudicauit.

Alphonſi Regis ſagax ac iuſtū factum.

VIII. *Caroli Magni prudentia.*

COram Carolo Magno pater & filius homicidij rei agebātur, factū vter-

P. Mart. Delr. lo. 2. diſq. Magic. l. 4. in praamb. ex Andr. Barbat. in c praeſenti de probatione.

vterque negabat, nec tormentis vllis ad confeſſionem criminis perduci poterant: condemnat Imperator vtrumque ad ſuſpendium. Tum pater victus amore filij, ſe reum, filium vero ſceleris expertem profitetur.

IX. *Solymanni Turcarum Regis ſolertia.*

Æneas Sylu. li. 2. de reb. geſt. Alphonſi.

Iudæi crudele pactū ſenoris Solymanni prudentia.

NEc ſubticenda hoc loco Solymanni Turcarum Regis prudentia. Byzantij Iudæus Chriſtiano certā auri ſummam mutuam dederat, vti conſtituta die præter ſortem, vſuræ loco, duas carnis eiuſdem Chriſtiani vncias reciperet. Die illa ſortem reddit Chriſtianus, fœnus negat. Aditur Solymannus, vt rem decidat. Ille Iudæum animo deteſtatus nouaculam adferri iubet, & Iudęo poteſtatem facit, vt qua velit membri parte, debitori duas carnis vncias exſcindat, ea lege, vt omnino duas tantum: ſi minus pluſve exſciderit, capite luiturum. Non auſus Iudæus hanc aleam ſubire Chriſtianum abſoluit.

X. *Nimitas vigilias, & curas ſeruandi pecuniam prudenter amouet Sigiſmund. Imp.*

Io. Cuſpinianus & Caſar & Æneas Sylu. l. 4. Cōm. in Alphonſ.

Quieti prudēter conſulit Sigiſmūdus.

SIgiſmundo Cæſari fuerant ex Hungaria allata quadraginta millia nummum aureorum. Quæ vbi noctu aduentante, in quos conuerteret vſus ſollicitè cogitaret, per cubicularios ocyus cōſiliarios omnes ac militum duces ad ſe vocauit, & aperta arca; Ecce, inquit crudeliſſimi hi hoſtes ac carnifices (nummos oſtendens) ſomnum mihi eripuerunt; accipite, ac inter vos diuidite, vt mihi tranquillè dormire liceat. Diſtributa itaque pecunia inter eos, cum exirent viri à conſilijs: Recedit iam à me tortor ille, qui me flagellauit, ſecuriùs iam quieſcam.

XI. *D. Antonij iudicium de virtute prudentiæ poſt diuturnam collationem virtutem.*

Io. Caſſi. Col. 2. Abbatis Moſi. c. 2.

Collatio ſpiritualis apud B. Antonium tota nocte durat.

Quæ via ad perfectionem compendiaria.

NArrat Caſſianus, ſeniores in partibus Thebaidis perfectionis inquirēdæ gratia ad beatum Antoninū Abbatem conueniſſe. Cumq; à veſpertinis horis vſque ad lucem fuiſſet protracta collatio circa quæſtionem hāc, quænam virtus Monachum à diaboli laqueis & deceptionibus cuſtodire sēper illęſum, vel certè recto tramite, firmoque greſſu ad perfectionis culmen euehere poſſit, cumq; pro mentis ſuæ captu proferret vnuſquiſque ſententiam, & alij quidē hoc in ieiuniorum vigiliarumq; ſtudio collocarent, quod his videlicet extenuata mens, ac puritatem cordis & corporis aſſecuta, Deo faciliùs vniretur: alij in contēptu vniuerſarum rerum, quibus mens ſi penitùs nudaretur, tanquam nullis deinceps retinentibus laqueis ad Deum expeditior perueniret: alij anachoreſin neceſſariam, id eſt, remotionem & Eremi ſecreta cenſerent, in qua commanens quis familiariùs interpellare Deum, eiq; poſſit peculiariùs inhærere: nonnulli ſectanda charitatis, id eſt, humanitatis officia definirēt, eo quod his regna cælorum daturum ſe Dominus in Euangelio velut ſpecialiùs repromittat, dicens: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi: Eſuriui enim, &c. Cumq; in hunc modum diuerſis virtutibus aditum certiorem ad Deum parari poſſe decernerent, eſſetque noctis maximum tempus hac inquiſitione conſumptum, intulit demū Beatus Antonius: Omnia quidem hæc, quæ dixiſtis, neceſſaria ſunt & vtilia ſitientibus Deum, atq; ad eum cupientibus peruenire; ſed his principalem tribuere gratiam nequaquam nos innumeri multorum caſus & experimenta permittunt. Nam ſæpè innumeros acerrimè ieiunijs ſeu vigilijs incubantes, ac mirificè in ſolitudine ſece-

Mat. 25.

S. Antonij iudicium.

cedentes, priuationem quoque omnium facultatum ita ſectantes, vt ex ipſis ne vnius quidem diei victum ſibimet, vnumve denarium ſupereſſe paterentur, humanitatis etiam ſtudia tota deuotione complentes, ita vidimus repentè deceptos, vt arreptum opus non potuerint congruo exitu terminare, ſummumq; feruorem & conuerſationem laudabilem deteſtabili fine concluſerint. Quamobrem quid principaliter ducat ad Deum, manifeſtè poterimus agnoſcere, ſi ruinę ac deceptionis illorum cauſa diligentius à nobis fuerit indagata. In illis namq; cum exuberarent prædictarum virtutum opera, diſcretio ſola deficiens vſque ad finem ea durare non ſinit. Nec enim alia lapſus eorum cauſa deprehenditur, niſi quod minus à ſenioribus inſtituti, nequaquam poterant rationem diſcretionis adipiſci, quæ prætermittẽs vtramque nimietatem, via regia monachum docet ſemper incedere, & nec dextera virtutum permittit extolli, id eſt, feruore, exceſſu iuſtæ continentiæ modum inepta præſumptione tranſcendere, nec oblectatuum remiſſione deflectere ad vitia ſiniſtra concedit; hoc eſt, ſub prætextu gubernandi corporis contrario ſpiritus tepore lenteſcere. Hæc namque eſt diſcretio, quæ oculus & lucerna corporis in Euangelio nuncupatur.

Diſcreti[o] ... commenda[ti]o. *[Ma]tth. 6*

TIT. XXXIX. De Iuſtitia, quæ virtus eſt, quæ cuique ſuum tribuitur.

[Iud]ic. 1. *Adonibeſec Rex comprehenſus à filijs Iſrael dixit: Septuaginta Reges, amputatis manuum ac pedum ſummitatibus, colligebant ſub menſa mea ciborum reliquias: ſicut feci, ita reddidit mihi Dominus.*

2. Reg. [2]4. *Dauid Rex noluit accipere gratis ab Arenna Iebuſæo aream, quam habere volebat, ſed iuſto pretio mediãte.*

[Tob]. 2. *Audiens Tobias hædum balantem, dixit: Videte ne furtiuus ſit, ſed reddite eum dominis ſuis: quia non licet vobis, aut edere ex furto, aut contingere.*

Dan. 6. & 14. *Darij Regis iuſſu Danielis accuſatores in lacum leonum miſſi non peruenerunt ad pauimentum, cum arriperent eos leones, & omnia oſſa eorum comminuerent.*

2. Mach. 4. *Impius Iaſon, qui inſepultos abiecerat multos, ipſe illamentatus, & inſepultus abijcitur, nec propria, nec peregrina honoratus ſepultura.*

Matt. 17. *Accipientibus didragma ex ſtatere inuento in ore piſcis ſoluit Petrus pro Chriſto Domino, & pro ſe.*

Matt. 18. *A ſeruo nequam, qui noluit dimittere conſeruo ſuo centum denarios, merito repetijt Dominus vniuerſum debitum, quod liberaliter prius dimiſerat illi.*

EXEMP. I. *De debito precum rectè perſoluendo.*

E vita eius cap. 21 apud Sur. to 6. Nou. 17. Preces canonicas ſtatuto tempore perſoluere ſolebat S. Hugo Epiſcopus Lincolnienſis, nec induci poterat, vt aut præueniret illud, aut differret. Itaque in magnis etiam tractatibus, ſicut quidam ad conſultandũ ſiue deliberandum egredi ſolent, ſic ipſe immortali Regi debitum laudis oblaturus, ſimulatq; veniſſet hora, mox exire ſolebat. Nihil diuino officio anteponendum Carthuſiano more vir fidelis didicerat, quod etiam vſque in finem exactè ſeruauit. *Conſtantia in bono propoſito.* Contigit illũ aliquando cum Prælatis quibuſdam & Clericis per loca infeſta equitare. Conſultantibus ergo illis, quo pacto imminẽs periculum euaderent, omnium hæc vna ſententia fuit, vt ante lucem ſurgerent, & iter ſuſpectum in tenebris conficerent. Surgunt mane, vrgent Epiſcopum, aiunt non cunctandum, ne à prædonibus capiatur. Quibus ille: Et quo ibimus, inquit, matutinis precib. non-

nondum abſolutis? Reſpondent illi: Poſtea dicemus illas; iam properandum, ne propter moram capiamur. Tum Epiſcopus: Qui capit, ait, capiat, & qui timet, timeat: ego hinc nō exibo, donec ſolito more preces matutinas perſoluero. Mira res. Solus Epiſcopus poſtquam laudes Deo tractim admodum obtulit, licet cum ſuis per eandem viam equitaret, nil mali paſſus eſt: alij autem, quia prudenter ſe facere arbitrabantur, nec conſilio ſancti viri parere volebant, in periculum, quod cauere moliebantur, inciderunt.

Prudentia humana, pietate minor eſt & periculis propinquior. Pietas in periculis non periclitatur.

II. *Iuſtitia præualet armis.*

Aimoin. l. 5. c. 34. Bar. to. 10. Annal. an. Do. 876. n. 12. 13.

Carolus Imp. vbi audiuit fratris Ludouici Germanorum Regis obitum, ad inuadendum relictum filijs ab eo regnū, ingenti exercitu comparato, addixit animum; uerum Deo ulciſcente à Ludouico filio Ludouici crebris legationibus pacem rogante, nec obtinente, uictus, fugatuſq; magna cum ignominia fuit, poſteris factus exemplum, quam ſint inualidæ atq; prorſus inutiles armatæ copiæ & bene inſtructæ, ferrata agmina quam infirma, in quibus non inuenit ſua ſigna iuſtitia. Audi miranda. Vix parēte ſepulto, Ludouicus filius cogitur imparatus ad bellum formidoloſum progredi, è trabea funerali ad militarem campum feſtinus accurrere, ſed inuitus, atque detrectans, præmittens fruſtra legatos pacis, atq; remittens; cum ad Deum exercituum magna fide conuerſus, quod petijt, impetrauit. Tunc ipſe (inquit Aimoinus) ac Comites eius ieiunijs ac litanijs miſericordiam Domini petierunt; irridentibus eos illis, qui erant cum Imperatore. Sed quid inſuper? Fide pollens magis quam copijs militaribus iuuenis, inconceſſa tentat, ſecurus de diuina potentia, & certus de eiuſdem protectione iuſtitiæ: præſumit quoq; conſcientia ſincera miracula. Vt enim ipſum aduerſantem Imperatorem tyrannū iniuſtitiā omnino proſequi, & Deum perſequi, palam oſtendat, horrendum huiuſcemodi ob oculos eius ſpectaculum ponit. Decem homines, ſubdit idem auctor, cū aqua calida, & decem cum ferro calido, & decem cum aqua frigida ad iudicium miſit coram eis qui cum illo erant, petentibus omnibus, vt Deus in illo iudicio declararet, ſi per ius & æquum ille habere deberet portionem de regno, quam pater ſuus illi dimiſit ex ea parte, quam cum Carolo fratre ſuo per conſenſionem illius, & per ſacramentum accepit. Qui omnes illæſi reperti ſunt. Quid amplius? cum nullum prætermiſiſſet officium, quod ad pacem conciliandam conſideraret eſſe proficuum; coactus tādem armis decernere, longè viribus impar, vicit Imperatorem, iam ſolum turpi fuga elapſum, ſuæ conſulentem ſaluti. Coacta quoque fugere Imperatrix ipſa Racheldis. In fuga ita eſt timore concuſſa, vt proieciſſe ex vtero fœtum potiùs, quā peperiſſe dici poſſit infantem haud diu futurum ſuperſtitem, quæ paucos ante dies imperatorio ornatu in Synodo viſa eſt omnibus admiranda, modo fugiens, nec tugurio contegi potuit ad pariendum. In hoc (inquiunt Annales Frācorum) certamine contra Carolum, procul dubio cœlitus dimicatum eſt. Nam, ſicut captiui inde abducti narrare ſolebāt, apparente Ludouico, & his qui cum eo erant, tantus timor omnem exercitum Caroli inuaſit, vt prius ſe victos putarent, quam ad pugnam venirent. Et quod maioris eſt admirationis, equorum latera, quibus inſidebant, calcaribus tundebant, & cruentabant, & illi quaſi ad ſtipitem ligati immobiles permanebant. Armis quoque ſuis pugnabant, ſed paucos vulnerabant, acies enim armorum quaſi retuſæ eſſent, neminem penitùs lædebant.

Ieiuniorū & litaniarū contra hoſtes vtilitas.

Iudicia miraculoſa.

Bona cauſa ... armis.

Fortuna in Imperatorib. volubilitas.

III. *Iuſtitiam & iudicium Deo placere.*

D. Ludouicus eius nominis IX. Frācorum Rex, quo tempore orationi

Franciſ. Belforeſ. li. 4. Annal. F. c. 16. tioni vacaret, & ſupplex vtroq; genu flexus pro more pſalterium recitaret, quidam venerabundi acceſſerunt, vt pro ſcelerato & facinoroſo homine intercederent, veniamq; poſtularent: ipſe autē criminis grauitate motus, tandē tectis allegationibus & fucatis teſtificationibus perſuaſus aſſenſit. Dimiſſis à ſe interceſſoribus, ad orationē reuerſus, & inchoata Pſalterij lectionē proſequens incidit in illud Dauidis elogiū: [Beati, qui cuſtodiunt iudiciū, & faciunt iuſtitiā in omni tempore.] Qua ſententia à Deo immiſſa perculſus, & grauitate criminis diligentiùs penſiculata cōmotus, ad ſe interceſſores reuocat, ac iubet facinus ad iudicij ſtateram expendi; & ſiquidē venia dignū ſit, ſe remittere; cæterū ſi abſq; æquitatis lance integra remitti nō poſſit, ſupplicio afficeretur. Quia vero his res cordi erat, vehementiùs inſtant apud Regē, aſſerentes clementiā rigori iuſtitiæ eſſe præferendam, at dignam tanto Rege edidit ſententiā: Reū plectere & merita pœna afficere, rigorem nō eſſe iuſtitiæ, ſed verè beneficiū clementiæ, atq; adeo vt cuilicet criminū auctores caſtigare, nec caſtigat, perinde eſſe, ac ſi reum ſe, atq; auctorem, ac ſcelerum protectorem & patronum ſe conſtituat. Qua ſancti Regis propagata ſententia, nemò ad eius opem implorandam, niſi qui iuſta & æquabili cauſa fulciretur, auſus eſt poſtea accedere. Quo illuſtri exēplo diſcimus Dei iudicium ob oculos, & iuſtitiæ pondus in manibus habendum, ſi tuti & verè reges eſſe velimus: contrà qui iura temerant, nec Deum timent, effici timidos & indignos non modo Regis, ſed omni moderatoris ac iudicis officio.

Diuino i... rectibus ...monitio.

Sententia ...ge Gal... dignißima.

IV. *Theophilus Imperator iuſtitiæ cultor.*

...Zo... ...10. 3. ...nal. ... ...oph.

THeophilus Imperator, quia iuſtitiæ cultor erat, grauem ſe & inexorabilem delinquentibus præbebat. Singulis igitur hebdomadibus eques per forum cum ſatellitibus Imperatoris in ædem Deiparæ Blachernianam iuit. Etſi enim ſacris imaginibus honorem non habebat, Seruatori tamen & Dei matri ſe fidem ſeruare profitebatur. Cùm autem ſic in publico verſaretur, facilis aditu fuit, rerumque venalium curam habuit, & quanti quæque venderentur, curioſè indagauit. Quod ſi qua magno venirent, præfecto de ijs interrogato vel Magiſtratum abrogabat, ſi peccaſſet, vel obiurgato eo, quid agendum eſſet, præſcribebat. Sic igitur aliquando prætereuntem mulier quædam acceſſit, quæ ſibi iniuriam fieri à Drungario Bigle querębatur (is Auguſtę frater erat, nomine Petronas) qui cùm in vicinia habitaret, ædibus in altum educendis, ſuis luminibus obſtrueret. Ac illa ſic Petronam accuſabat. Is verò ab Imperatore acceſſitus, &, quid mulier diceret, interrogatus, nugas eam agere dixit. Tum Imperator; Caue, inquit, ne denuo eadem de re me appellet, quod tibi bono nō eſt futurū; ac mulier ad Petronam abire iuſſit, & niſi ei damnum reſarciretur, ad ſe redire. Quod cùm illa feciſſet, neque à Petrona quicquā impetraſſet, re deſperata rurſus Imperatorē interpellauit. Is ſtatim quibuſdā ſenatoribus mandauit, vt viderent, nū dānū mulieri daretur? Abiere illi ſtatim, damnumq; cognitum Imperatori renunciarunt, qui in forum progreſſus, atq; ibi certo loco ſtans, Petronam veſtibus direptis, & in pectore verberari iuſſit, & quę in fraudem mulieris ſtruxerat, deſtrui, materiamque & ſolum ipſum mulieri attribui.

Viciniis luminibus obſtruere nō licet.

Seueritas Imperatoria aduerſus iniuſtitiā.

V. *Eiuſdem Imperatoris Theophili actus iuſtitiæ eximius.*

Georg. Cedren. in Theophilo Zonar. 10. 3.

NArrat Cedrenus de milite quodā, qui manu promptus equū habuit egregium, cuius opera ſæpe ex prælio incolumis redierat. Huius equi amore captus dux, ſub quo is militabat, hominem timiditatis accuſatum apud Imperatorem exauthorat. Cùm autē Theophilus Imp. equū inſigni virtute cupe-

cuperet habere, & miſſis in omnes partes mandatis talem ſibi quæri, atque afferri iuberet, eam nactus occaſionem dux iſte, militi ei equum inuito adimit, & tanquam ſuum Imperatori mittit. Poſt, cum neceſſitas belli plures milites requireret, mandatoq; Imperatoris omnes, qui arma ferre poſſent, in exercitum allegarentur, ille etiã miles arma ſumpſit, & in prælio fuſis ſuis, quod equum, à quo conſeruari conſueuerat, non haberet, occubuit, vxore & liberis relictis. Vidua amiſſi mariti deſiderio accẽſa, & quod neceſſaria pupillis ſuppeditare nequibat, iuſtitiæ Imperatoris fama inſtigãte Conſtantinopolim venit, Theophilumq; ad templũ Blachernenſe equitantem de more conſpicata mariti ſui equo vehi, concitato curſu aggreſſa, frenum equi apprehendit, ſuum hunc eſſe vociferans, & nõ alium, ſed ipſum Imperatorem cædi mariti ſui cauſam præbuiſſe. Perterritus Imperator manere eam iubet, dum in palatium ipſe rediret, ac reuerſus ſtatim ad ſe vocat, ac de re tota accuratiùs inquirit. Quã cum ea à principio ad finem vſq; recitaret, illicò etiã dux ille ſiſtitur, & muliere iuſſu Imperatoris occultata, de equo acriter interrogatur. Quem cum aſſeueraret ſuum fuiſſe, neque raptu paratum, producitur extra velum mulier, reum de vi peractura. Qua is conſpecta diriguit, aliquandiu mutus adſtitit; tandemq; ad ſe reuerſus, ſupplex pedibus Imperatoris ſeſe aduoluit lacrymans, ac peccatum confitens. Ergo Imperator eius facultates viduę, eiuſque liberis hereditario addicit: ipſumque dignitate ſpoliatum exilio perpetuo damnat. Adeo infenſus erat & ijs, qui iniuſtè opes parare intenderent.

Ducis in proprium militem iniquitas

Mulieris factum audax.

Imperatoris pœnitentia & æquitas.

Raptoris violenti pœna.

VI. *Sancti Canuti Danorum Regis infracta æquitas.*

Saxo Gram li. 11. hiſt.

CAnutus, Haraldo defuncto, Danorum Rex factus, cum magnatum inſolentia ſolutos, hebetatoſque priſci iuris neruos aſpiceret, omnibus ingenij modis ad reparandam patrij moris diſciplinam conniſus, probatioris iuſtitiæ cultum ſeueriſſimis edidit inſtitutis, contuſumq; & labentem æquitatis tenorem in priſtinũ habitum reuocauit. Non ſanguini, non neceſſitudini, quo minùs iuſtè ſe gereret, indulgentiam habuit, nullius amicitiæ aut familiaritati impunitatem iniurię tribuit; ſed omnia antiquæ conſuetudinis momenta præcurrens, labefactatum iuris vinculum tenaciſſimo nexu adſtrinxit, ac paternæ ſeueritatis veſtigia ſollicitus vſurpauit.

Danica apud Sur. 10 Iul. c. 3. vitæ s. Canuti

Iuſtitia à S. Canuto Rege in integrũ reſtituta

TIT. XL. De Fortitudine, tertia virtute Cardinali.

Fortitudo autem eſt, virtus, qua labores, dolores, aliaque vitæ pericula & incommoda, etiam mors ipſa conſtanter ſuſcipiuntur, & perferuntur.

Hac virtute munitus erat Abraham: cùm enim audiſſet nepotem ſuum Loth captum eſſe, aſſumptis vernaculis ſuis, & aliquot alijs irruit nocte in quatuor Reges, qui ceperant illum & percuſſis hoſtibus reduxit. Gen. 14.

David adhuc adoleſcens, paſcens patris ſui gregem, fortiter ſuperauit & interfecit leonem, vrſum, & poſtea Goliath Philiſtæum. 1. Reg. 17.

Sampſon leonem manibus inermis lacerauit: & alia multa fortitudinis opera fecit. Iudic. 14.

Viginti iuuenes ex his, qui cum Iuda Machabæo erant, accenſis animis propter hoſtium blaſphemiam viriliter acceſſerunt ad murum, & feroci animo incedentes aſcendebant. 2. Mac. ch. 10.

Admiranda fuit conſtantia & fortitudo ſeptem fratrum Machabæorum, necnon matris eorum, quæ filios hortabatur ad mortem potiùs, quam contra legem peccent. 2. Mac. ch. 7.

Quan-

Act.4 & 5. *Quanta fuerit D. Petri, D. Ioannis, & aliorum Apoſtolorum fortitudo, videre eſt ex Actibus eorum.*

1.Co 11. Act. cap. 20 et 21 *Quam fortis, conſtanſque fuerit D. Paulus, perſpicere licet ex eius Epiſtolis & Actibus Apoſtolorum.*

EXEMP. I. *Fortitudo & conſtantia animi Euſebij Epiſcopi.*

Theodor. hiſ. Eccl. lib. 2. ca. vlt.

ADmirabilis Euſebius Samoſatenſis, ſtrenuus veritatis pugil, cui commune decretum de coeſſentialitate creditum erat, cum cerneret conuentis non ſtari, reuertitur in commiſſam ſibi vrbem. Sed Ariani metuentes à ſcripturæ teſtimonio, perſuaſere Imperatori (Conſtantio nimirum, qui Epiſcopos cogebat coeſſentialitatem abnegare) vt ad Euſebium mitteret illos, qui celerrimè reſponſa ſolent referre, quod crebro in curſu equos mutent: quorum cum vnus cum Imperatoris mandatis ad illum veniſſet, Non eſt integrum mihi, inquit admirabilis Euſebius, reſtituere commune depoſitum, niſi congregatis vniuerſis qui mihi commiſerunt. Quo renunciato, inflammatus ira Imperator, litteras illi miſit, quibus petebat decretum ſibi mitti, cum adiunctis minis, ni faceret, amiſſurum eum dexteram manum. Hæc tamen ad perterrendum illum tam vehementer ſcripſerat; nam tabellario, ne faceret, fuerat imperatum. Cùm igitur reſignatis litteris vidiſſet diuinus homo, quid ſupplicij interminaretur ſibi Imperator, prolata vna cum dextera manu etiam læua, Seca, inquit, ambas; nam commune decretum non reſtituam, tam clarum teſtimonium Arianæ prauitatis. Hanc illius cognitam fortitudinem admodum admiratus Conſtantius, laudare numquam deſtitit. Nam & inimici admirantur aduerſariorum excellentias, compulſi magnitudine actionum.

In cauſa Dei nullis minis cedendũ eſt. Virtus et hoſtibus eſt admirationi.

II. *Traiani Ducis animi fortitudo.*

Idem li. 4. c. 33.

VAlens Imperator cum in Thraciã veniſſet, Conſtantinopoli diutiſſimè moratus belli gerendi rationes inibat. Interea Traianum ducem cum exercitu aduerſus Barbaros mittit. Qui cum victus reuerſus eſſet, conuicia illi Imperator facere, & exprobrare mollitiem ac timiditatem. Tum ille liberè, vt virum fortem decebat; Non ego ſum victus, inquit, ſed tu victoriam corrumpis, Imperator, qui aduerſus Deum aciem inſtruis, & fortunam belli concilias barbaris. Quia enim tu bello perſequeris eum, trãſit ad Barbaros, quem & victoria ſequitur, cõſequunturq; eam Deo duci parentes. An te fugit, quos Eccleſiis exegeris, & quibus illas commiſeris? Hæc ita ſe habere affirmabãt & alij duces, Arintheus & Victor, petebantque ab Imperatore, ne ſuccenſeret reprehenſionibus coniunctis cum veritate.

Libertas ducis erga ſuum Imperat. Victoria ſequitur Deo obſequentes.

III. *Hormiſdæ præclara fortitudo.*

Theodor. li 5. hiſt. Ec. c. 39. Trip lib. 10 c. 31.

ISdigerdes Perſarum Rex variis tormentis fruſtra tentauit pugilum Martyrum fortitudinem. Inter alios fuit illuſtris admodum Perſa nomine Hormiſda, gente Achæmenides, cuius pater præcipuas geſſerat præturas. Hunc cùm Rex cognouiſſet eſſe Chriſtianum, accerſitum abnegare iubet Seruatorem Deum. At ille, neque iuſtum eſſe, neque vtile imperium regis dicere: Nam ſi quis didicerit omnium rerum Dominum Deum contemnere, & illum abnegare, facilè ipſum etiam Regẽ deſpecturum eſſe, qui certè homo ſit, mortalis conditionis. Quod ſi pœna dignus habetur, ô Rex, aduerſarius aliquis regni tui; quanto eſt maiore dignus, qui omnium rerũ factorẽ abnegarit? At Rex, quem æquum fuerat admiratione perſequi ſapientiſſima dicta, ſpoliauit illum & opibus & honore, & ducere nudum camelos, qui in exercitu eſſent, renone ſolummodo incinctum imperat. Poſt multos

Quantũ facinus Deũ abnegare.

verò dies deſpiciẽs de teſtudine Rex, vidit optimum illum virum uſtulatũ ſolis æſtu, & puluere reſperſum; tum recordans paterni ſplendoris, accerſi ad ſe indutum linea tunica mandat, ratuſq; cum priore malo, tum illa ſua benignitate mollitum eſſe animum ipſius: Nunc ſaltem, inquit, contentionem pone, & abnega fabri filium. Sed Hormiſda diuino repletus feruore tunicam dirupit, & abiecit cum his uerbis: Si ideo me ſperaſti pietatem deſerturum, habe tibi donum tuum vna cum impietate. Hac illius uiſa fortitudine, Rex eiicit regia nudum.

Hormiſda Regis Perſarũ blaſphemiam et donũ execratur.

IV. *S. Ambroſius moriturum ſe potiùs in eccleſia, quam eam inimicis traditurum intrepidè profitetur.*

Theod. l 5. hiſt. c. 13. Socr. l 5. cap. 11.

VAlentinianus iunior à Iuſtina matre in hæreſi Ariana educatus cũ Ambroſio ſuper opinione, qua imprudens imbutus fuerat, communicat, ratus, ſi eum in ſuam ſententiam perduxiſſet, facilè ſe alios ſuperaturum. At verò Ambroſius reuocat eum in memoriam pietatis paternæ, & vt hæreditatem, quam ab eo acceperat, integrã ſeruet, cohortatur. Exponit ei præterea doctrinarum differentiam, & quomodo hæc cum doctrina Domini, & Apoſtolorum prædicatione cõſentiãt: illæ legibus eccleſię Spiritus ſancti inſtinctu ſancitis perſpicuè repugnent. Adoleſcens verò vtpote adoleſcens, & à matre errore cœcata incitatus, tantum aberat, vt Ambroſij aſſentiretur orationi, vt etiam iracundia inflammatus eccleſiæ parietes turmis peditum tum graui, tum leui armatura tectorum circumſederet. Vbi autem fortiſſimum illum Chriſti bellatorem his rebus minimè perterrefactum videt, (eas enim pro laruis, quæ ad terrendos adoleſcentulos obijci ſolent, habebat Ambroſius) tandem bile commotus, palam dat ei mandatum, vt è ſacris templi veſtibulis egrediatur. Tum Ambroſius: Non ſum, inquit, volens iſtud facturus, neque ouile ouium traditurus lupis, neque blaſphemiæ auctoribus ſacroſanctum Dei templum proditurus: ſed ſi libet me interficere, hic intus vel gladio, vel cuſpide haſtæ confodito. Sum enim cupide & libenter hanc cædem excepturus.

Doctrinarũ Catholica & Ariana differentia.

Verba Epiſcopo Catholico digna

V. *Beniuoli ex animi fortitudine honorum contemptus.*

EO tpe, quo Valentinianus Imperator adhuc iuuenis in Italia erat, Iuſtina eius mater cum Arianis ſentiens negotium faceſſebat Ambroſio Mediolanenſi Epiſcopo, & eccleſias diſturbabat, Nicæna dogmata alterare, & magno ſtudio Ariminenſis ſynodi fidem confirmare ſatagens. Cum autẽ Ambroſius contrarium ageret, moleſte ferens accuſauit eum apud filium, quaſi contumelia ab illo affecta eſſet. Valẽtinianus accuſationem hanc verã eſſe ratus, militum copias tãquam iniuriam matri illatam vlturus, ad eccleſiam mittit. Illi eccleſiã obſidẽtes violenter irrumpunt, & Ambroſium eadem hora in exilium eum abducturi trahunt. Plebs eccleſiæ circumfuſa militibus reſiſtit, priuſq. mori ſtatuit, quã ſacerdotẽ negligere. Ob hanc cauſam Iuſtina magis adhuc incenſa, conatus ſuos lege promulgata corroborare ſtudet. Accerſit ad ſe Beniuolũ, qui tum legum ſcriptoribus præerat, iubetque, vt quam velociſſimè legem cõſcribat, qua fides in Ariminenſi ſynodo lecta confirmaretur. Quum ille rẽ hanc detrectaret (adhærebat. n. eccleſiæ Catholicæ) hortatur eum, & maioris honoris promiſſionibus allicit. Beniuolus verò detractum ſibijpſi cingulum ante pedes Imperatricis proijcit, dicens, ſe neque præſentem ſibi, neque ampliorem aliquem honorem pro mercede impietatis vindicaturum: cum itaque ille haud quaquam quod Imperatrix volebat, facere ſuſtineret, alii ad legis huius poſitionem ſeruiunt. Lex illa hortabatur eos, qui cum Ariminẽſi ſynodo & illis qui poſtea Conſtantinopoli congregati fuerunt, ſentiebant, vt intre-

Sozo lib. 7. hiſ. Eccleſ. c. 13

Plebs Catholica tuetur Epiſcopum ſuũ contra vim Iuſtinæ Imperat. Arianæ.

Recedendũ ab officio magis, quã ab æquitate.

intrepidè conuenirent: ac mortem illis comminabatur, qui vel id impedirent, vel legi iſti aduerſarentur.

VI. *Libertas animi S. Danielis martyris.*

Ex li. 2. Seraph. Relig.

S. Daniel vnus è ſeptem martyribus, qui in Cepta Africæ ciuitate coronati ſunt, ad fidem Chriſti prædicandam miſſus, & corã Agarenorum rege conſtitutus, dicebat ei intrepidè, atq; conſtantiſſimè hæc verba repetebat; Nihil inferius terra, niſi mors & inferi, hæc quæ videmus hic, fragilia figmenta ſunt, et inania ſimulachra. Vre, tunde, lania; idola tua non adorabimus, Chriſtum verum Deum confitebimur cum Patre & Spiritu ſancto vnum. Potes corpora iſta abſumere, facere autem, vt aliud ſentiamus, aut loquamur, non poteris; quo magis nos affligis, magis æterna vita dignos efficis; dum nocere arbitraris, prodes: tua ſæuitia noſtra eſt gloria; quia ſoluti de terra, ad cælum tollemur: libet interimi, vt cum Chriſto viuamus: Ita nos in iſto fidei agone voti noſtri compotes erimus.

Martyrũ voces cœlo digna.

VII. *Conſtantia Ruffinæ & Secundæ ſororum.*

In vita earũ apud Sur to. 4. Iul. 10.

CVm Archeſilaus Comes, tyrannus, Ruffinam, & Secundam ſorores virgines à virginitatis palma, quam Deo conſecrarant, & ab amore & cultu Chriſti filij Dei ſeparare contenderet, tum Donatus eius præfectus Secũdã iubet acciri, vt Ruffina ſoror eius, ipſa præſente, flagellis cæderetur. Sperabant enim ſacrilegi illi Secundam terrore proſtratam ipſorum perſuaſionibus aſſenſuram. Vt vidit autem Secunda Ruffinam flagellari, clamauit ad Iudicem: Quid agis ſceleſtiſſime, hoſtis regni cælorum? Cur ſororẽ meam gloria afficis, me vero eius gloriæ non pateris eſſe participem? Præfectus ait: Vt video ſororem tuam inſania ſuperas. Secunda reſpondit: Nec ſoror mea inſana eſt, nec ego inſanio, ſed ambæ Chriſtianę ſumus, & iuſtum eſt, vt ſimul cædamur, quæ pariter Chriſtum Dominum confitemur. Gloria enim nominis Chriſtiani verberum ictibus augeſcit, & tot conciliat coronas ſempiternas, quot temporarijs flagellorum ictibus pulſatur. Præfectus dixit: Hortare potius ſororem tuam, vt vos ab hac iniuria vindicetis, & ſponſis veſtris cum gloria nobilitatis veſtræ reſtituamini. Secunda reſpondit: Vanis terroribus niteris, & friuolis promiſſionibus vteris. Nobis virginitatis dignitas adeo comperta eſt, vt magis optemus occidi, quam nos vinci patiamur. Præfectus ait: Si inuitis vobis erepta fuerit virginitas, quid facturæ eſtis cum Chriſto? Secunda reſpondit: Virginitas in corde puro exhibetur Chriſto filio Dei. Nõ poteſt virgo ſuam perdere integritatem, ſi nolit à Iuſtitia deflectere. Vis autẽ illata perpeſſionem adfert: perpeſſio palmam præparat. Tu in conſenſum noſtrum arma cepiſti, vt cogeres nos velle, quod noluimus, & ijs rebus delectari, quas execramur. Admoue ignes, gladios, flagella, ſaxa, fuſtes & virgas. Quot tu pœnas inferes, tot ego martyrij noſtri glorias numerabo. Quoties tu in nos violentia vteris, toties ego martyrii computabo palmas. Noſtra enim gloria eſt pœna, quam Chriſti amore perpetimur: nec poterit corruptio dici, quæ pro mentis tuenda integritate non timet ſui corporis facere iacturam. De conſenſu enim apud Deum iudicabitur, ſi quis voluntate dilexerit.

Gloria è pro Chriſto pati.

Virginitas inuitis eripi nõ poteſt.

Virginea magnanimitas.

VIII. *Duorum adoleſcentum animi fortitudo.*

Ex litt. ann. Soc. an. 1585. Prouinc. Mediol.

GEnuenſis quidam adoleſcens, ſodalitio beatiſſimæ Virginis aſcriptus, cum duas ab inimico plagas, cui ſex annis ante pepercerat, accepiſſet, & quidẽ alteram in ore, inſigni deformiq; nota; cõprehenſo à magiſtratib. percuſſore, cũ iure iam poſſet agere, tantum abeſt, vt ad iuſtam vltionem

nouis irritatus iniurijs exarſerit, vt ne tum quidem oblata occaſione ſit vſus: ne tandem molliter iræ ſuccumberet, cui aliquando fortiter reſtitiſſet. Non minoris fortitudinis documentum in ira cohibēda ab alio ſodali datum eſt, qui cuiuſdam prædij frugibus iniuria priuatus, & conuitijs contumelioſoq; colapho laceſſitus, tametſi prima illa animi concitatione ferebatur ad cædem, & inuſtam ignominiæ notam cruoris effuſione delendam; nequaquam tamen, regente & protegente Deo, iræ frena permiſit; ſed ingreſſus continuo templum, ſtratuſq; ad Crucifixi redemptoris effigiem, vna eius vulnerum probroſæque mortis recordatione, medicinam fecit recenti tumori, omnem ſubito ex animo deleuit iniuriam, & in amorem vertit iras: tanta ad ſanandos animos in Ieſu Chriſti cruce vis eſt.

Fortitudo animi duorū Sodalium.

Christi paſſio medela iſti impatientia.

TIT. XLI. De Temperantia.

EXEMP. I. *Selini Turcarum tyranni temperantia.*

SElinus immanis & ferus Turcarum tyrannus, qui dominandi cupiditate patrem fratreſque interemerat, mulierum pudori tanta cum modeſtia conſuluit, vt cum Iſmaelem Sophi Perſarum Regem cruento prælio fregiſſet, & in illius caſtris multas & peruenuſtas fœminas reperiſſet, ab illis abſtinuerit, eaſque ad ſuos maritos redire iuſſerit: quæ continentia ad curſum victoriæ perutilis fuit.

Illeſcas in vita Leon. X Petr. Ribaden. l. 2 de Prin cip. c. 22.

II. *Balduinus Comes Flandriæ, & poſt Byzantij Imp. aulicis ſuis exemplo, & verbo præit ad temperantiam.*

LIbentiùs & Chriſtianos hic inſero & laudo: primumq; inter eos Balduinum ex Flandriæ Comite Byzantij Imperatorem, qui annos triginta duos natus, in ipſo illo ætatis æſtu ſic continuit ſe & adſtrinxit, vt toto illo tempore, quo ab vxore abfuit, nec impudicis quidem oculis mulierem ſit intuitus. Quod de illo totidem verbis hoſtis eius alioqui Nicetas in hiſtoria conſignauit. Addiditq; etiam in alijs hāc caſtimoniam exegiſſe, [& bis quaqua hebdomadæ ſub veſperām proclamari iuſſiſſe: Ne quis qui alienam mulierem attigiſſet, dormiſſe aut cubuiſſe in palatio ſuo vellet.]

Iuſtus Lipſ. lib 2 monit. c. 17.

III. *B. Virginis imploratio arcet intemperantiam.*

CArolus octauus Rex Galliarū in reditu à regno Neapolitano (quod quęſiuit fortiùs, quam tenuit) cum oppidum aliquod Italiæ expugnaſſet; in militum direptione & diſcurſu, virginem perhoneſta forma ad pedes eius accidiſſe ferunt, tutelam à vi militum & cuſtodiam pudicitiæ ſuæ rogātem. Atq; illum à militibus quidem ſeruaſſe; ſed vt iuuenem & talium rerum ſatis liberum, ſtatim oculos & cupidinem ad eam adieciſſe, & ſeductam in lectum abieciſſe, iam imminuendam. Ibi ea toto animo anxia videt tabulam in pariete ſuſpenſam, in qua diua Virgo puerum mundi ſeruatorē ſinu geſtabat: & ea oſtenſa, [Per intactam hanc virginem, inquit, oro, adiuro, virgini mihi parce.] Mouit ita regem (nō ſine diuæ illius numine) vt libidinem iam exilientem coerceret: & lachrymis etiam profuſis, ſolo amplexu proſecutus liberam dimiſerit cum dote quingentorum aureorum; ſed & propinquos, aut affines captos ei donauit.

Ibid.

Pugnans pro virginitate retinenda, libertate ſui et ſuorum promeretur.

IV. *Eximium exemplum continentiæ, fortitudinis ac magnanimitatis Gonſalui Ducis.*

SEd & Gonſaluum magnum Hiſpana ſtirpe meritò celebrauerim: qui tot bellis cum Regnum Neapolitanum ſuo regi vindicaret, conſenſu traditur nullam matronarum aut virginum temeraſſe, immo & oblatas aut offerentes ſe, nec nouum in tali potentia comiter reieciſſe. Atque adeo cum

In eius vita ca. 72. P. Ribaden. l. 2 de princip. c. 22.

pater

Iuſt. Lipſ. lib 2 c.17. pater quidam, vir nobilis, ſed pauper, duas filias ſcitas, & lepidas ipſe ad eũ perduxiſſet, ratus hac ſe via ad opes poſſe venire: admiſit quidem; ſed cauſa facti cognita, vt ſuas filias dote data nobilibus viris elocauit, à ſe tam integras, quam à parente.

v. *Franciſcus Sfortia princeps continet ſe reuerentia Virginis Mariæ.*

Fulgoſ. l. 4. c. 3. HVic ſubiungam Franciſcum Sfortiam principem illuſtriſſimum, qui multarum virtutum ætate noſtra ſingulare exemplum fuit. Cum Florentini populi copiarũ dux eſſet, vi capto Caſanoua oppido: quidã milites inſigni forma puellam captiuam duce bãt clamantem, vt ad primarium ducem deduceretur. Ad eum perducta, interrogante Franciſco Sfortia, Quamobrem ad ſe venire cupijſſet? reſpõdit, vt eius voluntati obſequeretur, modo incolumem eam à militum iniuria ſeruaret. Cum forma inſignis videretur, & ætatis flos ipſi eſſet, parum ſe erraturum Franciſcus putauit, ſi volente ea potiretur. Itaq; in lectũ eam noctu ſecum adhibuit: & cum appropinquare atq; eam complecti vellet, puella lachrymarum plena ad virginis Dei matris imaginem conuerſa (quam lecto è more affixam Frãciſcus ſingulari veneratione colebat) rogauit, vt per illius, quæ in tabella erat, venerationem, item per famam, quæ de ipſius bonitate apud omnes erat, ne eam virginitatis honore priuaret, ſed marito intactam potius reſtitueret, qui cum aliis captiuis in vinculis cuſtodiebatur. Adeo ingens Franciſci continentia fuit, vt quamquam & formoſam, & puellam in bello captam, nudam prope ſe in lecto ſentiret, pudicitię eius conſpecto ſtudio, ſtatim lecto proſiluerit, maneq; accerſito ad ſe viro eam publicè reſtituerit, adiurans nihil cum ea ſibi fuiſſe. Scipionem in pari facto non ſolum imitatus eſt, ſed etiam, quod in ætatẽ minùs bene moratã perueniſſet, iudicio meo ſuperauit. Præſertim cum illud accedebat, qđ cũ nobili orta genere eſſet, quę ad Scipionem perducta fuit, Scipioq; in vrbe libera viueret, fortaſſe ex violenta mulieris pudicitia cenſuræ iudicium expectare potuiſſet: At in Franciſco nihil prorſus erat; qđ eum ab explenda cupiditate, ſi abeſſet naturę bonitas, ob vllã metus ſuſpicionem continere deberet.

B. Virg. inuocatio tutũ virginitati præſidium.

[F]rãciſci [Sf]ortiæ et [r]ſponſ[i] [a]frica[n]. com[pa]ratio.

v. *Stupendum facinus Blancæ Matronæ Italicæ.*

FIrmus etiam fundatuſq; ille amor, qui in Blanca Scardeonia Italica matrona ad ſtuporem apparuit. Captum Baſſianum erat in agro Patauino municipium àb Actiolino immanis ſæuitiæ tyranno: atq; ibi dum fortiter repugnat maritus Blancæ, interficitur; ipſa etiã in armis virilibus marito iuncta, & ſimul pugnans, capitur. Adducta igitur ad tyrannum, & armis exuta, formoſiſſima mulier apparuit; & accenſus libidine potiùs, quam amore, potiri ſtatim voluit. Illa abnegat, precibus, minis & terroribus immobilis: donec ad vim tyrannus ſe parat: quod intelligens, aſtu ad feneſtram ſe ſubducit, & pręcipitem ex ea iecit; non tamẽ vel ſic obiit: ad aliud facinus ſuperuixit, quod fuit tale. Cum .n. ſanguine fœdata & ſemianimis, ſublata Actiolini iuſſu eſſet, & in lecto repoſita, curataque: poſt dies aliquot iterũ tentata recuſauit, & eundem animum vitæ potiùs, quam pudicitiæ perdendæ, ſibi eſſe teſtata eſt. Ab irato igitur conſtringi ligarique iuſſa, violata, non cõtaminata eſt (qui enim poſſet illa caſtitas?) ſed tamen dedecori huic ſupereſſe noluit, & fortius quã aliqua Lucretia, cum ad mariti ſepulchrum iſſet, alleuato & ſuffulto lapide, ſuper fœtidum cadauer ſe proiiciens, atque id amplexa: [Teneo te, inquit, mi animę: quis tyrannus vltra auellet? maneo accipe fidam tuam Blancam, corpore & funere nũc iunctã.] Dixitq; & fulcrum reuellens, caput ſibi contriuit, & ſpiritum tenuem & exiturientem emiſit.

Iuſtus Lipſ. lib. 2. Monit. c. 19.

Mulieris magnanimitas & fortitudo.

Caſtiſſimis non proſtrata modo, ſed erepta quoque pudicitiã pudori eſt.

Amoris coniugalis ſpecimen.

TIT. XLII. De Clementia.

2. Paral. 23. *Iſraelitarum decem tribus, cum cepiſſent Iudæorum hoſtium ducenta millia mulierum & puerorum, pepercerunt eis, & veſtitos atque refectos ad propria remiſerunt.*

Luc. 22. *Chriſti ſaluatoris quanta clementia? in horto comprehenſus à militibus, Malchum cuius auriculam Petrus absciderat, ſolo attactu curauit.*

EXEMP. I. *Clementia Conſtantini Magni.*

Apud Petr. Ribad. de Principe Chriſt. l. 2. c. 18. CONſtantinus Imperator Princeps fuit admodum præſtans, & in eo clemētię virtus inſigniter enituit. Huius ſtatuam turpiter deformatam furioſi quidam deiecerant: cumq; Imperatoris familiares ac domeſtici quidam ei dicerent, hanc iniuriam in ipſum factam, & eũ inſtigarent ad exemplum ſeueritatis in illos edēdum; ſubridens, manuque per vultum ducta, Ego, inquit, nullum vulnus ſentio.

II. *Theodoſii Magni clementia.*

D. Chryſoſt. hom. 20. ad Pop. Antioch. Flauiani Epiſc. Antioc. legatio ad Theodoſium Magnũ. CVm populus Antiochenus miſſum à Theodoſio Præfectum leui de cauſa peremiſſet, & eam ob rem ex illis multi detinerētur in cuſtodia, multi profugiſſent, & reliqua ciuitas periculo cōſternata in magnō eſſet metu; Flauianus Epiſcopus Antiochenus, omnium ciuium nomine legatione fungens, Imperatorem adijt, pro remiſſione criminis ſupplicaturus. Pepercit clementer Theodoſius; factaq; condonatione, vrſit vehementer Epiſcopi ad ſuos reditum, ne ex reditus ſui tardatione triſtitia prolongaretur, ſed de venia certiores ab anxietate & dolore, quo tabeſcebant, reſpirarent: qua benignitate Theodoſius non tantum Antiochenorum ciuium, ſed etiã omnium qui imperio eius parebant, animos ad ſui amorem & beneuolentiam pellexit; Et principis non minus pij & clemẽtis, quam fortis & magnanimi, gloriam conſecutus eſt. Idem Imperator legem ſanxit, cuius hæc eſt formula: Si quis modeſtiæ neſcius, & pudoris ignarus improbo petulantique maledicto nomina noſtra crediderit laceſſenda, ac temulentia turbulentus obtrectator temporis fuerit: cum pęnę nolumus ſubiugari, neque durum aliquid neq; aſperum ſuſtinere: quoniam ſi id ex leuitate proceſſerit; contemnẽdum eſt: ſi ex inſania; miſeratione digniſſimum: ſi ab iniuria, remittẽdum. Vnde integris omnibus ad noſtram ſententiam referantur, vt ex perſonis hominum dicta penſemus, & vtrum prætermitti an exquiri debeat, cenſeamus. Hæc legis verba clementiſſimo Imper. digna. C. Theodor. l. 9. tit. 4 l. Si quis Imp.

III. *Caroli Magni indulgentia.*

CArolus Magnus gloriam & gratiã hac quoque virtute collegit. Pipinus eius filius in patrem coniurauerat, res clara erat, ignouit: fecit iterum, ignouit: at ne tertium tamen tam lubrica mens laberetur, adſtringendum regione cenſuit, & monachum eum fecit. Duplici beneficio, & veniæ, & viæ ad melius regnum oſtenſæ. Fulgoſ. l. 5. c. 9. Egnat. l. 5. cap. 9.

IV. *Ludouici Pij Imperatoris clementia.*

LVdouicus Pius Imperator Theodulphum Epiſcopum Aurelianenſem (cuius conſilio & inſtinctu à Lothario filio regno pulſus, & in cuſtodiam traditus erat) cum aliquamdiu in carcere habuiſſet, illæſum dimiſit, vnico hymno, Gloria, laus, & honor tibi ſit Rex Chriſte, redemptor, &c. placatus. Albert. Crant. l. 1 c. 27. Metrop.

V. *Alphonſi Regis Neapolitani Clementia in hoſtes.*

INter cætera virtutum ornamenta, quibus claruit Alphonſus Neapolitanus Rex, eluxit maximè ea clementia, qua vſus eſt in hoſtem ſuum Anto- Pet. Ribad. de Princ. Chriſt. l. 2 c. 18.

nium

nium Caldoram, filium Iacobi Caldoræ, celeberrimi quōdam Ducis, & Regi, prout & filius, infenſiſſimi. Cum ergo multi actores & ſuaſores eſſent Regi, vt bello captum tanquam hoſtem hoſtiſq; filium, qui datæ fidei iura ſæpenumero temeraſſet, capite plecti iuberet; nō acquieuit, verum vita & priſtina dignitate donatum & magno affectum honore, in aulicorum, & intimorum ſuorum numerum retulit. Non tant autē hiſtoriarum ſcriptores, hanc clementiam Alphonſo Regi, vt regno Neapolitano potiretur, multum profuiſſe. Nam hac benignitate non amici tantum in eius obſequio confirmati ſunt, ſed & hoſtes plurimi tam ſingulari manſuetudine victi, vt leniſſimi & mitiſſimi Principis imperio colla lubenter ſubdiderunt.

Pand. Colēnut. l. 6. hiſt. Neapol. c. 8.

VI. *Cazimiri Ducis magna clementia in ſubditum.*

NEc nimis ſeuerum eſt, quod addam. Cazimirus erat Dux Sendomirienſium, potens Princeps, idemq; poſtea Rex Polonorum. Viſum illi aliquādo fuit tempus ludo fallere, & domeſticum quendam ſuum, Ioannem Conarium Equitem ad aleam vocat. Ille paret, ludunt, alternat fortuna: & tandem cum multa nox eſſet, atq; incaluiſſent, placuit vno iactu de tota ſumma decidere. Is felix Cazimiro fuit: & pecuniam totam ad ſe attraxit. Indignatus Ioānes, & ſorti ſuæ iratus, per calorem, principem inuadit, & fortiter os eius depalmat. Clamor & ira omnium, Famulus dominum, eques hunc principem? Capitale erat: ſed beneficio noctis elabitur, & mane tamen captus reducitur, & Cazimiro ſiſtitur puniendus. Ille re bene conſiderata, in prudentem hunc ſermonem erupit: [Amice, iſte minùs quā ego peccauit: imò quidquid peccatum eſt, eſt meū. Calor & ſubita ira (cui nec ſapientes ſemper pares ſunt) tranſuerſum eum egit, & mētem ac manum mouit: ego cauſam cur præbui? Immo tu Ioannes non veniam à me ſolum, ſed gratiā accipe: vtili caſtigatione me docuiſti, ne quia in poſterum indignum principe cōmittam, & intra decori ac grauitatis metas me ſiſtam.] Ita dixit, fecitque: O clementiam, ò patientiam, ò prudētiam; oēs hæ virtutes concurrunt, ſed primas tamen prima me iudice ferat.

Iuſtus Lipſ. in Monit. l. 2. c. 12. Mon. 13.

Ludus aleæ quā periculoſus.

Alea Principibus indigna & indecora

VII. *Alphonſi Regis Aragonij benignitas.*

ALphonſus Aragonius Siciliæ Rex cum vrbem Caietam obſideret, Caietani, vt in eiuſmodi caſibus nonnunquam fieri contingit, commeatibus parcere cupientes, imbellem ætatem mœnibus exegerant, qui ſenum & mulierum atque puerorum numerus, cum ab hoſte minis ſaxiſq; ad vrbem repelleretur, neque eos Caietani recipere vellent, inter duos hoſtes miſeri mortales conſtituti, planctu & lachrymis omnia replebant. Quam rem poſteaquam Alphonſo exploratores retulerunt, omnibus qui in exercitu erant ſuadentibus, vt hæc ætas in vrbem repelleretur, quoniam non ipſorum culpa, ſed Caietanorū obſtinatione, quorum ſanguis ipſi erant, in eam neceſſitatem cōpulſi eſſent: ipſe inſigni Rex pietate, contra omnium ſententiam recipere eos conſtituit, affirmans malle ſe regno depelli, quam tot præſertim innocentium hominum, cum ſeruare eos poſſet, mortis attuliſſe cauſam videri. Itaque ad ſe vocatos omnes, cum ante, vnde alerentur, dediſſet, quo vellent, ſe recipiendi poteſtatem fecit.

Baptiſta Fulgoſ. l. 5 c. 1.

Caietanorū obſidio.

Imbecillis turba à Caietanis eiecta humaniter ab hoſte habetur.

VIII. *Eiuſdem beneuolentia erga pauperculam.*

MOs erat Alphonſo, quocunque in loco Euchariſtiam ferri perſpexiſſet, relicto equo quo ferebatur, pedib. eam proſequi, in locum quo perferebatur. Dum hoc peragit, contigit ſemel in vetulę domum ingredi, ſanguinis fluxu laborantis. Cum autem certior factus eſſet eiuſmodi morbo plurimum

Idē ibid.

Venerabilis Euchar. veneratio.

Iaſpis medetur fluxui ſãguinis.

mum Iamſpidem conferre, miſit ſtatim, qui vnum quem habebat perferret, ipſeq; mulieris manui eũ inſeruit. Breui autem liberata anus, cum poſt aliquod tempus ad Alphonſum veniſſet, gratias pro accepto beneficio actura, excuſauit ſe, quod Iaſpidem non retuliſſet, ne ei daretur vitio, quia ſiniſtro caſu eum amiſerat; cum autem, qui aſtabant, grauiter eam increpaſſent, ſubridens Alphonſus, Mater, inquit, mea, hi qui valetudinis ſuæ núllam babent rationem, mirantur, ſi tu, vt valere poſſis, Iaſpidem retinuiſti. O humanitatem inſignem, regem clariſſimum; cum vetula tam humanè, vrbanèque ſe gerere.

Iocus vrbanus et regius.

IX. *Quantum prodeſt clementia, tantum nocet inclementia.*

Hieron. Sur. li 4. Annal. cap 23. Petr. Ribad. l. 2. de Princip. c. 19.

AT quemadmodum clementia & animi lenitas maxime grata eſt: ita è diuerſo ſeueritas nimia, ingrata & deteſtabilis. Illa enim eſt, quæ ſæpe auctorem ſuum in diſcrimen coníjcit: ſicut Carolo Siciliæ regi accidit. Is. n. poſtquam ab illo regnum defecerat, Gallis in peruulgato illo veſpere, quē Siculum vocant, contrucidatis, Meſſanam cum exercitu venit, eamque arctè obſeſſam ſic preſſit, vt Meſſanenſes, cũ Caroli Regis viribus & copijs obſiſtere non poſſent, deſperantes defenſionem, legatos de impetranda venia ad eum miſerint, & honeſtis quibuſdã ac leuibus conditionibus ſuppliciter poſtulatis deditionem obtulerint. Sed Rex illos in extremam neceſſitatem redactos videns, ſuaſque manus effugere non poſſe, preces eorum reſpuit, & iracundum ac ſtomachi plenum reſponſum dedit. Meſſanenſis ciuitas ſtomachoſæ reſpõſioni indignata in eam deſperationem venit, vt ſtatuerit, ante flammis ardere, & funditus euerti, quam ſe tam inhumano & immani Regi ſubdere. Egreſſi igitur ciues, & ſeipſos cohortantes, cum exercitu Regis prelium ineunt, legiones diſſipant, hoſteque fuſo & deuicto obſidionem ſoluunt. Ex quo factum, vt vniuerſum Siciliæ regnum, in libertatem vindicatum, temeritate ſua Rex Carolus amittens, in Petri Aragoniæ Regis poteſtatem venerit, ſub qua ad hoc vſque tempus pluſquam trecentis annis permanſit.

X. *Exemplum notabile inclementiæ.*

Fulgoſ. l. 5. Meyer. l. 13. Annal.

HVic affine eſt illud Ludouici Maleani Comitis Flandriæ, exemplũ maximè memorabile; de quo hæc apud hiſtoricos legimus: Cùm Gandauenſem vrbem, quæ ab eo deſciuerat non longè ab ea caſtris poſitis Comes obſideret, in magnam populum Gandauenſem rerum neceſſariarum penuriam coniecerat. Itaque ſpe auxilij deſtituti, miſſis oratoribus ſupplices rogarunt, vitam vt ciuibus donaret, cætera voluntati ſuæ reſeruaret. Ludouicus ad hæc ſuperbè reſpondit, nullam ſe aliam conditionem admittere, quam vt in omnibus principis ſui poteſtati ſe ſubmitterent, & miſtæ viris mulieres, pedibus nudis, abiectis exterioribus veſtimentis, fune collo inſerto, extra vrbem ad eius pedes veniam poſtulaturi ſe abijcerent; id cum egiſſent, deliberaturũ ſe, quid facto opus eſſet. Quo reſponſo tam acerbo commota ciuitas decreuit in acie potius fortiter mori, quam per ſummam cõtumeliam tã ſuperbo, & crudeli principi ſe dedere. Eruptione igitur facta, cum quinque millium hominum numerum non excederent, magnamque tormẽtorum vim in curribus, & ſimul paucorum dierum cibaria ſecum deferrent; Chriſtiana prius confeſſione luſtrati, Deo eiuſque iuſtitię ac orationibus & lacrymis afflictiſſimæ ciuitatis confiſi, aduerſus Comitem, & Dominum ſuum agmen direxerunt: qui munitis iam caſtris, cum circiter triginta hominum millibus in eos impetum fecit: ipſi verò omnibus tormentis vno tempore in Comitis exercitum exploſis, caſtris ſimul egreſſi, ſublato ingenti

Conditionum deditionis aſperitas.

Exomologeſis validiſſimum in neceſſitate viaticum.

ingenti

Non eſt reſiſtēdū deſperatis. genti clamore, tanto animorum ardore in eum irruerunt, vt temporis momento non abſq; ſanguine omnes eius copias fuderint ac profligârint: fugientes autem inſecuti, ſuperueniente nocte cum eis Brugenſem vrbem ingreſſi ſunt. Nec abfuit multum, quin ipſe Comes caperetur; ſed nocte & vili pauperculæ mulieris caſa tectus miraculo velut quodam elapſus eſt. Amiſit in clade præter Brugēſem vrbem alias plures ſui principatus ciuitates. *Superbia humiliata.*

De ſeptem donis Spiritus ſancti; Sic autem vocantur, quod ſingulariter Spiritus ſancti operatio, & aſſiſtentia in ijs eluceat, qui hæc dona perfectius habent.

TIT. XLIII. De dono ſapientiæ.

Ex Gen. c. 2. *Adam protoplaſtus cum à perfectiſſimo Deo perfectus homo fuerit creatus ſapientem quoque fuiſſe oportet. Cuius quidem indicia manifeſta dedit, quandò animantibus omnibus nomina apta, & illorum naturæ conuenientia, indidit: nam cum rei naturam nomen proxime exprimere debeat, non cuiuſuis eſt (vt in Cratylo docet Plato) nomina imponere: ſed eius tantum, qui rerum eſſentiam optimè perſpectam habet.*

3. Reg. 3. *Salomon ann. 12. in Regem electus, in ſomnis à Deo quidquid vellet petere iuſſus, non opes, non victoriam, non vitam longinquam petijt, ſed ſapientiam populos regendi.*

[I]ab li. 1. [c]. 5. *Eiuſdem ſapientiam Gentes omnes ſunt admiratæ, cuius fama impulſa Nicanna Æthiopum regina Hieroſolymam venit, audiuitque regem nobilis hoſpes, & quem abſens mirata fuerat, præſens venerata eſt, donauitque amplis muneribus: ſed ipſa multo amplioribus aucta, ueritatem ſcilicet adepta, quam tum omnis cæterarum Gentium mirabilis ſapientia ignorabat.*

EXEMP. I. *Alphonſus Aragonum Rex quanti fecerit ſapientiam.*

Ant. Panorm. ALphonſus Aragonum Rex huius ſapientiæ pretium nequaquam ignorabat, dum quodam tempore à familiaribus rogatus, qui fieri poſſet, vt tantæ potentiæ, tantarumq; opum Rex ad paupertatem aliquando deueniret? Sapienter reſpōdit: Si ſapientia, inquit, venditaretur. Tacitè innuens empturū eam ſe pluriſq; facere quam omnes diuitias, omniaq; mundi regna.

II. *Diui Antonij ſapientia, etiamſi litteras non didiciſſet.*

D. Ath. in vita eius. HOc ſapientiæ dono exornatus fuit B. Antonius Magnus; de quo ſic D. Athanaſius; Erat, inquit, valde ſapiens; & hoc in ſe mirabile habebat, quia cùm literas non didiciſſet, ingenioſiſſimus & prudentiſſimus, immobilis & manſuetus erat. Aliquando enim philoſophi duo Gentiles venerunt ad eum, putantes Antonium ſe poſſe decipere: erat vero in ſuperiore monte. Quos cùm vidiſſet, Paganos eſſe intellexit ex vultu: & procedens ad eos per interpretem ita cœpit loqui: [Quare vt tam longè ad ſtultum hominem venirent, ſapientes ſe vexare voluerunt? Illis dicentibus, non eſſe illum ſtultum, ſed & nimium ſapientem; vigilanter reſpondit: Si ad ſtultum veniſtis, ſuperfluus eſt labor veſter: ſi autem putatis me ſapientem eſſe, & ſapientiam habere, bonum eſt: imitamini quod probatis, quia bona conuenit imitari. Si ego ad vos veniſſem, vos imitarer: ſed quia vos ad me quaſi ad ſapientem veniſtis; eſtote, ſicut ego ſum, Chriſtiani.] Acceſſerunt philoſophi, vtrumque mirantes, & acumen ingenij, & dæmonum expulſiones. *Vitium e[ſ]tiā barbaros ad ſe allicit*

III. *Pulcheriæ Auguſtæ ſapientia.*

Sozom. hiſ. Eccl. li. 9 c. 1 & Niceph li. 14. cap. 2.

ADmirabili quoq; ſapientię munere inſignita fuit Pulcheria Auguſta Theodoſij Iunioris ſoror: ea enim nondum decimumquintum ætatis annum egreſſa, ſupra ætatem ſapientiſſimum ac diuinum ſpiritu accepit, & primo virginitatem ſuā Deo dedicauit, & ſorores quoque ad idem vitæ genus inſtituit, ne forte virum quenquam alium imperio ſubinduceret, ſed potiùs omnem æmulationis & inſidiarum occaſionem amputaret. Vt igitur ea, quæ conſtituerat, conſignaret, ac Deū ipſum, ac Sacerdotes, omneſq; ſubditos teſtes faceret voluntatis ſuæ, ex auro gemmiſq; pretioſis admirabile quoddam donarium & ſpectaculum omnium pulcherrimū pro virginitate ſua & imperio fratris, ſacram menſam Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ dedicauit, idq; ipſum vt cūctis eſſet perſpicuum, in fronte eiuſdem menſæ litteris expreſſit. Fratrem verò potiſſimum docuit iuſtitiam & veram pietatem colere, aſſuefaciens eum crebro orare, Eccleſias frequentare, ædes ſacras Deo conſtructas, vaſis, donarijs & ornamentis locupletare; Sacerdotum ordinem, ſimulque viros bonos, qui Chriſtianorum legibus optimè viuerent, plurimi facere. Quin etiam nonnullis eius religionē adulterinis dogmatibus, nouiſque rebus deprauare conantibus, vt firmiter ille in ſtatu ſuo permaneret, ipſa quoq; ſtudio & ſapientia ſua hoc effecit.

IV. *Beatæ Catharinæ Senenſis ſapientia anno ætatis decimo.*

Raimūd. à Capua in vita eius, apud Sur. 29 Apr. to. 2.

BEata Catharina Senenſis ante decimum ætatis ſuæ annum miſſa aliquādo fuit à matre ad paſtorem parœciæ ſuæ rogatura, vt Miſſæ ſacrificium faceret in honorem ſancti Antonij: deditq; ei cereos & nummos, quos poneret in altari. Paruit Catharina, libenter exequens ea, quæ cederent ad honorem Dei. Mora autem illius matri diſplicuit: itaq; vt ruborem ei afferret, Maledictæ ſint, inquit, linguæ, quæ te nunquam redituram aſſerebāt. (Sic enim illis in locis vulgo ſolent dicere) Puella ſapiens, vt audiuit matrem iſta dicentem, pauliſper conticuit: deinde ſeorſum illā ducens, cum multa maturitate & modeſtia ita locuta eſt: Domina mater, ſi me quandoque videris tua iuſſa negligentem, cædas me virgis, quantum viſum erit: id enim dignum & iuſtū eſt, ſed quæſo, ne propter meas culpas cuipiā vnquam maledicas: nam neque tuam id decet grauitatem, & me ſummo animi mœrore afficit. His auditis, mater incredibiliter admirans puſillæ filiolæ tam ſapientem admonitionem, nō tamen volens id eā intelligere. Cur, ait, tam diu illic hæſiſti: Reſpondente ea, ſe Miſſam auſcultaſſe, quam ipſa celebrari mandaſſet, moxq; inde reuertiſſe domum: mater ampliùs ædificata, totum marito retulit. Ille verò gratias agens Deo, rem tacitus conſiderabat.

Filiola admodū pubens ad matrem ſapientiſſima admonitio.

TIT. XLIV. De dono ſcientiæ.

EXEMP. I. *S. Antonius diuina magis inſpiratione, quam humano informatus magiſterio.*

D. Ath. in vita eius, apud Baro. to. 3. a. 318.

CVm aliquando mundi ſapientes B. Antonium irriderent, quod litteras ignoraret, tali diſputatione eos confutauit, dicens: Reſponde mihi, quid prius, ſenſus an litteræ? & quid cuiuſuis exordium? ſenſus ne ex litteris, an litteræ oriuntur ex ſenſu? Illis aſſerentibus, quod ſenſus eſſet auctor atque inuentor litterarum, ait: Igitur cui ſenſus incolumis eſt, hic litteras non requirit. Quis præſentium poſt hanc colluctationem non exclamarit, cum obſtupuerint, & ipſi victi ſint, tātam in imperio ſagacitatē animi admirantes? neque enim vt in ſolitudine & montibus verſatus, atque omnem ibidem exigens vitam agreſtis & rudis erat, ſed iucundus atque affabilis; ſer-

monem; ſecundum Apoſtoli præceptum diuino conditum ſale proferebat, ita vt inuidia careret, & amore omnium potiretur.

II. *S. Ambroſius ſacras litteras ex Sp. ſanct. reuelatione interpretatur.*

Paulin. in vita eius, apud Bar. to. 5. Annal. an. Do. 397. 26.

ANte paucos dies quam lectulo detineretur ſanctus Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis, cum quadrageſimum tertium Pſalmum dictaret, me excipiente (inquit Paulinus) & vidente, ſubito in modum ſcuti breuis ignis caput eius cooperuit, atq; paulatim per os eius, tanquã in domũ habitator ingreſſus eſt: poſt quod facta eſt facies eius ſicut nix: poſtea verò reuerſus eſt vultus eius ad ſpeciẽ ſuã. Quod cum fieret, ſtupore percuſſus, obrigui, nec potui ſcribere quę ab illo dicebantur, niſi poſtquã viſio ipſa trãſibat. Dicebat. n. in eo tempore teſtimoniũ ſcripturæ diuinæ, quod ego optimè retinebam. Nam ſcribendi vel dictandi ipſo die finem fecit: ſed quidem ipſum Pſalmum explere non potuit. Ego verò, id quod viſum à me fuerat, honorabili viro Caſto diacono, ſub cuius cura degebam, ſtatim retuli. At ille repletus gratia Dei, Spiritus ſancti aduentum me in illo vidiſſe docuit lectione Actuum Apoſtolorum.

III. *Rupertus Abbas Tuitienſis ſcripturarum intelligentia cœlitus imbuitur.*

Rupertus Abbas Tuitiſis li. 12 in Matth.

RVpertus Abbas, contra eos, qui ipſum tanquam minùs magiſtris vſum calumniabãtur, & illud (Iob. 15.) ei obiectabant: [Sapientes cõfitentur, & non abſcondunt patres ſuos.] Tui patres vbi ſunt? Qui vel quales magiſtri te docuerunt? ita reſpondet: Confiteantur ſapientes illi, quantũ volunt, nec abſcondant patres ſuos, quibus ſolis, vt aiunt, data eſt terra, id eſt, ſcripturarum, artiumq; liberalium ſcientia. Ego quamuis, & ipſe nonnullos in diſciplinis ſcholaribus patres habuerim, & in libris artium liberalium non ſegniter ſtudioſus extiterim, [hoc profiteor, quia viſitatio ab altiſſimo melior mihi eſt, quam decem patres eiuſmodi,] quorum ſub virga ſæpe percuſſus, nonnunquam etiam toto corpore concuſſus, ſicut auribus tuis fidelibus aliquoties intimaui, loquor ad ſcribẽdum quidquid ille monitor ſuggerit. Ita Rupertus, indicans ſe plus à Spiritu ſancto, quam à magiſtris accepiſſe.

Spiritus docentis et hõis erudientis differentia.

IV. *Diuus Thomas Aquinas oratione impetrabat donum ſcientiæ.*

In vita eius apud Laurent. Sur.

OCcurrit aliquando B. Thomæ Aquinati locus difficilis in Eſaia Propheta, quem interpretabatur, cũq; ad eius ſenſum & mentem penetrare non poſſet, multis diebus in ieiunia & orationes incubuit, donec à Dño aperiretur, quod clauſum & abditũ videbatur. Ita nocte quadam, dũ precibus vacaret, ſocius eius Reginaldus, qui in eodẽ cubabat cubiculo, audiuit eum cum neſcio quo colloqui: qua ſermocinatione abſoluta, ad ſe Reginaldum vocat, eumq; iubet ſcribere cõmentaria quædam in Eſaiam, perinde illi ea dictans, ac ſi ex libro recitaret, nihil, vt alias ſolebat, demorans, nihil hæſitans, ſed quaſi antea compoſita & confecta. Deinde iuſſus Reginaldus quieti membra reddere, ad Thomæ pedes corruit, eum obnixè rogans, & per Chriſti nomen obteſtans, vt diceret, cum quibus tam prolixè fuiſſet locutus, & quæſtionis explicationem accepiſſet. Recuſante diu Thoma, & rem ſecretam pandere nolente, Reginaldus rogando vrgere cœpit. Tandem igitur, ne Chriſti nomen, per quod adiuratus erat, negligere videretur, cum lachrymis ei dixit: Scis, fili Reginalde, quam me hiſce diebus afflixerim, ob huius loci obſcuritatem, cuius iam expoſitionem ex ore meo ſcripſiſti. Miſit autem pius Dominus ad me Apoſtolos Petrum & Paulum, quos mihi apud illum interceſſores adhibueram, cum illis iam dulcia habui colloquia, ijque hunc mihi lo-

Diuinitus edocetur D. Tho. Aquinas D Th. in Eſaiam cõmentarij cælitus inſpirati

SS. Petri & Pauli Apoſtolorum apparitio. Fuga an xiavana gloria.

locum valde luculenter explicarunt. Sed ego omnipotentis Dei verbis tibi præcipio, ne hoc, quod ex me adiurato cognouiſti, donec ero in hac vita, cuiquam omnino reueles. Quam rem Reginaldus ſecreta quidem habuit, quãdiu is vixit: illo autem mortuo, tum in priuatis ſermonibus, tum in ſcholis publicis ſæpe cõmemorare ſolebat. Quin etiam alias huic ipſi Reginaldo idem aperuit, ſe, quicquid ſcientiæ conſequutus eſſet, potius diuino lumine, quam proprio ſtudio conſequutum: quoties.n. vel ad diſputationem, ſtudium, ſiue lectionem, vel ſcriptionem ſeſe cõferre vellet, prius ad orationem ſe conferebat: idque cum profuſis lachrymis, ſciens ſcriptum, omnem ſapientiam eſſe à Domino Deo.

Ante ſtudia precatio præmittẽda.

V. *Quomodo Albertus Magnus ſcientiæ donum obtinuerit.*

Hier. Plat. li. 2 de bono ſtatu relig. c. 33.

SImillimum quiddam cõtigit etiam Alberto Magno. Hic enim, vt in Prædicatorum annalibus ſcriptũ eſt, ſextodecimo ætatis anno in eum ordinem ingreſſus, cum in litteris pene nihil proficeret, eo quod eſſet ingenio, ac memoria tardiore, tanto affici cępit tædio, vt etiam de religioſa vita deſerenda tentaretur. In qua fluctuatione dum hæreret, viſum eſt ei nocte quadam, cum ſcalis ad monaſterij muros admotis abitum pararet, apparere matronas quatuor venerabili admodum vultu, quarum vna, deinde altera ſemel iam, atq; iterum ſcandentem manu impulſum deturbaret: cum autem tertiò idem conaretur, interrogatum eſſe à tertia, quidnam ageret, & qua de cauſa: qua expoſita, monuiſſe illã, vt opem potiùs à quarta matrona, quę Dei Mater, cælique regina eſſet, expoſceret: ſe verò cum reliquis deprecatione adiuturam. Paruit ille, & benignè acceptus à Virgine, inſuper etiam interrogatus eſt, vtrum in ſcientia excellere mallet diuina, an naturali. Tũ adoleſcens, qui pro ætate nihil adhuc altiùs guſtaſſet, cum philoſophiam dixiſſet: Fiat, inquit illa; quod petijſti. Sed tamen, quia ſcientiam hanc filij mei ſcientiæ prætuliſti, extrema vita omnem perdes doctrinam, & in hanc ipſam, quam nũc exues, hebetudinem recides. Nec mora, viſo dilapſo, ſtatim ſe mutatum ſenſit: quicquid audiret, quicquid legeret, facillimè capiebat, aut ſi quid paulo difficiliùs incidiſſet, cum ſe ad Virginem deprecandam, quaſi prõmiſſum efflagitans, conuertiſſet, illico cõſequebatur. Quare cum talis tantuſque vir euaſiſſet, & multos annos tum docendo tum ſcribendo conſumpſiſſet, denique triennio antequam è vita migraret, dum publicè è cathedra neſcio quid interpretaretur, repẽte omnem memoriam ſibi rerum omnium, quas tenebat, funditus exci-diſſe ſenſit. Tum ille coram omnibus qui aſtabant, quid ſibi adoleſcenti accidiſſet enarrauit, ac profeſſus, quicquid ſibi poſtea eueniret, ſe fidei articulos ex animo complecti, inq; eorum confeſſione emori velle, deſcendit è ſuggeſtu, & proſequentibus eum auditoribus cum fletu, eumque amanter amplexantibus. Quin etiam reliquam deinceps vitam quaſi repueraſcens in magna ſimplicitate tranſegit; ita tamen, vt nullum religioſi inſtituti officium prætermitteret, nam in his tantummodo memorię facultas cõſtabat.

Viſio Alberti Magni.

B. Mariæ Virginis beneficium, & præſidiũ ad ſcientiam.

Precatione cõparatur rerum difficiliũ intelligentia.

Memoria ſubita defectio.

Intentà tionibus cutidũ ad fidei articulos

VI. *S. Ephræm Syrus Angelorum miniſterio diuina imbuitur ſcientia.*

S Greg. Nyſſenus in orat. de S. Ephræm.

S. Simeon Metaph. in vita s. Ephræm to. 1. Surij

QViddam, quod ad beatũ Ephræm pertineret, vir quidam pius ac religioſus ſe conſpexiſſe teſtatus eſt; Angelorum. ſ. copiam deſcendentem de cælo volumen intus ac foris conſcriptum detinere manibus: ſic verò ſanctam illam colloqui viſam eſſe aciem: [Quis putas volumen iſtud in manus accipiat?] Et hos quidem hunc, alios illum, alios vero alium ex præſtantioribus eo tempore hominibus reſpondiſſe: Deinde autem poſt oĩum ſubiecisse probationem: [Iſti quidem ſancti, ac miniſtri Dei ſunt: Sed hoc volumen

men in manu accipere nequeunt.] Dumque iam varios ex tunc viuentibus nominaſſent, neque quiſquam ex eis placuiſſet, demum communi omnium conſenſu in eam pariter conuenerunt ſententiam, vt dicerent, à nullo alio iſtud volumen in manus poſſe ſumi, præterquam ab Ephræm Syro: tuncq; cæleſtes Angelos idem conſpexiſſe fertur Ephrem volumen tradere, noctuque ſurgens ad eccleſiam, viſum illud conſpiciens, perrexiſſe, auditoq; ipſo Ephræm, qui tunc inſignem gratiaq; plenam habebat orationē, quid viſum illud deſignaret, cognouiſſe. Deumq; collaudaſſe, qui tam præclarum dicendi donum viro ſancto tribuiſſet. Tantam.n.ſapientię abundantiam largitus illi Deus fuerat, vt quan tumuis ei perpetui quaſi verborum fontes ſuppeterent, rebus tamen explicandis pares nequaquam eſſent: illudq; non tam linguæ tarditate, quam cogitationis celeritate accidebat. Lingua.n.cogitandi aliorum vim exęquabat, attamen tardior erat, quam vt ipſius ſententias aſſequi poſſet. Vnde magnus ſenex ſingulare quoddam à Deo eloquendi donum efflagitabat, hiſce verbis: [Largire Domine flumina gratiæ tuæ.] Siquidem doctrinæ profunditas linguam ipſius abſorbebat, vt ſenſa animi efferre nequiret, cū muneri concionandi inſtrumenta ad diſerte dicendum opportuna deficerent. Ita S. Gregorius Nyſſenus, beati Ephræm æqualis.

VII. *Ioannes Trithemius orationibus continuis ſcientiam ſcripturarum obtinuit.*

Ex Sponheimenſi Chro. ad an. Do. 1483 per Io. Trith.

IOannes Trithemius, patria Moſellanus ordinis S. Benedicti monachus, cum puer eſſet vnius anni, patre orbatus eſt, matre ob amorem infantis ne tenellus iniurijs vitrici (vt fieri ſolet) exponeretur, vidua per ſeptēnium permanente; quo tandem elapſo, ſecundum duxit maritum, cum quo & alios liberos procreauit plures, qui tamen omnes, pręter vnum filium, in iuuentute obierunt. Ioannes verò, cum eſſet annorum quindecim, inuitis parentibus & cognatis omnibus, amore literarum tactus, & quadam viſione mirabili de futura ſcientia quodammodo certior factus, literas furtiuè diſcere cœpit. Quod vbi vitrico innotuiſſet, duris eum verbis, durioribuſq; verberibus aggreditur, & à propoſito litterario, quod habebat, trahere totis viribus conatur. Verum quanto illum plus prohibendo quotidie afflixit, tan tò feruentiori deſiderio litterarum incendit. Noctibus.n. (quia diebus, niſi feſtiuis, & id furtiuè, non licebat) dormientibus cunctis domum exiens, ad vicinum quendam amicum, qui literis olim dederat operam, pergere conſueuit, à quo puerilium inſtitutionum rudiméta tempore breuiſſimo percepit, ita vt etiam præceptor ipſe vehementer miratus diceret, ſe nunquam tam docile ingenium, & memoriam viuaciorem in aliquo homine conſpexiſſe. Alphabetum enim, & orationem Dominicam, cum ſalutatione Angelica, Symbolum quoq; Apoſtolorum, Confeſſionem altaris, benedictionem cibi, & potus in ſeptem diebus perfectè didicit, ac memoriæ tenaciſſimè cōmendauit. Sed & libros linguæ Teutonicæ poſt hæc à ſemetipſo legere perfectiſſimè in vno menſe aſſueuit. Videntes autem amici, & maximè ſacerdotes, tantum ingenium iuuenis, & amorem ad literas, patruo eius Petro de Mōtegentili, viro maturo, atque ſeuero perſuaſerunt, quatenus quid ſibi tam vehemens literarum cupiditas in eo prętenderet, experiretur. Conſenſit ille, & ſe tutorem iuuenis (quia patruus) reclamante vitrico, in medium exhibuit, & iam deinceps patrimonij eius rationem habere cœpit. Sed quod verbera, quot iniurias, quot contumelias iuuenis innocuus à vitrico ſuſtinuit, quot imbres lachrymarum effudit, priuſquam iugum eius omni ſeruitute crudeliùs ſubterfugere potuerit: Euaſit

Ardor literarū in Io. Trith.

Memoria felix in eodem puero.

Conſtantia in deuorandis amore literarum omnibus moleſtijs.

ſit tãdem domum nouercam, ſicut Iſraelitica turba Ægyptũ, & iter trium dierum amore literarũ in deſerto peregit; primum apud Treuiros, deinde in partibus inferioribus, ac poſtremo in oppido Heydelbergenſi; & ſic via trium dierum in terra aliena (ſicut diximus) peracta, tandem ſe in præſenti cęnobio Domino Deo in holocauſtum perpetuum immolauit. Factus autem monachus, inter fratres, ſine querela conuerſatus eſt, ſtudiumq; literarum & ſolitudinem cellæ omnibus delicijs huius mundi prætulit, nihilque in hoc mundo amplius quam ſcientiam ſcripturarum ſiti re videbatur. Viſionem autem quam habuit, talem (eo reuelante) fuiſſe cognouimus. Ad vnius anni ſpatium ieiunijs & orationibus continuis duo quædã maxima à Domino Deo cum maxima intentione poſtulauit, quorum alterum fuit ſcientia ſcripturarum, alterum nulli vnquam ſe manifeſtaſſe dixit. Ecce quadam nocte iuuenis claro habitu ſibi dormienti aſtare viſus eſt, qui habebat duas tabulas in manibus, quarum altera ſcripta literis, altera depicta quibuſdam imaginibus fuit, qui dixit ad eum: Elige ex his duabus tabulis vnam quam volueris. Qui mox amore literarum, quas adhuc penitus, illo tempore ignorabat, etiam dormiendo flagrans, eam tabulam, quæ ſcripta videbatur, elegit. Cui iuuenis, qui apparuerat, dixit: Ecce Deus orationes tuas exaudit, dabitq; tibi vtrumque quod poſtulaſti, & quidem plus quam petere potuiſti. Altera mox die, nihil eo de viſione cogitante, mirabili occaſione data fuerunt principia literarum cupienti.

Trithemius fit monachus.

Viſio Trithemij et ſcientia impetratio.

TIT. XLV. De tertio dono Spiritus ſancti: nempe dono Intellectus, per quod ſic illuminatur mens noſtra, vt perfectiùs intelligat & penetret veritatem fidei, & diuinorum myſteriorum, quæ per lumen naturale noſtri intellectus cognoſcere non poſſumus.

Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. *Luc. 24.*

EXEMP. I. *Equitius Abbas diuinitus accepit donum intellectus & prædicationis.*

QVidam verò Felix nomine Nirſiæ Prouincię nobilis, pater huius Caſtorij, qui nunc nobiſcum in Romana vrbe demoratur, cum eundem venerabilem virum Equitium ſacrum ordinem non habere conſpiceret, & per ſingula loca diſcurrere, atque ſtudioſè prædicare, eum quadam die familiaritatis auſu adijt dicens: Qui ſacrum ordinem non habes, atque à Romano Pontifice, ſub quo degis, prędicationis licentiam nõ accepiſti, prædicare quomodo præſumis? qua eius inquiſitione cõpulſus vir ſanctus indicauit, prædicationis licentiam qualiter accepit, dicens: Ea quę mihi loqueris, ego quoque mecum ipſe pertracto. Sed quadam nocte ſpecioſus mihi per viſionẽ iuuenis aſtitit, atq; in lingua mea medicinale ferramentum, id eſt, flebotomum poſuit, dicens: Ecce poſui verba mea in ore tuo, egredere ad prædicandum. Atque ex illo die etiam cum voluero, de eo tacere non poſſum. Petrus. Vellem etiam patris huius opus agnoſcere, qui fertur talia dona à Deo percepiſſe. Gregor. Opus, Petre, ex dono eſt, non donum ex opere, alioquin gratia iam non eſt gratia. Omne quippè opus dona præueniunt, quamuis ex ſubſequenti opere ipſa etiam dona ſuccreſcunt.

B. Greg. li. 1 Dialog. c. 4. Licentia prædicandi Equitij ſine ſacris ordinibus.

II. *Sutor monoculus maior fide, & dono intellectus præditus, quam cæteri Chriſtiani, montem transfert, & Rex Tartarorum ad fidem conuertitur.*

ANno Domini CXXV. Caliphus Rex Tartarorum conatus eſt extirpare Chriſtianos de regno ſuo, quia Chriſtiani mixti habitabant inter Paganos,

Ex lib. exempl. diſt. 9. exemplo CXI.

ganos. Vnus autem de conſiliarijs ſuis conſuluit Regi, vt omnes vinceret ex Euangelio. Nam Chriſtus Deus Chriſtianorū locutus eſt: Si quis Chriſtianus non hæſitauerit, & dixerit monti huic; Tollere & mittere in mare, fiet ei. Qui cõuocauit omnes Chriſtianos, quæſiuit ſi verbum Chriſti & Euangelium verum ſit? Reſpondentibus omnibus, quod ſic, ſtatim comminatus eſt eis, quod niſi infra decem dies hoc factō oſtenderent, omnes perirent. Tūc Epiſcopus & Sacerdotes conuocauerunt Chriſtianos, & indicto ieiunio per triduum, & orationibus intēdentes, rogauerūt Dominum Ieſum Chriſtum, vt ſuis fidelibus ſuccurreret. Et reuelatū eſt cuidam Epiſcopo deuoto, quod ſutor monoculus dignus eſſet proferre illa verba, & populū Chriſti de periculo eruere. Qui ex humilitate renuit, & ſe peccatorē eſſe aſſeruit; tamē ex obediētia, præcepto ſe ſubmiſit. Et Chriſtiani ex vna parte ſteterūt, & crucem Chriſti ſecū habuerunt, & Caliphus ex alia parte cū ſuo populo, qui fuerat paratus ad occidendū Chriſtianos. Orauit autē ſutor flexis genibus, ne Chriſtus tot Chriſtianos necari permitteret, & præcepit mōti, vt ſe tolleret; quod & ſtatim factū eſt. Quo viſo Rex baptizatus eſt, & plures cū eo, & ſic fides roborata eſt & augmentata.

Ieiuniū triduiad [illegible]cula [illegible]mulāda.

[V]ide mō[tem] transferri[?] [t]ransfertur.

III. *B. Ignatius Soc. Ieſu fundator maximorum fidei myſteriorum intelligentia illuſtratur.*

[I]. Maf[feius] l. 1. [vit]a B. I[gn]atij c.

QVodam die dum indicta publica ſupplicatione Minoreſſæ religioſum agmen inſtruitur, & Ignatius interim Beatiſſimæ Virgini pſallit, inſiſtens gradibus templi Dominicani; ſubito in Deum ita rapta mens eius eſt, quaſi per appoſita quędam & maximè illuſtria ſymbola, Trinitatis ipſius numen auguſtiſſimū cerneret diſtinctum perſonis, vnum eſſentia. Qua viſione tanto gaudio eſt delibutus, vt neque in ipſo mox agmine lacrymis & ſingultui crebro temperare valuerit, neque vero totum eum diem alia vlla de re, niſi de ſanctiſſimo illo fidei Chriſtianæ myſterio diſputare, idque tanta ſimilium, & exemplorum varietate & copia, vt cuncti obſtupeſcerent. Quin etiam per eos ipſos dies non dubitauit homo literarum propemodum ignarus librum de Trinitate conſcribere quoquo potuit ſtylo. Vſq; adeo cæleſtes typi, quos diximus, in eius memoria atque intelligentia diuinas illas rerum altiſſimarum notiones impreſſerant. Ac licet antea quoque & monadem in triade, & in monade triadem ſanctiſſimè coleret, ſuaſque & naturæ diuinæ communiter & ſeparatim ſingulis perſonis preces hymnoſq; perſolueret: ab hoc tamē raptu longe ſtudioſior & ardentior euaſit in eodem officio pietatis: eamq; laudabilē conſuetudinem ad extremum vſq; vitæ retinuit, ſic vt præcipuā caperet voluptatem, & proprio quodam ſenſu rerum cæleſtium afficeretur, quotieſcumque ſanctiſſimæ Trinitati ſacra perageret. Neq; vero fuit hic finis mirabiliū viſionum: ſiquidē rurſus per ſignificationes arcanas & myſtica quædam exempla, oblatus eſt eius mēti modus ipſe, quē in huius vniuerſitatis molitione ſummus ille rerū opifex tenuit. Quas illuſtrationes atq; doctrinas, vt omnino vires naturales excedunt; ſic poſtea negabat Ignatius poſſe verbis adūbrari, nedum exprimi. Prӕterea cum ſacrificio Miſſæ in eodem templo Dominicano intereſſet, dum à ſacerdote de morte hoſtia ſalutaris attollitur, apertiſſimè vidit Ignatius illa ſpecie Chriſtum Deum eundem, & hominem veriſſimè contineri. Ita Maffeius.

Ignatius ex caleſti raptu ſcripſit librum de Trinitate.

Modus creationis mundi Ignatio caliꝰ pateſcit.

Eidē ſacrificāti Sacroſancta Chriſti incarnatio dilucescit.

TIT. XLVI. De dono Conſilij, quod eſt quartum donum Spiritus ſancti, quo ex peculiari inſtinctu, & auxilio Spiritus S. inducimur ad ſuauiter cognoſcendum res difficiles, quæ nobis agendæ ſunt ad Dei gloriam, noſtram, ac proximorum ſalutem.

Gen. 19. *Loth, qui iuxta conſilium angeli noluit ſtatim in montem aſcendere, cum proprijs filiabus peccauit.*

Ibid. *Idem monitus ab Angelis, vt de Sodomis exiret, & generos ſuos ſecum duceret, hoc illis indicat: ſed viſus eſt eis quaſi ludens loqui, ac proinde cum ipſis Sodomitis perierunt: vxor autem eius retro reſpiciens, verſa eſt in ſtatuam ſalis.*

Gen. 43. *Iacob, licet inuitus, permiſit tamen abduci Beniamin filium dilectum, propter neceſſitatem commeatus, ita ſuadentibus reliquis filijs ſuis.*

Iudith. 6 *Cùm Holofernes Achioris cõſilium ſperneret, cum exercitu cæſus eſt.*

Matt. 27 *Pilatus vxori conſulenti, ne quid negotij haberet cum Chriſto Domino, magis timẽs Cæſarem, quam pietatem offendere, parere noluit.*

Act. 19. *Commota ciuitate Epheſina, Paulus prudenter acquieuit conſilio amicorum, qui rogabant eum, ne prodiret in theatrum.*

Act. 27. *Idem Paulus Romam vinctus deductus, periculoſam nauigationem fore diuinitus cognoſcens, in Creta inſula ſubſiſtendum iudicabat. At cum Centurio plus nautis quam Paulo crederet, tandem ad Melitam in mari Adriatico grauiſſimum ſunt paſſi naufragium.*

EXEMP. I. *Selymus vſus conſilio bono euadit victor.*

Io. Caſſinianus i Caſario. SElymus Anthomanus, decimus Turcarum Cæſar, minor natu Baiaſetis filius, contra fratrem Athmatum in Bithynia pro Imperio pugnaturus erat: Erat verò tunc in caſtris Selymi Chriſtianus quidam miles ex Germanis, captiuus, Imperatori ob ſingularem prudentiam plurimũ charus: qui Selymo perſuaſit, vt largiſſimo donatiuo animos militum ſibi conciliaret, ne voluntate mutata, deficerẽt ad fratrem victorem. Cui Selymus obſequutus, nunc viginti millia, nunc quadraginta millia nũmum ſparſit inter milites: eoſque ita ſibi deuinxit, vt Athmatus abſque prælio fuerit ſuperatus.

II. *Illuſtre exemplum S. Franciſci acquieſcentis conſilio Spiritus ſancti.*

EST in hoc genere illuſtre exemplũ S. Franciſci. Cùm enim aliquando hæc cum anceps cogitatio diutiùs torqueret, vtrum ſe penitùs ſolitudini, & cõtemplationi traderet, an etiam proximorum ſaluti, quod pro vtraq; parte rationes occurrerent, neque vt ſolebat, ſuper hac re vllam à Deo reuelationem accepiſſet, hoc inijt conſilium. Miſit ad S. Claram, & ad ſacras eius ſorores, miſit etiam ad Syluestrum fratrem ſuum, qui tum in quodam monte ſolitarius agebat, vt Domini placitum precibus inquirerent, ſibiq; indicarent. Redeuntem porro ab vtriſque nuncium, quaſi à Deo veniẽtem, Deique mandata ſibi deferentem, ita excepit. Primum enim manibus ſuis pedes ei lauit, deinde cęnam ipſemet inſtruxit, poſtremò etiã ex domo in proximum montem eduxit, quo cùm veniſſet, aperto capite, genibus flexis, manibus etiam crucis ritu cancellatis: Quid, inquit, facere me iubet Dominus meus Ieſus Chriſtus? Cùm expoſuiſſet reſponſum, vt proximis quoque operam nauaret, ita illud accepit, ita etiam exequutus eſt, vt illicò, nulla iniecta mora; ex eodem, vbi conſtiterat, loco, ac ne domum quidem reuiſens, tam rapidè profectus eſt, vt nec ipſam viam quæreret, vadens per medios campos, denſaſque ſyluas, quà nullum iter patebat.

S. Bonau. in uita ... ia.

Hoſpitalitas, charitas & humilitas S. Frã. ... Dei ... quend...

III. *Plerique conſilia petunt de rebus huius ſæculi, rari de rebus æternis.*

In ... vita

CVm pleriq; aulici ad P. Frãciſcum Borgiam quartum Gandienſium ducem, poſtmodum Societatis Ieſu Sacerdotem, & quartũ eius ordinis Præpoſitum generalem confluerent, vt

ſuis

ſuis potius rebus, quam animorum ſaluti conſulerent, dicere ſolitum accepimus: Quam pauci mortales ex vrbe Hieruſalem huc commeant, plerique omnes ex Ægypto veniunt, vt noſtra opera ditiores potius, quam meliores fiant. Reſpiciebat ad Antonij Abbatis dictum diuinitus, de quo Palladius memoriæ prodidit, è Macario rogare conſueuiſſe, cum abſentem ſe quæſiuiſſent, ex Ægyptone, an Hieroſolymis veniſſent: Hos Chriſti gloriam, illos ſua tantum commoda ſectari ſignificans.

...uſia. ...hiſt. 16.

IV. Franciſci Borgiæ monita deſpiciens diuinitus punitur.

REgulus quidam Hiſpaniæ à filio diſſentiẽs grauiter, ſegregarat ſe, vt ne aſpectum quidem eius ęquo animo ferret. Franciſcus, qua erat pietate, ad concordiam reuocare alloquijs ſtudens, hortatur, parẽtem ſe eſſe meminiſſet: filium ad ſe recipiendo, quod ſe dignum eſſet, facturum. Ille indignabundus vultu terrebat, miſſum faceret illum ſermonem. Igitur verbis Franciſcus repulſus, ad ſummum parentem Deum confugiendum ratus, pacem venerans precatur: venatum ille mox abijt, & ardenti febri correptus, lectulo affixus iacuit. Poſt in mentem venit morbo ſe iuſte puniri, quod ſana pij hominis conſilia repuliſſet. Franciſcum eueſtigio arceſſit, veniam obteſtatur; illiuſque ſe fidei committit, & cum filio quamprimum in gratiam redit.

...vita ...ciſci ...gual. ...4. ...catã ...bi ...ſa.

TIT. XLVII. De dono Fortitudinis, quo Spiritus ſanctus nobis adſiſtit, vt animosè aggrediamur omne periculum, omnemq; aduerſitatem mundi toleremus, quo perueniamus ad finem, quæ eſt vita æterna.

S. Petrus Apoſtolus concepto Spiritu S. Chriſtum, quem prius negarat fortiter prædicat.

...c. ...2.

EXEMP. I. *Cæcilia fortiter ſtat pro caſtitate.*

HOc dono illuſtrata fuit B. Cæcilia virgo Romana, quæ cum Valeriano, & iuueni & cupido deſponſata eſſet inuita, & iam thalamum cum ſponſo ingreſſa, de fide Chriſti & caſtitate diſſerens; non modo Valerianum à vi inferenda cohibuit, dum ſolidis argumentis caſtitatem matrimonio ſanctiorem eſſe oſtendit, verum etiam Tiburtij ſponſi fratrem ad Chriſtianam religionem amplectendum compulit.

In eius vita apud Laurent. Sur.

II. *Sancta Catharina fortis eſt pro fide.*

S. Catharina virgo & Martyr, Coſti Alexandriæ Regis filia, ſacris literis, partim ſtudio, partim diuini Spiritus afflatu imbuta, philoſophos doctiſſimos vndiq; accerſitos ad perſuadendam idololatriam, refellendamq; vnius Dei viri religionẽ, Spiritus ſancti virtute ita confutauit, & fecit, vt eorum multi Chriſto nomina darent. Ceſſit mundi ſapientia ſapientiæ diuinæ: & qua ſola differendi ac diſputandi arte gloriabantur Sophiſtæ, eam quoque diuino virginis acumini ſubmittere fuere coacti.

In eius vita apud Laurent. Sur.

TIT. XLVIII. De dono pietatis, ſexto dono Spiritus S. per quod honoramus Deum & ſanctos; & habemus cor benè affectum erga proximos propter Deum.

EXEMP. I. *Pietas Sancti Trudonis.*

S. Trudo etiamnum puer, primos iam virtutis fructus proferebat. Cumque is ſuperbi ſanguinis multa generoſitate polleret; maior tamen ei diuini amoris & virtutum ardor, atque ſtudium inerat, adeo vt quandoque voto ſe obligaret, ſi Chriſto opi-

Notger. Epiſcop. Leod. qui clarust an 850. in vita S. Remacic 6. Sur. 3 Sept. t. 5.

Gen. 19. *Loth, qui iuxta conſilium angeli noluit ſtatim in montem aſcendere, cum proprijs filiabus peccauit.*

Ibid. *Idem monitus ab Angelis, vt de Sodomis exiret, & generos ſuos ſecum duceret, hoc illis indicat: ſed viſus eſt eis quaſi ludens loqui, ac proinde cum ipſis Sodomitis perierunt: vxor autem eius retro reſpiciens, verſa eſt in ſtatuam ſalis.*

Gen. 43. *Iacob, licet inuitus, permiſit tamen abduci Beniamin filium dilectum, propter neceſſitatem commeatus, ita ſuadentibus reliquis filijs ſuis.*

Iudith. 6 *Cùm Holofernes Achioris cõſilium ſperneret, cum exercitu caſus eſt.*

Matt. 27 *Pilatus vxori conſulenti, ne quid negotij haberet cum Chriſto Domino, magis timẽs Cæſarem, quam pietatem offendere, parere noluit.*

Act 19. *Commota ciuitate Epheſina, Paulus prudenter acquieuit conſilio amicorum, qui rogabant eum, ne prodiret in theatrum.*

Act. 27. *Idem Paulus Romam vinctus deductus, periculoſam nauigationem fore diuinitus cognoſcens, in Creta inſula ſubſiſtendum iudicabat. At cum Centurio plus nautis quam Paulo crederet, tandem ad Melitam in mari Adriatico grauiſſimum ſunt paſſi naufragium.*

EXEMP. I. *Selymus vſus conſilio bono euadit victor.*

Io. Caſſiniano in Caſario. SElymus Anthomanus, decimus Turcarum Cæſar, minor natu Baiaſetis filius, contra fratrem Athmatum in Bithynia pro Imperio pugnaturus erat: Erat verò tunc in caſtris Selymi Chriſtianus quidam miles ex Germanis, captiuus, Imperatori ob ſingularem̃ prudentiam plurimũ charus: qui Selymo perſuaſit, vt largiſſimo donatiuo animos militum ſibi conciliaret, ne voluntate mutata, deficerẽt ad fratrem victorem. Cui Selymus obſequutus, nunc viginti millia, nunc quadraginta millia nũmum ſparſit inter milites: eoſque ita ſibi deuinxit, vt Athmatus abſque prælio fuerit ſuperatus.

II. *Illuſtre exemplum S. Franciſci acquieſcentis conſilio Spiritus ſancti.*

EST in hoc genere illuſtre exemplũ S. Franciſci. Cùm enim aliquando hæc cum anceps cogitatio diutius torqueret, vtrum ſe penitùs ſolitudini, & cõtemplationi traderet, an etiam proximorum ſaluti, quod pro vtraq; parte rationes occurrerent, neque vt ſolebat, ſuper hac re vllam à Deo reuelationem accepiſſet, hoc inijt conſilium. Miſit ad S. Claram, & ad ſacras eius ſorores, miſit etiam ad Syluestrum fratrem ſuum, qui tum in quodam monte ſolitarius agebat, vt Domini placitum precibus inquirerent, ſibiq; indicarent. Redeuntem porro ab vtriſque nuncium, quaſi à Deo veniẽtem, Deique mandata ſibi deferentem, ita excepit. Primum enim manibus ſuis pedes ei lauit, deinde cęnam ipſemet inſtruxit, poſtremò etiã ex domo in proximum montem eduxit, quo cùm veniſſet, aperto capite, genibus flexis, manibus etiam crucis ritu cancellatis: Quid, inquit, facere me iubet Dominus meus Ieſus Chriſtus? Cùm expoſuiſſet reſponſum, vt proximis quoque operam nauaret, ita illud accepit, ita etiam exequutus eſt, vt illicò, nulla iniecta mora; ex eodem, vbi conſtiterat, loco, ac ne domum quidem reuiſens, tam rapidè profectus eſt, vt nec ipſam viam quæreret, vadens per medios campos, denſaſque ſyluas, quà nullum iter patebat. S. Bonau. in eius vita. Hoſpitalitas, & charitas, & humilitas S. Fráciſci. Dei voluntas propere exequenda.

III. *Plerique conſilia petunt de rebus huius ſæculi, rari de rebus æternis.*

CVm pleriq; aulici ad P. Fráciſcum Borgiam quartum Gandienſium ducem, poſtmodum Societatis Ieſu Sacerdotem, & quartũ eius ordinis Præpoſitum generalem confluerent, vt In eius vita.

ſuis

ſuis potius rebus, quam animorum ſaluti conſulerent, dicere ſolitum accepimus: Quam pauci mortales ex vrbe Hieruſalem huc commeant, plerique omnes ex Ægypto veniunt, vt noſtra opera ditiores potius, quam meliores fiant. Reſpiciebat ad Antonij Abbatis dictum diuinitus, de quo Palladius memoriæ prodidit, è Macario rogare conſueuiſſe, cum abſentem ſe quæſiuiſſent, ex Ægyptone, an Hieroſolymis veniſſent: Hos Chriſti gloriam, illos ſua tantum commoda ſectari ſignificans.

Lauſiaca hiſt. c. 26.

IV. *Franciſci Borgiæ monita deſpiciens diuinitus punitur.*

In vita Fräciſci Borgiæ l. 4 c. 4.

Regulus quidam Hiſpaniæ à filio diſſentiēs grauiter, ſegregarat ſe, vt ne aſpectum quidem eius ęquo animo ferret. Franciſcus, qua erat pietate, ad concordiam reuocare alloquijs ſtudens, hortatur, parētem ſe eſſe meminiſſet: filium ad ſe recipiendo, quod ſe dignum eſſet, facturum. Ille indignabundus vultu terrebat, miſſum faceret illum ſermonem. Igitur verbis Franciſcus repulſus, ad ſummum parentem Deum confugiendum ratus, pacem venerans precatur: venatum ille mox abijt, & ardenti febri correptus, lectulo affixus iacuit. Poſt in mentem venit morbo ſe iuſte puniri, quod ſana pij hominis conſilia repuliſſet. Franciſcum e veſtigio arceſſit, veniam obteſtatur; illiuſque ſe fidei committit, & cum filio quamprimum in gratiam redit.

Peccatū morbi cauſa.

TIT. XLVII. De dono Fortitudinis, quo Spiritus ſanctus nobis adſiſtit, vt animoſè aggrediamur omne periculum, omnemq; aduerſitatem mundi toleremus, quo perueniamus ad finem, quæ eſt vita æterna.

S. Petrus Apoſtolus concepto Spiritu S. Chriſtum, quem prius negarat fortiter prædicat.

Matt. c. 28. Act. 2.

EXEMP. I. *Cæcilia fortiter ſtat pro caſtitate.*

In eius vita apud Laurent. Sur.

HOc dono illuſtrata fuit B. Cæcilia virgo Romana, quæ cum Valeriano, & iuueni & cupido deſponſata eſſet inuita, & iam thalamum cum ſponſo ingreſſa, de fide Chriſti & caſtitate diſſerens; non modo Valerianum à vi inferenda cohibuit, dum ſolidis argumentis caſtitatem matrimonio ſanctiorem eſſe oſtendit, verum etiam Tiburtij ſponſi fratrem ad Chriſtianam religionem amplectendum compulit.

II. *Sancta Catharina fortis eſt pro fide.*

In eius vita apud Laurent. Sur.

S. Catharina virgo & Martyr, Coſti Alexandriæ Regis filia, ſacris literis, partim ſtudio, partim diuini Spiritus afflatu imbuta, philoſophos doctiſſimos vndiq; accerſitos ad perſuadendam idololatriam, refellendamq; vnius Dei viri religionē, Spiritus ſancti virtute ita confutauit, & fecit, vt eorum multi Chriſto nomina darent. Ceſſit mundi ſapientia ſapientiæ diuinæ: & qua ſola diſſerendi ac diſputandi arte gloriabantur Sophiſtæ, eam quoque diuino virginis acumini ſubmittere fuere coacti.

TIT. XLVIII. De dono pietatis, ſexto dono Spiritus S. per quod honoramus Deum & ſanctos; & habemus cor benè affectum erga proximos propter Deum.

EXEMP. I. *Pietas Sancti Trudonis.*

Notger. Epiſcop. Leod. qui claruit an 850. in vita S. Remaclic 6. Sur. 3 Sept. to. 5.

S. Trudo etiamnum puer, primos iam virtutis fructus proferebat. Cumque is ſuperbi ſanguinis multa generoſitate polleret; maior tamen ei diuini amoris & virtutum ardor, atque ſtudium inerat, adeo vt quandoque voto ſe obligaret, ſi Chriſto opitulan-

Votum S. Trudonis Deo acceptum.

tulante ſacras didiciſſet literas, ſe in fundo ſuo Eccleſiam exædificaturum, illic Domino perpetuò ſeruiturum, & quos poſſet, ad Dei cultum, & miniſterium ſibi ſocios aggregaturum. Atque eo flagrans deſiderio, nocturna viſione afficitur, & Angelica conſolatione hunc in modum confirmatur: Noueris frater, inquit Angelus, ea vota, quę Chriſto puer nuncupaſti, illi eſſe grata, preceſque illum admiſiſſe tuas: nec dubites, quin quod pręueniens tibi adſpirauit, etiam adiuuando ſit proſecuturus, & affectũ perducturus in effectũ. Ille, inquam, ſapientia ſua imbuet cor tuũ, & erudiet te præceptis ſuis, & legem ſuã inſcribet pectori tuo. Porrò autem etiã ad Eccleſiaſticæ dignitatis munia eueheris, multoſq; Chriſto, & Eccleſiæ eius filios tuis verbis & exemplis generabis. Atque vt de his certior efficiaris, beatum Remaclum adito, qui non procul hinc ab eſt. Illi Deus reuelauit, quid tibi faciendum ſit. Ille diriget eò greſſus tuos, quò tu tantoperè aſpiras.

Angelus S. Trudoni prædicit ipſi euentura.

II. *Pietas eximia Sancti Franciſci.*

D. Bona. in vita eius c. 8.

PIetatis dono inter pios maximè excelluit B. Frãciſcus Aſſiſinas Franciſcanorum parens: ipſum enim pietas totum transformabat in Chriſtum; Animas peccatorũ deplorabat, quod ſanguine Chriſti eſſent redẽptæ; Prædicatores Verbi maximè venerabatur, quod ſemẽ fratri ſuo, id eſt, Chriſto reſuſcitarẽt; Benedicebat illos, qui ita loqui didiciſſent, vt verbis ſuis alios ad Chriſti amorem inducerent. Si quid penuriæ aut defectus (extra culpæ crimẽ intellige) in aliquo cerneret, pij cordis dulcedine regebat in Chriſtum; Aiebat ſocijs: Dum pauperẽ vides ô frater, ſpeculum tibi proponitur Chriſti. Ipſeq; in pauperibus omnibus Chriſti effigiem cõtemplabatur. Animalcula quælibet ex pietate fratres & ſorores appellans, ea viſceroſiùs amplexabatur, quæ Chriſti manſuetudinem referunt; Redemit interdum agnos, qui ducebantur ad mortem, illius memor agni mitiſſimi, qui ad occiſionem duci voluit pro peccatoribus redimendis; Sui agniculum, in quo Chriſtum infantẽ recognoſcebat, necanti crudeliter, maledixit, & mortua eſt; Nomen Ieſus cum exprimeret, vel audiret, iubilo quodam repletus interiùs, totus videbatur exteriùs alterari, ac ſi mellifluus ſapor guſtum, vel harmoniacus ſonus ipſius immutaſſet auditum.

Pauperes ſunt Xpi ſpeculũ

Maledictio S. Frãciſci efficax.

III. *Caroli Magni in Deum & religionem pietas.*

Io. Naucl. vol. 2. Chrono. gr. gener. 28. ſub ann. Do. 811.

CAroli Magni pietas minimè hoc loco prætereunda. Chriſtianam enim religionem, qua ab infantia fuerat imbutus, ſanctiſſimè excoluit, Eccleſiam manè & veſperi, item nocturnis horis, & ſacrificij tẽpore, quoad valetudo corporis permiſit, impigrè frequentabat, conabaturq; magnoperè, vt omnia quæ in ea gerebantur, cùm maxima fierent honeſtate, æditu os creberrimè commonens, ne quid indecens aut ſordidũ inferri, vel in Eccleſia remanere permitterent: ſacrorum vaſorum ex auro & argento, veſtimentorumq; ſacerdotalium tantam comparauit copiam, vt nemo in miniſterio habitum priuatum habere permitteretur: legendi atq; pſallendi diſciplinam emendauit diligentiſſimè, erat enim in vtroque peritus; quamquam ipſe nec publicè legeret, nec niſi ſubmiſſe, & in communi cantaret.

Nitoris templorũ cura.

IV. *Diſcipulorum S. Mamantis in Deum pietas.*

Simeon Metaph. in vita eius c 6. apud Sur. 17 Auguſt. to. 4

AVrelianus Romanorum Imperator, & Chriſtianorum oſor, cogebat omnes ſacrificare dæmonibus, non ſolum viros & mulieres, ſed etiam pueros. Maximè autem ei curæ erant pueri. Exiſtimabat enim ſe facilè eos eſſe inducturum propter ætatis teneritatem. Sed alii quidem pueri reuera cedebant voluntati Imperatoris: qui autem cum Maman-

Bona ſodalitatis fructus.

te ventitabant ad ludum literarium, imitabantur ipſi quoque canam pueri prudentiam, & nec verba quidem audire neceſſe habebant. Quotidie enim docebantur honeſto illo pulchri Mamantis ſpectaculo & exemplo, ſolum verum agnoſcere Deum vniuerſi opificem, & ei rationale animorũ offerre ſacrificium: eos autem, qui ab impijs & colũtur, & adorãtur dij, nugas exiſtimare, & plenos probro & dedecore.

V. *De pietate Beati Petri Damiani.*

Hier Ra- men l. 5 hiſtoriog Aloyſ. Lippom. to 8 & Sur 22 Febr. to. 7

HOc loco nequaquam videtur ſilentio inuoluenda B. Petri Damiani S.R.E. Cardinalis, & Epiſcopi Oſtienſis in proximũ pietas: cùm enim quadã die, vna cũ ſuo ſodali, cuius opera vtebatur, pranderet, neque extra vnicũ ex ſimilagine tritici panẽ quicquã haberet, ſodaliq; qui eodem cibo vti conſueuerat, cibarius & ſecundarius panis eſſet appoſitus, ſecum loqui cœpit: [Chriſtus ad menſam meã inferior mihi eſt:] iamq; his atq; alijs animo repetitis, cum panẽ cũ illo mutare decreuiſſet, pudore tamen retractus eſt. Itaq; comedentem pauor ſenſim arripuit, & horror corripuit viſcerum, tandemque piſcis, quæ tranſuerſa in gutture inhęrebat, ſpina, nullis cedens remedijs ſtrangulabat, cum id ſibi ob panem ex ſimilagine ſodali minimè tributum accidiſſe exiſtimans, commutato pane, primo eius bolo conualuit: quamobrem ſupra quam dici poteſt lætũs aperuit cunctis miraculum.

Chriſtus in proximo cogitandus.

VI. *De B. Macrinæ erga matrem pietate.*

D Greg. Nyſſen. i vita eius, apud Surũ 19. iul. cap. 5.

CVm B. Macrina virgo, diui Gregorij Nyſſeni Pontificis ſoror, ad matrimonium ineundũ inſtigaretur, abſurdum & iniquum eſſe reſpondit, ſibi non permitti, vt illud coniugium coleret, quo ſemel à patre deuincta eſſet: ſed ad alterum cogi reſpicere, cum vnum natura ſit matrimonium, quem admodũ vnus ortus & vna mors. Eum verò, cui à parentibus fuiſſet deſponſa, non eſſe mortuum contendebat, ſed ſpe reſurrectionis. Deo viuere. Quapropter eum nõ obijſſe, ſed peregrè profectũ eſſe iudicare, & nefas fore, ſi peregrinanti ſponſo fidẽ non ſeruaret. Eiuſmodi rationibus repellens eos, qui ſibi perſuadere conabantur, decreuit in illo, quod ſibi propoſuerat, perſtare, ac ne momento quidẽ tẽporis à latere matris vnquã diſcedere. Quamobrem ei ſæpè dicebat mater, ſe reliquos liberos in vtero tẽpore quodam præfinito geſſiſſe; illã vero perpetuò in viſceribus ſuis quodã modo circunferre. Filiæ tamẽ conuictus nec laborem matri, nec damnum afferebat. Quin etiã officioſa eius ſedulitas multarũ ancillarum inſtar erat, & mutua quædã inter eas vigebat remuneratio. Siquidem altera cuſtodiebat animum filię, altera corpori matris inſeruiebat, eique in reliquis officiis omnibus miniſtrabat, vt propriis etiam manibus matri panem præberet. Quæ tamẽ illi præcipua cura non erat: ſed poſteaquã ſacris officiis ſatisfecerat, exiſtimans id ſuo vitæ inſtituto conuenire, ex labore ſuo matri victum ſubminiſtrabat.

B Macrina in recuſandis nuptijs ſapientia.

Mirifica matris et filiæ conuictio & dilectio.

VII. *Pietatem riſu & confabulationibus deſtrui oſtendit Petr. Damian. Cardinalis.*

Pet. Damian. ep. ad Alex. & Hildebrand. Baro. to. 11. ann. 1061. 40.

PEtrus Damianus Eccleſiæ ſui temporis ſtatum deplorans hæc ſcribit: Fuit olim, ſed iam elapſum eſt tẽpus, vt modeſtiæ pudor, mortificationis inſigne, digna ſeueritas, & ſacerdotalis ingenii valeret ſeruari cẽſura. Nã vt me ſolũ dignè coarguam, videtis ipſi, quia protinus vt ad vos veni, ecce ſales, ecce facetię, lepores, vrbanitates, dicacitates, volumina quæſtionũ, omneſq; verborum inanium peſtes inſolenter erumpunt, quæ nos non iam ſacerdotes, ſed potius oratores & rhetores, ſiue (quod inhoneſtũ eſt) ſcurras oſtendunt. Mox enim vt verba conferimus, paulatim quędã lenocinia confabulationis adulterinæ ſubrepunt, & om-

Colloquiorũ inutiliũ etiam modeſtorum dãna.

III. *Pulcheriæ Auguſtæ ſapientia.*

Sozom. hiſ. Eccl. li. 9 c 1 & Niceph li. 14. cap. 2.

ADmirabili quoq; ſapientię munere inſignita fuit Pulcheria Auguſta Theodoſij Iunioris ſoror: ea enim nondum decimumquintum ætatis annum egreſſa, ſupra ætatem ſapientiſſimum ac diuinum ſpiritu accepit, & primo virginitatem ſuā Deo dedicauit, & ſorores quoque ad idem vitæ genus inſtituit, ne forte virum quenquam alium imperio ſubinduceret, ſed potiùs omnem æmulationis & inſidiarum occaſionem amputaret. Vt igitur ea, quæ conſtituerat, conſignaret, ac Deū ipſum, ac Sacerdotes, omneſq; ſubditos teſtes faceret voluntatis ſuæ, ex auro gemmiſq; pretioſis admirabile quoddam donarium & ſpectaculum omnium pulcherrimū pro virginitate ſua & imperio fratris, ſacram menſam Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ dedicauit, idq; ipſum vt cūctis eſſet perſpicuum, in fronte eiuſdem menſæ litteris expreſſit. Fratrem verò potiſſimum docuit iuſtitiam & veram pietatem colere, aſſuefaciens eum crebro orare, Eccleſias frequentare, ædes ſacras Deo contructas, vaſis, donarijs & ornamentis locupletare; Sacerdotum ordinem, ſimulque viros bonos, qui Chriſtianorum legibus optimè viuerent, plurimi facere. Quin etiam nonnullis eius religionē adulterinis dogmatibus, nouiſque rebus deprauare conantibus, vt firmiter ille in ſtatu ſuo permaneret, ipſa quoq; ſtudio & ſapientia ſua hoc effecit.

IV. *Beatæ Catharinæ Senenſis ſapientia anno ætatis decimo.*

Raimūd. à Capua in vita eius, apud Sur. 29 Apr. to. 2.

BEata Catharina Senenſis ante decimum ætatis ſuæ annum miſſa aliquādo fuit à matre ad paſtorem parœciæ ſuæ rogatura, vt Miſſæ ſacrificium faceret inhonorem ſancti Antonij; deditq; ei cereos & nummos, quos poneret in altari. Paruit Catharina, libenter exequens ea, quæ cederent ad honorem Dei. Mora autem illius matri diſplicuit: itaq; vt ruborem ei afferret, Maledictæ ſint, inquit, linguæ, quæ te nunquam redituram aſſerebāt. (Sic enim illis in locis vulgo ſolent dicere) Puella ſapiens, vt audiuit matrem iſta dicentem, pauliſper conticuit: deinde ſeorſum illā ducens, cum multa maturitate & modeſtia ita locuta eſt: Domina mater, ſi me quandoque videris tua iuſſa negligentem, cædas me virgis, quantum viſum erit: id enim dignum & iuſtū eſt, ſed quæſo, ne propter meas culpas cuipiā vnquam maledicas: nam neque tuam id decet grauitatem, & me ſummo animi mœrore afficit. His auditis, mater incredibiliter admirans puſillæ filiolæ tam ſapientem admonitionem, nō tamen volens id eā intelligere. Cur, ait, tam diu illic hæſiſti: Reſpondente ea, ſe Miſſam auſcultaſſe, quam ipſa celebrari mandaſſet, moxq; inde reuertiſſe domum: mater ampliùs ædificata, totum marito retulit. Ille verò gratias agens Deo, rem tacitus conſiderabat.

Filiola admodū puberis ad matrem ſapientiſſima admonitio.

TIT. XLIV. De dono ſcientiæ.

EXEMP. I. *S. Antonius diuina magis inſpiratione, quam humano informatus magiſterio.*

D. Ath. in vita eius, apud Baro. to. 3. a. 318.

CVm aliquando mundi ſapientes B. Antonium irriderent, quod litteras ignoraret, tali diſputatione eos confutauit, dicens: Reſponde mihi, quid prius, ſenſus an litteræ? & quid cuiuſuis exordium? ſenſus ne ex litteris, an litteræ oriuntur ex ſenſu? Illis aſſerentibus, quod ſenſus eſſet auctor atque inuentor litterarum, ait: Igitur cui ſenſus incolumis eſt, hic litteras non requirit. Quis præſentium poſt hanc collactationem non exclamarit, cum obſtupuerint, & ipſi victi ſint, tātam in imperio ſagacitatē animi admirantes? neque enim vt in ſolitudine & montibus verſatus, atque omnem ibidem exigens vitam agreſtis & rudis erat, ſed iucundus atque affabilis; ſer-

monem; ſecundum Apoſtoli præceptum diuino conditum ſale proferebat, ita vt inuidia careret, & amore omnium potiretur.

II. *S. Ambroſius ſacras litteras ex Sp. ſanct. reuelatione interpretatur.*

Paulin. in vita eius, apud Bar. to. 5. Annal. an. Do. 397. 26.

ANte paucos dies quam lectulo detineretur ſanctus Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis, cum quadrageſimum tertium Pſalmum dictaret, me excipiente (inquit Paulinus) & vidente, ſubito in modum ſcuti breuis ignis caput eius cooperuit, atq; paulatim per os eius, tanquã in domũ habitator ingreſſus eſt: poſt quod facta eſt facies eius ſicut nix: poſtea verò reuerſus eſt vultus eius ad ſpeciẽ ſuã. Quod cum fieret, ſtupore percuſſus, obrigui, nec potui ſcribere quę ab illo dicebantur, niſi poſtquã viſio ipſa tráſibat. Dicebat.n.in eo tempore teſtimoniũ ſcripturæ diuinæ, quod ego optimè retinebam. Nam ſcribendi vel dictandi ipſo die finem fecit: ſed quidem ipſum Pſalmum explere non potuit. Ego verò, id quod viſum à me fuerat, honorabili viro Caſto diacono, ſub cuius cura degebam, ſtatim retuli. At ille repletus gratia Dei, Spiritus ſancti aduentum me in illo vidiſſe docuit lectione Actuum Apoſtolorum.

III. *Rupertus Abbas Tuitienſis ſcripturarum intelligentia cælitus imbuitur.*

Rupertus Abbas Tuitienſis li. 12 in Matth.

RVpertus Abbas, contra eos, qui ipſum tanquam minùs magiſtris vſum calumniabãtur, & illud (Iob. 15.) ei obiectabant: [Sapientes cõfitentur, & non abſcondunt patres ſuos.] Tui patres vbi ſunt? Qui vel quales magiſtri te docuerunt? ita reſpondet: Confiteantur ſapientes illi, quantũ volunt, nec abſcondant patres ſuos, quibus ſolis, vt aiunt, data eſt terra, id eſt, ſcripturarum, artiumq; liberalium ſcientia. Ego quamuis, & ipſe nonnullos in diſciplinis ſcholaribus patres habuerim, & in libris artium liberalium non ſegniter ſtudioſus extiterim, [hoc profiteor, quia viſitatio ab altiſſimo melior mihi eſt, quam decem patres eiuſmodi,] quorum ſub virga ſæpe percuſſus, nonnunquam etiam toto corpore concuſſus, ſicut auribus tuis fidelibus aliquoties intimaui, loquor ad ſcribẽdum quidquid ille monitor ſuggerit. Ita Rupertus, indicans ſe plus à Spiritu ſancto, quam à magiſtris accepiſſe.

Spiritus docentis et hõis erudientis differentia.

IV. *Diuus Thomas Aquinas oratione impetrabat donum ſcientiæ.*

In vita eius apud Laurent. Sur.

OCcurrit aliquando B. Thomæ Aquinati locus difficilis in Eſaia Propheta, quem interpretabatur, cũq; ad eius ſenſum & mentem penetrare non poſſet, multis diebus in ieiunia & orationes incubuit, donec à Dño aperiretur, quod clauſum & abditũ videbatur. Ita nocte quadam, dũ precibus vacaret, ſocius eius Reginaldus, qui in eodẽ cubabat cubiculo, audiuit eum cum neſcio quo colloqui: qua ſermocinatione abſoluta, ad ſe Reginaldum vocat, eumq; iubet ſcribere cõmentaria quædam in Eſaiam, perinde illi ea dictans, ac ſi ex libro recitaret, nihil, vt alias ſolebat, demorans, nihil hæſitans, ſed quaſi antea compoſita & confecta. Deinde iuſſus Reginaldus quieti membra reddere, ad Thomæ pedes corruit, eum obnixè rogans, & per Chriſti nomen obteſtans, vt diceret, cum quibus tam prolixè fuiſſet locutus, & quæſtionis explicationem accepiſſet. Recuſante diu Thoma, & rem ſecretam pandere nolente, Reginaldus rogando vrgere cœpit. Tandem igitur, ne Chriſti nomen, per quod adiuratus erat, negligere videretur, cum lachrymis ei dixit: Scis, fili Reginalde, quam me hiſce diebus afflixerim, ob huius loci obſcuritatem, cuius iam expoſitionem ex ore meo ſcripſiſti. Miſit autem pius Dominus ad me Apoſtolos Petrum & Paulum, quos mihi apud illum interceſſores adhibueram, cum illis iam dulcia habui colloquia, ijque hunc mihi lo-

Diuinitus edocetur D. Tho. Aquinas D Th. in Eſaiam cõmentaria cælitus inſpirati

SS. Petri & Pauli Apoſtolorum apparitio. Fuga an... gloriæ.

locum valde luculenter explicarunt. Sed ego omnipotentis Dei verbis tibi præcipio, ne hoc, quod ex me adiurato cognouiſti, donec ero in hac vita, cuiquam omnino reueles. Quam rem Reginaldus ſecreta quidem habuit, quãdiu is vixit: illo autem mortuo, tum in priuatis ſermonibus, tum in ſcholis publicis ſæpe cõmemorare ſolebat. Quin etiam alias huic ipſi Reginaldo idem aperuit, ſe, quicquid ſcientiæ conſequutus eſſet, potius diuino lumine, quam proprio ſtudio conſequutum: quoties. n. vel ad diſputationem, ſtudium, ſiue lectionem, vel ſcriptionem ſeſe cõferre vellet, prius ad orationem ſe conferebat: idque cum profuſis lachrymis, ſciens ſcriptum, omnem ſapientiam eſſe à Domino Deo.

Ante ſtudia precatio præmittẽda.

V. *Quomodo Albertus Magnus ſcientiæ donum obtinuerit.*

Hier. Plat. li. 2 de bono ſtatu relig. c. 33.

SImillimum quiddam cõtigit etiam Alberto Magno. Hic enim, vt in Prædicatorum annalibus ſcriptũ eſt, ſextodecimo ætatis anno in eum ordinem ingreſſus, cum in litteris pene nihil proficeret, eo quod eſſet ingenio, ac memoria tardiore, tanto affici cępit tædio, vt etiam de religioſa vita deſerenda tentaretur. In qua fluctuatione dum hæreret, viſum eſt ei nocte quadam, cum ſcalis ad monaſterij muros admotis abitum pararet, apparere matronas quatuor venerabili admodum vultu, quarum vna, deinde altera ſemel iam, atq; iterum ſcandentem manu impulſum deturbaret: cum autem tertiò idem conaretur, interrogatum eſſe à tertia, quidnam ageret, & qua de cauſa: qua expoſita, monuiſſe illã; vt opem potiùs à quarta matrona, quę Dei Mater, cælique regina eſſet, expoſceret: ſe verò cum reliquis deprecatione adiuturam. Paruit ille, & benignè acceptus à Virgine, inſuper etiam interrogatus eſt, vtrum in ſcientia excellere mallet diuina, an naturali. Tũ adoleſcens, qui pro ætate nihil adhuc altiùs guſtaſſet, cum philoſophiam dixiſſet: Fiat, inquit illa; quod petijſti. Sed tamen, quia ſcientiam hanc filij mei ſcientiæ prætuliſti, extrema vita omnem perdes doctrinam, & in hanc ipſam, quam nũc exues, hebetudinem recides. Nec mora, viſo dilapſo, ſtatim ſe mutatum ſenſit: quicquid audiret, quicquid legeret, facillimè capiebat, aut ſi quid paulo difficiliùs incidiſſet, cum ſe ad Virginem deprecandam, quaſi promiſſum efflagitans, conuertiſſet, illico cõſequebatur. Quare cum talis tantuſque vir euaſiſſet, & multos annos tum docendo tum ſcribendo conſumpſiſſet, denique triennio antequam è vita migraret, dum publicè è cathedra neſcio quid interpretaretur, repẽte omnem memoriam ſibi rerum omnium, quas tenebat, funditus excidiſſe ſenſit. Tum ille coram omnibus qui aſtabant, quid ſibi adoleſcenti accidiſſet enarrauit, ac profeſſus, quicquid ſibi poſtea eueniret, ſe fidei articulos ex animo complecti, inq; eorum confeſſione emori velle, deſcendit è ſuggeſtu, & proſequentibus eum auditoribus cum fletu, eumque amanter amplexantibus. Quin etiam reliquam deinceps vitam quaſi repueraſcens in magna ſimplicitate tranſegit; ita tamen, vt nullum religioſi inſtituti officium prætermitteret, nam in his tantummodo memorię facultas cõſtabat.

Viſio Alberti Magni.

B. Mariæ Virginis beneficium, & præſidiũ ad ſcientiam.

Precatio ne cõparatur rerum difficiliũ intelligentia.

Memoria ſubita defectio.

Intentationibus currẽdũ ad fidei articulos

VI. *S. Ephræm Syrus Angelorum miniſterio diuina imbuitur ſcientia.*

S. Greg. Nyſſenus in orat. de S. Ephram. Simeon Metaph. in vita S. Ephram to. 1. Surij

QViddam, quod ad beatũ Ephræm pertineret, vir quidam pius ac religioſus ſe conſpexiſſe teſtatus eſt; Angelorum. ſ. copiam deſcendentem de cælo volumen intus ac foris conſcriptum detinere manibus: ſic verò ſanctam illam colloqui viſam eſſe aciem: [Quis putas volumen iſtud in manus accipiat?] Et hos quidem hunc, alios illum, alios vero alium ex præſtantioribus eo tempore hominibus reſpondiſſe: Deinde autem poſt oĩum ſubieciſſe probationem: [Iſti quidem ſancti, ac miniſtri Dei ſunt: Sed hoc volumen

men in manu accipere nequeunt.] Dumque iam varios ex tunc viuentibus nominaſſent, neque quiſquam ex eis placuiſſet, demum communi omnium conſenſu in eam pariter conuenerunt ſententiam, vt dicerent, à nullo alio iſtud volumen in manus poſſe ſumi, præterquam ab Ephræm Syro: tuncq; cæleſtes Angelos idem conſpexiſſe fertur Ephrem volumen tradere, noctuque ſurgens ad eccleſiam, viſum illud conſpiciens, perrexiſſe, auditoq; ipſo Ephræm, qui tunc inſignem gratiaq; plenam habebat orationẽ, quid viſum illud deſignaret, cognouiſſe, Deumq; collaudaſſe, qui tam præclarum dicendi donum viro ſancto tribuiſſet. Tantam.n.ſapientię abundantiam largitus illi Deus fuerat, vt quantumuis ei perpetui quaſi verborum fontes ſuppeterent, rebus tamen explicandis pares nequaquam eſſent: illudq; non tam linguæ tarditate, quam cogitationis celeritate accidebat. Lingua.n.cogitandi aliorum vim exęquabat, attamen tardior erat, quam vt ipſius ſententias aſſequi poſſet. Vnde magnus ſenex ſingulare quoddam à Deo eloquendi donum efflagitabat, hiſce verbis: [Largire Domine flumina gratiæ tuæ.] Siquidem doctrinæ profunditas linguam ipſius abſorbebat, vt ſenſa animi efferre nequiret, cũ muneri concionandi inſtrumenta ad diſerte dicendum opportuna deficerent. Ita S. Gregorius Nyſſenus, beati Ephræm æqualis.

VII. *Ioannes Trithemius orationibus continuis ſcientiam ſcripturarum obtinuit.*

Ex Sponheimenſi Chro. ad an Do. 1483 per Io Trith

IOannes Trithemius, patria Moſellanus ordinis S. Benedicti monachus, cum puer eſſet vnius anni, patre orbatus eſt, matre ob amorem infantis ne tenellus iniurijs vitrici (vt fieri ſolet) exponeretur, vidua per ſeptẽnium permanente; quo tandem elapſo, ſecundum duxit maritum, cum quo & alios, liberos procreauit plures, qui tamen omnes, pręter vnum filium, in iuuentute obierunt. Ioannes verò, cum eſſet annorum quindecim, inuitis parentibus & cognatis omnibus, amore literarum tactus, & quadam viſione mirabili de futura ſcientia quodammodo certior factus, literas furtiuè diſcere cœpit. Quod vbi vitrico innotuiſſet, duris eum verbis, durioribuſq; verberibus aggreditur, & à propoſito litterario, quod habebat, trahere totis viribus conatur. Verum quanto illum plus prohibendo quotidie afflixit, tantò feruentiori deſiderio litterarum incendit. Noctibus.n.(quia diebus, niſi feſtiuis, & id furtiuè, non licebat) dormientibus cunctis domum exiens, ad vicinum quendam amicum, qui literis olim dederat operam, pergere conſueuit, à quo puerilium inſtitutionum rudiméta tempore breuiſſimo percepit, ita vt etiam præceptor ipſe vehementer miratus diceret, ſe nunquam tam docile ingenium, & memoriam viuaciorem in aliquo homine conſpexiſſe. Alphabetum enim, & orationem Dominicam, cum ſalutatione Angelica, Symbolum quoq; Apoſtolorum, Confeſſionem altaris, benedictionem cibi, & potus in ſeptem diebus perfectè didicit, ac memoriæ tenaciſſimè cõmendauit. Sed & libros linguæ Teutonicæ poſt hæc à ſemetipſo legere perfectiſſimè in vno menſe aſſueuit. Videntes autem amici, & maximè ſacerdotes, tantum ingenium iuuenis, & amorem ad literas, patruo eius Petro de Mõtegentili, viro maturo, atque ſeuero perſuaſerunt, quatenus quid ſibi tam vehemens literarum cupiditas in eo prętenderet, experiretur. Conſenſit ille, & ſe tutorem iuuenis (quia patruus) reclamante vitrico, in medium exhibuit, & iam deinceps patrimonij eius rationem habere cœpit. Sed quod verbera, quot iniurias, quot contumelias iuuenis innocuus à vitrico ſuſtinuit, quot imbres lachrymarum effudit, priuſquam iugum eius omni ſeruitute crudelius ſubterfugere potuerit: Euaſit

Ardor literarũ in Io. Trith.

Memoria felix in eodem puero.

Conſtantia in deuoranda amore literarum omnibus moleſtijs

ſit tādem domum nouercam, ſicut Iſraelitica turba Ægyptū, & iter trium dierum amore literarū in deſerto peregit; primum apud Treuiros, deinde in partibus inferioribus, ac poſtremo in oppido Heydelbergenſi; & ſic via trium dierum in terra aliena (ſicut diximus) peracta, tandem ſe in præſenti cęnobio Domino Deo in holocauſtum perpetuum immolauit. Factus autem monachus, inter fratres, ſine querela conuerſatus eſt, ſtudiumq; literarum & ſolitudinem cellæ omnibus delicijs huius mundi prætulit, nihilque in hoc mundo amplius quam ſcientiam ſcripturarum ſiti re videbatur. Viſionem autem quam habuit, talem (eo reuelante) fuiſſe cognouimus. Ad vnius anni ſpatium ieiunijs & orationibus continuis duo quędā maxima à Domino Deo cum maxima intentione poſtulauit, quorum alterum fuit ſcientia ſcripturarum, alterum nulli vnquam ſe manifeſtaſſe dixit. Ecce quadam nocte iuuenis claro habitu ſibi dormienti aſtare viſus eſt, qui habebat duas tabulas in manibus, quarum altera ſcripta literis, altera depicta quibuſdam imaginibus fuit, qui dixit ad eum: Elige ex his duabus tabulis vnam quam volueris. Qui mox amore literarum, quas adhuc penitus, illo tempore ignorabat, etiam dormiendo flagrans, eam tabulam, quæ ſcripta videbatur, elegit. Cui iuuenis, qui apparuerat, dixit: Ecce Deus orationes tuas exaudit, dabitq; tibi vtrumque quod poſtulaſti, & quidem plus quam petere potuiſti. Altera mox die, nihil eo de viſione cogitante, mirabili occaſione data fuerunt principia literarum cupienti.

Tritheminus fit monachus.

Viſio Trithemij et ſcientia impetratio.

TIT. XLV. De tertio dono Spiritus ſancti: nempe dono Intellectus, per quod ſic illuminatur mens noſtra, vt perfectiùs intelligat & penetret veritatem fidei, & diuinorum myſteriorum, quæ per lumen naturale noſtri intellectus cognoſcere non poſſumus.

Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. Luc. 24.

EXEMP. I. *Equitius Abbas diuinitus accepit donum intellectus & prædicationis.*

QVidam verò Felix nomine Nirſiæ Prouincię nobilis, pater huius Caſtorij, qui nunc nobiſcum in Romana vrbe demoratur, cum eundem venerabilem virum Equitium ſacrum ordinem non habere conſpiceret, & per ſingula loca diſcurrere, atque ſtudioſè prædicare, cum quadam die familiaritatis auſu adijt dicens: Qui ſacrum ordinem non habes, atque à Romano Pontifice, ſub quo degis, prędicationis licentiam nō accepiſti, prædicare quomodo præſumis? qua eius inquiſitione cōpulſus vir ſanctus indicauit, prædicationis licentiam qualiter accepit, dicens: Ea quę mihi loqueris, ego quoque mecum ipſe pertracto. Sed quadam nocte ſpecioſus mihi per viſionē iuuenis aſtitit, atq; in lingua mea medicinale ferramentum, id eſt, flebotomum poſuit, dicens: Ecce poſui verba mea in ore tuo, egredere ad prædicandum. Atque ex illo die etiam cum voluero, de eo tacere non poſſum Petrus. Vellem etiam patris huius opus agnoſcere, qui fertur talia dona à Deo percepiſſe. Gregor. Opus, Petre, ex dono eſt, non donum ex opere, alioquin gratia iam non eſt gratia. Omne quippè opus dona præueniunt, quamuis ex ſubſequenti opere ipſa etiam dona ſuccreſcunt.

B. Greg. li. 1 Dialog. c. 4.

Licentia prædicandi Equitij ſine ſacru ordinibus.

II. *Sutor monoculus maior fide, & dono intellectus præditus, quam cæteri Chriſtiani, montem transfert, & Rex Tartarorum ad fidem conuertitur.*

ANno Domini CXXV. Caliphus Rex Tartarorum conatus eſt extirpare Chriſtianos de regno ſuo, quia Chriſtiani mixti habitabant inter Paganos,

Ex lib. exempl. diſt. 9. exemplo CXLV.

ganos. Vnus autem de conſiliarijs ſuis conſuluit Regi, vt omnes vinceret ex Euangelio. Nam Chriſtus Deus Chriſtianorũ locutus eſt: Si quis Chriſtianus non hæſitauerit, & dixerit monti huic; Tollere & mittere in mare, fiet ei. Qui cõuocauit omnes Chriſtianos, quæſiuit ſi verbum Chriſti & Euangelium verum ſit? Reſpondentibus omnibus, quod ſic, ſtatim comminatus eſt eis, quod niſi infra decem dies hoc facto oſtenderent, omnes perirent. Tũc Epiſcopus & Sacerdotes conuocauerunt Chriſtianos, & indicto ieiunio per triduum, & orationibus intẽdentes, rogauerũt Dominum Ieſum Chriſtum, vt ſuis fidelibus ſuccurreret. Et reuelatũ eſt cuidam Epiſcopo deuoto, quod ſutor monoculus dignus eſſet proferre illa verba, & populũ Chriſti de periculo cruere. Qui ex humilitate renuit, & ſe peccatorẽ eſſe aſſeruit; tamẽ ex obediẽtia, pręcepto ſe ſubmiſit. Et Chriſtiani ex vna parte ſteterũt, & crucem Chriſti ſecũ habuerunt, & Caliphus ex alia parte cũ ſuo populo, qui fuerat paratus ad occidendũ Chriſtianos. Orauit autẽ ſutor flexis genibus, ne Chriſtus tot Chriſtianos necari permitteret, & præcepit mõti, vt ſe tolleret; quod & ſtatim factũ eſt. Quo viſo Rex baptizatus eſt, & plures cũ eo, & ſic fides roborata eſt & augmentata.

Ieiuniũ tridui ad pericula euitãda.

Fide mõtes transferuntur.

III. *B. Ignatius Soc. Ieſu fundator maximorum fidei myſteriorum intelligentia illuſtratur.*

Pet. Maffeius l. 1. vita B. Ignatij c. 7.

QVodam die dum indicta publica ſupplicatione Minoreſſæ religioſum agmen inſtruitur, & Ignatius interim Beatiſſimæ Virgini pſallit, inſiſtens gradibus templi Dominicani; ſubito in Deum ita rapta mens eius eſt, quaſi per appoſita quędam & maximè illuſtria ſymbola, Trinitatis ipſius numen auguſtiſſimũ cerneret diſtinctum perſonis, vnum eſſentia. Qua viſione tanto gaudio eſt delibutus, vt neque in ipſo mox agmine lacrymis & ſingultui crebro temperare valuerit, neque vero totum eum diem alia vlla de re, niſi de ſanctiſſimo illo fidei Chriſtianæ myſterio diſputare, idque tanta ſimilium, & exemplorum varietate & copia, vt cuncti obſtupeſcerent. Quin etiam per eos ipſos dies non dubitauit homo literarum propemodum ignarus librum de Trinitate conſcribere quoquo potuit ſtylo. Vſq; adeo cæleſtes typi, quos diximus, in eius memoria atque intelligentia diuinas illas rerum altiſſimarum notiones impreſſerant. Ac licet antea quoque & monadem in triade, & in monade triadem ſanctiſſimè coleret, ſuaſque & naturæ diuinæ communiter & ſeparatim ſingulis perſonis preces hymnoſq; perſolueret: ab hoc tamẽ raptu longè ſtudioſior & ardentior euaſit in eodem officio pietatis: eamq; laudabilẽ conſuetudinem ad extremum vſq; vitæ retinuit, ſic vt præcipuã caperet voluptatem, & proprio quodam ſenſu rerum cæleſtium afficeretur, quotieſcumque ſanctiſſimæ Trinitati ſacra perageret. Neq; vero fuit hic finis mirabiliũ viſionum: ſiquidẽ rurſus per ſignificationes arcanas & myſtica quædam exempla, oblatus eſt eius mẽti modus ipſe, quẽ in huius vniuerſitatis molitione ſummus ille rerũ opifex tenuit. Quas illuſtrationes atq; doctrinas, vt omnino vires naturales excedunt; ſic poſtea negabat Ignatius poſſe verbis adũbrari, nedum exprimi. Pręterea cum ſacrificio Miſſæ in eodem templo Dominicano intereſſet, dum à ſacerdote de more hoſtia ſalutaris attollitur, apertiſſimè vidit Ignatius illa ſpecie Chriſtum Deum eundem, & hominem veriſſimè contineri. Ita Maffeius.

Ignatius ex cæleſti raptu ſcripſit librum de Trinitate.

Modus creationis mundi Ignatio cælitꝰ pateſcit.

Eidẽ ſacrificãti Sacroſancta Chriſti incarnatio diluceſcit.

TIT. XLVI. De dono Conſilij, quod eſt quartum donum Spiritus ſancti, quo ex peculiari inſtinctu, & auxilio Spiritus S. inducimur ad ſuauiter cognoſcendum res difficiles, quæ nobis agendæ ſunt ad Dei gloriam, noſtram, ac proximorum ſalutem.

Gen. 19. *Loth, qui iuxta conſilium angeli nol luit ſtatim in montem aſcendere, cum proprijs filiabus peccauit.*

Ibid. *Idem monitus ab Angelis, vt de Sodomis exiret, & generos ſuos ſecum duceret, hoc illis indicat: ſed viſus eſt eis quaſi ludens loqui, ac proinde cum ipſis Sodomitis perierunt: vxor autem eius retro reſpiciens, verſa eſt in ſtatuam ſalis.*

Gen. 43. *Iacob, licet inuitus, permiſit tamen abduci Beniamin filium dilectum, propter neceſſitatem commeatus, ita ſuadentibus reliquis filijs ſuis.*

Iudith. 6 *Cùm Holofernes Achioris cōſilium ſperneret, cum exercitu cæſus eſt.*

Matt. 27 *Pilatus vxori conſulenti, ne quid negotij haberet cum Chriſto Domino, magis timēs Cæſarem, quam pietatem offendere, parere noluit.*

Act 19. *Commota ciuitate Epheſina, Paulus prudenter acquieuit conſilio amicorum, qui rogabant eum, ne prodiret in theatrum.*

Act. 27. *Idem Paulus Romam vinctus deductus, periculoſam nauigationem fore diuinitus cognoſcens, in Creta inſula ſubſiſtendum iudicabat. At cum Centurio plus nautis quam Paulo crederet, tandem ad Melitam in mari Adriatico grauiſſimum ſunt paſſi naufragium.*

EXEMP. I. *Selymus vſus conſilio bono euadit victor.*

Io. Caſſinianus in Caſario. SElymus Anthomanus, decimus Turcarum Cæſar, minor natu Baiaſetis filius, contra fratrem Athmatum in Bithynia pro Imperio pugnaturus erat: Erat verò tunc in caſtris Selymi Chriſtianus quidam miles ex Germanis, captiuus, Imperatori ob ſingularem prudentiam plurimū charus: qui Selymo perſuaſit, vt largiſſimo donatiuo animos militum ſibi conciliaret, ne voluntate mutata, deficerēt ad fratrem victorem. Cui Selymus obſequutus, nunc viginti millia, nunc quadraginta millia nūmum ſparſit inter milites: eoſque ita ſibi deuinxit, vt Athmatus abſque prælio fuerit ſuperatus.

II. *Illuſtre exemplum S. Franciſci acquieſcentis conſilio Spiritus ſancti.*

S. Bonau. in eius vita. EST in hoc genere illuſtre exemplū S. Franciſci. Cùm enim aliquando hæc cum anceps cogitatio diutius torqueret, vtrum ſe penitùs ſolitudini, & cōtemplationi traderet, an etiam proximorum ſaluti, quod pro vtraq; parte rationes occurrerent, neque vt ſolebat, ſuper hac re vllam à Deo reuelationem accepiſſet, hoc inijt conſilium. Miſit ad S. Claram, & ad ſacras eius ſorores, miſit etiam ad Syluestrum fratrem ſuum, qui tum in quodam monte ſolitarius agebat, vt Domini placitum precibus inquirerent, ſibiq; indicarent. Redeuntem porro ab vtriſque nuncium, quaſi à Deo veniētem, Deique mandata ſibi deferentem, ita excepit. Primum enim manibus ſuis pedes ei lauit, deinde cęnam ipſemet inſtruxit, poſtremò etiā ex domo in proximum montem eduxit, quo cùm veniſſet, aperto capite, genibus flexis, manibus etiam crucis ritu cancellatis: Quid, inquit, facere me iubet Dominus meus Ieſus Chriſtus? Cùm expoſuiſſet reſponſum, vt proximis quoque operam nauaret, ita illud accepit, ita etiam exequutus eſt, vt illicò, nulla iniecta mora; ex eodem, vbi conſtiterat, loco, ac ne domum quidem reuiſens, tam rapidè profectus eſt, vt nec ipſam viam quæreret, vadens per medios campos, denſaſque ſyluas, quà nullum iter patebat. *Hoſpitalitas, & charitas, & humilitas S. Fräciſci. Dei voluntas propere exequenda.*

III. *Plerique conſilia petunt de rebus huius ſæculi, rari de rebus æternis.*

In eius vita. CVm pleriq; aulici ad P. Frāciſcum Borgiam quartum Gandienſium ducem, poſtmodum Societatis Ieſu Sacerdotem, & quartū eius ordinis Præpoſitum generalem confluerent, vt

ſuis

ſuis potius rebus,quam animorum ſaluti conſulerent, dicere ſolitum accepimus: Quam pauci mortales ex vrbe Hieruſalem huc commeant, plerique omnes ex Ægypto veniunt, vt noſtra opera ditiores potius, quam meliores fiant. Reſpiciebat ad Antonij Abbatis dictum diuinitus, de quo Palladius memoriæ prodidit, è Macario rogare conſueuiſſe, cum abſentem ſe quæſiuiſſent, ex Ægyptone, an Hieroſolymis veniſſent: Hos Chriſti gloriam,illos ſua tantum commoda ſectari ſignificans.

Lauſiaca hiſt. c 26.

IV. *Franciſci Borgiæ monita deſpiciens diuinitus punitur.*

In vita Fráciſci Borgia l. 4 c.4.

REgulus quidam Hiſpaniæ à filio diſſentiēs grauiter, ſegregarat ſe, vt ne aſpectum quidem eius ęquo animo ferret. Franciſcus, qua erat pietate, ad concordiam reuocare alloquijs ſtudens,hortatur, parētem ſe eſſe meminiſſet: filium ad ſe recipiendo,quod ſe dignum eſſet, facturum. Ille indignabundus vultu terrebat,miſſum faceret illum ſermonem. Igitur verbis Franciſcus repulſus, ad ſummum parentem Deum confugiendum ratus, pacem venerans precatur: venatum ille mox abijt, & ardenti febri correptus, lectulo affixus iacuit. Poſt in mentem venit morbo ſe iuſte puniri, quod ſana pij hominis conſilia repuliſſet. Franciſcum eueſtigio arceſſit, veniam obteſtatur; illiuſque ſe fidei committit,& cum filio quamprimum in gratiam redit.

Peccatū morbi cauſa.

TIT. XLVII. De dono Fortitudinis,quo Spiritus ſanctus nobis adſiſtit,vt animosè aggrediamur omne periculum,omnemq; aduerſitatem mundi toleremus, quo perueniamus ad finem,quæ eſt vita æterna.

S. Petrus Apoſtolus concepto Spiritu S. Chriſtum, quem prius negarat fortiter prædicat.

Matt. c. 28. Act. 2.

EXEMP. I. *Cæcilia fortiter ſtat pro caſtitate.*

HOc dono illuſtrata fuit B. Cæcilia virgo Romana, quæ cum Valeriano, & iuueni & cupido deſponſata eſſet inuita, & iam thalamum cum ſponſo ingreſſa, de fide Chriſti & caſtitate diſſerens; non modo Valerianum à vi inferenda cohibuit, dum ſolidis argumentis caſtitatem matrimonio ſanctiorem eſſe oſtendit, verum etiam Tiburtij ſponſi fratrem ad Chriſtianam religionem amplectendum compulit.

In eius vita apud Laurent. Sur.

II. *Sancta Catharina fortis eſt pro fide.*

S. Catharina virgo & Martyr, Coſti Alexandriæ Regis filia, ſacris literis,partim ſtudio, partim diuini Spiritus afflatu imbuta, philoſophos doctiſſimos vndiq; accerſitos ad perſuadendam idololatriam, refellendamq; vnius Dei viri religionē, Spiritus ſancti virtute ita confutauit, & fecit, vt eorum multi Chriſto nomina darent. Ceſſit mundi ſapientia ſapientiæ diuinæ:& qua ſola diſſerendi ac diſputandi arte gloriabantur Sophiſtæ, eam quoque diuino virginis acumini ſubmittere fuere coacti.

In eius vita apud Laurent. Sur.

TIT. XLVIII. De dono pietatis, ſexto dono Spiritus S. per quod honoramus Deum & ſanctos;& habemus cor benè affectum erga proximos propter Deum.

EXEMP. I. *Pietas Sancti Trudonis.*

S. Trudo etiamnum puer, primos iam virtutis fructus proferebat. Cumque is ſuperbi ſanguinis multa generoſitate polleret; maior tamen ei diuini amoris & virtutum ardor, atque ſtudium inerat, adeo vt quandoque voto ſe obligaret, ſi Chriſto opitulan-

Notger. Epiſcop. Leod. qui claruit an 850. in vita S Remacii c 6. Sur. 3 Sept. to. 5.

Votum S. Trudonis Deo acceptum.

tulante ſacras didiciſſet literas, ſe in fundo ſuo Eccleſiam exædificaturum, illic Domino perpetuò ſeruiturum, & quos poſſet, ad Dei cultum, & miniſterium ſibi ſocios aggregaturum. Atque eo flagrans deſiderio, nocturna viſione afficitur, & Angelica conſolatione hunc in modum confirmatur: Noueris frater, inquit Angelus, ea vota, quę Chriſto puer nuncupaſti, illi eſſe grata, preceſque illum admiſiſſe tuas: nec dubites, quin quod pręueniens tibi adſpirauit, etiam adiuuando ſit proſecuturus, & affectũ perducturus in effectũ. Ille, inquam, ſapientia ſua imbuet cor tuũ, & erudiet te præceptis ſuis, & legem ſuã inſcribet pectori tuo. Porrò autem etiã ad Eccleſtaſticæ dignitatis munia eueheris, multoſq; Chriſto, & Eccleſiæ eius filios tuis verbis & exemplis generabis. Atque vt de his certior efficiaris, beatum Remaclum adito, qui non procul hinc abeſt. Illi Deus reuelauit, quid tibi faciendum ſit. Ille diriget eò greſſus tuos, quò tu tantoperè aſpiras.

Angelus S. Trudoni prædicit ipſi euentura.

II. *Pietas eximia Sancti Franciſci.*

D. Bonau. in vita eius c. 8.

PIetatis dono inter pios maximè excelluit B. Frãciſcus Aſſiſinas Franciſcanorum parens: ipſum enim pietas totum transformabat in Chriſtum; Animas peccatorũ deplorabat, quod ſanguine Chriſti eſſent redẽptæ; Prædicatores Verbi maximè venerabatur, quod ſemẽ fratri ſuo, id eſt, Chriſto reſuſcitarẽt; Benedicebat illos, qui ita loqui didiciſſent, vt verbis ſuis alios ad Chriſti amorem inducerent. Si quid penuriæ aut defectus (extra culpæ crimẽ intellige) in aliquo cerneret, pij cordis dulcedine regebat in Chriſtum; Aiebat ſocijs: Dum pauperẽ vides ò frater, ſpeculum tibi proponitur Chriſti. Ipſeq; in pauperibus omnibus Chriſti effigiem cõtemplabatur. Animalcula quælibet ex pietate fratres & ſorores appellans, ea viſceroſiùs amplexabatur, quæ Chriſti manſuetudinem referunt; Redemit interdum agnos, qui ducebantur ad mortem, illius memor agni mitiſſimi, qui ad occiſionem duci voluit pro peccatoribus redimendis; Sui agniculum, in quo Chriſtum infantẽ recognoſcebat, necanti crudeliter, maledixit, & mortua eſt; Nomen Ieſus cum exprimeret, vel audiret, iubilo quodam repletus interiùs, totus videbatur exteriùs alterari, ac ſi mellifluus ſapor guſtum, vel harmoniacus ſonus ipſius immutaſſet auditum.

Pauperes ſunt Xpi ſpeculũ

Maledictio S. Frãciſci efficax.

III. *Caroli Magni in Deum & religionem pietas.*

Io. Naucl. vol. 2. Chrono. gr. gener. 28. ſub ann. Do. 811.

CAroli Magni pietas minimè hoc loco prætereunda. Chriſtianam enim religionem, qua ab infantia fuerat imbutus, ſanctiſſimè excoluit, Eccleſiam manè & veſperi, item nocturnis horis, & ſacrificij tẽpore, quoad valetudo corporis permiſit, impigrè frequentabat, conabaturq; magnoperè, vt omnia quæ in ea gerebantur, cùm maxima fierent honeſtate, æditos creberrimè commonens, ne quid indecens aut ſordidũ inferri, vel in Eccleſia remanere permitterent: ſacrorum vaſorum ex auro & argento, veſtimentorumq; ſacerdotalium tantam comparauit copiam, vt nemo in miniſterio habitum priuatum habere permitteretur: legendi atq; pſallendi diſciplinam emendauit diligentiſſimè, erat enim in vtroque peritus, quamquam ipſe nec publicè legeret, nec niſi ſubmiſſe, & in communi cantaret.

Nitoris templorũ cura.

IV. *Diſcipulorum S. Mamantis in Deum pietas.*

Simeon Metaph. in vita eius c 6. apud Surium 17 Auguſt. to. 4

AVrelianus Romanorum Imperator, & Chriſtianorum oſor, cogebat omnes ſacrificare dæmonibus, non ſolum viros & mulieres, ſed etiam pueros. Maximè autem ei curæ erant pueri. Exiſtimabat enim ſe facilè eos eſſe inducturum propter ætatis teneritatem. Sed alii quidem pueri reuera cedebant voluntati Imperatoris: qui autem cum Maman-

te ventitabant ad ludum literarium, imitabantur ipſi quoque canam pueri prudentiam, & nec verba quidem audire neceſſe habebant. Quotidie enim docebantur honeſto illo pulchri Mamantis ſpectaculo & exemplo, ſolum verum agnoſcere Deum vniuerſi opificem, & ei rationale animorũ offerre ſacrificium: eos autem, qui ab impijs & colũtur, & adorãtur dij, nugas exiſtimare, & plenos probro & dedecore.

Bona ſodalitatis fructus.

V. *De pietate Beati Petri Damiani.*

Hier Ramen l. 5 hiſtoriog Aloyſ. Lippom. to 8 & Sur. 22 Febr. to. 7

HOc loco nequaquam videtur ſilentio inuoluenda B. Petri Damiani S.R. E. Cardinalis, & Epiſcopi Oſtienſis in proximũ pietas: cùm enim quadã die, vna cũ ſuo ſodali, cuius opera vtebatur, pranderet, neque extra vnicũ ex ſimilagine tritici panẽ quicquã haberet, ſodaliq; qui eodem cibo vti conſueuerat, cibarius & ſecundarius panis eſſet appoſitus, ſecum loqui cœpit: [Chriſtus ad menſam meã inferior mihi eſt:] iamq; his atq; alijs animo repetitis, cum panẽ cũ illo mutare decreuiſſet, pudore tamen retractus eſt. Itaq; comedentem pauor ſenſim arripuit, & horror corripuit viſcerum, tandemque piſcis, quæ tranſuerſa in gutture inhærebat, ſpina, nullis cedens remedijs ſtrangulabat, cum id ſibi ob panem ex ſimilagine ſodali minimè tributum accidiſſe exiſtimans, commutato pane, primo eius bolo conualuit: quamobrem ſupra quam dici poteſt lætus aperuit cunctis miraculum.

Chriſtus in proximo cogitandus.

VI. *De B. Macrina erga matrem pietate.*

D Greg. Nyſſen. ĩ vita eius, apud Surium 19. Iul. cap. 5.

CVm B. Macrina virgo, diui Gregorij Nyſſeni Pontificis ſoror, ad matrimonium ineundũ inſtigaretur, abſurdum & iniquum eſſe reſpondit, ſibi non permitti, vt illud coniugium coleret, quo ſemel à patre deuincta eſſet: ſed ad alterum cogi reſpicere, cum vnum natura ſit matrimonium, quem admodũ vnus ortus & vna mors. Eum verò, cui à parentibus fuiſſet deſponſa, non eſſe mortuum contendebat, ſed ſpe reſurrectionis, Deo viuere. Quapropter eum nõ obijſſe, ſed peregrè profectũ eſſe iudicare, & nefas fore, ſi peregrinanti ſponſo fidẽ non ſeruaret. Eiuſmodi rationibus repellens eos, qui ſibi perſuadere conabantur, decreuit in illo, quod ſibi propoſuerat, perſtare, ac ne momento quidẽ tẽporis à latere matris vnquã diſcedere. Quamobrem ei ſæpè dicebat mater, ſe reliquos liberos in vtero tẽpore quodam præfinito geſſiſſe; illã vero perpetuò in viſceribus ſuis quodã modo circunferre. Filiæ tamẽ conuictus nec laborem matri, nec damnum afferebat. Quin etiã officioſa eius ſedulitas multarũ ancillarum inſtar erat, & mutua quædã inter eas vigebat remuneratio. Siquidem altera cuſtodiebat animum filię, altera corpori matris inſeruiebat, eique in reliquis officiis omnibus miniſtrabat, vt propriis etiam manibus matri panem præberet. Quæ tamẽ illi præcipua cura non erat: ſed poſteaquã ſacris officiis ſatisfecerat, exiſtimans id ſuo vitæ inſtituto conuenire, ex labore ſuo matri victum ſubminiſtrabat.

B. Macrina in refutandis nuptijs ſapientia.

Mirifica matris et filia coniũctio & dilectio.

VII. *Pietatem riſu & confabulationibus deſtrui oſtendit Petr. Damian. Cardinalis.*

Pet. Damian. ep. ad Alex. & Hildebrand. Baro. to. 11. ann. 1061. 49.

PEtrus Damianus Eccleſiæ ſui temporis ſtatum deplorans hæc ſcribit: Fuit olim, ſed iam elapſum eſt tẽpus, vt modeſtiæ pudor, mortificationis inſigne, digna ſeueritas, & ſacerdotalis ingenii valeret ſeruari cẽſura. Nã vt me ſolũ dignè coarguam, videtis ipſi, quia protinus vt ad vos veni, ecce ſales, ecce facetię, lepores, vrbanitates, dicacitates, volumina quæſtionũ, omneſq; verborum inanium peſtes inſolenter erumpunt, quæ nos non iam ſacerdotes, ſed potius oratores & rhetores, ſiue (quod inhoneſtũ eſt) ſcurras oſtendunt. Mox enim vt verba conferimus, paulatim quędã lenocinia confabulationis adulterinæ ſubrepunt, & om-

Colloquiorũ inutiliũ etiam modeſtorum dãna.

omnē animi vigorem indecēter emolliunt, & ſeueritatis robur in excuſſum riſum, et turpes iocos diſſoluunt. Hinc eſt, quod animus extra ſe ſparſus confunditur, acies cordis obtunditur, lux diuini amoris extinguitur, terror in alios & reuerentia ſacerdotalis amittitur; & quod periculoſum eſt, rectè viuendi linea, quæ aliis ad exemplum proponēda fuerat, non tenetur. Quod ſi nos pudore, vel metu hæc declinare contendimus: mox inhumani, rigidi, & quos Hyrcanæ genuerunt tigres, ſaxei iudicamur.

TIT. XLIX. De ſeptimo dono Spiritus ſancti, dono videlicet Timoris, per cuius aſſiſtentiam, malum (præſertim culpæ) & quæ ad ipſum inducunt, fugimus.

Exod. 1. *Timebant obſtetrices Dominum, & proinde ædificauit illis domos.*

Exo. 19. & 20 *A filijs Iſrael timorem eſſe retinendum voluit Dominus, dum cum tonitruis, igne & ſignis terribilibus legem Moyſi dedit.*

3. Reg. 8. *Abdias diſpenſator domus Achab timebat Dominum Iſrael valde: nam cum interficeret Iezabel Prophetas Domini, tulit & ille centum Prophetas, & abſcondit, & pauit.*

Tob. 1. *Tobias ſenior ab infantia filium ſuũ timere Dominum docuit, & timentes Deum ad conuiuium ſuum fecit vocari. Sequitur; Plus timens Deum, quam Regem, rapiebat corpora occiſorum & ſepeliebat.*

Iob 1. *Inter ea, propter quæ commendatur Iob, præcipuè eſt timor Dei, vnde ipſe dixit, ſemper enim quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum.*

Act. 9. *Poſt conuerſionem D. Pauli ſcriptum eſt: Eccleſia ædificabatur ambulans in timore Domini, & conſolatione Spiritus ſancti replebatur.*

Act. 10 *Occaſione Cornelij Deum timentis, dixit Petrus: In omni gente, qui timet Deum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi.*

EXEMPL. 1. *Quomodo per tonitrua, tempeſtates & fulmina Deus incutiat timorem hominibus.*

INter varia virtutum merita, quibus inſignitus erat Ceadda in Mertiorum Prouincia Epiſcopus, in tantum erat timori Domini ſubditus, in tantum nouiſſimorum ſuorum in omnibus operibus ſuis memor, vt ſi eo forte legente, vel quid aliud agente, repentè flatus venti maior aſſurgeret, cōtinuò miſericordiam Domini inuocaret, & eā generi humano propitiari rogaret. Si autem violentior aura inſiſteret, iam clauſo codice procideret in faciem, atq; obnixius orationi incumberet. At ſi procella fortior aut nimbus perurgeret, vel etiam coruſci ac tonitrua terras & aera terrerēt, tunc veniens ad Eccleſiam ſollicitus orationibus ac pſalmis, donec ſerenitas aeris rediret, fixa mente vacaret. Cumque interrogaretur à ſuis, quare hoc faceret: Reſpondebat, non legiſtis? [Quia intonuit de cęlo Dñs, & altiſſimus dedit vocem ſuam miſit ſagittas ſuas, & diſſipauit eos: fulgura multiplicauit, & conturbauit eos?] Mouet enim aera Dominus, ventos excitat, iaculatur fulgura, de cęlo intonat, vt terrigenas ad timēdum ſe ſuſcitet, vt corda eorū in memoriā futuri Iudicii reuocet, vt ſuperbiam eorum diſſipet, et cōturbet audaciā, reducto ad mentem tremēdo illo tempore, quando ipſe cælis & terris ardentibus vēturus eſt in nubibus, cum poteſtate magna: & maieſtate ad iudicandos viuos & mortuos; propter quod oportet nos admonitioni eius cęleſti debito cum timore & amore rñdere, ut quoties aere commoto manū ad feriēdum quaſi minitans erexerit; nec adhuc tamen percutit, mox eius imploremus miſericordiam, & diſcuſſis penetralibus cordis noſtri, atq; expurgatis

S. Beda li. 4. hiſt. Ang c. 2

Nouiſſimorū memoria.

Pſal. 17.

Iudicij extremi memoria.

Aeris tēpeſtates pœnitētia ſunt inſtrumenta

purgatis vitiorum ruderibus, ſollici-ti ne vnquam percuti mereamur, agamus.

II. *Quantus fuerit timor Dei in Comite Godefrido.*

In vita eius apud Sur c 1. & 2. Ianuar die 13 to 7. *Subditorum peccata redundant in Domnos.*

GOdefridus comes Cappenbergenſis, vir ſumma manſuetudine, & gratia ſingulari, conſiſio prudens, & in militia ſtrenuus, ſed militandi Regi immortali, & cum illo ferendæ crucis cupientiſſimus: cum aliquādo ſuos videret aliena diripere, & prædas agere, ſic Dominum eſt deprecatus: Obſecro immenſam bonitatem tuam, bone Ieſu, vt me è medio iniquitatis huius eripias, & in die iudicij purum & immaculatum me tibi exhibeas. Scio.n. æquiſſime iudex, in meum redundare caput, quicquid à meis delinquitur, & ſi quid à me diſſimulatum erit, te id ſeueriter vindicaturum. Cum adhuc ſæculari tegeretur habitu, bellum ei fecere ciues Monaſterienſes. Itaque quidam ex miniſtris eius cum multis alijs multa pecora abegit, & cum illa præda, ſtante in porta Comite, gloriabundus aduentabat. Sed vir pius, iuſtitiæ tenax, vbi cognouit quid ab illo eſſet actum, animo commotus ait ad ſeruos ſuos: Ite ad nefarium illum raptorem, diciteque illi, ne ſit auſus vnquam in meum venire conſpectum, niſi prius ſatisfaciat eis, quos præter ius faſque læſit, reſtituatque prædam vniuerſam. Etſi enim ciues Monaſterienſes in præſens nobis, fortaſſis non abſque culpa noſtra, infeſti ſunt, non tamē debuit temerarius ille homines ruricolas & innocentes ſub noſtri nominis prætextu vexare & affligere. Hæc poſtquam ille reſciuit, ſingulis quibuſque rés ablatas anxiè reſtituit.

Godefridus Comes raptorem à cōſpectu arcet.

Vexatio dat intellectum.

TIT. L. *De octo beatitudinibus, ſeu benedictionibus Euangelicæ legis, ſic dictis, quod nos in hac vita verè beatos efficiant.

De i. Beatitudine, ſc. Pauperum ſpiritu.

Pauperes hoc loco cenſendi ſunt ij, qui Spiritus ſancti impulſu, vel voluntate ſpirituali, actu, & re ipſa paupertatem amplectuntur, ſiue cum votis, ſiue ſine illis; ſiue actu mendicent, ſiue non; ſed viuant, vel ex oblatis eleemoſynis, vel ex communibus Religionis redditibus. Deinde, qui promptiores ſunt omnia relinquere, quam Deum offendere. Qua ratione pauperes ſpiritu eſſe debent Chriſtiani omnes.

Nabuchodonoſor Rex Babyloniæ pauperes dimiſit in terram promiſſionis; diuites autem & nobiles tranſtulit in regnum Babel. *Ierem. 39. & 4. Reg. 35.*

Ea benedictione donabatur Elias Propheta, quando magna inopia preſſus petijt à vidua Sareptana, vt daret ei paullulum aquæ cum bucella panis. *4. Reg. 4.*

Filij Prophetarum ſub Eliſæo in magna paupertate viuebant, qui parum de pane, & inſipidum pulmentum habebant. *4. Reg. 4.*

Chriſtus Dominus hoſpitium à Zachæo emendicauit. *Luc. 19.*

Idem à muliere Samaritana aquā bibendam poſtulauit. Lazari ad ianuam diuitis ſtipem mendicantis à Chriſto Domino inedia commendatur in Euangelio. *Ioan. 4.*

EXEMP. I. *Gregorij Magni diuitiæ cur Eremitæ paupertati non poſtponantur.*

Io. Diacon l. 10. vita Gregor Papa c. 40.

EREmitarum quidem, vir magnæ virtutis, qui nihil in mundo poſſidebat præter vnam cattam, quam blādiens crebro quaſi cohabitatricem in ſuis gremijs refouebat, cognoſcens, oraſſe fertur ad Deum, vt ſibi oſtendere dignaretur, quam futuræ remunerationis manſionem ſperare debuiſſet, qui pro illius amore ſeculum deſerēs, nil ex eius diuitijs poſſideret. Cumq; nocte quadam dormiret, cognouit ſibi reuelatum fuiſſe, vt cum Gregorio

Romano Pontifice manſionē ſibi præparandam ſperare debuiſſet. At ille fortiter ingemiſcens, parum ſibi profuiſſe voluntariam rerum inopiam, tantique ſuæ remotionis ieiunia putabat, vt cum eo manſionem reciperet, qui tantis mundialibus diuitijs redundaret. Cum vero Gregorianas diuitias ſuæ paupertati die noctuque ſuſpirando conferret, alia nocte quieſcens, audiuit ſibi Dominum in ſomnis dicentem: Quando diuitem non poſſeſſio faciat diuitiarum, ſed cupido, cur audes paupertatem tuam Gregorij diuitijs cōparare: qui magis illam cattam, quam habes, quotidie palpando, nullique conferendo diligere comprobaris, quam ille, qui tantas diuitias non amando, ſed contemnendo, cunctiſq; liberaliter largiendo diſpergit. Ita ſolitarius Deo gratias retulit.

Diuitem non opes, ſed cupiditas facit.

II. *Paupertas Ioannis Patriarchæ Alexandrini.*

Io. Diac. in vita D. Greg. Magn l. 2 c. 60. Bernar. Roſig. de act. vir. l. 1. c. 20.

IOannes Patriarcha Alexandrinus (qui pauperes dominos ſuos appellabat) non eſt hic ſilentio inuoluendus: cum enim ex hac vita migraret, haud parum lætatus fuiſſe dicitur, dū gratias Deo ageret, quod morienti ſibi nihil ſupereſſet præter vnum nummum, quem ſtatim indigēti dari præcepit. Annuum quippe illi patriarchatus vectigal, annuæ in egenos eleemoſynæ erant, nihil ſibi reſeruanti præter Chriſtum. Neque enim quicquam aliud ſuum eſſe aiebat: aſſerens, ideo ſacerdotibus neque poſſeſsionem, neq; partem, neque hæreditatem inter reliquas tribus datam, quoniam pars & hæreditas & poſſeſsio eorum eſt Dominus. Væ ergo vobis (ait Amos Propheta) qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, optimates capita populorum, ingredientes pompaticè domum Iſrael.

Domin' poſſeſſio ſacerdotum.

III. *S. Burchardi Vvormatiæ Epiſcopi ditiſſima paupertas.*

In vita eius per auctorē contēporalē, in præambulū ad libros decret. Baro. to. 11. an. Chriſti 1025. Moribūdi egregia parāneſis.

BVrchardus Vvormatienſis Epiſcopus, ex hac vita migraturus hęc ad ſuos: [Heſterno die, inquit, vnus fui ex ditiſsimis: ſed iam expecto, qđ mox futurus ſim, vt ſtercus & cinis. Talis eſt gloriatio noſtra, talis eſt dominatio mūdana. Nudus quippe egreſſus ſum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc, nil præter peccata mea reportās, niſi Dei miſericordia exhortante aliquid boni fecerim aliquādo, hoc apud Deum me inuenturum eſſe ſpero. Ecce nunc ſum lotus, ecce viam longiſsimam iturus, legationem duriſsimam expecto paratus. Ex his miſerijs facile cognoſcere poteſtis, liuentes mundanarum rerum gloriationes quam fragiles & inſtabiles ſint, quam plenę malis, quam cœcæ futuræ, quas per ſpeculum hic cognoſco, quaſi in ænigmate, quamuis eiſdem adhuc ſubiaceam ex parte, &c.] Tunc Principes, qui aderant, intrantes theſaurariam & cameram, vbi putabant pecuniam reconditam, diligenter, & angulos perſcrutati ſunt; & tandem ſcrinia librorum voluminibus plena ſpe pecuniæ ſubuertentes, vano fortunæ labore illuſi ſunt. Nam præter theſaurum Eccleſiaſticū, nec aurum, nec argentum ibi inuenerunt, exceptis tribus tantum denarijs, quos vir ſanctus in vantone ſuo reliquit, quando alios pauperibus erogauit. Habuit autem ſeruus Dei quoddā ſcrinium, quod nullus noſtrū aliquando apertum vidit. Huius quidem clauem ſorori commiſit, vt quidquid inueniſſet, in memoriam & dilectionem vitæ ſuæ haberet. Quæ ſtatim poſt obitum fratris, quibuſdam conuocatis ex noſtris, dicta illius narrauit, & tūc ſcrinium aperuit. Inuenimus autem in eo cilicium hirſutiſsimum, & catenam ferream ex vna parte, quaſi vſu contritam. Quod vt vidimus, primum cōtra Dei famulum ſæpe nos negligenter deliquiſſe tunſis pectoribus commu-

Fruſtra ſat. Florū inhiatur diuitijs.

S. Burchardi theſaurus.

mu-

munitec doluimus, deinde eius felices actus apud Deum ita tectos & abſconſos dignè admirãtes, gratiarum actiones Deo noſtro nõ ſine lachrymis pro eius vita retulimus. Hæc eius domeſticus, & vitæ ſcriptor.

IV. *Voluntaria paupertas Elizabeth Principis.*

Conrad. in vita eius Fulgoſ. li 4. ca. 4. Marul. li. 1. cap. 8.

Studium vilis indumẽti.

ELizabetha Andreę ſecundi Panno niæ Regis filia, Ludouicoq; Lantgrauio Turingæ Principi matrimonio iuncta, non ignara dictum à Propheta: [Si diuitiæ affluant, nolite cor apponere.] Cum inter opes luxumq; potentiæ ſecularis verſaretur, paupertatem animo affectabat. Interdum domi cum ancilla manens viliſſimum ſumebat amictum, totamq; ſeſe ad pauperculatum morem componebat, dicens, haud alio ornatus genere vſuram, ſi quando tandem dignatus fuerit pius & miſericors Dominus expeditiùs viuendi copiam ſibi cõcedere. Ad hæc quoties ad Eccleſiam audiendæ Euangelicæ prædicationis gratia accedebat, non niſi inter infimas fœminarum ſibi deligebat conſidendi locum, vt iam apertè concupiſcere videretur ſe de illarum numero fieri, quarum tam libenter inibat conſortium. Defuncto itaque viro, omnia quæ habere potuit indigentibus dedit, parumque putauit, fortunas tantum pro Chriſto impendiſſe, niſi amore illius etiam ſeipſam addiceret ſeruitio miſerorum. Igitur poſtquam conſtructo diuerſorio, non modicam egenorum ęgrotantium turbam coegiſſet, miniſtram ſe eorum fecit: cumque à patre in Pannoniam reuocaretur, noluit eo ire, talem vitam pręponens regno. Hinc, vbi ea poſtremo in ſanctorum gloriam recepta miraculorum patuit indicijs, apparuit verum eſſe quod Propheta ait: [Quia meliùs eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas.]

Eliſabethæ principis humilitas.

Eiuſdem charitas in ægrotorũ cura.

Pſal. 36.

V. *Alexander Regis Scotiæ filius pro cœleſti regno temporale deſerit, & paupertatem amplectitur.*

Th Cantipr. li. 2. c. 10 p. 3. Baptiſta Fulgoſius li. 4. c. 4.

REfert Thomas Cantipratanus de S. Mathilde filia regis Scotiæ, & eius fratribus hoc exemplum: Memor ſum illuſtriſſimæ virginis Mathildis, quæ noſtro tempore obdormiſſe probatur. Hæc filia regis Scotiæ, vt probabili relatione didicimus, quatuor fratres habuit: vnum ducem, qui relicta vxore pro Chriſto pauperrimus exulauit: item alium comitem, qui vitam eremiticam duxit: item Archiepiſcopũ, qui relicto regimine, ordinem Ciſtercienſem intrauit. Quartus fuit Alexander iunior frater annorum ſedecim, quem cum pater rex regnare cogeret, Mathildis ſoror eius virgo viginti tantum annorũ dixit ei: Alexander frater cariſſime, quid nunc ages? fratres tui maiores natu mundum terramq; deſeruerunt, vt cœlum acquirerent: regnũ ſpreuerunt mortale, vt regna perpetua poſſiderent. Tibi ergo ſoli regnũ relictũ eſt, pro quo es & cœleſtem gloriam & animam perditurus. Nec mora, Alexander reſolutus in fletus: Heu ait ſoror, quid conſulis facere? ego paratus ſum quicquid iuſſeris adimplere. Quo audito gauiſa ſoror accepit fratrem, & mutato habitu ad remotiora traduxit, vbi eum & mulgere vaccas, & lac ad coagulum coadunare, & caſeos optimos facere docuit. Inde venerunt in Gallias ad Fonij clauſtrum ordinis Ciſterciẽſis, vbi ſoror locauit fratrẽ pro mulſore vaccarum, & probatus inuentus eſt in optimis caſeis faciẽdis. Hinc monaſterij fratrẽ conuerſum factum ſoror alloquitur dicẽs: Multum, cariſſime frater, apud dominum meritum acquiremus, quod terram, parenteſq; dimiſimus: ſed in hoc ſpecialiſſimam remunerationem habebimus, ſi vſq; ad tempus futurũ, quo nos inuicẽ in cœlo ad conſolationem perpetuam videamus, ad pręſens nos, vt nullus noſtrum alterum ampliùs videat, ab inuicem

Puer regium vitã ruſticanam, & pauperẽ amplectitur.

uicē ſequeſtremus. Hoc audito fleuit frater, grauius iſtud ducens omnibus quæ dimiſit: & licet inuitus, imperat animo, & à ſorore totaliter ſeparatur. Illa autem ad nouem milliaria in villam, quę dicitur Lapion, ibidem manſura ſeceſſit, domunculamq; paruam habens quaſi aucarum tugurium, ſolo manuum labore viuebat: donum vel eleemoſynam alicuius accipere, nec cogi poterat, nec rogari. Cum cæteris pauperibus in Auguſto ſpicas colligere recuſabat; ſed extrema cum porcis quæ euaſerant diripientium manus, rariſſima colligebat. Vix aliud ſubſtratū habebat membris, & caput iacens humeris æquatum. Cibum & potum incumbens calloſis genibus capiebat: hoc idem & in prolixiſſimis orationibus faciebat. In precibus multoties ita ſenſibus abſtracta erat, vt nec coruſcationes aduerteret, nec tonitrua audiret.

VI. *Voluntaria & eximia paupertas S. Alexij.*

Metaph. in eius vita, apud Sur. to 4.

S. Alexius nobilis Romanus ſub Honorio Principe, clam patre Euphemiano in Syriam abiens, in tātum adamauit paupertatem, vt gauderet ſe à ſeruis patris, qui ad quærendum eum miſſi fuerant, non agnitum fuiſſe & eleemoſyna donatum. Ex his, quæ emendicabat, in diem viuens, quidquid ſupererat alijs impertiebat, nihil ſollicitus in craſtinum. Tali vitæ tenore cū ſeptemdecim annos in Syria peregiſſet, tandem proditus Romam redijt, & maioris etiam in paupertate conſtantiæ exemplum domi, quam foris dedit. In paternis enim ædibus pro mendico ſuſceptus, nec vlli cognitus, nec ipſe ſe prodens, totidem peregit annos. Mortuus poſtremo indicauit, quod viuens celauerat, relicto breui chirographo, quo, quis eſſet, quidve egiſſet; deſcriptum continebatur, vt tunc demum ſe manifeſtum faciendo, cum pro temporali inopia diuitias eſſet recepturus ſempiternas, & patri adhuc orbitatem ſuam lugenti, cauſam præberet conſolationis, & nobis materiam imitationis.

S. Alexius cōtemptio patrimonio mendicato vixit.

VII. *Voluntariè pauperes diuites ſunt in oculis Domini.*

In vita eius c. 12 apud Sur. to 2. Mart. 22

Decubuit aliquando venerabilis & Deo dilecta Catharina virgo & vidua ſanctæ Brigitæ filia, Romæ graui morbo correpta, petijtque ab eius matre eam inuiſendi copiam quidam nobilis baro Ludouicus nomine. Erubuit vero familia, quod vir tantus ad eam in vili lectulo iacentem eſſet acceſſurus. Erat is lectulus ſtramineus: ad caput ceruical exiguum: porro operimentum vetuſtum conſutū, ac nullius pæne pretij. Sed Dominus Ieſus, qui ſua inopia ſeruorum ſuorum voluntariam paupertatem maximè illuſtrem reddidit, non defuit ſponſæ ſuę. Cū enim potens ille & opulentus vir multis ſtipatus ad eam acceſſiſſet, videbatur ei lectulus illius aureo & purpureo tectus operimento. Stupens igitur dixit famulis ſuis: Hæ dominæ pauperes ab omnibus putantur: nam ſæpe ob res neceſſarias emendas pecuniam mutuo accipiunt. Præſtaret, illas tanti pretij purpuram, tantumq; apparatum, quem illic vidimus detrahere, quam premi inopia.

Vilia rerū inſtar auri & purpura Dei nutu ſplendeſcunt.

VIII. *Quomodo Deus pauperes neceſſitate, diuites voluntate manifeſtos eſſe permiſerit.*

Vincent. Mainar. in vita eius apud Sur. to. 2. Maij 2.

Florentino ciui pauperi complures erant filiæ iam nubiles, natu grandes. Is S. Antonini Archiepiſcopi Florentini monitis, ad annunciatæ templum, in Vrbe, atq; adeo tota in Italia celebratum, petiturus opem filiabus à Deipara virgine, ante lucem plerumque properabat. Dum quotidianus in officio duraret, duos forte captos luminibus (in veſtibulo enim templi ac pro foribus de more adeuntes templum petituri ſtipē accubant) de quæſtu pluſquam maximo colloquentes (dū ſe latere putant) audijt, vter maiora

Mendicabulorū auaritia & quæſtus.

iora lucra reportaſſet. Cum verò alter in captiuo aſſutos ſibi eſſe ducentos nummos aureos, alter in galero trecentos affirmaret: bonus ille vir, vtroque arrepto, ad Antoninū ſtatim conuolauit. Is illico aduocatos cæcos vt mendaces ac fures increpauit, quod inopes ſe eſſe ſimulantes, eas pecunias egentioribus abſtuliſſent: nō poſſe tutò eam ſummam retinere. Ita factum eſt, vt tota, conſentientibus cæcis, ad præſulis arbitriū cauſa verteretur: qui viginti & quinque vni, triginta alteri nummos aureos: quod erat reliquum, pauperi ciui ad filiarum dotes fidelis diſpenſator aſſignauit.

Mala mēdicis gloriatio

TIT. LI. De Beatitudine ſecunda: Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.

Moyſes homo erat vehementer mitis pluſquam omnes homines, qui ſunt ſuper terram, atque ideo (ſecundum Dionyſium) dignus fuit apparitione diuina.

EXEMP. I. *Manſuetudo Ottonis Imperatoris.*

Albert. Crant l. 9. c. 13 & Coſmograp Munſteri lib. 3.

PRæclarum manſuetudinis exemplum in Ottone Magno Imperatore nobis proponitur. Nam cum vndiq; bella domeſtica in eum commouerentur tanta, vt videretur Europa in perniciem Imperatoris conſpiraſſe: Henricus quoque frater ſpe regni accenſus, ſeditioſa aduerſus eum arma expedit. Verum cum aliquot prælijs victus, omnibus rebus ſe deſtitutum videret, aſſumptis aliquot Epiſcopis, de improuiſo ad Imperatoris fratris ſui genua procidit, ſupplexq; veniam ab eo petit. Epiſcopi quoq; pro virili quiſque ſua pro eo intercedunt. Imperator primum quaſi attonitus aliquātiſper tacuit. Tandem in hæc verba erupit: Qua in re, frater, à me offenſus animo adeo exaſperato funeſtū prorſus aduerſus me bellum cōcitaſti? Implacabilis fuit hactenus furor tuus, nec vllum veniæ, quam ſæpe vltro tibi obtuli, locum dedit. Propter quā contumaciam tuam licet nulla ſis venia dignus: attamen non quid tua mereantur facta, ſed quid fratrē & Regem deceat ſpectabo, depoſitiſq; inimicitijs te vt fratrem amplectar. His dictis fratrem ſubleuatum oſculatur, eumq; in arcem Ingelheimenſem cuſtodiendū aliquamdiu trā miſit. Mox ſopitis omnibus ſimultatibus aliquot Lotharingiæ ciuitatibus præficit, dein de poſt mortē Bertholdi Bauariæ, ducis, ex matris interceſſione ducatū Bauariæ attribuit, omniaq; fraterni amoris officia ſedulo cum ipſo coluit.

Ambitio fratres inimicat.

Fratrum reconciliatio.

II. *Moderatio animi Ottonis ſecundi.*

Idē ibid.

OTto ſecundus, quemadmodum patri ſucceſſit in imperio; ſic etiam virtutis, in primis autem māſuetudinis eius fuit imitator. Rapuerat filiam eius Iutham, quæ Ratisbonæ in monaſterio educabatur. Vdalrici Bohemorum ducis filius Biſetiſlaus. Nec pater facinus filij improbabat, ſed potius audaciam eius miratus, nuptias cum rapta in Morauia celebrari iuſſit, tanto præſtantiorem filium æſtimans, quanto nobilioribus nuptijs cohoneſtaretur. Pater autem puellæ iniquiſſimo ferens animo, tātam ſibi Romanorum Imperatori contumeliam & iniuriam à principe, qui ſit Imperio ſubiectus, illatam eſſe, magno exercitu conſcripto in Bohemiam tetendit, obuia quæque ferro & igni depopulatus. Contra etiam Vdalricus & filius caſtra mouēt. Iam duo exercitus intra iactum teli conuenerant, cum Iutha, cauſa, caputque belli huius, crinibus ſparſis, ſciſſa vnguibus facie, victo periculorum magnitudine pauore, auſa telis ſeſe inferre volantibus, inter primas acies proſiliens patris alloquium, priuſquam furor ardeat amplior, expoſcit. Quo impetrato, precibus ſuis & lachrymis patris iracundiam omnem mitigat, & ne paterna violentia matri-

Raptus puellæ fax belli

Admiſſi confeſſio veniam impetrat trimoniale vinculum diſſolueretur, efficit. Mox etiam coram Imperatore apparet ipſe iuuenis Biſetiſlaus, & proſtratus in genua, facinoris non tam ex malitia, quam amoris incendio admiſſi veniam impetrat.

III. *B. Martini eximia manſuetudo.*

Iordan. à Saxon lib. de cōm ſpir. c. 4. BEatus Martinus Turonenſis Epiſcopus miræ fuit manſuetudinis & beneuolentiæ erga ſubiectos, nō ſolum circa bonos & bene agentes, ſed etiam circa delinquentes, quia omnes volentes pœnitere & cauere à delictis, compaſſionis & miſericordiæ ſinu recipiebat. Et cum diabolus eum aliquando reprehenderet, quod ita lapſos ad pœnitentiam reciperet, reſpondit: [Si tu ipſe, ò miſerabilis, ab hominum infeſtatione deſiſteres, & te factorum tuorum pœniteret, ego tibi in Domino confiſus miſericordiam pollicerer.] *Omnis pœnitens dignus miſericordiæ.*

IV. *B. Ignatij animi moderatio.*

Io. Petr. Maff. li. 3. vitæ eius c. 5. CVm R. P. Ignatius Loiola presbyter Societatis Ieſu, Venetijs Patauium pedibus iter haberet; domeſtica eaque admodum attrita lacerna ob inopiam indutus Iacobo Laine comite, pecuarius quidam puer, qui à via non longè armenta paſcebat, conſpectis eminus peregrinis, ad eos repente propius aduolat; habituſq; fortaſſe nouitate permotus, defixis procaciter in Ignatium oculis, cachinnos tollere, eidemq; licentiùs cœpit illudere. Cumq; Ignatius vultu placido ſubſtitiſſet, cōuerſus ad eū comes: Quin, ait, acceleras gradū pater, teq; ipſius pueri petulantiæ ſubtrahis? Immo verò, inquit ille, cur puerum oblata ſibi præter ſpem hac tanta oblectatione fraudemus: Itaque conſulto etiam diutius hæſit in iiſdem veſtigijs, ac ſe curioſiùs intuendum, ridendumq; affatim proteruo adoleſcentulo præbuit: plus nimirum ex hoc qualicunq; ſui contemptu ac ludibrio hauriens voluptatis, quam alij ex vulgi plauſu, fauſtaque acclamatione percipiunt. *B. Ignatius ſui contēptu & irriſione delectatur.*

V. *De equo indomito in ſeſſione ſancti Epiſcopi manſuefacto.*

Pau. Diacon. l. 6. de geſtis Langobardorum. CVm Ioannes Epiſcopus Bergomatis Eccleſiæ, vir miræ ſanctitatis, cum rege Chuniberto conuiuio ſermocinaretur, eumq; forte offenderet: rex illi in hoſpitiū reuertenti, equum ferocem & indomitum, qui immenſo fremitu ſuper ſe ſedentes terræ allidere ſolebat, præparari fecit. Cui cum dictus Epiſcopus ſuperſediſſet, ita manſuetus extitit, vt eum blando inceſſu vſq; in domum propriam deportaret. Quod rex audiens, & Epiſcopū ex eo die honore debito coluit, & ei ipſum equum, quem ſuæ ſeſſioni, ſuoque vſui deſtinauerat, largitus eſt. *Manſuetudinis exemplū in brutis.*

TIT. LII. De tertia beatitudine: Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.

Eliſæus videns Azaelem coram ſe, cæpit flere, propter mala, quæ ille erat facturus filijs Iſrael, cum eſſet futurus rex Syriæ. 4. Reg. 8.

Cum audiſſet Ioſias rex Iuda comminationes ſcriptas in libro legis Domini, propter peccata, ſcidit veſtimenta ſua & fleuit, & multum Deo placuit. 4. Reg. 22.

Iudæi ex captiuitate Babylonica reuerſi, cum librum legis ab Eſdra ſacerdote lectum audiuiſſent, ob tranſgreſſiones ſuas plorabant. 2. Eſdræ 8.

Cum audiuiſſet Nehemias miſerabilem ſtatum Hieroſolymorum, fleuit diebus multis, & ieiunauit, & orauit ante faciem Dei cæli. Neh. 1.

Poſtquam Petrus tertio Chriſtum negaſſet, & Chriſtus miſericordiæ ſuæ oculis eum reſpexiſſet, egreſſus foras fleuit amarè. Luc. 22.

EXEMPL. I. *D. Hieronymus luget, & poſtea conſolatur.*

S. Hier. ad Euſtoch.

DIuus Hieronymus, præter cæteras pęnitentiæ ſuæ anguſtias, quas ad Euſtochium ſcribens enumerat: Quotidie, inquit, lachrymæ, quotidie gemitus. Quali autem illas conſolatione terminare ſolitus ſit, declarat, dicens: Poſt multas lachrymas, poſt cœlo inhærentes oculos, nonnunquam videbat agminibus intereſſe angelorum, & lætus gaudenſque cantabam: Poſt te in odorem vnguentorum tuorum curremus.

II. *B. Franciſcus non ceſſabat lugere, etiamſi adeptus eſſet mirabilem cordis, & corporis puritatem.*

D. Bona. in vita eius c. 3.

BEatus Franciſcus ordinis Minoritarum anteſignanus, licet iam eſſet adeptus mirabilem cordis & corporis puritatem, non ceſſabat tamen lachrymarum imbribus iugiter oculos expiare mentales, corporeorum luminum non ponderando iacturam. Cum enim ex continuo fletu infirmitatem oculorum incurriſſet grauiſſimã, ſuadente ſibi medico, quod abſtineret à lachrymis, ſi corporei viſus cæcitatem vellet effugere, vir ſanctus reſpondit: Non eſt, frater medice, ob amorem luminis, quod habemus commune cum muſcis, viſitatio lucis æternæ repellenda vel modicum: quia nõ ſpiritus propter carnem, ſed caro propter ſpiritum beneficium lucis accipit. Malebat ſiquidem corporalis viſus lumen amittere, quam lachrymas, quibus oculus mundatur interior, vt Deum videre valeat, repreſſa deuotione ſpiritus impedire. Et quoniam agnum ſine macula Chriſtum crucifixum non eſt poſſibile homini, carnis infirmitate circundato, ſic perfectè ſectari, quin aliquas contrahat ſordes, ideo documento certo firmabat eos, qui perfectioni vitæ vigilanter intendunt, quotidianis debere ſe lachrymarum emundare fluentis.

Donũ lachrymarum præfert S. Franciſ. lumini corporali

III. *Aliorum peccata luget, eorumque miſeris condolet B. Dominicus.*

F. Theodoric. de Appolda li. I. vita eius c. 4.

S. Dominicus fratrum Prædicatorũ antiſtes optabat ſe totum impendere ſaluti proximorum, tum ſe reuera Chriſti fore membrum exiſtimans, ſi eius ſe exemplo animabus lucrandis prorſus manciparet. Plenum erat ſanctiſſimis affectionibus pectus eius, atque erga omnia tum proſpera tum aduerſa proximorum mira pietate mouebatur, afflictorum rebus duris cruciabatur, pauperũ penuria & miſerorum calamitatibus torquebatur, atq; in primis pereuntium animarum zelo mirè angebatur & mente ſauciabatur. Ita nimirum inſtar prophetæ, Dominicus peccata hominum & afflictorũ miſerias contemplans, ęſtuabat animo intrinſecus, & flens largiſſimè, latẽtem commiſerationis affectum per lachrymas prodebat foris. Hanc enim excellentiſſimam charitatis gratiam ſpecialiter habebat à Deo donatam, flendi ſcilicet pro peccatoribus, & miſeris atque afflictis omnibus condolendi. Sed quantum illi angoris & mœroris afferebat erga calamitoſos condolentia, tantum profectus piorum hominum, quibus mirè gratulabatur, ceu quædam pigmenta odorifera eum conſolabantur. Inter hæc, quæ ſurſum ſunt, quærens, agebatur in Deum homo diuinus gloriam ſanctorũ contemplans, & ad illam veram patriam anhelans lugebat profusè diuturnum ſui exilij incolatum.

Excellẽtiſſima eſt gratia flere pro peccatoribus.

IV. *Luctus S. Monicæ pro filio ſuo Auguſtino quam fuerit ſalutaris.*

Ex li. 3. Conf. D. Aug. c. 12. S. Ambr. de cõuerſione S. Auguſtini traditio.

PIj fletus pro alio quanta vis ſit, teſtatur Monica D. Auguſtini mater, cui pro filio Manichæa hæreſi implicato multum lugenti atque oranti diuinitùs dictum eſt, vbi ipſa eſſet, ibi & illum futurum. Ab Epiſcopo etiam, quem vt pro illo oraret, cum fletu rogauerat, audiuit, fieri non poſſe, vt tantarum lachrymarum filius periret.

Qui

Qui tandem Ambroſij Epiſcopi prædicatione conuerſus, non ſolum errorem omnem abiecit, ſed etiam errantibus viam veritatis monſtrauit, obſcura quæque declarando, dubia ediſſerendo, certa confirmando, praua falſaque omnia pleniſſimè confutando. Tantum profecit matris pro filio lugentis aſſidua ſollicitudo.

V. *S. Ioannes Eleemoſynarius lugengentes & afflictos recreat.*

Leont. in vita Ioa Eleemoſin. apud Bar. to 8 an. 614.

SI quæ in luctu conſolatio inueniri potuerit, ea ſubminiſtrata fuit à magno illo Alexandrino Patriarcha Ioanne, de quo iſta Leontius: Cum Perſæ, inquit, populati eſſent vniuerſam Syriam; qui eorum manus potuerunt effugere, tum laici, qui magiſtratum gerebant, & priuati, tum clerici cum Epiſcopis, confugiunt Alexandriam. Quibus omnibus diues ille & minimè anguſtus conuiuator quotidie ſuppeditabat quæ erant ad vſum neceſſaria, non ad indigentium aſpiciens multitudinē, vt aliquid faceret quod ſordidi & illiberalis eſſet animi, ſed ad eum, qui aperit manum, & omne animal implet benedictione. Cum autem Raſmizſus dux exercitus Coſrhoe vaſtaſſet, & depopulatus eſſet veneranda loca Hieroſolymorum: poſtquam hoc audiuit ille homo Dei, & quod omnia ſancta fuiſſent igni tradita, defſet quidem non ſecus ac Hieremias, id quod factum fuerat. Non hactenus autem conſtitit eius commiſeratio, ſed mittit etiam Chryſippum quendam virum pium, tradens ei multum auri, frumentumque, & alia alimenta, & indumenta, ad ea vehenda iumenta plurima, tum vt aſpiceret vaſtitatem, tum etiam vt eos, qui remanſerant; ex captiuitate, ſatis per ea quæ dicta fuerunt, recrearet. Præterea autem Theodorum quoque Amathuntis Epiſcopum, & Anaſtaſium præfectum magni montis Antonij, & Gregorium Epiſcopum Rinocurorum emittit ad eos recipiendos, qui abducti fuerant in captiuitatem, vim auri præbens innumerabilem.

Io. Eleemoſ. Hieroſolymā captā à Perſis deplorat.

VI. *In excidio Hieroſolymitano lamentator inuitat ad lugendum.*

Antioch. Monach. hom 107 to 2. Biblioi. SS. Patr.

NOn defuit eidē excidio Hieroſolymitano præter Ioannem Epūm Alexandrinum, alius, qui proximè cuncta vidit, lamentator, qui & alios pariter ad lugendum inuitauit. Is fuit Antiochus monachus Palæſtinus, vitæ ſanctitate mirificus & doctrina celebris, cuius extant homiliæ centum vndetriginta; qui ſparſim eiuſmodi in ſuis homilijs deploraſſe apparet, vt cum ait: Debemus lachrymas profundere amaritudinis plenas. Primum quidem, quod ciuitas ſancta incendio conflagrarit, Cux quoq; ſancta Chriſti Dei noſtri in Perſidem tranſmigrarit. In eorum item gratiam, qui tot attriti bellis perierunt nobis enim erant concorpores, eadem nobiſcum inſigniebantur fide? Ad quem modo Ioel propheta clamabat: Plangite ſacerdotes, qui miniſtratis altari, quia miſerè afflicta eſt omnis terra: Flete ſacerdotes, qui miniſtratis Domino, & dicite: Parce Domine populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur ei nationes, vt ne dicant: Vbi eſt Deus eorum?

Threni Antiochi de Hieroſolyma capta. Ioel 2.

TIT. LIII. De quarta beatitudine: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.

Hac iuſtitia muniebatur Onias ſummus Pontifex, cum viriliter Simoni reſtitit iniquum quid in ciuitatem moliri cupienti. 2. Mach. 3.

Chriſtus quoque Dominus eam exercuit, dum vendentes & ementes de templo eiecit cum duro verbo; Domus mea, domus orationis eſt, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Ioan. 2.

Reſiſtente Paulo & Barnaba Barien. pſeudoprophetæ, dixit Paulus: O plene omni dolo & omni fallacia fili Act. 13.

dia-

diaboli, & inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere vias domini rectas.

Act. 17. *Cum Paulus prædicaret Athenis, incitabatur ſpiritus eius, videns idololatriæ deditam ciuitatem.*

EXEMP. I. *Iuſtitiæ zelus S. Thomæ Cantuarienſis.*

In vita eius ab Eduard. eius contēpor. c. 4 apud Sur. 15. Decembr.

Iuſtitiæ Zelus S. Th. Cãt.

S. Thomas Archiepiſcopus Cantuarienſis, quicquid ſanctum, quicquid honeſtum & iuſtum eſſet, & fecit & docuit: ijs cõtraria prorſus reiecit & propudiauit. Ab ipſa mox ordinatione ſua tantus in eo extitit amor & deuotio erga Deum, tantus Iuſtitiæ zelus, vt nulli, quantacumque dignitate is eſſet, parceret, ſi quid contra iuſtitiam attentaſſet. Sed neq; Regis ipſi contra ſummi Regis voluntatem vlla in re obſequi voluit, neque vt id vellet, vllis vel minis, vel blanditijs adduci potuit.

II. *S. Elzarij ſtudium iuſtitiæ in cauſis pauperum.*

Sur. to. 5. in vita S. Elzearij Comitis c. 28.

CVm ad Elzearii aures multorum pauperum querimoniæ peruenirent, ſentiens ille eorum cauſas & negotia in aula Principis ſiue Caroli ducis Calbriæ negligi, magna commiſeration affectus acceſſit fidenter adducem, petiitque ab eo, vt cauſas pauperum ipſi liceret exequendas ſuſcipere, & eis ſe in aula aduocatum præbere. Duce libenter aſſentiente, vir pius magnam ſibi curauit crumenam confici atq; in ea non niſi pauperum ſupplices libellos & querimonias repoſit: cumque iret per plateas vrbis, ad eum pauperes certatim confluebant, ita vt ægrè poſſet cum ſua familia in oſtium domus ſuæ præ eorum multitudine ingredi. Audiebat eos ſuas querelas proponentes, idque accuratè in primis, & ſedatè: & cum pleriq; multa admiſcerent ſuperuacanea, ipſe, vt erat acutus & prudens, in certa capita rem totam conferebat, & pro eis duci & eius officialibus loquens, cauſſas eorum expediebat. Quandoq; lotis manibus ad menſam accedenti quidam pauper domum intrans importunè ſe ingreſſit, ſciſcitans, quid de ipſius ſupplici libello feciſſet: ille vero perbenignè reſpondit: Suſtine parumper, & ego priuſquam cibum capiam, rem tuam expediam. Surgenſque à menſa iuit ad curiam, reuertenſque pauperi ſatisfecit, atque ita ad menſam pranſurus acceſſit.

Fam's iuſtitia, & pauperū iuuandorum.

III. *Præclarum factum præſidis Parlamenti pro Iuſtitia.*

Ægid. Corro. de dictu memorab. Princip. Chriſt.

Libertas in rege admonēdo.

Dextrū regis brachiū, eſt iuſtitia.

NObilis quidam Gallus, vir potens, armorum vi Caſtelli Pariſienſis carcerem ingreſſus, inde nobilē quandam domeſticum ſuūm eripuit, & abduxit. Dominus Vaquerius, primus Parlamenti præſidens de rei euentu monitus Regem Ludouicum 12. adit, cui reuerentia exhibita, dixit: O Rex, miror te in deliciis viuere, & non ſentire mala, quæ deberes percipere. Quid ita? inquit Rex. Quia, reſpondit ille, brachium dextrum tibi fractum eſt. Haud capio, quid dicas, ait Rex. Dextrum tuū brachium, inquit præſidens, hoc eſt, iuſtitia tua violata eſt. Tunc Rex audito rei euentu, dolens, iuſſit nobilem venire, eique iuſſit, vt culpam reſarciret. Facit Reges regnare iuſtitia, eaque præcipua virtus eſt ad regna integrè ſeruanda, ſine qua non ſunt niſi mera latrocinia.

IV. *Promptitudo animi S. Ioan. Eleemoſynarij in audiendis omnibus abſque diſcrimine.*

Simeon Metaph. in eius vita, apud Sur. to. 1.

CVm S. Ioãnes Eleemoſynarius Archiepiſcopus Alexandrinus accepiſſet, multos ad eum acceſſuros, & de iis qui ipſum ſequebantur, arceri, duobus hebdomadæ conſtitutis diebus, quarto, inquam die, & die paraſceues ſedens in templi porticibus ſe cuilibet volenti præbebat adeundum, nonnullos ex iis, qui erant virtute inſignes, habens ſecum confidentes. Quibus ſæpe dictitabat illud dignum quod ſcri-

pis

ptis & memoriæ mandaretur: Si nobis, dicens, qui ſumus homines, licet omnino ad Deum, qui ſummus eſt, accedere abſque vllo interceſſore, & de quibus volumus eum rogare; quomodo non ipſi noſtris conſeruis portas aperuerimus abſque vllo impedimento, & cuilibet, cui opus eſt, benignam aurem præbuerimus? Scimus enim, qua menſura menſi fuerimus, eadem nobis eſſe remetiendum.

Dictū S. Io. E eo moſ egregium.

V. *Zelus S. Antonini Archiepiſcopi.*

DVm S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus Florentiam cruce præuia aliquando inambularet, aleatores vel ſolo aſpectu perterritos ad fugam compulit. Ad Bondelmontum porticum, quo nobiles, dum feruet æſtas, ad remittendos animos conueniunt, dum maximè incaleſcere aleam vidiſſet, ſpiritu maiore ſupra hominē inſtinctus, nō ſplendidos natales, non poteſtatem veritus, alueolos, teſſeras, chartas, nummos, adnotis ipſe manibus euertit, & quod liberis tãtundem audendi ſuo exemplo anſam darent, grauiter increpuit.

Vincent. Minar. i vita eius apud Suri. Maij 2. to 3

Aleatores à S. Antonino grauiter increpantur.

TIT. LIV. De quinta beatitudine: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.

Miſericordia autem eſt virtus, qua homo mouetur ad compatiendum proximi ſui miſeriæ.

Quod vero miſericordes miſericordiam conſequantur, Abdias ille ſit exemplo, qui quod fuerit miſericors in Prophetas Domini fugientes perſecutionem Regis Achab, miſericordiam primo ab Elia, deinde & gratiam propheticam conſecutus eſt.

3. Reg 18 et 4. Re. 1

Iudæi quouis anno decimas, & ſeptimo quoque pro pauperibus omnes fructus ſponte naſcentes dimittebant.

Leuit. 5.

Diſcipula quædam erat nomine Tabitha, quæ tunicas & veſtes faciebat, quas viduis tribuebat, eam ſuſcitauit Petrus; nam qui Chriſtum in pauperibus nudum veſtierit, immortalitatis veſtes promerebitur, & reſurrectionis.

Act. 9.

EXEMP. I. *Miſericordia in pauperes S. Ludouici Regis.*

SAnctus Ludouicus Galliæ Rex centum & viginti pauperibus quotidie, per dies verò ieiunij quadragenarij, centum & quadraginta, res ad victum & veſtitum neceſſarias ſuppeditabat, eiſque frequenter ipſe miniſtrabat, & magno cum pietatis & charitatis affectu cibo, qui ſuperfuerat, veſcebatur. Quin & olim ii Gallicanis ſanctionibus primum capit expenſarum ad pauperes ſubleuandos, alterum ad alendam regiam domum, tertium ad palatia & arces reficiendis ſpectabat. Ac idcirco miſericordiam tandem cōſecutus eſt: completumq. eſt in eo illud Salomonis; [Qui pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur.]

Pet. Ribad. li. 2 de princ. Chriſtiano c. 10.

Expenſarum regiarū regia diſpoſitio.

Prou. 22.

II. *Roberti Galliæ Regis libertas in pauperes.*

ILlud non prætermittam, Robertum Galliæ Regem Hugonis Capeti filium, eleemoſynis coronam Galliæ in ſua familia ſtabiliuiſſe: nam mille egenis victum quotidianum præbebat; & cū alio curiam transferret, illis iumenta, plauſtra, ac rhedas dari iubebat, vt comites eſſent, & pro ipſo Rege continuas preces Deo funderent.

Idē ibid. ex Bod. l. 6 c. 2.

III. *Miſericordia in pauperes Caſildæ puellæ regiæ.*

CIrca annum Domini milleſimum quinquageſimū, duæ regiæ puellæ, Maurica ſuperſtitione abiecta, Chriſtiana ſacra ſuſceperunt: Caſilda Almenonis Toletani Regis, & Zaida Benaberti Regis Hiſpalenſis filia. Caſilda prior cum eſſet à tenera ætate ingenio facili, & ad humanitatem propenſio

Ioa. Mariana li. 9. de reb. Hiſp. c. 3

penſo, in domo paterna Chriſtianos, qui magno numero captiui tenebãtur, vitamq; in luctu & ſqualore calamitoſam agebant, cibo & rebus omnibus recreare ſolita erat clam patre. Quem memorant, re indicata, filiæ latebras aditusq; omnes diligenter obſeruáſſe: deprehenſamq; aliquando, cibos, quos in ſinu ad captiuos ferebat, repente in flores, roſaſque mutatos, patri, ecquid ferret, cum magno animi motu rogãti, veſte explicata monſtraſſe. Quo illa miraculo percita, monitaq; diuinitus, ſi à fluxione ſanguinis ſanari cuperet, in qua curanda medici omnia artis remedia fruſtra conſumpſerant, in lacu D. Vincentij nomine, quod in agro Viruesſcano eſt, ablueret, ad noſtra ſacra adiecit animum. Pietatis officia diuinum numen Chriſtianæ religionis luce volebat compenſare. Itaq; à patre, cum quo rem omnẽ communicarat, pro iure amicitiæ, quæ illi eſſe cœperat cũ Chriſtianis, ad Ferdinandum Regem miſſa eſt, eius morbi curandi cauſſa. Morbo depulſo, & aquis ſalutaribus ritu Chriſtiano expiata, diuini beneficij memor, immemor patriæ; in rupis faſtigio, quæ ad lacũ eſt, domuncula exædificata ſanctiſſimam vitam egit, multis illuſtrem miraculis: quo merito in cœleſtium numero locũ habet, templiſq; recepta eſt. Tertiodecimo Aprilis die, eius memoria anniuerſarijs ſacris celebris eſt in nõnullis Eccleſijs Hiſpaniæ. Caſildæ exemplo, ſiue ſua ſponte incitata Zaida, lauacro Chriſtiano ex noſtro more luſtrata in Alfonſi Regis nuptias poſt aliquot annos conceſſit. Ita Ioannes Mariana.

Cibi in flores & roſas mutantur.

Caſilda à fluxu sãguinis curatur.

IV. *Admirabilis miſericordia puellæ in egentes, & ſtupendum Dei iudicium in illa, & miſericordia.*

Pra. ſpir c. 207

HVic ſimilis eſt hiſtoria etiam commemoratione digna, quæ ſub Paulo Epiſcopo Alexandrino accidit circa annum Domini 537. Narrauit nobis (inquit Ioannes Euiratus) Abbas Theonas & Theodorus, quod Alexandriæ ſub Paulo Patriarcha puella quędam relicta fuerat pupilla à parentibus magna facultate locupletibus. Erat autem adhuc ſine baptiſmo. Die verò quadam ingreſſa pomarium, quod ſibi reliquerant parentes eius (ſunt enim in medio ciuitatis pomaria) vidit quendam parantem ſibi laqueum, vt ſe præfocaret. Cucurrit igitur, & dixit ei: Quid facis, ò homo? Dixit autem ei: Dimitte me, mulier, quoniam in multa tribulatione ſum. Quæ ait: Dic mihi cauſã, & fortaſſis adiuuare te potero. Dixit illi: Graui ære alieno premor, & valde ſuffocor à creditoribus meis: elegiq; potius ſemel vitam finire, quam quotidie mori. Quæ dixit illi: Quæſo te, accipe omnia, quæ habeo, & redde: tantum ne perdas teipſum. Sumens verò ille, reddidit omnia. Puella vero anguſtiari cœpit, non habens qui ſibi curã gereret; itaq; deſtituta parentum ſolatio, fornicari inſtituit, & ſibi inde victũ quærere. Dicebant ergo illi viri ſancti (Theonas & Theodorus admirantes ſcilicet.) Quis nouit iſta, niſi ſolus Deus; quomodo ſcilicet permittatur anima propter cauſam aliquam ipſi ſoli cognitam ad tẽpus derelinqui? Poſt aliquantum verò temporis infirmata eſt puella, & in ſe reuerſa, cõpuncta eſt, orauitq; Pontificem, & vt faceret illam Chriſtianam. Omnes autem aſpernabantur eam, dicentes: Quis hanc ſuſcipiat, quę meretrix eſt? Affligebatur aũt vehemẽter. Cũ verò in his eſſet anguſtijs, aſtitit ei angelus in ſpecie hominis, cũ quo miſericordiam fecerat. Cui illa dixit: Cupio fieri Chriana, & nemo vult pro me loqui. Qui ait: Nunquid re vera iſtud cupis? Reſpondit illa: Vtique, Domine, & deprecor te, vt hoc mihi impetres. Qui ait: Noli triſtari. Ego adducam aliquos, qui te accipient. Adduxit ergo alios duos & ipſos ſanctos Angelos, duxeruntque illam ad Eccleſiam: rurſuſque ſeipſos transformantes in perſonas quaſdam illuſtres, & no-

Grauitas æris alieni ĩ-ſtar mortis.

Angelus peccatricem, ſed miſericordẽ cõſolatur.

Angelorũ apparitio & miniſterium.

& notas in ordine Auguſtalium, vocant clericos, presbyterum ſcilicet & diaconum, qui in hoc ipſum conſtituti erant. Dicunt eis clerici: Veſtra charitas pro ea pollicetur? Illi autē reſponderūt: Etiam, nos pro illa pollicemur. Sumentes ergo illam, baptizauerunt, & albis induta rurſus ab eis ſubuecta eſt. Quam cum depoſuiſſent, euanuerunt. Vicini ergo cū illam ita albis indutam viderent, poſtquam receſſerūt illi, dicūt ei: Quis te baptizauit? Nunciauit autem eis rem totā, dicens: Venerunt quidam, & tulerunt me in Eccleſiam, locutiq; ſunt clericis, & baptizauerunt me. Et dixerunt ad illā: Qui ſunt illi? Cum verò non poſſet dicere, qui eſſent illi; abeuntes nunciauerunt Epiſcopo: Dixit autem Epiſcopus his, qui ad baptizandum conſtituti erant: Vos illam baptizaſtis? Et confeſſi ſunt ſe illam baptizaſſe, exoratos ab illo, & illo, Auguſtalibus. Porro accerſitis ex prætorio his, quos clerici dixerāt, dixit Epiſcopus: Num ipſi pro iſta fideiuſſiſtis? Qui dixerunt: Neque nouimus, neq; conſcij ſumus nobis, hoc feciſſe. Tunc vero iam cognouit Epiſcopus, Dei hoc opus eſſe, conuocanſq; illam dixit ei: Dic mihi filia, quid geſſiſti boni? Quæ ait: Meretrix exiſtens, & paupercula, quid boni operari potui? Dixit ei Epiſcopus: Nihilne omnino operata es? Dixit ei: Nō, niſi quod videns quendam, qui à creditoribus premebatur, ſe ſuffocare volentem, data illi omni ſubſtantia mea, liberaui eum. Et his dictis, continuo obdormiuit in Domino. Tunc Epiſcopus glorificans Deum, dixit: [Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.]

Ære alieno oppreſſis opitulari Deo gratiſſimum.

V. *Henricus Imperat. Troiæ ciuitatis à ſe obſeſſæ pueris ſupplicantibus, & Kyrie eleiſon clamantibus miſeretur.*

Glaber. li 3.c.1. apud Baro to. 11 ann Xp. 1022.

ANno Domini 1022. Henricus Imperator nonus pergens ad regionem Beneuentanam, expugnauit ac ſubdidit vniuerſas ciuitates, & caſtra, quæ Græci ſurripuerant eius imperio. Ad ſupradictam autem cum veniſſet Troadem, rebellantes, qui intus erāt, diu multumq; ei reſtiterunt: nam ſperabant, vt ſibi futura æſtate, ſicut Græci promiſerant fore, Baſilius Imperator ſuccurreret. Inſuper adijcientes; in tantum Henricum humiliari, vt pedes Baſilij territus pauore ſuſciperet. At ille circundans ciuitatem ſui exercitus obſidione, inſtruxit machinas, vt eam per vim caperet: illiq; deintus noctu egreſſi tulerunt ſecum faces pice perlitas, igneq; ſuccenſas machinas à foris cremauerunt. Quod cernens Imperator, accenſus ira, potiores reſtitui fecit machinas, crudoque circundari corio, vigilantique cuſtodia iuſſit illas tueri. Exacto igitur tertio obſidionis menſe, alternisque cædibus vtrique nimium feſſi (nam exercitum Imperatoris dyſenteriæ clades oppido vexauerat) tandem obſeſſi meliori vſi conſilio, inuenerunt viam euadendi diſcriminis. Quadam autem die accipientes ſolitarium quēdam, indutum monachali habitu (quibus etiam Italia plurimum abundat) dederunt ei crucem geſtare, miſeruntq; poſt eum omnes ciuitatis pueros minoris ætatis, ſicq; exclamando, Kyrie eleiſon, deuenit ad imperatoris tentorium. Quod audiens Imperator, iuſſit interrogari, quid ſibi vellent. Cumque reſponſum fuiſſet; quod miſereri à ſe afflictæ ciuitati implorarent, reſpondit: Optimè nouit ipſe, qui agnitor eſt cordiū, quinam magis quam ego, horum paruulorum ſunt homicidæ, illacrymanſq; iuſſit, vt ſalui in ciuitatem redirent. Fecerunt autem, vt iuſſerat imperator. Altero quoq; die iterum primo mane proceſſerunt à ciuitate vt prius clamātes, Kyrie eleiſon, vſq; dum ſonoritas vocum illorum aures pulſaret Imperatoris. Qui ſtatim egreſſus tentorio, reſpicienſq; pupillorum turbam, pietate permotus, vt erat vir ſanctiſſimus voce Dominica vſus ait: [Miſereor ſuper turbam.] Nam ante iam dixerat, quo-

Puerorū proceſſio & ſupplicatio pro leuanda obſidione vrbis Troiæ.

Matt. 15

quoniam ſi contingeret capere ciuitatem, quidquid maſculini ſexus inueniretur in ea, ſuſpenderetur patibulis, reliqua verò igne cremari, ipſiuſq; ciuitatis mœnia ad ſolū pertrahi. Præterea mandauit Imperator illis, qui in ciuitate alijs præerant, vt ſi indulgeri ſibi ab eo vellent, iramq; eius placare, ipſimet ſubuerterent partem murorum ciuitatis, quæ contra ſuas machinas rebellis ſtare videbatur. Qui audientes certatim impleuerunt, quod eis mandatum fuerat. Poſt hæc quoq; præcepit Imperator eos pacificè ad ſe egredi, murumq; ciuitatis à ſe reædificari, acceptiſque pacis obſidibus ab vniuerſis, regionis illius prouincialibus, reuerſus eſt in Saxoniam. Northmanni quoque cum Duce ſuo Rudolpho reuerſi in ſuam patriam, gratanter accepti à proprio Principe Richardo. Hæc Glaber.

Deditur ciuitas Imperatori.

TIT. LV. De ſexta beatitudine: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.

Mundo corde ſunt, quos non arguit conſcientia vlla peccati, inquit B. Hieronymus in Matthæum.

Dan. c. 1 *Daniel & ſocij eius pro exēplo ſint, cuius ſtudium, vt eſſet mundo corde, ex eo, quod ſcriptum eſt, cognoſcitur. Propoſuit autem Daniel in corde ſuo, ne pollueretur de menſa regis, & de vino potus eius: & rogauit Eunuchorum præpoſitum, ne contaminaretur, & dixit: Tentā nos obſecro diebus decem, &c. Pueris autem his dedit Deus ſciētiam & diſciplinam in omni verbo & ſapientia: Danieli autem intelligētiam omnium viſionum & ſomniorum. Inter cætera quæ vidit ille mundo corde, maximum & pulcherrimum eſt, quod Deum vidit, quō à mortali hoīe videri potuit, Aſpiciebā (inquit) donec throni poſiti ſunt & antiquus dierū ſedit, veſtimentū eius quaſi nix candidū, etc.* *Cap. 7.*

EXEMP. I. *Munditia cordis S. Gregorij Nazianzeni.*

GRegorius Nazianzenus, ſignaculum caſtitatis integrum cuſtodiens: cum philoſophiæ ſtudijs adhuc iunior apud Athenas floreret, vidit per ſoporem ſedēti ſibi & legenti duas ſatis decoras dextra læuaque fœminas conſediſſe. Quas ille caſtitatis inſtinctu oculo toruiori reſpiciens: quænam eſſent, & quid ſibi vellent percunctabatur. At illæ familiariùs eum complectētes aiunt: Ne moleſtè accipias iuuenis: notę tibi & ſatis familiares ſumus. Altera n. ex nobis Sapientia, altera Caſtitas dicitur, & miſſæ ſumus tecū habitare, quia iucundū ſatis & mundum in corde tuo habitaculum præparaſti.

D. Ant. Archiep. Flor. to. 2 Chron. tit. 10. cap 5. Ruffinus prologo in libros S. Greg Nazian.

II. *Mulierum coniugatarum cordis puritas placet Deo, & ſupra puritatem monachi.*

IN vitis Patrum legimus, ſanctū Macarium, vnum ex celeberrimis patribus & monachus illius temporis, audiuiſſe aliquando vocem dicentem ſibi: Nondum, ò Macari, duarum fœminarum coniugatarum, quæ circiter in quadam vrbe habitant, perfectionem attigiſti. Quo audito ſanctus vir, vt eas inquireret, perrexit. Et factum eſt, vt diuino ſpiritu ductus domū, in qua illæ ſanctæ fęminæ cohabitabant, offenderit: & ingreſſus domū inuenit duas mulieres, quæ duobus fratribus matrimonio copulatæ erant. A quibus cum ſciſcitaretur ille, & importunis precibus efflagitaret, vt vitę ſuæ diſcurſum ei vellent enarrare, tādem precibus eius obtemperantes ei dixerunt: Vndecim annis in eadem domo cohabitaſſe, in ſumma pace & cōcordia inter ſe & viros ſuos, à quibus ſæpè enixè poſtulauerant, vt vitam cęlibem agere vellent, quod cum impetrare minimè poſſent, cordis puritatem (quod poterant) Deo obtulerunt: & ſuper quod ſummo ſtudio inuigilabant, ne verbo ſaltem, aut opere Deum offenderent.

Vita SS. Patrum.

Coniugalis cōcordia magna apud Deū meruit.

Cordis puritas in omni ſtatu viro præferri ſet. ſt.

Quod cum ſanctus vir audiret, exclamare cępit, dicens: In quocunque ſtatu cordis puritas Deo placet, ita vt quandoq; puritas coniugatorum virginum & monachorum puritatem excellat.

III. *Cogitationes impuræ etiam à corde repellendæ & pœnitentia delendæ.*

Iord. à Saxonia lib. 3. de cōm. ſpiritꝰ. c. 30.

QVidam Frater mihi notus, ſingularis vitę & magni ſtatus in ordine, vno anno poſt mortem apparuit in viſione cuidam viro pio, dicens, eatenus ſe fuiſſe in atrociſſimis tormentis; ſed nunc Dei miſeratione fore liberatum, & cæleſti familiæ aſſociatum. Admirās autem ille, quod vir tantæ ſanctitatis, qualis ipſe fuerat ab hominibus reputatus, tanto tempore pęnas gehennales ſuſtinuiſſet, interrogauit eum, ob quam cauſam tanto tempore tantas pœnas luiſſet. At ille reſpondit, Ob cogitationes prauas, quibus ſæpè in corde inquinabar, quas per pœnitentiam non diluiſſem, licet à fœdis actibus diuina propitiatio me cūſtodierit.

Cogitationes prauæ graui purgatorio puniūtur

TIT. LVI. De ſeptima beatitudine: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.

Pacifici qui.

Pacifici autem dicuntur, qui pacem & concordiam, vbi ea nō eſt, inter diſſidētes faciunt: vel amiſſam reſtaurāt, vel vbi eſt, eam fouent ac nutriunt.

Geneſ. 13

Abrahā iurgia inter paſtores ſuos, & nepotis ſui Loth prudenter diſſoluit.

Gen 37.

Ruben & Iudas mitigare tentarunt iram erga Ioſephum.

4. Re. 20

Ezechias Rex Iuda, cum reſponſum accepiſſet, theſauros quos Babylonijs gloriæ cupiditate oſtentauerat, iiſdem futuros prædam, delicti conſcius: Bonus eſt, inquit, ſermo Domini; ſit tantum pax & veritas in diebus meis. Non negauit iuſtum eſſe Dei aduerſum ſe iudicium, ſed mala differri precatus eſt, non ob hoc, ne theſauros, ſed ne theſauris chariorem pacem amitteret. Et qm̄ pro pace, non autem pro diuitijs orauit, poſtea quoad vixit, hoſtem non vidit, Deo in poſteros pacem illam, quam interminatus fuerat, transferente, vt oſtenderet pacem opibus præponendam.

Iſaia 39

EXEMPL. I. *Quomodo pacifici filij Dei, & pacem impugnantes filij diaboli, exemplo docetur.*

Vvilem. Malmeſbur. de geſtis Pontif. Ang.

IN cuiuſdā Eccleſię dedicatione concionem fecerat S. Vvolſtanus Epiſcopus Vvigornienſis ad populum, in qua multa de cęteris, plura de pace dixerat: Qua commoti nonnulli, qui digladiabili diſſidebant odio, offenſas vtrinq; donauere; vnus erat, qui nullis admonitionibus, nulliſq; ſuadelis adduci potuit, vt fratris necem indulgeret inimico. Huic adducto in medium, & poſt multum ſermonem pertinaciſſimè recuſanti, eadem, quæ referam, verba dixit Epiſcopus: Dominus dixit in Euāgelio, [Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.] Conſtat ergo, quod ſi pacifici ſunt beati, & filij Dei, diſcordantes ſunt miſeri, & filij diaboli illi igitur, cuius filius es, te commēdo, & trado te ſatanæ ad interitū carnis, iuxta præceptū Apoſtoli, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Dn̄i. Vix ſanctus ſermonem expleuerat, cùm miſer ille mancipium hoſtile factus, corā omni plebe dentibus ſtridere, ſpumas iacere, crinem rotare occipit. Poſtremò in terrā eliſus volutabatur furens. Exoratus Vvolſtanus, vt miſereretur, diſtulit, ſed preſſus tādē, & lacrymis victus, iubet inimico, vt abeat. Ille diſcedit ea dem facilitate, qua venerat. Reductus in mentē homo, cōuentuſq; vt delicti gratiam cederet, mira pacem negauit impudentia. Iterum ergo vexari, iterumq; ſanari iuſſus, inficiari perſtitit. Tertiò iam cum totis membris labefactatus ex concuſſione dæmonis pænè ſingultiret animam, pacem inijt, poſt hoc perpetuò vſque ad mortem integer & incolumis.

S. Vvolſtanus nocentē inimico parcere tradit ſatanæ, & mox obſidetur.

A dæmone obſeſſus, & poſt à S. viro liberatus tamē negat ignoſcere.

Poſtquā ignouit prorſus liber à dæmone.

II. Mi-

II. *Miraculo cogitur nobilis quidam pacem cum populo Metenſi inire.*

In vita eius cap. vii. S. Bernardus magno comitatu deducitur. Pacificare ſtudet D. Henricũ de Salinis.

HVic affine eſt, quod in vita S. Bernardi habetur. Egrediebatur aliquãdo hic ſanctus Abbas Metenſium ciuitatem, & ex more deuotus eũ populus deducebat cum eorum Epiſcopo Stephano, & fratre eius Reinaldo Barrenſi Comite, alijſq; perſonis tam ex clericali, quam ex militari ordine multis. Interim cauſa extitit, vt rogaret nobilem virum Henricum de Salinis ſuper verbo quodam, quod ipſe ei Epiſcopus, & alij, qui conuenerant, ſuggerebant, vt videlicet Metenſi ciuitati, & populo pacẽ daret, cui grauiter inimicabatur. Ille verò renuere penitùs cœpit & abiurare, nec vllis precibus flecti. Inter hæc ſuperuenientes alij offerebant beato viro hominem ſurdum, obſecrantes, vt ei manum imponere dignaretur. At ille fidei zelo ſuccenſus, ſicut interdũ ob cauſas neceſſarias terror quidam & auctoritas ſupra hominem in eius facie rutilabat, conuerſus ad militem: Tu nos, inquit, audire contemnis, quos continuò coram te audiet ſurdus: Et imponens manum homini, ſignauit eum, & in aures eius digitos miſit. Quo protinus audiente, pauens Henricus & tremens, ruit ad pedes hominis Dei, humiliter ſatisfaciens, & libere annuens, quicquid fuerat poſtulatus.

Surdus à D. Bernardo curatur. Paci ſtudere cogitur nobilis.

III. *Miles pręfractus cogitur ad pacem & veniam precibus S. Nortberti.*

In vita eius ca. 15 apud Sur. to 3

Equus hominis implacabilis miraculo haret immobilis. Pſal. 82

CVm S. Nortbertus Ordinis Præmonſtratenſis auctor primus, aliquãdo in villa Coſrois, de pace & concordia ad populũ verba habuiſſet, fuit à concione delatus quidam, quem inuidiæ tabes miſerè confecerat; qui tamen viro ſancto optimè monenti nullo modo aures præbere volebat; immò cum acriori verborum ſtimulo premeretur, foras exiliens equũ aſcendit (erat.n. miles) vt fuga ſe è conſpectu viri ſancti proriperet. Sed cum admotis equo calcaribus fugam tentaret, equus in ipſo veſtigio ĩmobilis perſtitit, prorſus vt omnium cachinnis miſer exciperetur. Nortbertus interim precibus inſiſtebat. Ad quẽ reuerſus ſupplex miles ſcelus ſuũ agnouit, proſtratoq; in terram corpore veniam petijt, & accepit. Sicq; impletũ eſt in eo, quod ſcriptum eſt: Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.

IV. *Princeps negans ſe daturum pacem, ipſe ſolus occiditur.*

Pallad. in hiſt. Lauſiac. c. 52.

IN ſanctorum Patrum hiſtoria legimus, quod aliquando decertarunt gentiles aduerſus Chriſtianos ruſticos pro ſuis finibus: Erat autem multitudo vtrorumq; armatorum: quibus adſtitit Apollo pacẽ inter eos concilians. Ei autem reſtitit gentilium in pugna princeps, qui erat vir grauis & ſæuus: affirmabat autem & dicebat ſe non eſſe daturum pacem vſq; ad mortem. Is autem ei dicit: Atque adeo tibi fiat, quod elegiſti. Nullus enim præter te occidetur. Tibi autem mortuo non erit terra ſepulchrum, ſed ventres ferarum & vulturum te implebuntur. Atque adeo oratio effectum protinus eſt ſortita, cum ex vtraq; parte nullus ſit interfectus præter principem. Quem etiam cum in arena tumulaſſent, manè inuenerunt membra laniata ab hyænis & vulturibus. Illi autem cum vidiſſent miraculum, & euentum eius quod dixerat, omnes ſeruatorem deprecantes eũ pręadicabant prophetam.

Hominis implacati pœna horribilis. Prædictio S. Apollo effectum conſecuta.

V. *Theodoſius Imperator amator pacis.*

Niceph. l. 14. c. 21

THeodoſius Imperator Conſtantinopoli degens, vbi Romanorum diuinitus conceſſam victoriam reſciuit, tam bonus honeſtuſq; fuit, vt etiam ſecundis rebus ſuis, pacis tamen conſilia caperet, & cum hoſtibus fœdus inire vellet. Helionem igitur ducẽ illuſtri præditum dignitate ad pacem cum Perſis faciendam miſit. Atq; is poſtquam in Meſopotamiam peruenit, vbi Romani foſſam altam, quæ

Maximini legati prudentia.

preſidio eis eſſet, duxerant, Maximinũ virum præclarum, & eiuſdem cũ Ardaburio dignitatis, qui de pace ageret, ad Perſam legauit. Maximinus apud Regem ſe à ducibus, nõ ab Imperatore ipſo miſſum eſſe dixit: Illum.n. bellũ hoc neſcire: atq; etiam vt id maximè ſciret, parui tamen facere. Porrò Varane legationem eam recipiente, quod fame maxima exercitus eius premeretur, qui apud eũ immortales vocabãtur (decem millium numerum ij, delectorum admodum & fortium virorum, complent) eum adiere: & ne prius pacem ſuſciperet, quam impetũ in Romanos parum cautos ipſi feciſſent, admonuere. Quibus rex obſequutus, oratorem quidem in abdito loco clauſum aſſeruauit: Immortales autẽ illos inſidias Romanis ſtruere iuſſit. Qui bifariam diuiſi in medio partem quandam Romani exercitus non minimam, circumuentam concludere voluerunt. Romani ad turmam hoſtium eam, quam conſpexerant, conuerſi ferebantur: nondum.n. alteram, quę derepente procurerat, videbant. Et iam inter ſe acies concurrebant, quum Dei prouidentia, aliæ Romanorum copiæ ex colle quopiam proſpicientes apparuere, Procopij ducis ſigna ſequentes, qui ciues ſuos in diſcrimen coniectos videns, contra Perſas duxit, eoſque à tergo aggreſſus eſt. Ita factum, vt qui paullò antè intercipere Romanos voluerint, ipſi ab illis ſint circumuenti. Noſtri oĩbus illis occiſis, ad eos inde, qui ex inſidijs prodibant, conuerſi, itidem illos quoq; iaculis cõfecerunt. Ad hunc igitur modum qui apud Perſas ſunt Immortales, ſubito mortales oẽs eſſe comperti ſunt, ipſo à Perſis pœnas ſumente Chriſto, propterea quod plurimos eius cultores inſigni pietate præſtantes acerba morte mulctarint. Rex autem Perſarum clade ea accepta, nihil ſe earum rerum ſcire aſſimulauit, & oratore è cuſtodia emiſſo, legationẽ recepit: pacem ſe, non vt Romanis gratificaretur, ſed oratori ipſi, prudentia omnes excellenti, honorem eum haberet, complecti teſtatus.

Legio Perſarũ immortaliũ.

Inſidiatores inciderũt in ſoueam q̃ fecerunt Legio immortalis tota morti tradita. Regu Perſarum aſtutia.

VI. *Heraclius pius Imperator diuinitus obtinuit victoriam & pacem.*

Cõradus Abbas Vrſperg. in Chronico. Baro to. 8 ann. Xpi 617.

COſrhoes Perſarum Rex idololatra multas Romanorum Prouincias deuaſtarat, imò & Hieroſolyma vexillũm crucis Dominicæ abſtulerat; Heraclius Imperator Octauo Imperij ſui anno miſit in Perſidẽ legatos ad Coſrhoen, poſtulans pacẽ. Qui ſpreuit eos dicens: Non parcam vobis, donec Crucifixum Deũ, quem eſſe fatemini, abnegetis, & ſolem adoretis. Heraclius autem duodecimo Imperij ſui anno, contracta omni militia ſua mouit exercitum in Perſidem, multaq; prælia cũ diuerſis ducibus committens, per ſex annos Perſidem deuaſtauit & vicit, occiſoq; Coſrhoe, ſeptimo anno Conſtãtinopolim, ablato à Perſide viuifico Crucis ligno redijt, moxque ſequenti vernali tempore Hieroſolymam tetẽdit, pretioſum illuc lignum reportans ad gratiarum Deo actiones referẽdas. Ita Conradus Abbas Vrſpergenſis.

VII. *Diuinitus datur pax.*

Aimoin li 5 c. 61. et Regin. an 882. apud Baro to. 10. Annal. ann. Do. 882.

HIc non prætermittendum, pacem aliquando Deo volente, inter hoſtes concordi animo iniri, prout referunt Francorum annales: Mira itaque res, & ſtupenda obſidentibus Francis & obſeſſis à Carolo Northmannis quadam die occurrit. Nam XII. Kal. Auguſti poſt medium diem tenebroſa ſubito caligo tota caſtra operuit, fulgure & tonitru concrepante, & talis grando, vt nullus antea mortalium ſe tale quid vidiſſe profiteretur, non vt ſolitũ eſt lapides deſcendere plena & æquali ſuperficie, ſed cornuta & inæquali, & aſpera facie, omnibus cernentibus inſolitum & magnum præbuit ſpectaculum (mirabile & incredibile dictu) vt vix groſſitudo eorum potuerit pollice & digito medio circundari. Nam & ita equi ſtupefacti fuerunt, vt effractis ſudibus & habenis, partim extra caſtra,

Mirũ & inuſitatum grãdinu genus.

ſtta, partim in caſtris errore & ſtupore verterentur. Ciuitatis quoque, quam obſederant, propter impetum aeris, magna pars corruit, ita & vna cohors coaceruatim poſſet equitando ingredi, niſi vallo, quod circumerat, ſuſpenſa conſtaret. Igitur per tot dies obſidés tam magnus exercitus æſtiuo in tempore, propter putredinem cadentium hominũ ægritudine correptus & pertæſus eſt. Nec minus incluſi ſimili moleſtia prӕmebantur: ſicq; inita eſt pax eſt dictis conditionibus, quas obſeſſi ſibi proficuas ab obſidentibus præter morem acceperunt.

VIII. *Præclarum ſtratagema amantis pacem.*

In vita S. Vbaldi, apud Sur. to. 7. QVi pacis amantiores ſunt, nõ in ſe tantum, ſed & in alijs, mentem irritatione alienatã, quoquo modo poſſunt, emollire conantur. Vbaldus Eugubinæ vrbis Epiſcopus, cũ ciues ſuos in ſeditionem verſos verbis placare nõ potuiſſet, & iam ad arma eſſet concurſum: inermis inter tela, ſtrictoſq; mucrones irrumpens, humi prono corpore ſeſe proſtrauit, nec exſurrexit, donec illi ſaucium iacere rati, mutua odia in vnius miſerationem conuertiſſent. Iacens diremit pugnam, quam ſtans nequiuerat inhibere. Audacem autem & periculi impauidum fecerat ipſe pacis amor. idem Fredericum Imperatorem Eugubinis infenſum iratumque, & ob id graue ęris vectigal acceptis obſidib. imperantem, ſuppliciter adiens placauit, ita vt ille & pecuniam remitteret, & obſides reſtitueret, & ipsũ vbi multo honore affeciſſet, diſcedentem deduci iuberet. Sicq; paſtor bonus in tanta ouium ſuarum trepidatione nunquam conquieuit, donec res ſecuras redderet, factus eius vix ſperatæ pacis imperator ſimul & nuntius.

S. Vbaldus inter arma ſe inermis immittit & prælium ſiſtit illæſus.

Idẽ Eugubinos Friderico Imp. cõciliat.

IX. *Pax diuinitus impetrãda precibus.*

Mar. Marul. li. 3. c. 6 SIuo presbyter vir cum multis miraculis, tum imprimis pietatis operibus clarus, dolens quendam cum matre non leui odio diſſidere, poſtquam reconciliare nulla prorſus ratione poſſet, miſſale pro eis ſacrificium obtulit Deo. Exinde nemine iam ſollicitante, ſolo diuino inſtinctu ita animis reſipuere, vt & hic filium ſe agnoſceret, & illa matrem. Documento eſt, vt quos exhortãdo ad concordiam reuocare non poſſumus, reuocemus pro eis deprecando, quando quidem non hominum, ſed Dei donum eſt pax.

Sacroſancti miſſæ ſacrificij efficacia

X. *Vt S. Monica diſſidentes vicinas ad concordiam reducere ſit ſolita.*

D. Aug. l. 9 Confeſſ. c. 9. MEmorabile eſt ad hanc rẽ S. Monicæ diui Auguſtini matris exemplum: Nam inter diſſidentes atq; diſcordes quaſdam animas, vbi poterat, tam ſe præbebat pacificam, vt cum ab vtraque multa de inuicem audiret amariſſima, qualia ſolet eructare turgens atque indigeſta diſcordia, quando præſenti amicæ de abſente inimica per acida colloquia cruditas exhalatur odiorum? nihil tamen alteri de altera proderet, niſi quod ad eas reconciliandas valeret.

S. Monicæ ſtudium in diſcordijs extinguendis.

XI. *Homo obſtinatus pacem renuit, Deus concedit.*

Th. Cãt. lib. 2. Apum c. 18 p. 2. VEnerabilis vir Iacobus de Vitriaco, vt multis adhuc notum eſt, crucem Hieroſolymitanam ob ſalutem multorum in Brabantia prædicauit. Contigit autem, vt pacificaturus quadam die mortales inimicitias, iniuriã paſſum, primo ſuppliciter, deinde proſtratus pedibus eius, ſemel, iterum, & tertio cum multitudine populi pręſente rogaret, nec proficeret in rebellem. Conuerſus igitur ad populum dixit: Palam omnibus cõteſtor vos, quia qui ſpernit nos, ſpernit & eum, qui mittit nos. *Luc. 10.* Rogate ergo Dominum, vt tale ſignum oſtendat in hominem obſtinatum, quo cunctis pręſentibus pateat eum hoſtiliter contra ſe in retentione odij contra proximum hoc egiſſe. Nec mora. Vbi vir ſanctus orationẽ expleuit, miſer ille euerſis oculis, ſemel, ite-

rum, & tertio in terram corruit, oreq; cruorem ſpumans & ſaniem, horroris maximum ſpectaculũ & piaculum omnibus præbuit. Tunc flente populo, vir reuerendus fuſa prece proſtratum erexit. Qui mox integerrime ſoſpitatus, vbi ante ſe inimicum vidit, quaſi aliquid amiciſſimum rogaturus, cum lachrymis veniam petiuit, ruenſq; in oſcula eius, ad lachrymas, & laudem Chriſti omnium corda commouit.

Odij pæna horrenda.

Vexatio dat intellectum.

TIT. LVII. De octaua beatitudine: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam; quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

Perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam quicunq; pro quocunq; virtutis actu, ſiue ſit ſecundum legem diuinam, vel moralem, vel canonicam, illatas tolerat iniurias.

Hinc Machabæi mortem ſuſtinuerunt, ne carnes porcinas contra legem ederent.

2. Mach. 7.

Ioannes Baptiſta decollatus, quod correctionem Herodis Regis non omitteret.

Matt. 14.

Suſanna pro caſtitate tuenda mori potius elegit.

Dan. 13.

EXEMP. I. *D. Paulo, quod ſuaderet pellici olim Neronis, ſed iam Chriſtianæ, caſtitatem, comprehenſionis, & mortis fuit occaſio.*

NEro Romanorum Imperator vir impudicitiæ ſceleribus omnibus inſignis fuit: primuſq; ac ſolus in tanto imperij culmine nouos quoſdam laſciuiæ, flagitij, ac turpitudinis modos excogitauit, exquiſiuit, inuenit. Pellicem. n. quam ille deperibat, atq; in delicijs habebat, cum Paulus induxiſſet fidei ac religionis ſacramenta ſuſcipere, perſuaſerat vna inceſtum illum impurumq; congreſſum declinare: Hæc, inquam, ille crimina obiectans, corruptoremq; nequam, flagitioſum, ac nebulonem, & his ſimilia, quę vos modò perſtrepitis, Paulum vocitãs, primum coniecit in vincula: cum vero, vt puellæ eiuſcemodi monita atque conſilia dare deſineret, perſuadere non poſſet, necauit eundem.

D. Chryſ. aduerſ. vituper. vit. monaſt. lib. 1. & Metaph 29 Iu. ij an. Do. 68.

Cauſa carceris & mortis D. Pauli.

II. *Pro iuſtitia murum ſe opponens S. Leo III. Papa, miſere à Romanis excipitur.*

CVm die quadam more ſolito in litania, quæ ab omnibus Maior appellatur, Leo Pontifex procederet, vbi ſibi populus obuiam ſacra religione occurrere deberet, vt ſecundum annuam conſuetudinem litanias, & Miſſarum ſolennia cum ſacerdotibus celebraret, & omnipotenti Dño pro ſalute Chriſtiani populi preces funderet: & cum ſecũdum Olitanam traditionem S. Romanæ Eccleſiæ, in eccleſia B. Georgij Chriſti martyris, in eius natali, ipſa litania prædicata fuiſſet: oẽs tam viri quam fœminæ deuota mente caternatim in eccleſia B. Chriſti Martyris Laurentij, quam Lucinæ dicunt, ſiue, Ad craticulam, (vt hic habent Annales Francorum) vbi Collecta prædicata erat, occurrerunt. Et dum prædictus venerabilis Põtifex à Patriarchio egreſſus fuiſſet: obuiam illi ſine planeta Paſchalis Primicerius occurrit, & hypocriſi veniam illi petebat, dicens: Quia infirmus ſum, & ideo ſine planeta veni. Tunc ſanctiſſimus Præſul veniam illi dedit. Similiter & Campulus Sabellarius, qui in ipſorum doloſitate pariter in Põtificali obſequio pergentes, & dulcia verba, quę non habebant in pectore, cum eo loquentes, maligni, & iniqui ac peruerſi, falſiq; Chriſtiani, prorſus Pagani, filij diaboli, in vnum ſe ſatanice colligẽtes, pleni iniqua cogitatione, in ipſo itinere, ante monaſterium Sanctorum Stephani & Silueſtri, quod Dominus Paulus Papa fundauerat, clam armati aſtitere, atq; repente de loco inſidiarum exilientes, ad ipſum (quod dictu nefas eſt) trucidandum, abſq; vlla reuerentia confluxerunt,

Ex Anaſtaſ. Bibliothec. Bar. to. 9 Annal. Eccl. ad ann. Do. 759.

Proceſſio S. Leonis Papæ in Litania maiori.

Hyppocritarũ inſidia et immanitas

xerunt, Paſchale ad caput ſtante, & Campulo ad pedes, ſecundum iniquũ eorum cõſilium. Quo facto, omnis qui circa eum erat populus, cum eſſet inermis, & in diuino officio præparatur, timore armorum perterritus, in fugam conuerſus eſt. Ipſi vero inſidiatores atque operatores malorum, Iudaico more, ſine vllo diuino vel humano honoris intuitu, ferino more comprehendentes, in terram proiecerunt, & abſque vlla miſericordia ſcindendo, expoliando eum, crudeliter oculos euulſere, & ipſum penitus necare conati ſunt: nam & lingua eius ab ipſis præciſa eſt. Et vt ipſi omnino tunc arbitrati ſunt, cæcum eum & mutum in media platea dimiſere. Verum ipſi maligni Paſchalis & Campulus, ſicut veri Pagani & impij, ad ipſius monaſterij eccleſiam ante Confeſſionem eum trahentes, ante ipſum venerabile altare iterum oculos & linguam amplius crudeliter eruere, & plagis eum diuerſis ac fuſtibus cædentes laniauerunt, & ſemiuiuum in ſanguine reuolutum ante ipſum altare dimiſere. Poſtmodum vero ſub cuſtodia in ipſo monaſterio dimiſere. Timore autem perterriti, ne à Chriſtianis hominibus inde furto ſublatus eſſet, tunc malignum conſiliũ adepti, ſicut ipſe Hegumenus monaſterij S. Geraſimi profeſſus eſt, fecerũt eum ad ſe venire clam per noctem, tam Paſchalis malignus, qui tunc primicerius erat, quam Campulus Sacellarius, & Maurus Nepeſinus, & miſerunt in prædictum monaſterium S. Silueſtri, cum pluribus iniquis conſentaneis ipſorum malefactoribus: ſic eũ per noctem exinde abſtrahentes deduxerunt in monaſterium S. Geraſimi, & in arcta & anguſta cuſtodia eũ recluſerunt. Sed Dominus omnipotés, qui eorum malitiam præſciendo, diu patienter ſuſtinuit, ipſos eorũ iniquos conatus mirabiliter deſtruxit. Contigit enim, cooperante Domino, & B. Petro Apoſtolo ſuffragante, quod antedictus Papa cum ab ipſis carnificibus in monaſterium S. Geraſimi in cuſtodiam mitteretur, & viſum recepit, & lingua ad loquendum ei reſtituta eſt, vt oſtenderet omnipotens Dominus ſuper ſuum famulum ſolitam miſericordiam, & magnam miraculum, & diuino eius nutu à fidelibus Chriſtianis viris, videlicet Albino Cubiculario, & alijs fidelibus Deum timẽtibus, ex ipſo eum clauſtro occulte auferentes, in baſilicam B. Petri Apoſtolorum principis, vbi eius ſacratiſſimum corpus quieſcit, deduxere. Qui omnes audientes & videntes mirabilia Dei, qui innocentem & iuſtum Pontificem de manibus inimicorum eruit, glorificauerunt Dominum Deum, dicentes: [Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui facit mirabilia magna ſolus,] & non deſerit ſperantes in ſe, ſed in eo adimpleuit miſericordiam ſuam, vt manifeſtaretur gloria Dei, & mirabilia in eo, quemadmodum promiſit ſperantibus in ſe, Pſalmiſta dicente: [Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Et iterum: Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.] Et verè à tenebris Dominus eum eripiens, lumen reddidit, & linguam ad loquendum ei reſtituit, & totis eius conſolidatis membris, in omnibus operibus mirabiliter deducens confortauit. Quantum gaudium habuere Chriſtiani homines, & fideles, tantum mœrore & triſtitia anguſtiati, illi neſciebant quid agerent, & in periculo ſe eſſe exiſtimantes, quærebãt ſemetipſos interijcere. At dum non inuenirent, quid aliud agerẽt, domum Albini fidelis, Beati Petri Apoſtoli, & eiuſdem Pontificis deprædantes, deſtruxerunt.

Eruitur Leoni Papa à perfidis miniſtris oculi & lingua.

Polluitur templũ cruore Pontificis.

S. Leoni miraculo viſum & linguam recipit.

A nõnullis fidelib. miniſtris auxiliũ & ſolatium recipit S. Leo.

Pſ. 135.

Pſ. 26.

Pſ. 118.

Albini domus ob adiutum Leonem Pont. ab eius inimicis ſpoliatur & deſtruitur.

III. *Pelagius Patricius pro veritate occiditur.*

Ex Cedreno Baron. to. 6. Annal. an Do. 490.

PElagius Patricius, ſumma animi alacritate atque conſtantia ſolus aggreſſus, quod nec reliqui milites Imperatoris, vel ipſi Conſtantinopolitanæ

ſedis

ſedis Epiſcopi auſi ſunt pertentare, nempe monere impuriſſimum, atque ſæuiſſimum Principem Zenonem, vt à nefandis perpetrandis ſceleribus deſiſteret, imitatus magnum Ioannem Baptiſtam, principem arguendo, atq; cum eo accepit pro mercede à tyranno ſupplicium, immò coronam, quæ ipſum terræ cæloq; reddidit glorioſum. Rem geſtam ſic narratam à Cedreno accipe: Interfecit etiam (inquit) Zeno Imperator Pelagium Patricium, virum pręclarum, & carminum ſcriptione inſignem, quod is pro ſua prudentia, & iuſtitia libertatem dicendi ſibi ſumens Zenonis neſanda facinora palam inceſſebat. Moriturus autem, manibus ad cælum erectis, Deum omnium gubernatorem ſic eſt precatus: O iuſtiſſimè Deus, mihi quidem iniuſtiſſime mors infertur, propterea quod libero ore Zenonis multa facinora violenta repreſſi, & quod fatuum eius fratrem nolui Cæſarem deſignari. Tu autem Domine omnipotens, qui iuſtitiæ rationem habes, quamprimum eorum ſcelerata homicidia punito.

Libertas corripiendi.

Pelagius Patricius, poeta inſignis.

Pelagij iuſta ad Deũ preces.

TIT. LVIII. Quod liceat fugere tempore perſecutionis, dum ea particularis eſt.

Cùm Saulus eſſet Damaſci cum diſcipulis ſuis. Iudæi inierunt conſilium vt eum interficerent: & cuſtodiebant portas die ac nocte. Nota autem facta ſunt ipſi inſidia eorum. Accipientes autem eum diſcipuli nocte, per murum dimiſerunt eum ſubmittentes in ſporta.

Act. 9. 24. 2 Cor. 11.32.

EXEMP. I. *S. Gregorius Thaumaturgus verbo, & exemplo docuit fugiendas perſecutionum tempeſtates.*

VRgente Decij Imp. perſecutione, non ſine diuino conſilio Magnus ille Gregorius Thaumaturgus furorem declinans Gentilium debacchantium, receſſit in ſolitudinẽ: qui & ſuis, vt idem facerent, perſuaſit. Id quidem Gregorius Nyſſenus, vbi perſecutionis acerbitatem deſcripſit, ſic ait: Cùm ergo tunc imbecillitatem naturæ vidiſſet vir ille magnus, vtpotè quod multi non poſſent pro pietate vſq; ad mortem decertare; conſulit Eccleſię, vt parumper cederet terribili irruptioni, dicens: Eſſe melius, fugiendo ſuas cõſeruare animas, quam ſtando in acie certaminum, eſſe ordinum fidei deſertores. Et vt maximè eſſet perſuaſum hominibus, nullum animæ adferre periculum, ſi fuga fidem ſeruarent: ſuo exemplo eis conſulit, vt ſecederent; ipſe ante alios cedens vehementi periculo hæc quidem Gregorium, diuino quodam inſtinctu doctum, & alieno periculo, magna ſuorum vtilitate feciſſe, certiſſimum eſt. Nã (vt vidimus) immenſus erat vbiq; lapſorum numerus, quos furor perſecutionis turpiter deiecerat, eorum ſcilicet, quos non timor cautos fecerat, ſed præſumptio reddiderat fruſtra ſecuros. Hæc vero Gregorius ſuæ prudenter ſuadens Eccleſiæ, nullius lapſum ingemuit.

D. Greg. Nyſſen. i laudatione S. Greg. Thaum. turgi.

Bar. to. 2 annal. an. Chriſti 253.

Multi tẽpore perſecutionis à fide exciderũt.

II. *S. Fulgentius Epiſcopus Ruſpenſis fuga ſe ſubducit.*

ANno Domini quadringenteſimo nonageſimo nata eſt perſecutio fidei ſub Zenone Imperatore, ſit vt ſãctæ memoriæ Fauſtum Epiſcopum cogeret per diuerſas latebras commigrare, nec in ipſo monaſterio ſineret iugiter quieſcere. Tunc beatus Fulgentius timens aut illo loco ſolus remanere, aut de loco in locum frequẽtius commigrare, conſulto prius Epiſcopo Fauſto, vicinum monaſterium petijt, vbi paucis & ſimplicibus fratribus Felix nomine Abbas pręerat amicus eius ab adoleſcentia, cum quo etiam laicus familiariter vixerat, & poſt nonnulla: Cum ſubito Barbaricæ multitudinis prouincia turbaretur incurſu; videntes ſalutem temporalem fugæ præſidio vindicandam, labores illico perferẽdæ peregrinationis excipiunt; limatoque conſilio, procul abſcedunt, vbi nulla

Ex Actis eius per diſcipul. exilij comitem.

Bar. to. 6 Annal. ann. Do. 490

S. Fulgentij Ep. Ruſpẽſis fuga.

nulla belli naſcentis opinio conſtruendi monaſterij præberet integram facultatem. Promouent igitur caſtra ſpiritualia duces inclyti cœleſtis exercitus, & per ignotas Africæ regiones, monachorum ſuorum caterua comitante, pariter gradiuntur, vbiq; facientes gaudium bonis, inuidiam malis.

III. *S. Hilario monachus Gazenſium perſecutionem fugit.*

Soz. li 5. hiſ. Ecc. c. 9.

TEmpore perſecutionis Iuliani Imperat. anno ſecundo, Hilarion monachus à populo Gazæ quæſitus, profugit in Siciliam; ibi ligna in deſertis montibus colligens, & humeris portans, quadam in vrbe ea vendidit; eoq̃ue pacto quantum ſat erat ad quotidianum victum ſibi comparauit. Verum tandem a viro quodam dæmone agitato, quo ipſum liberauerat, quiſnam & qualis eſſet, indicatus, conceſſit in Dalmatiã. Qua in regione quoq; cum maxima miracula diuina virtute edidiſſet, adeò vt mare eius precibus receſſu prohibitum aridam vndiq; inundatione obruiſſet, inde denuo ſeceſſit. nã ei haud voluptas erat, apud eos, qui ipſum laudaren, commorari. Itaque loca ſubinde commutando, obſcurus eſſe, & celebrem famam de ſe peruagatam crebris migrationibus delere laborauit. Poſtremo Cyprum prætervectus, Paphum appulit, atque rogatu illius, qui tum Cypri erat Epiſcopus, ibi commorari contentus eſt, & in loco, qui Charbyris dicitur, monaſticũ vitæ genus excoluit. Quod autem martyrio iſte non occubuerit, fuga in cauſa fuit. Atq; fugiebat, propterea quod ſanctum Euangelij præceptum eſt, vt perſequentes nos nõ expectemus: Qd ſi qui comprehenſi fuerint, vt animo excelſo ſint & robuſto, vimque & violentiã à perſecutorib. ſtrenue euincãt.

Fuga laudis & gloriæ.

S. Hilarion cur perſecutionem fugerit.

IV. *S. Cerbonij & aliorum Chriſtianorum fuga.*

D Greg. li. 3. Dialog c. 11.

CVm crudelitatis Longobardorum fama per diuerſas Italiæ regiones percurreret, frequentes erãt fidelium latebræ atq; fugæ, ſuaque ipſorum bona eiſdem relinquentes in prædam, ſaluti ſinguli conſulere ſollicite feſtinabant, fiebantq; deſertæ ciuitates, ipſaque vero loca deſerta ciuibus replebãtur: magis autem inſulæ maris appetebãtur ab ijs, quibus nauigij alicuius poterat eſſe facultas. Inter alios autẽ vna cum ſuis clericis magnus ille confeſſor Cerbonius Epiſcopus Populonij, qui Gothorum tempore ſeſe ipſis obiecit intrepide, modo exundanti vehementiori Longobardorũ ſæuitia, in Iluam inſulam Tyrrheni maris ſe contulit, vbi & Deo iuuante vitæ præſentis finem accepit; ſic enim melius abſcondit eum Dominus in abſcondito faciei ſuæ à puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate.

S. Cerbonij Ep. et aliorum Chriſtianorũ fuga.

V. *Felix Nolanus metuens ne per ſenilem ætatem mortis ſupplicium ferre poſſet, clam fugit.*

FElix Nolanus presbyter, cũ in idola vehemẽtius inueheretur, ab infidelibus varie vexatus, in carcerẽ conijcitur. Vnde ab Angelo nocte educt⁹, quærere iuſſus eſt Maximianum Nolæ Epiſcopum: qui cum ſenio confectus deſperaret ſe ferre poſſe ſupplicia perſequentium, ſe abdiderat in ſyluã. Quo cum Felix Deo duce perueniſſet, ſanctum Epiſcopum humi iacentem pæne mortuum videt: quem recreatum, ac ſublatum in humeros, apud fidelem viduam reficiendum curauit. Sed cum is iterum idolorum cultores impietatis argueret, facto in ipſum impetu, fugiens in anguſto duorum parietum interuallo ſe occultauit. Qui aditus cum repente aranearum telis pertextus viſus eſſet, nemini recentis latebrę ſuſpicionem reliquit. Inde igitur euadens Felix, in ædibus piæ mulieris tres mẽſes latuit. Cum vero Dei Eccleſia requieſcere cœpiſſet, Nolam rediens, multiſque ibi vitæ exemplis, & doctrinæ pręceptis miraculiſque ad Chriſti fidem conuerſus, conſtanter et recu-

Breuiar. Roman. 14 die Ian.

recuſato eius vrbis Epiſcopatu, obdormiuit in Domino, ſepultuſq; eſt prope Nolam in loco, quem in Pincis appellabant.

De conſilijs euangelicis.

Conſilia Euangelica ea dicuntur, quæ cum ad ſalutem cōſequendam ſimpliciter neceſſaria non ſint, tamen vt parandæ ſalutis ratio expeditior habeatur ac facilior, à Chriſto proponuntur atque conſuluntur.

TIT. LIX. De Conſiliis Euangelicis in genere.

EXEMP. I. *Apud Monachos olim omnia communia fuiſſe, ſicut & inter S. Marci diſcipulos, & primos Chriſtianos.*

D. Marcus diſcipulus & interpres Petri, aſſumpto Euāgelio, quod ipſe confecerat, perrexit in Ægyptum & primus Alexandriæ Chriſtum annuncians conſtituit Eccleſiam, tanta doctrina & vitæ cōtinentia, vt omnes ſectatores Chriſti ad exemplum ſui cogeret. Denique Philo, diſertiſſimus Iudæorum, videns Alexandriæ primā Eccleſiam adhuc iudaizantem, quaſi in laudem gētis ſuæ librum ſuper eorum conuerſione ſcripſit. Et quomodo Lucas narrat Hieroſolymæ credentes oīa habuiſſe communia, ſic & ille, quod Alexandriæ ſub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit. Et poſtea idem Hieronymus Philonem deſcribens, hęc latius proſequitur, dū ait: Philo Iudæus, natione Alexandrinus, de genere Sacerdotum, idcirco à nobis inter Scriptores eccleſiaſticos ponitur, quia librum de prima Marci Euangeliſtæ apud Alexandriam ſcribens Eccleſia, in noſtrorum laude verſatus eſt, nō ſolum eos ibi, ſed in multis quoque prouinciis eſſe memorans, & habitacula eorum dicens monaſteria. Ex quo apparet, talem primā Chriſto credentium fuiſſe Eccleſiam, quales nunc monachi eſſe nituntur & cupiunt, vt nihil cuiuſquam proprium ſit, nullus inter eos diues, nullus pauper, patrimonia egentibus diuidūtur, orationi vacatur & pſalmis, doctrinæ quoque & continentiæ, quales & Lucas refert primum fuiſſe Hieroſolymæ credentes.

Apud Hieron. de Scriptor Eccleſiaſt.

Act. 2. & 4.

Monaſteria 1. S. Marci

II. *D. Cyprianus Epiſcopus Carthagin. ex Euangelio edoctus ſuas facultates pauperibus diſtribuit.*

S. Cyprianus martyr, inter fidei ſuæ prima rudimenta nihil aliud credidit Deo dignum, quam ſi continentiam tueretur; tunc enim poſſe idoneum fieri pectus, & ſenſum ad plenā veri capacitatem peruenire, ſi concupiſcentiam carnis robuſto atque integro sāctimonię vigorię calcaret. Quis vnquā tanti miraculi meminit? Nondum ſecunda natiuitas nouum hominem ſplendore toto diuinę lucis oculauerat, & iam veteres ac priſtinas tenebras ſola lucis paratura vincebat. Deinde quod maius eſt, cum de electione diuina quædam iam non pro conditione nouitatis, ſed pro fidei feſtinatione didiciſſet, ſtatim rapuit, qđ inuenit promerendo Domino profuturum. Diſtractis rebus ſuis ad indigentiam pauperum ſuſtentandum, tota prędia pretio diſpenſans, duo bona ſimul iunxit, vt & ambitionem ſeculi ſperneret, qua perniciosius nihil eſt, & miſericordiam, quam Deus etiam ſacrificiis ſuis prętulit, quam nec ille, qui legis omnia mandata ſeruaſſe ſe dixerat, fecit, impleret: & prępropera velocitate pietatis, pene ante cępit perfectus eſſe, quam diſceret.

Pontius Diacon. in vita eius.

Cōtinentia S. Cypriani.

Liberalitas ī pauperes.

III. *S. Antonius Domini conſilium amplectens poſſeſſiones ſuas vendit, & pretium pauperibus diſperitur.*

B Eatus Antonius Abbas parētibus è præſenti vita ſublatis, annorum circiter decem & octo ſeu viginti, cū ſorore admodum paruula derelictus, & domus & ſororis honeſtam curam gerebat.

In vita eius per Athan. Ep. Alexan. conſcripta.

gerebat. In hac itaq; pia ſolicitudine & cura ſexto iam menſe conſtitutus, cœpit ardentiori mentis ſtudio recolere Apoſtolicæ vitæ puritatem, quomodo ſpretis mundi opibus & honoribus, in extrema rerum omnium inopia ſe totos ad Chriſti diſciplinam adiunxiſſent, atq; ſpem omnem excelſo animo in cęlis repoſuiſſent. Hæc aliaq; aſſiduæ mente pertractans, cum eccleſiam ingreſſus, locum illum Euãgelij, quo Dominus diuitem cõpellauerat, ſi perfectæ vitæ rationem aſſequi vellet, omnia diuenderet, & pauperibus diſtribueret; atque pro ijs ſempiternũ in cælis theſaurum reconditum inueniret, legi audiſſet; protinus bonã facultatum ſuarum, quas habebat ampliſſimas, partem diſtraxit, paucis admodum in vſus ſororis, quæ & ſexu & ætate infirmior videbatur, reſeruatis. Alio dein tẽpore religioſa animi pietate eccleſiam frequentans, cum aliũ Euangelij locum, quo Dominus nihil nos de craſtino ſollicitos eſſe iubet, audiſſet, reliqua bonorum portione pauperibus diſtributa, omnibus ſe terrenarum cupiditatum vinculis ſoluit, & ſororem ſacris Chriſto virginibus commendauit: ipſe vero arduũ aſperumq; vitæ inſtitutum arripuit. Erat in vicino agello ſenex quidã (necdum enim celeberrima illa crebraq; in Aegypto monaſteria viſebantur) ſolitariæ vitæ à prima ætate ſectator eximius. Hunc Antonius non ſegniter æmulatus, in locis à villa paullulum remotioribus imitari cœpit, atq; ſi quem in ſpiritalis palæſtra certaminis ante alios inſignem comperiſſet, illum ſtudioſiùs cõtemplari, & ſumma diligentia clariſſimis virtutum exemplis in ſe exprimere conabatur.

Sacri euangelij in bonorum animis efficacia.

Prõpta obediẽtia ad verbã euãgelij.

Imitãdi perfectiores ſtudium.

I V. *S. Hilarion renunciat omnibus.*

D. Hier. i vita eius.

SAnctus Hilarion, parentibus iam defunctis, partem ſubſtantiæ fratribus, partẽ pauperibus largitus eſt, nihil ſibi omnino reſeruans, timens illud de Actibus Apoſtolorum Ananiæ et Sapphirę vel exemplum, vel ſupplicium, maximeq; Domini memor, dicẽtis; [Qui non renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.] Erat autem tunc annorum quindecim. Sic nudus & armatus in Chriſto, ſolitudinem ingreſſus eſt.

Actor. 5.

Luc. 14.

V. *S. Paulinus audito euangelij conſilio, facultates ſuas pauperibus erogauit.*

DE Paulino Nolano Epiſcopo (qui viuebat anno Domini 394.) ſic ſcribit Gregor. Turonenſis: Fuit is vir venerabilis Paulinus Nolanæ vrbis ex nobili ſtirpe ortus: Taraſiam ſimilem ſibi ſortitus eſt coniugem, habens diuitias multas, & tam in fundorum poſſeſſione, quam in præſidio domorum valde diues erat ac locuples. Sed cum primum aures eius euangeliorũ lectio illa penetrauit, in qua Dominus adoleſcentem pro diuitijs arguit, dicens: [Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: & veni ſequere me: facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem introire in regnum Dei:] ſtatim venditis omnibus quę habebat pauperibus erogauit. Exoneratus à cunctis cupiditatibus magiſtrum liber ſequitur, per hęc ſe putans paradiſi diuitijs locupletari, ſi videret nihil de trãſitoriis poſſidere. Cui maieſtas Diuina tribuit, vt quod impoſſibile dixerat per euãgelium, hoc poſſibiliter adimplere mereretur per actũ.

Gre. Tur. li. de glo. Conf. c. 101 & D. Amb. epiſt. ad Sab. Epi.

Matt 19.

Euãgelij vis.

VI. *D. Gregorius Magnus valedicit mundo.*

GRegorius Magnus, qui poſt Pontifex Romanus fuit, patre orbatus, vt ait Ioannes Diaconus in eius vita, vbi liberam diſponendarum rerum ſuarum nactus eſt facultatem, ſex monaſteria in Sicilia fabricans, ſufficientibus fratribus cumulauit: quibus tm̃ prędiorum cõtulit, quantum poſſet ad victũ quotidianũ Deo illic militantiũ ſine indigentia ſuffragari. Et capite 6.

Li. 1 c. 5. & Greg. Tur. l. 10. hiſt. Frã. cap. 1.

Monaſteriorum i Sicilia ædificatio.

Septi-

Septimum intra Romanæ vrbis mœnia, ſub honore S. Andreæ Apoſtoli, iuxta baſilicam ſanctorum Ioannis & Pauli, ad cliuum Scauri, monaſterium in proprio dogmate fabricauit. In quo relictis ſericis, auro gemmiſq; radiantibus togis, ſimulq; ſupellectilibus reliquis in vſum pauperum erogatis, ex huius mundi naufragio nudus euaſit, diuque deſideratum monachicum capiens indumentum, primo ſub Hilarionis, deinde ſub Maximiani venerabilium Patrum regimine, multis ſibi ſociatis fratribus, regulari tramite militauit. Poſt verò, cum ſubeſſe mallet, fratrum votiua cócordia imminente, præeſſe non tenuit.

Liberalitas ī pauperes.

TIT. LX. De præſtantia ac dignitate vitæ religioſæ.

EXEMP. I. *D. Ioannes Chryſoſtomus relicta Reipubl. confert ſe ad monaſteria.*

In eius vita per Leonem Imp. to. 1. cter ū S. Chryſoſt.

IOannis Chryſoſtomi patre vita præſenti defuncto, excurſo non ita multo poſt tempore, & ipſius beata mater vitæ finé accepit, relictis ei diuitij per multis in auro, argento, veſte pretioſa, prædijs, mancipijs, iumentis, alijſq; id genus peculijs, ac per quam multis facultatibus. Matrem igitur vt primum decenti funere ac religioſe extulit, in conditorio depoſuit beati patris, iuxta ſanctæ matris præſcriptum. Sanè quidem aurum in pauperes & indigos incunctanter dilargitus eſt; quod autem nulla inſigni nota erat percuſſum, in eccleſias diſpertiuit, ac finitima monaſteria proximè adiacentia ciuitati, ad exornãdas pretioſas reliquias. Seruos & ancillas ad vnum omnes ſeruitutis vinculo emancipatos aſſeruit libertati. His tandem exolutis vinculis negotiorum, ſuperfluè métem vrgentium, quidquid reſederat è ſuis facultatib. in vſum ciuitatis diſtribuit, vt vacuus maxime eſſet ab omni intemperie & moleſtia exactorum publici tributi. Veritatis concertator hic ſua hæc omnia ad hunc modum diſpenſabat. Proinde in perquam amęna requie vitam tranſmittebat, iugi meditationi, & aſſiduæ lectioni diuinarum ſcripturarũ aduigilans, cuſtos peruigil ſui ipſius corporis factus, ſtudio fugitans, & à ſe quam longiſſimè ſubmouens irritamenta gulæ, turpiumq; concupiſcentiarum indecoras permiſtiones propellens, in corpore ſuo quaſi in templo quopiam ſancto locum tribuebat capacé virginitatis ac ſanctimoniæ. Porrò is cũ probè noſſet extimulante conſcientia, præſertim vigente ætatis flore (tametſi ſaluo eſſet & incolumi ſenſu pręditus) ſe haudquaquam eſſe parem tot ſuſtinendis moleſtijs, quas faceſſit Reſpublica ſuis adminiſtratoribus, finitima ciuitati inuiſit monaſteria. A ſuæ cognationis hominibus, & à ciuitate cum ſe ſequeſtraſſet, in numerum adſcitus ciuium ſupernæ Hieruſalem, ſtudio feſtinabat ac flagrãti deſiderio vrebatur, vt vel ibi innoteſceret. Illic igitur cępit primordia iacere monaſticæ exercitationis, ac tenacius tueri.

Diuitiarum præclara diſpertitio. SS. Reliquiarum ornatus. Serui tæ liberãtur à S. Chryſoſt mãcipia ſua ciuitatu.

Exercitia hemi nu ſpiritualis.

S. Ioan. Chryſoſtomus fit monachus.

II. *S. Auguſtinus ſpernit mundum, vt perfectionem amplectatur Euangelicam.*

Poſſid. Calamẽſis Epiſc. in vita eius c. 2. & 5.

D. Auguſtinus mox poſt baptiſmum ex intimis cordis medullis ad Deum conuerſus, ſpem omnem, quam habebat in ſæculo, dereliquit: iam non vxorem, non filios carnis, non diuitias, non honores ſæculi quærens, ſed ſoli Deo cum ſuis ſeruire ſtatuit, & in illo & ex illo puſillo grege eſſe ſtudens, quem Dominus alloquitur, dicens: [Nolite timere puſillus grex, quoniã complacuit patri veſtro dare vobis regnum: vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam, facite vobis ſacculos nó veteraſcentes, theſaurum nõ deficientem in cœlis.] Et illud quod iterum dicit Dominus, idem vir ſanctus facere cupiens: [Si vis perfectus eſſe, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlis: & veni, & ſequere me.] Factus ergo preſbyter,

Luca 12.

S. Auguſtinus inſtituit monaſterium & inter monachos viuit.

byter, monaſteriũ intra eccleſiam mox inſtituit, & cum Dei ſeruis viuere cœpit ſecundum modum & regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam: maximè verò, vt nemo quicquã propriũ in illa ſocietate haberet, ſed eis eſſent omnia communia, & diſtribueretur vnicuiq; prout cuiq; opus erat, quod iam ipſe prior fecerat, dum de tranſmarinis ad ſua remeaſſet. Vide Epiſt. 89. eiuſdem Auguſtini ad Hilarium.

III. *Lotharius Imper. diuiſo regno, & relicto imperio habitum monachalem ſuſcipit.*

Baro. to 10 Annal. ad an. Do. 855.

Lothar. Imp. fit monachus.

ANno Chriſti Domini 855. (vt Regino & alij veteres tradunt) Lotharius Imperator relicto imperio, atque regno diuiſo. Ludouico Italiam, Lothario regnũ quod in Francia poſſidebat, præterquam Prouinciã, quam Carolo tradidit, dedit, cæteriſq; rebus cunctis bene diſpoſitis, abdicans ſe ab omnibus humanis curis, Primiacenſe ingreſſus eſt monaſterium, vbi coma depoſita habitans, ſanctæ religionis accepto habitu fit monachus. Demùm eodem quarto Calend. Octobris ſpiritum Deo reddidit, ſiue, vt alij tradunt, ſexto Calen. eiuſdem.

IV. *Iſacius Imp. Dei vindictam ſentiens, purpura ſponte depoſita, monaſticum aſſumpſit habitum.*

Io Curopalata in Iſacio. & Zonar. to. 3 apud Baron. an 1059. 83 84.

Iſacius fulmine tactus.

ISacius Imperator fulmine percuſſus deiectus eſt equo, & humi, ſpumas ex ore edens vti epilepticus, deuoluebatur. In paruum autem nauigium impoſitus ad regiam defertur incolumis: attonitus tamen, & ob afflatum ſeipſum inimicè ſentiens, morboque dies aliquot detentus mortem expectabat, & idcirco ad placandum ſibi Deum pœnitentiam amplectitur, & imperatoriam poteſtatem, quam ſibi iniuria vẽdicarat, libens deponit. Hoc certè rectè faciens, & monaſticæ ſe vitæ dedicat, priorem faſtum ac delicias voluntario cõtemptu ac modeſtia corrigens. Et qđ magis oſtendit, illũ verè, totoq; ex animo pœnituiſſe eorum quæ patrarat, Imperatorem delegit, non Ioannem ſibi ſanguine coniunctum, non nepotem ex ſorore Theodorum Docianum, non filiæ maritum, neque alium aliquem ſibi conſanguinitate proximum; ſed præſidem Conſtantinum, cui iã inde à ſuis maioribus Ducas cognomen erat, tanquam peritum & conſcium, & adiutorem, quippe qui optime noſſet rationes parandę copioſæ pecuniæ ad imperij conſeruationem. Comnenus autem monaſticas veſtes indutus, cum parum expectaſſet, ſi quomodo à morbo liberaretur, vbi nouit ſe inſanabili morbo captum, adhuc ipſo vexatus, Studij monaſterium ingreditur, multum Æcatherina Auguſta eius cõſilium adiuuante, & pro terrarũ imperij amiſſione cęleſtis gaudij fructum ipſi promittente, cum annos duos ac menſes tres imperaſſet: & in habitu monaſtico pauciores his ſuperuixit, omnẽ præſtans Præfecto monaſterii obedientiam, ita vt ianitor eſſe, & alia monaſteria obiret, propter multam animi æquitatem & modeſtiam. Caſtiſſimus autẽ fuiſſe dicitur, & ſupra quam dici poſſit, continens.

Ambitio ſus ſuo gradu deturbatur

Iſacius Comnenus Imp. fit Monachus.

Imperator fit monaſterij ianitor.

V. *Vgo Rex complectitur ſtatum religioſum.*

Plat. l. 2. de bono ſtat. relig c. 26.

ANno Domini 920. Vgo, qui ſimul Prouinciæ Rex, idemque Imperator, multis rebus bello præclarè geſtis, multis cumulatus victoriis, ampliſſimo denique cœnobio ædificato, ipſe quoque in eo Chriſti humilitatem complexus, imperatorias opes, ac purpuram cum vili tunica, & ſolitaria cella libentiſſimè commutauit.

VI. *Coenredus Rex ſceptra relinquit, & religioſum ſtatum amplectitur.*

Beda l. 5 hiſ. eccl. c. 20. & Marcellin in vita S. Suitberti, cap. 4.

ANno imperii Hoſredi quarto, Coenredus, qui regno Merciorum nobiliſſimo tempore aliquanto præfuerat, nobilius multo ſceptra regni reliquit. Nam venit Romam, ibique attonſus, Pontificatum habente

Con-

preſidio eis eſſet, duxerant, Maximinũ virum præclarum, & eiuſdem cũ Ardaburio dignitatis, qui de pace ageret, ad Perſam legauit. Maximinus apud Regem ſe à ducibus, nõ ab Imperatore ipſo miſſum eſſe dixit: Illum.n. bellũ hoc neſcire: atq; etiam vt id maximè ſciret, parui tamen facere. Porrò Varane legationem eam recipiente, quod fame maxima exercitus eius premeretur, qui apud eũ immortales vocabãtur (decem millium numerum ij, delectorum admodum & fortium virorum, complent) eum adiere: & ne prius pacem ſuſciperet, quam impetũ in Romanos parum cautos ipſi feciſſent, admonuere. Quibus rex obſequutus, oratorem quidem in abdito loco clauſum aſſeruauit: Immortales autẽ illos inſidias Romanis ſtruere iuſſit. Qui bifariam diuiſi in medio partem quandam Romani exercitus non minimam, circumuentam concludere voluerunt. Romani ad turmam hoſtium eam, quam conſpexerant, conuerſi ferebantur: nondum.n. alteram, quę derepente procurerat, videbant. Et iam inter ſe acies concurrebant, quum Dei prouidentia, aliæ Romanorum copiæ ex colle quopiam proſpicientes apparuere, Procopij ducis ſigna ſequentes, qui ciues ſuos in diſcrimen coniectos videns, contra Perſas duxit, eoſque à tergo aggreſſus eſt. Ita factum, vt qui paullò antè intercipere Romanos voluerint, ipſi ab illis ſint circumuenti. Noſtri oĩbus illis occiſis, ad eos inde, qui ex inſidijs prodibant, conuerſi, itidem illos quoq; iaculis cõfecerunt. Ad hunc igitur modum qui apud Perſas ſunt Immortales, ſubitò mortales oẽs eſſe comperti ſunt, ipſo à Perſis pœnas ſumente Chriſto, propterea quod plurimos eius cultores inſigni pietate præſtantes acerba morte mulctarint. Rex autem Perſarum clade ea accepta, nihil ſe earum rerum ſcire aſſimulauit, & oratore è cuſtodia emiſſo, legationẽ recepit: pacem ſe, non vt Romanis gratificaretur, ſed oratori ipſi, prudentia omnes excellenti, honorem eum haberet, complecti teſtatus.

Maximini legati prudentia.

Legio Perſarũ immortalis.

Inſidiatores inciderũt in ſoueamq̃ fecerunt Legio immortalis tota morti tradita Regis Perſarum aſtutia.

VI. *Heraclius pius Imperator diuinitus obtinuit victoriam & pacem.*

COſrhoes Perſarum Rex idololatra multas Romanorum Prouincias deuaſtarat, imò & Hieroſolyma vexillũm crucis Dominicæ abſtulerat; Heraclius Imperator Octauo Imperij ſui anno miſit in Perſidẽ legatos ad Coſrhoen, poſtulans pacẽ. Qui ſpreuit eos dicens: Non parcam vobis, donec Crucifixum Deũ, quem eſſe fatemini, abnegetis, & ſolem adoretis. Heraclius autem duodecimo Imperij ſui anno, contracta omni militia ſua mouit exercitum in Perſidem, multaq; prælia cũ diuerſis ducibus committens, per ſex annos Perſidem deuaſtauit & vicit, occiſoq; Coſrhoe, ſeptimo anno Conſtãtinopolim, ablato à Perſide viuifico Crucis ligno redijt, moxque ſequenti vernali tempore Hieroſolymam tetẽdit, pretioſum illuc lignum reportans ad gratiarum Deo actiones referẽdas. Ita Conradus Abbas Vrſpergenſis.

Cõradus Abbas Vrſperg. in Chronico. Baro to. 8 ann. Xp̃i. 617.

VII. *Diuinitus datur pax.*

HIc non prætermittendum, pacem aliquando Deo volente, inter hoſtes concordi animo iniri, prout referunt Francorum annales: Mira itaque res, & ſtupenda obſidentibus Francis & obſeſſis à Caroſo Northmannis quadam die occurrit. Nam XII. Kal. Auguſti poſt medium diem tenebroſa ſubito caligo tota caſtra operuit, fulgure & tonitru concrepante, & talis grando, vt nullus antea mortalium ſe tale quid vidiſſe profiteretur, non vt ſolitũ eſt lapides deſcendere plena & æquali ſuperficie, ſed cornuta & inæquali, & aſpera facie, omnibus cernentibus inſolitum & magnum præbuit ſpectaculum (mirabile & incredibile dictu) vt vix groſſitudo eorum potuerit pollice & digito medio circundari. Nam & ita equi ſtupefacti fuerunt, vt effractis ſudibus & habenis, partim extra caſtra,

Aimoin li 5 c. 61. et Regin. an 882. apud Baro to 10. Annal. ann. Do 882.

Mirũ & inuſitatum grãdinu genus.

ſtra,

ſtta, partim in caſtris errore & ſtupore verterentur. Ciuitatis quoque, quam obſederant, propter impetum aeris, magna pars corruit, ita & vna cohors coaceruatim poſſet equitando ingredi, niſi vallo, quod circumerat, ſuſpenſa conſtaret. Igitur per tot dies obſidẽs tam magnus exercitus æſtiuo in tempore, propter putredinem cadentium hominũ ægritudine correptus & pertæſus eſt. Nec minus incluſi ſimili moleſtia prẹmebantur: ſicq; inita eſt pax eſt dictis conditionibus, quas obſeſſi ſibi proficuas ab obſidentibus præter morem acceperunt.

VIII. *Præclarum ſtratagema amantis pacem.*

In vita S. Vbaldi, apud Sur. to. 7. QVi pacis amantiores ſunt, nõ in ſe tantum, ſed & in alijs, mentem irritatione alienatã, quoquo modo poſſunt, emollire conantur. Vbaldus Eugubinæ vrbis Epiſcopus, cũ ciues ſuos in ſeditionem verſos verbis placare nõ potuiſſet, & iam ad arma eſſet concurſum: inermis inter tela, ſtrictoſq; mucrones irrumpens, humi prono corpore ſeſe proſtrauit, nec exſurrexit, donec illi ſaucium iacere rati, mutua odia in vnius miſerationem conuertiſſent. Iacens diremit pugnam, quam ſtans nequiuerat inhibere. Audacem autem & periculi impauidum fecerat ipſe pacis amor. idem Fredericum Imperatorem Eugubinis infenſum iratumque, & ob id graue ęris vectigal acceptis obſidib. imperantem, ſuppliciter adiens placauit, ita vt ille & pecuniam remitteret, & obſides reſtitueret, & ipsũ vbi multo honore affeciſſet, diſcedentem deduci iuberet. Sicq; paſtor bonus in tanta ouium ſuarum trepidatione nunquam conquieuit, donec res ſecuras redderet, factus eius vix ſperatæ pãcis imperator ſimul & nuntius.

S. Vbaldus inter arma ſe inermis immittit & prælium ſiſtit illæſus.

Idẽ Eugubinos Friderico Imp. conciliat.

IX. *Pax diuinitus impetrãda precibus.*

Mar. Marul. li. 3. c. 6 S. Iuo presbyter vir cum multis miraculis, tum imprimis pietatis operibus clarus, dolens quendam cum matre non leui odio diſſidere, poſtquam reconciliare nulla prorſus ratione poſſet, miſſale pro eis ſacrificium obtulit Deo. Exinde nemine iam ſollicitante, ſolo diuino inſtinctu ita animis reſipuere, vt & hic filium ſe agnoſceret, & illa matrem. Documento eſt, vt quos exhortãdo ad concordiam reuocare non poſſumus, reuocemus pro eis deprecando, quando quidem non hominum, ſed Dei donum eſt pax.

Sacroſancti miſſæ ſacrificij efficacia

X. *Vt S. Monica diſſidentes vicinas ad concordiam reducere ſit ſolita.*

D. Aug. l. 9 Confeſſ. c. 9. MEmorabile eſt ad hanc rẽ S. Monicæ diui Auguſtini matris exemplum: Nam inter diſſidentes atq; diſcordes quaſdam animas, vbi poterat, tam ſe præbebat pacificam, vt cum ab vtraque multa de inuicem audiret amariſſima, qualia ſolet eructare turgens atque indigeſta diſcordia, quando præſenti amicæ de abſente inimica per acida colloquia cruditas exhalatur odiorum? nihil tamen alteri de altera proderet, niſi quod ad eas reconciliandas valeret.

S. Monicæ ſtudium in diſcordijs extinguendis.

XI. *Homo obſtinatus pacem renuit, Deus concedit.*

Th. Cãt. lib. 2. Apum c. 18 p. 2. VEnerabilis vir Iacobus de Vitriaco, vt multis adhuc notum eſt, crucem Hieroſolymitanam ob ſalutem multorum in Brabantia prædicauit. Contigit autem, vt pacificaturus quadam die mortales inimicitias, iniuriã paſſum, primo ſuppliciter, deinde proſtratus pedibus eius, ſemel, iterum, & tertio cum multitudine populi præſente rogaret, nec proficeret in rebellem. Conuerſus igitur ad populum dixit: Palam omnibus cõteſtor vos, quia qui ſpernit nos, ſpernit & eum, qui mittit nos. Rogate ergo Dominum, vt tale ſignum oſtendat in hominem obſtinatum, quo cunctis prẹſentibus pateat eum hoſtiliter contra ſe in retentione odij contra proximum hoc egiſſe. Nec mora. Vbi vir ſanctus orationẽ expleuit, miſer ille euerſis oculis, ſemel, ite- *Luc. 10.*

rum, & tertio in terram corruit, oreq; cruorem ſpumans & ſaniem, horroris maximum ſpectaculũ & piaculum omnibus præbuit. Tunc flente populo, vir reuerendus fuſa prece proſtratum erexit. Qui mox integerrime ſoſpitatus, vbi ante ſe inimicum vidit, quaſi aliquid amiciſſimum rogaturus, cum lachrymis veniam petiuit, ruenſq; in oſcula eius, ad lachrymas, & laudem Chriſti omnium corda commouit.

Odij pœna horrenda.

Vexatio dat intellectum.

TIT. LVII. De octaua beatitudine: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam; quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

Perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam quicunq; pro quocunq; virtutis actu, ſiue ſit ſecundum legem diuinam, vel moralem, vel canonicam, illatas tolerat iniurias.

Hinc Machabæi mortem ſuſtinuerunt, ne carnes porcinas contra legem ederent.

2. Mach. 7.

Ioannes Baptiſta decollatus, quod correctionem Herodis Regis non omitteret.

Matt. 14.

Suſanna pro caſtitate tuenda mori potius elegit.

Dan. 13.

EXEMP. I. *D. Paulo, quod ſuaderet pellici olim Neronis, ſed iam Chriſtianæ, caſtitatem, comprehenſionis, & mortis fuit occaſio.*

NEro Romanorum Imperator vir impudicitiæ ſceleribus omnibus inſignis fuit: primuſq; ac ſolus in tanto imperij culmine nouos quoſdam laſciuiæ, flagitij, ac turpitudinis modos excogitauit, exquiſiuit, inuenit. Pellicem. n. quam ille deperibat, atq; in delicijs habebat, cum Paulus induxiſſet fidei ac religionis ſacramenta ſuſcipere, perſuaſerat vna inceſtum illum impurumq; congreſſum declinare: Hæc, inquam, ille crimina obiectans, corruptoremq; nequam, flagitioſum, ac nebulonem, & his ſimilia, quę vos modò perſtrepitis, Paulum vocitãs, primum coniecit in vincula: cum vero, vt puellæ eiuſcemodi monita atque conſilia dare deſineret, perſuadere non poſſet, necauit eundem.

D. Chryſ. aduerſ. vituper. vit. monaſt. lib. 1. & Metaph. 29 Iu. ij an. Do. 68.

Cauſa carceris & mortis D. Pauli.

II. *Pro iuſtitia murum ſe opponens S. Leo III. Papa, miſere à Romanis excipitur.*

CVm die quadam more ſolito in litania, quæ ab omnibus Maior appellatur, Leo Pontifex procederet, vbi ſibi populus obuiam ſacra religione occurrere deberet, vt ſecundum annuam conſuetudinem litanias, & Miſſarum ſolennia cum ſacerdotibus celebraret, & omnipotenti Dño pro ſalute Chriſtiani populi preces funderet: & cum ſecũdum Olitanam traditionem S. Romanæ Eccleſiæ, in eccleſia B. Georgij Chriſti martyris, in eius natali, ipſa litania prædicata fuiſſet: oẽs tam viri quam fœminæ deuota mente cateruatim in eccleſia B. Chriſti Martyris Laurentij, quam Lucinæ dicunt, ſiue, Ad craticulam, (vt hic habent Annales Francorum) vbi Collecta prædicata erat, occurrerunt. Et dum prædictus venerabilis Põtifex à Patriarchio egreſſus fuiſſet; obuiam illi ſine planeta Paſchalis Primicerius occurrit, & hypocriſi veniam illi petebat, dicens: Quia infirmus ſum, & ideo ſine planeta veni. Tunc ſanctiſſimus Præſul veniam illi dedit. Similiter & Campulus Sabellarius, qui in ipſorum doloſitate pariter in Põtificali obſequio pergentes, & dulcia verba, quę non habebant in pectore, cum eo loquentes, maligni, & iniqui ac peruerſi, falſiq; Chriſtiani, prorſus Pagani, filij diaboli, in vnum ſe ſatanice colligẽtes, pleni iniqua cogitatione, in ipſo itinere, ante monaſterium Sanctorum Stephani & Siluestri, quod Dominus Paulus Papa fundauerat, clam armati aſtitere, atq; repente de loco inſidiarum exilientes, ad ipſum (quod dictu nefas eſt) trucidandum, abſq; vlla reuerentia confluxerunt,

Ex Anaſtaſ. Bibliothec. Bar. to 9 Annal. Eccl. ad ann. Do. 759.

Proceſſio S. Leonis Papa in Litania maiori.

Hyppocritarũ inſidia et immanitas

xerunt,

xerunt, Paſchale ad caput ſtante, & Campulo ad pedes, ſecundum iniquū eorum cōſilium. Quo facto, omnis qui circa eum erat populus, cum eſſet inermis, & in diuino officio præparatur, timore armorum perterritus, in fugam conuerſus eſt. Ipſi vero inſidiatores atque operatores malorum, Iudaico more, ſine vllo diuino vel humano honoris intuitu, ferino more comprehendentes, in terram proiecerunt, & abſque vlla miſericordia ſcindendo, expoliando eum, crudeliter oculos euulſere, & ipſum penitus necare conati ſunt: nam & lingua eius ab ipſis præciſa eſt. Et vt ipſi omnino tunc arbitrati ſunt, cæcum eum & mutum in media platea dimiſere. Verum ipſi maligni Paſchalis & Campulus, ſicut veri Pagani & impij, ad ipſius monaſterij eccleſiam ante Confeſſionem eum trahentes, ante ipſum venerabile altare iterum oculos & linguam amplius crudeliter eruere, & plagis eum diuerſis ac fuſtibus cædentes laniauerunt, & ſemiuiuum in ſanguine reuolutum ante ipſum altare dimiſere. Poſtmodum vero ſub cuſtodia in ipſo monaſterio dimiſere. Timore autem perterriti, ne à Chriſtianis hominibus inde furto ſublatus eſſet, tunc malignum conſiliū adepti, ſicut ipſe Hegumenus monaſterij S. Geraſimi profeſſus eſt, fecerūt eum ad ſe venire clam per noctem, tam Paſchalis malignus, qui tunc primicerius erat, quam Campulus Sacellarius, & Maurus Nepeſinus, & miſerunt in prædictum monaſterium S. Silueſtri, cum pluribus iniquis conſentaneis ipſorum malefactoribus: ſic eū per noctem exinde abſtrahentes deduxerunt in monaſterium S. Geraſimi, & in arcta & anguſta cuſtodia eū recluſerunt. Sed Dominus omnipotēs, qui eorum malitiam præſciendo, diu patienter ſuſtinuit, ipſos eorū iniquos conatus mirabiliter deſtruxit. Contigit enim, cooperante Domino, & B. Petro Apoſtolo ſuffragante, quod antedictus Papa cum ab ipſis carnificibus in monaſterium S. Geraſimi in cuſtodiam mitteretur, & viſum recepit, & lingua ad loquendum ei reſtituta eſt, vt oſtenderet omnipotens Dominus ſuper ſuum famulum ſolitam miſericordiam, & magnam miraculum, & diuino eius nutu à fidelibus Chriſtianis viris, videlicet Albino Cubiculario, & alijs fidelibus Deum timētibus, ex ipſo eum clauſtro occulte auferentes, in baſilicam B. Petri Apoſtolorum principis, vbi eius ſacratiſſimum corpus quieſcit, deduxere. Qui omnes audientes & videntes mirabilia Dei, qui innocentem & iuſtum Pontificem de manibus inimicorum eruit, glorificauerunt Dominum Deum, dicentes: [Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui facit mirabilia magna ſolus,] & non deſerit ſperantes in ſe, ſed in eo adimpleuit miſericordiam ſuam, vt manifeſtaretur gloria Dei, & mirabilia in eo, quemadmodum promiſit ſperantibus in ſe, Pſalmiſta dicente: [Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Et iterum: Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.] Et verè à tenebris Dominus eum eripiens, lumen reddidit, & linguam ad loquendum ei reſtituit, & totis eius conſolidatis membris, in omnibus operibus mirabiliter deducens confortauit. Quantum gaudium habuere Chriſtiani homines, & fideles, tantum mœrore & triſtitia anguſtiati, illi neſciebant quid agerent, & in periculo ſe eſſe exiſtimantes, quærebāt ſemetipſos interijcere. At dum non inuenirent, quid aliud agerēt, domum Albini fidelis, Beati Petri Apoſtoli, & eiuſdem Pontificis deprædantes, deſtruxerunt.

Eruitur Leoni Papæ à perfidis miniſtris oculi & lingua.

Polluitur templū cruore Pontificis.

S. Leo miraculo viſum & linguam recipit.

A nonnullis fidelib. miniſtris auxiliū & ſolatium recipit S. Leo.

Pſ. 135.

Pſ. 26.

Pſ. 118.

Albini domus ob adiutum Leonem Pont. ab eius inimicis ſpoliatur & deſtruitur.

III. *Pelagius Patricius pro veritate occiditur.*

Ex Cedreno Bar. to. 6. Annal. an. Do. 490.

PElagius Patricius, ſumma animi alacritate atque conſtantia ſolus aggreſſus, quod nec reliqui milites Imperatoris, vel ipſi Conſtantinopolitanæ

ſedis

ſedis Epiſcopi auſi ſunt pertentare, nempe monere impuriſſimum, atque ſæuiſſimum Principem Zenonem, vt à nefandis perpetrandis ſceleribus deſiſteret, imitatus magnum Ioannem Baptiſtam, principem arguendo, atq; cum eo accepit pro mercede à tyranno ſupplicium, immò coronam, quæ ipſum terræ cæloq; reddidit glorioſum. Rem geſtam ſic narratam à Cedreno accipe: Interfecit etiam (inquit) Zeno Imperator Pelagium Patricium, virum pręclarum, & carminum ſcriptione inſignem, quod is pro ſua prudentia, & iuſtitia libertatem dicendi ſibi ſumens Zenonis nefanda facinora palam inceſſebat. Moriturus autem, manibus ad cælum erectis, Deum omnium gubernatorem ſic eſt precatus: O iuſtiſſimè Deus, mihi quidem iniuſtiſſime mors infertur, propterea quod libero ore Zenonis multa facinora violenta repreſſi, & quod fatuum eius fratrem nolui Cæſarem deſignari. Tu autem Domine omnipotens, qui iuſtitiæ rationem habes, quamprimum eorum ſcelerata homicidia punito.

Libertas correptionis. *Pelagius Patricius, poeta inſignis.* *Pelagij iuſta ad Deū preces.*

TIT. LVIII. Quod liceat fugere tempore perſecutionis, dum ea particularis eſt.

Act. 9. 24. 2 Cor. 11. 32. *Cùm Saulus eſſet Damaſci cum diſcipulis ſuis. Iudæi inierunt conſilium vt eum interficerent: & cuſtodiebant portas die ac nocte. Notæ autem factæ ſunt ipſi inſidiæ eorum. Accipientes autem eum diſcipuli nocte, per murum dimiſerunt eum ſubmittentes in ſporta.*

EXEMP. I. *S. Gregorius Thaumaturgus verbo, & exemplo docuit fugiendas perſecutionum tempeſtates.*

D. Greg. Nyſſen. in laudatione S. Greg. Thaumaturgi.

Vrgente Decij Imp. perſecutione, non ſine diuino conſilio Magnus ille Gregorius Thaumaturgus furorem declinans Gentilium debacchantium, receſſit in ſolitudinē: qui & ſuis, vt idem facerent, perſuaſit. Id quidem Gregorius Nyſſenus, vbi perſecutionis acerbitatem deſcripſit, ſic ait: Cùm ergo tunc imbecillitatem naturæ vidiſſet vir ille magnus, vtpotè quod multi non poſſent pro pietate vſq; ad mortem decertare; conſulit Eccleſię, vt parumper cederet terribili irruptioni, dicens: Eſſe melius, fugiendo ſuas cōſeruare animas, quam ſtando in acie certaminum, eſſe ordinum fidei deſertores. Et vt maximè eſſet perſuaſum hominibus, nullum animæ adferre periculum, ſi fuga fidem ſeruarent: ſuo exemplo eis conſulit, vt ſecederent; ipſe ante alios cedens vehementi periculo hæc quidem Gregorium, diuino quodam inſtinctu doctum, & alieno periculo, magna ſuorum vtilitate feciſſe, certiſſimum eſt. Nā (vt vidimus) immenſus erat vbiq; lapſorum numerus, quos furor perſecutionis turpiter deiecerat, eorum ſcilicet, quos non timor cautos fecerat, ſed præſumptio reddiderat fruſtra ſecuros. Hæc vero Gregorius ſuæ prudenter ſuadens Eccleſiæ, nullius lapſum ingemuit.

Bar. to. 2 annal. an Chriſti 253. *Multi tēpore perſecutionis à fide exciderūt.*

II. *S. Fulgentius Epiſcopus Ruſpenſis fuga ſe ſubducit.*

Ex Actis eius per diſcipul. exilij comitem. Bar. to. 6 Annal. ann. Do. 490 S. Fulgentij Ep. Ruſpēſis fuga.

Anno Domini quadringenteſimo nonageſimo nata eſt perſecutio fidei ſub Zenone Imperatore, fit vt ſanctæ memoriæ Fauſtum Epiſcopum cogeret per diuerſas latebras commigrare, nec in ipſo monaſterio ſineret iugiter quieſcere. Tunc beatus Fulgentius timens aut illo loco ſolus remanere, aut de loco in locum frequētius commigrare, conſulto prius Epiſcopo Fauſto, vicinum monaſterium petijt, vbi paucis & ſimplicibus fratribus Felix nomine Abbas pręerat amicus eius ab adoleſcentia, cum quo etiam laicus familiariter vixerat, & poſt nonnulla: Cum ſubito Barbaricæ multitudinis prouincia turbaretur incurſu; videntes ſalutem temporalem fugæ præſidio vindicandam, labores illico perferēdæ peregrinationis excipiunt; limatoque conſilio, procul abſcedunt, vbi

nulla

nulla belli naſcentis opinio conſtruendi monaſterij præberet integram facultatem. Promouent igitur caſtra ſpiritualia duces inclyti cœleſtis exercitus, & per ignotas Africæ regiones, monachorum ſuorum caterua comitante, pariter gradiuntur, vbiq; facientes gaudium bonis, inuidiam malis.

III. *S. Hilario monachus Gazenſium perſecutionem fugit.*

Soz. li 5. hiſ. Ecc. c.9.

TEmpore perſecutionis Iuliani Imperat. anno ſecundo, Hilarion monachus à populo Gazæ quæſitus, profugit in Siciliam; ibi ligna in deſertis montibus colligens, & humeris portans, quadam in vrbe ea vendidit; eoque pacto quantum ſat erat ad quotidianum victum ſibi comparauit. Verum tandem a viro quodam dæmone agitato, quo ipſum liberauerat, quiſnam & qualis eſſet, indicatus, conceſſit in Dalmatiā. Qua in regione quoq; cum maxima miracula diuina virtute edidiſſet, adeo vt mare eius precibus receſſu prohibitum aridam vndiq; inundatione obruiſſet, inde denuo ſeceſſit. nā ei haud voluptas erat, apud eos, qui ipſum laudaren, commorari. Itaque loca ſubinde commutando, obſcurus eſſe, & celebrem famam de ſe peruagatam crebris migrationibus delere laborauit. Poſtremo Cyprum prætereuectus, Paphum appulit, atque rogatu illius, qui tum Cypri erat Epiſcopus, ibi commorari contentus eſt, & in loco, qui Charbyris dicitur, monaſticū vitæ genus excoluit. Quod autem martyrio iſte non occubuerit, fuga in cauſa fuit. Atq; fugiebat, propterea quod ſanctum Euangelij præceptum eſt, vt perſequentes nos nō expectemus: Qd ſi qui comprehenſi fuerint, vt animo excelſo ſint & robuſto, vimque & violentiā à perſecutorib. ſtrenue euincāt.

Fuga laudis & gloria.

S. Hilarion cur perſecutionem fugerit.

IV. *S. Cerbonij & aliorum Chriſtianorum fuga.*

D. Greg. li. 3. Dialog. c. 11.

CVm crudelitatis Longobardorum fama per diuerſas Italiæ regiones percurreret, frequentes erāt fidelium latebræ atq; fugæ, ſuaque ipſorum bona eiſdem relinquentes in prædam, ſaluti ſinguli conſulere ſollicite feſtinabant, fiebantq; deſertæ ciuitates, ipſaque vero loca deſerta ciuibus replebātur: magis autem inſulæ maris appetebātur ab ijs, quibus nauigij alicuius poterat eſſe facultas. Inter alios autē vna cum ſuis clericis magnus ille confeſſor Cerbonius Epiſcopus Populonij, qui Gothorum tempore ſeſe ipſis obiecit intrepide, modo exundanti vehementiori Longobardorū ſæuitia, in Iluam inſulam Tyrrheni maris ſe contulit, vbi & Deo iuuante vitæ præſentis finem accepit; ſic enim melius abſcondit eum Dominus in abſcondito faciei ſuæ à puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate.

S. Cerbonij Ep. et aliorum Chriſtianorū fuga.

V. *Felix Nolanus metuens ne per ſenilem ætatem mortis ſupplicium ferre poſſet, clam fugit.*

Breuiar. Roman. 14 die Ian.

FElix Nolanus presbyter, cū in idola vehemētius inueheretur, ab infidelibus varie vexatus, in carcerē conijcitur. Vnde ab Angelo nocte educt⁹, quærere iuſſus eſt Maximianum Nolæ Epiſcopum: qui cum ſenio confectus deſperaret ſe ferre poſſe ſupplicia perſequentium, ſe abdiderat in ſyluā. Quo cum Felix Deo duce perueniſſet, ſanctum Epiſcopum humi iacentem pæne mortuum videt: quem recreatum, ac ſublatum in humeros, apud fidelem viduam reficiendum curauit. Sed cum is iterum idolorum cultores impietatis argueret, facto in ipſum impetu, fugiens in anguſto duorum parietum interuallo ſe occultauit. Qui aditus cum repente aranearum telis pertextus viſus eſſet, nemini recentis latebrę ſuſpicionem reliquit. Inde igitur euadens Felix, in ædibus piæ mulieris tres mēſes latuit. Cum vero Dei Eccleſia requieſcere cœpiſſet, Nolam rediens, multiſque ibi vitæ exemplis, & doctrinæ prçceptis miraculiſque ad Chriſti fidem conuerſus, conſtanter et

recu-

recuſato eius vrbis Epiſcopatu, obdormiuit in Domino, ſepultuſq; eſt prope Nolam in loco, quem in Pincis appellabant.

De conſilijs euangelicis.

Conſilia Euangelica ea dicuntur, quæ cum ad ſalutem cõſequendam ſimpliciter neceſſaria non ſint, tamen vt parandæ ſalutis ratio expeditior habeatur ac facilior, à Chriſto proponuntur atque conſuluntur.

TIT. LIX. De Conſiliis Euangelicis in genere.

EXEMP. I. *Apud Monachos olim omnia communia fuiſſe, ſicut & inter S. Marci diſcipulos, & primos Chriſtianos.*

Apud Hieron. de Scriptor Eccleſiaſt. D. Marcus diſcipulus & interpres Petri, aſſumpto Euãgelio, quod ipſe confecerat, perrexit in Ægyptum & primus Alexandriæ Chriſtum annuncians conſtituit Eccleſiam, tanta doctrina & vitæ cõtinentia, vt omnes ſectatores Chriſti ad exemplum ſui cogeret. Denique Philo, diſertiſſimus Iudæorum, videns Alexandriæ primã Eccleſiam adhuc iudaizantem, quaſi in laudem gẽtis ſuæ librum ſuper eorum conuerſione ſcripſit. Et quomodo Lucas narrat Hieroſolymæ credentes oĩa habuiſſe communia, ſic & ille, *Act. 2. & 4.* quod Alexandriæ ſub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit. Et poſtea idem Hieronymus Philonem deſcribens, hęc latius proſequitur, dũ ait: Philo Iudæus, natione Alexandrinus, de genere Sacerdotum, idcirco à nobis inter Scriptores eccleſiaſticos ponitur, quia librum de prima Marci Euangeliſtæ apud Alexandriam ſcribens Eccleſia, in noſtrorum laude verſatus eſt, nõ ſolum eos ibi, ſed in multis quoque prouinciis eſſe memorans, & habitacula eorum dicens monaſteria. *Monaſteria 13. S. Marci* Ex quo apparet, talem primã Chriſto credentium fuiſſe Eccleſiam, quales nunc monachi eſſe nituntur & cupiunt, vt nihil cuiuſquam proprium ſit, nullus inter eos diues, nullus pauper, patrimonia egentibus diuidũtur, orationi vacatur & pſalmis, doctrinæ quoque & continentiæ, quales & Lucas refert primum fuiſſe Hieroſolymæ credentes.

II. *D. Cyprianus Epiſcopus Carthagin. ex Euangelio edoctus ſuas facultates pauperibus diſtribuit.*

S. Cyprianus martyr, inter fidei ſuæ prima rudimenta nihil aliud credidit Deo dignum, quam ſi continentiam tueretur; tunc enim poſſe idoneum fieri pectus, & ſenſum ad plenã veri capacitatem peruenire, ſi concupiſcentiam carnis robuſto atque integro sãctimonię vigorię calcaret. Quis vnquã tanti miraculi meminit? Nondum ſecunda natiuitas nouum hominem ſplendore toto diuinę lucis ocu lauerat, & iam veteres ac priſtinas tenebras ſola lucis paratura vincebat. Deinde quod maius eſt, cum de electione diuina quædam iam non pro conditione nouitatis, ſed pro fidei feſtinatione didiciſſet, ſtatim rapuit, qđ inuenit promerendo Domino profuturum. Diſtractis rebus ſuis ad indigentiam pauperum ſuſtentandum, tota prędia pretio diſpenſans, duo bona ſimul iunxit, vt & ambitionem ſeculi ſperneret, qua perniciosius nihil eſt, & miſericordiam, quam Deus etiam ſacrificiis ſuis prętulit, quam nec ille, qui legis omnia mandata ſeruaſſe ſe dixerat, fecit, impleret: & prępropera velocitate pietatis, pene ante cępit perfectus eſſe, quam diſceret.

Pontius Diacon. in vita eius.

Cõtinentia S. Cypriani.

Liberalitas ĩ pauperes.

III. *S. Antonius Domini conſilium amplectens poſſeſſiones ſuas vendit, & pretium pauperibus diſpertitur.*

BEatus Antonius Abbas parẽtibus è præſenti vita ſublatis, annorum circiter decem & octo ſeu viginti, cũ ſorore admodum paruula derelictus, & domus & ſororis honeſtam curam gerebat.

In vita eius per Athan. Ep. Alexan. conſcripta.

gerebat. In hac itaq; pia ſolicitudine & cura ſexto iam menſe conſtitutus, cœpit ardentiori mentis ſtudio recolere Apoſtolicæ vitæ puritatem, quomodo ſpretis mundi opibus & honoribus, in extrema rerum omnium inopia ſe totos ad Chriſti diſciplinam adiunxiſſent, atq; ſpem omnem excelſo animo in cęlis repoſuiſſent. Hæc aliaq; aſſiduæ mente pertractans, cum eccleſiam ingreſſus, locum illum Euágelij, quo Dominus diuitem cōpellauerat; ſi perfectæ vitæ rationem aſſequi vellet, omnia diuenderet, & pauperibus diſtribueret; atque pro ijs ſempiternū in cælis theſaurum reconditum inueniret, legi audiſſet; protinus bonā facultatum ſuarum, quas habebat ampliſſimas, partem diſtraxit, paucis admodum in vſus ſororis, quæ & ſexu & ætate infirmior videbatur, reſeruatis. Alio dein tēpore religioſa animi pietate eccleſiam frequentans, cum aliū Euangelij locum, quo Dominus nihil nos de craſtino ſollicitos eſſe iubet, audiſſet, reliqua bonorum portione pauperibus diſtributa, omnibus ſe terrenarum cupiditatum vinculis ſoluit, & ſororem ſacris Chriſto virginibus commendauit: ipſe vero arduū aſperumq; vitæ inſtitutum arripuit. Erat in vicino agello ſenex quidā (necdum enim celeberrima illa crebraq; in Aegypto monaſteria viſebantur) ſolitariæ vitæ à prima ætate ſectator eximius. Hunc Antonius non ſegniter æmulatus, in locis à villa paulſulum remotioribus imitari cœpit, atq; ſi quem in ſpiritalis palæſtra certaminis ante alios inſignem comperiſſet, illum ſtudioſiùs cōtemplari, & ſumma diligentia clariſſimis virtutum exemplis in ſe exprimere conabatur.

Sacri euangelij in bonorum animis efficacia.

Prōp'a obediēta ad verbá euāgelij.

Imitādi perfectiores ſtudium.

I V. *S. Hilarion renunciat omnibus.*

D. Hier. i vita eius.

SAnctus Hilarion, parentibus iam defunctis, partem ſubſtantiæ fratribus, partē pauperibus largitus eſt, nihil ſibi omnino reſeruans, timens illud de Actibus Apoſtolorum Ananiæ et Sapphirę vel exemplum, vel ſupplicium, maximeq; Domini memor, dicē tis; [Qui non renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.] Erat autem tunc annorum quindecim. Sic nudus & armatus in Chriſto, ſolitudinem ingreſſus eſt.

Actor. 5.

Luc. 14.

V. *S. Paulinus audito euangelij conſilio, facultates ſuas pauperibus erogauit.*

DE Paulino Nolano Epiſcopo (qui viuebat anno Domini 394.) ſic ſcribit Gregor. Turonenſis: Fuit is vir venerabilis Paulinus Nolanæ vrbis ex nobili ſtirpę ortus: Taraſiam ſimilem ſibi ſortitus eſt coniugem, habens diuitias multas, & tam in fundorum poſſeſſione, quam in præſidio domorum valde diues erat ac locuples. Sed cum primum aures eius euangeliorū lectio illa penetrauit, in qua Dominus adoleſcentem pro diuitijs arguit, dicens: [Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: & veni ſequere me: facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem introire in regnum Dei:] ſtatim venditis omnibus quę habebat pauperibus erogauit. Exoneratus à cunctis cupiditatibus magiſtrum liber ſequitur, per hęc ſe putans paradiſi diuitijs locupletari, ſi videret nihil de trāſitoriis poſſidere. Cui maieſtas Diuina tribuit, vt quod impoſſibile dixerat per euāgelium, hoc poſſibiliter adimplere mereretur per actū.

Gre Tur. li. de glo. Conf. c. 101 & D Amb. epiſt. ad Sab. Epi.

Matt 19.

Euāgelij vis.

V I. *D. Gregorius Magnus valedicit mundo.*

GRegorius Magnus, qui poſt Pontifex Romanus fuit, patre orbatus, vt ait Ioannes Diaconus in eius vita, vbi liberam diſponendarum rerum ſuarum nactus eſt facultatem, ſex monaſteria in Sicilia fabricans, ſufficientibus fratribus cumulauit: quibus tm̄ prediorum cōtulit, quantum poſſet ad victū quotidianū Deo illic militantiū ſine indigentia ſuffragari. Et capite 6.

Li. 1 c. 5. & Greg. T. l. 10. hiſt. Frā. cap. 1.

Monaſteriorum i Sicilia ædificatio.

Septi-

byter, monaſteriū intra eccleſiam mox inſtituit, & cum Dei ſeruis viuere cœpit ſecundum modum & regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam: maximè verò, vt nemo quicquā propriū in illa ſocietate haberet, ſed eis eſſent omnia communia, & diſtribueretur vnicuiq; prout cuiq; opus erat, quod iam ipſe prior fecerat, dum de transmarinis ad ſua remeaſſet. Vide Epiſt. 89. eiuſdem Auguſtini ad Hilarium.

S. Auguſtinus inſtituit monaſterium & inter monachos viuit.

III. *Lotharius Imper. diuiſo regno, & relicto imperio habitum monachalem ſuſcipit.*

ANno Chriſti Domini 855. (vt Regino & alij veteres tradunt) Lotharius Imperator relicto imperio, atque regno diuiſo. Ludouico Italiam, Lothario regnū quod in Francia poſſidebat, præterquam Prouinciā, quam Carolo tradidit, dedit, cæteriſq; rebus cunctis bene diſpoſitis, abdicans ſe ab omnibus humanis curis, Primiacenſe ingreſſus eſt monaſterium, vbi coma depoſita habitans, ſanctæ religionis accepto habitu fit monachus. Demùm eodem quarto Calend. Octobris ſpiritum Deo reddidit, ſiue, vt alij tradunt, ſexto Calen. eiuſdem.

Baro. to 10 Annal. ad an. Do. 835.

Lothar. Imp. fit monachus.

IV. *Iſacius Imp. Dei vindictam ſentiens, purpura ſponte depoſita, monaſticum aſſumpſit habitum.*

ISacius Imperator fulmine percuſſus deiectus eſt equo, & humi, ſpumas ex ore edens vti epilepticus, deuoluebatur. In paruum autem nauigium impoſitus ad regiam defertur incolumis: attonitus tamen, & ob afflatum ſeipſum inimicè ſentiens, morboque dies aliquot detentus mortem expectabat, & idcirco ad placandum ſibi Deum pœnitentiam amplectitur, & imperatoriam poteſtatem, quam ſibi iniuria vēdicarat, libens deponit. Hoc certè rectè faciens, & monaſticæ ſe vitæ dedicat, priorem faſtum ac delicias voluntario cōtemptu ac modeſtia corrigens. Et qd magis oſtendit, illū verè, totoq; ex animo pœnituiſſe eorum quæ patrarat, Imperatorem delegit, non Ioannem ſibi ſanguine coniunctum, non nepotem ex ſorore Theodorum Docianum, non filiæ maritum, neque alium aliquem ſibi conſanguinitate proximum; ſed præſidem Conſtantinum, cui iā inde à ſuis maioribus Ducas cognomen erat, tanquam peritum & conſcium, & adiutorem, quippe qui optime noſſet rationes parandę copioſæ pecuniæ ad imperij conſeruationem. Comnenus autem monaſticas veſtes indutus, cum parum expectaſſet, ſi quomodo à morbo liberaretur, vbi nouit ſe inſanabili morbo captum, adhuc ipſo vexatus, Studij monaſterium ingreditur, multum Æcatherina Auguſta eius cōſilium adiuuante, & pro terrarū imperij amiſſione cęleſtis gaudij fructum ipſi promittente, cum annos duos ac menſes tres imperaſſet: & in habitu monaſtico pauciores his ſuperuixit, omnē præſtans Præfecto monaſterii obedientiam, ita vt ianitor eſſe, & alia monaſteria obiret, propter multam animi æquitatem & modeſtiam. Caſtiſſimus autē fuiſſe dicitur, & ſupra quam dici poſſit, continens.

Io Curopalata in Iſacio. & Zonar. to. 3 apud Baron. an. 1059. 83 84.

Iſacius fulmine tactus.

Ambitio ſus ſuo gradu deturbatur

Iſacius Comnenus Imp. fit Monachus.

Imperator fit monaſterij ianitor.

V. *Vgo Rex complectitur ſtatum religioſum.*

ANno Domini 920. Vgo, qui ſimul Prouinciæ Rex, idemque Imperator, multis rebus bello præclarè geſtis, multis cumulatus victoriis, ampliſſimo denique cœnobio ædificato, ipſe quoque in eo Chriſti humilitatem complexus, imperatorias opes, ac purpuram cum vili tunica, & ſolitaria cella libentiſſimè commutauit.

Plat. l. 2. de bono ſtat. relig c. 26.

VI. *Coenredus Rex ſceptra relinquit, & religioſum ſtatum amplectitur.*

ANno imperii Hoſredi quarto, Coenredus, qui regno Merciorum nobiliſſimo tempore aliquanto præfuerat, nobilius multo ſceptra regni reliquit. Nam venit Romam, ibique attonſus, Pontificatum habente Con-

Beda l. 5 hiſ. eccl. c. 20. & Marcellin in vita S. Suvitberti, cap. 4.

Conſtantino, ac monachus factus, ad limina Apoſtolorum in precibus, ieiunijs & eleemoſynis vſq; ad diem permanſit vltimum: ſuccedente in regnū Coenredo filio Edilredi, qui ante ipſum Coenredum idem regnum tenebat. Venit autem cum illis & filius Sigheri Regis Orientalium Saxonum, vocabulo Offa, iuuenis amantiſſimæ ætatis & venuſtati, totiq; ſuæ genti ad tenenda, ſeruandaq; regni ſceptra exoptatiſſimus: qui pari ductus deuotione mentis, reliquit vxorem, agros, cognatos & patriam propter Chriſtum, & propter Euangelium, vt in hac vita centuplum acciperet, & in ſæculo venturo vitam æternam. Et ipſe ergo, vbi ad loca ſancta Romam peruenerunt, attonſus, & in monachico vitam habitu complens, ad viſionem beatorum Apoſtolorum in cœlis diu deſideratam peruenit.

Offa Sigheri regis Orientaliū Saxonū filius fit monachus.

VII. *Rachis Rex Longobardorum fit Monachus.*

ANno Domini 750. Rachis Longobardorum Rex ad capiendam ciuitatem Peruſinam, ſicut cætera Pentapolis oppida, vehementi profectus eſt cum indignatione; quam & circundans fortiter expugnabat. Hoc audiēs ſanctiſſimus Papa Zacharias IX. continuo ſpe Diuina fretus, aſſumptis aliquantis ex ſuo clero optimatibus, quātocyus ad eādem peruenit ciuitatem; impenſiſq; eidem Regi pluribus muneribus, atque oppido eum deprecās, opitulāte Domino, obſidionem ipſius ciuitatis amouit. Cui & ſalutifera prędicans, Deo auctore, valuit animum eius ad ſpirituale ſtudium inclinare. Poſt aliquantos dies Rex relinquens regalem dignitatem, deuote cum vxore, & filia ad beati Principis Apoſtolorum coniunxit limina. Acceptaque à prēfato ſanctiſſimo Papa oratione clericus effectus, monachico indutus eſt habitu cum vxore & filia. Eadem & Leo Oſtienſis, qui & hæc addit: Moxque ad hoc S. Benedicti monaſterium, eodem Apoſtolico iubente perueniēs, ac ſub regulari magiſterio ſe inſtituendum tradens, poſt aliquot in ſancto religionis propoſito, ac Deo placita conuerſatione peractos annos, Deo ſpiritum reddidit. Eius vero vxor Theſia, & filia Ratruta, permittente & adiuuante ipſo Abbate, monaſterium puellarum, haud longè à Caſſino, in loco, qui Plumbariola dicitur, propriis ſumptibus conſtruxerunt, multis ditantes opibus: vbi ſub magna cautela ac diſtrictione regulari vitam ducentes, in ſancto propoſito vitam finierunt.

Ex Anaſtaſ. Bibliothec. & Leone Oſtienſi in Chron. Caſſin. c. 8. Baron. to. 9. an. 750. 2. 3.

Rachis Rex fit monachus.

Monaſterij puellarū prope Caſſinū erectio et fundatio

VIII. *Sanctocopius Rex Morauiæ regijs inſignibus abiectis profugit in ſolitudinem.*

REgibus addam & illud: inter quos inſigne certè fuit exemplum Sanctocopii Morauiæ Regis, anno ſalutis fere DCCCC. qui prælio victus ab Arnulpho Imperatore, regiis inſignibus abiectis, in remotam ſolitudinem profugit, vbi in monte, qui Sambrius dicebatur, quibuſdam monachis, qui illic degebant, repertis, cum ijs ſe coniunxit, & monaſtica veſte accepta, aliquot annis eandem vitam in ieiuniis, ac vigiliis, cæteraq; corporis auſteritate incognitus egit. Deniq; imminente iam morte, ſocios aduocans, aperuit quis eſſet, luculentum adiiciens religioſæ vitæ teſtimonium, ſe, qui & hanc, & regiam expertus eſſet, hanc ſine vlla cōparatione illi anteferre. Hic enim, inquit, ſecure, ac ſine vllo metu ſomnū cepi: hic mihi herbarum radices, & aquæ potus multo iucundior & ſuauior fuit, quam olim regiæ omnes epulæ, quæ videlicet multo felle curarum, & periculorum aſſiduè aſpergebantur. Itaque hoc quicquid fuit temporis, quod vobiſcum duxi, longè mihi felicius viſum eſt, quam cum olim regnās omnibus voluptatibus affluebam: ex quo vel meo ipſo vſu didici, vitam illam huic comparatam, mortem potiùs eſſe dicendam. Hæc ille moriens.

Hieron. Plat. l. 2. de bono ſtat. relig. c. 16.

Cōparatio religioſa dignitatis cū regia.

IX. Re-

IX. *Reges & Imperatores fiunt religioſi Franciſcani.*

Idē Plat. li.2.c.26

EX recentioribus etiam Regibus reperiuntur, qui ſuis virtutibus monaſticam ornarunt diſciplinam. Franciſcanum ordinem, vt accepimus, ingreſſus eſt Ioannes Brena Rex Hieruſalem, & Imperator Conſtantinopolitanus, cum S. Franciſcum clarè interorandum vidiſſet ſuum ſibi habitum offerentem. Quare vocato ſtatim confeſſario, habitū illum induit nec multo poſt febre correptus, quaſi hora vndecima adueniens, denarium tamen accepit. Felicior Henricus Rex Cypri, qui pluribus etiam annis in eo conſtituto vixit, nec ſolū virtutibus, ſed miraculis etiam effulſit. Denique ex hoc numero Ioannes etiam Armeniæ Rex fuit, Leoni nepoti regnum relinquens, quod ita amplum fuiſſe ſcribunt, vt quatuor & viginti Reges ſub poteſtate haberet, qui omnes diademate vterentur. Hic igitur tantum regnum deponens elegit abiectus eſſe in domo Domini, & pro eius amore ſeruire, qui alijs imperauerat. Verum cum Turcæ in eam prouinciam irrumperent, nec poſſet Leo reſiſtere, Ioannes Dei cauſam agi videns, armis nouo more ſuper religioſam tunicam iniectis, perrexit ad bellum, in quo Chriſti hoſtes ex finibus ſuis cum magna ſtrage eiecit ille quidem; ſed dum victoriam ſequitur, ita Domino viſum eſt, vt in pugna quadam occiſus ad cæli præmia euolaret.

S. Franciſci appa. ritio.

Hēricus rex Cypri fit religioſus.

Ioannes Rex armeniæ fit religioſus.

Idē inie. & a ſuper religioſā tunicam armis Turcas fundit fugatque.

X. *Dignitatem Archiepiſcopalem religioni poſtponit Ludouicus Caroli Regis filius.*

Idē ibid.

LVdouicus Caroli II. Gallorū Regis filius item primogenitus, omnibus certè animi & corporis bonis ornatus, cum obſes in Hiſpania ſalutare religionis conſiliū cepiſset, ſed à Franciſcanis ob Regis reſpectū differretur ipſe ſe voto, nec ſemel, publicè obſtrinxit; deinde cum anno M. CCXCVII. à Bonifacio VIII. Toloſanus ei Archiepiſcopatus deferretur: aſsentire nunquam voluit, niſi priùs veteris voti compos fieret, vt Franciſcanum habitum ſuſciperet, quem in magna nobilium corona ſuſceptum nunquā amplius depoſuit, ſed potiùs cū habitu vitæ illius rigorē perpetuò retinuit, Epales curas religioſis officijs cumulans.

XI. *Petrus Rex Aragoniæ relinquit ſceptra regia.*

HVnc Ludouicum imitatus eſt eius nepos Petrus Aragoniæ Regis filius, anno 1357. qui in ſæculi relinquendi deliberatione defixus, dum, vt fit, ancipiti carnis & ſpiritus pugna detineretur, apparuiſse ei ferunt nocturno quodam viſo ipſum B. Ludouicum, cum aliquot fratribus ex eodem ordine multa gloria collucentibus, eumq; animaſse ad eam vitam complectendam, in qua tantum eſset præmii, ac mercedis, quod ille breui executus, viginti annos in religione vixit, non ſuo tantum, ſed aliorum etiam multorum profectu, quod dicendo valeret, & multos ſuis concionibus ad Dei amorem inflammaret.

Idē ibid.

B. Ludouici qui Caroli II. Gallorū Regis filius fuit appari-tio.

XII. *Dux Gandienſis Franciſcus Borgia fit Religioſus.*

Ex Pet. Ribad. l. 2. de vita Fr. Borgia c. 11. Plat. l. 2. c. 26.

DVces etiam ac Dynaſtas non paucos à Deo vocatos legimus. E recentioribus vnus fuit Franciſcus Borgia Dux Gandienſis, poſtmodum tertius ab Ignatio Societatis Ieſu Præpoſitus Generalis, qui ampliſſimis in Hiſpania apud Carolū V. perfunctus honoribus, magna hominum admiratione, omni mūdano faſtu depoſito religioſam humilitatem amplexus eſt in qua etiam mirabiles progreſsus fecit. Cur autē Societatē hanc potiſſimum, præſertim recentē, & adhuc nouam elegiſset, eā ipſemet Carolo V. reddidit rationem quam ego ipſe ex eo audiſse me memini: vt ſi quis eſset, qui præter multas, quas poſſideret, vineas fructuoſas, hortū quoq; ad ſuam oblecta-

Similitudo elegans.

tionem plantare decerneret, nihil ei ab vllo gratiùs fieri poſſet, quam ſi ſurculum, aut arborem donaret ad illum conſerendum: ſic cum Dominus, quaſi poſt tot veteres ac nobiles aliorum ordinum vineas nouiſſimè hunc Societatis hortulum inſtitueret, viſum ſibi eſſe, rem illi gratiſſimam facturum, ſi ſeipſum quaſi arborem qualemcunque hoc ipſo loco offerret.

VIII. *De admiranda Olibani Comitis ad vitam monaſticam conuerſione.*

Pet. Damia. in vita S. Romualdi c. 16 apud Sur. 19. Iun. Leo Oſtienſ. li. 2 Chron. Caſſ. c. 9. Baro. an. 977 nu. 10.

COmes quidam Olibanus nomine, in ijs Galliarum Aquitaniæ partibus, ſub cuius iure monaſteriū Guarini Abbatis fuerat poſitum, ſublimi quidem erat culmine terrenæ poteſtatis erectus, ſed multis peccatorū molibus aggrauatus. Hic aliquando Romualdum gratia viſitationis adijt, & cæteris extra cellulā manentibus, ſolus cum ſolo geſtorum ſuorū ſeriem narrare quaſi per confeſſionem cępit. Cui vir venerabilis, his quæ ab eo referebantur, auditis, reſpondit, eum aliter ſaluari non poſſe; niſi mundum relinquens ad monaſteriū conuolaret. Comes autem mox mente turbatus, ait, quia ſui ſpirituales viri, qui eius acta cognoſcerent, nequaquā ita ſentirent, neque tam intolerabilem rem ſibi aliquando ſuaderent. Adſcitis, itaq; Epiſcopis & Abbatibus, qui ſecū venerant cœpit in commune perquirere, ſi ita, ſicut Dei ſeruus teſtabatur, ſe haberet. Illi autē beati Romualdi ſententiam omnes vnanimi voce confirmant; ſe vera Comiti eatenus non dixiſſe terrore conſtrictos excuſant. Tunc Comes ſemotis omnibus hoc cum beato Romualdo ſecreto valde conſilio pepigit, vt ad Caſſinum montē ſub prætextu orationis pergeret, & in monaſterio ſancti Benedicti Diuino ſe ſeruitio irreuocabiliter manciparet. Et inferius: Olibanus autem Comes ſua relinquens filio, cū multa diuitiarum copia, quindecim. ſ. onuſtis theſauro ſaginarijs, comitantibus eum Guarino, & Ioanne, atque etiam Marino, ad B. Benedicti ſe monaſterium contulit, & valedicens his, qui ſecum venerant, nihil tale de eo vſque tunc ſuſpicantes, multis gemitibus & amaris fletibus ſe affligentes ad propria remeare coegit.

S. Romualdi conſilio Olibanus Comes ſeculum relinquit.

XIV. *Diui Bernardi cum ſuis fratribus ad Deum conuerſio.*

Guill. Ab. eius li. 1. c. 2.

BErnardus Burgundiæ partibus oriundus, parentibus claris ſecundum dignitatē ſæculi, ſed dignioribus ac nobilioribus ſecundum Chriſtianæ religionis pietatem, mundum relinquens, & adueniente die reddendi voti, & complendi deſiderij, egreſſus eſt de domo paterna Bernardus pater fratrum ſuorum cum fratribus filijs ſuis ſpiritualibus, quos verbo vitæ Chriſto genuerat. Videns autē Guido primogenitus fratrum ſuorum Niuardū fratrem ſuum minimum, puerum cum pueris alijs in platea: [Eia, inquit, frater Niuarde, ad te ſolum reſpicit omnis terra poſſeſſionis noſtræ.] Ad quod puer non pueriliter motus: [Vobis ergo, inquit, cœlū, mihi terra: Non ex æquo diuiſio hæc facta eſt.] Quo dicto abeuntibus illis, tūc quidē domi cū patre remanſit; ſed modico poſt euoluto tēpe fratres ſecutus, nec à patre, nec à propinquis ſeu amicis potuit retineri.

Niuardi pueri dictum & cogitatū ſapiens.

XV. *Chunegundis Auguſta, depoſitis ornamentis imperatorijs, monialibus famulatura monaſticum ſuſcipit habitum.*

In vita eius apud Sur. 3. Mart. & Baro. an. 1 1. ad Do 102 1.

CHunegundis Auguſta Henrici II. Imp. coniux, & virgo ſanctiſſima, Conrado ſibi ſuccedente in regno, curis ſecularibus, ſicut iam diu deſiderauerat, exonerata, iam in ipſo anniuerſario die tranſitus ſancti Henrici, Archiepiſcopos ad Dedicationem Confugienſis Eccleſiæ conuocauit. Vbi inter Miſſarum ſolemnia Imperiali decētiſſimè omni ornatu culta, ante principale altare virgo Deo deuota proceſſit; ibiq; theſaurum incomparabilem,

Crux ligni Dominici theſaur incōparabilis.

ligni videlicet Dominici Crucem, par uam quidem in materia, ſed maximā in virtute Domini obtulit. At vbi lectio Euangelij, (quod dici cōſueuit ex præſcripto ſacrorum rituum in dedicatione alicuius Eccleſiæ)in qua ſuper arborem ſycomorum aſcendens conſpicientem ſe Ieſum ſuſcipere, & ab eo benedictionem Zachæus puſillus meruit accipere, lecta fuit: regalem purpuram exuens, tunicam fuſcioré, quam ipſa ſibi manibus ſuis operata fuerat,ſacerdotali benedictione data, veſtē religionis induit: & multis quidem pro ſe flentibus, pro illa autem gaudentibus, quæ iam ſeculum damnaſſet in veſtibus,capillis,qui huc vſq; in eodem monaſterio pro veneratione ſeruantur, præciſis,impoſito ſibi ab Epiſcopo velo, annulo fidei ſubarrhata,gratulabunda concinuit: Poſuit ſignum in faciem meam &c.Et: Annulo ſuo ſubarrhauit me Dominus Ieſus Chriſtus. Ita ſponſo Chriſto conſecrata, dum filiarum ſuarum ſe ſanctiſſimo contubernio applicuiſſet, non vt mater filiabus ſe præferebat, ſed omnibus inſeruiens ſeruilem perſonam ſe oſtendebat; ita tamen, vt cum omnia faceret,oſtentationem fugeret ſingulorum, ne reciperet in præſenti ſeculo mercedem ſuam.

Luc.19.

S.Chunegundis mortuo marito vitā monaſticā profitetur SS Reliquiarum veneratio.

XVI. *Richardis Imperatrix in coniugio caſta fugit ad vitā monaſticā.*

Io. Cuſp. in Carol. Craſs Hier Pl lib. 2. de bon ſtat rel c.27. Pau Morıſ ď ori. Rels l 3 c.5. ann. 888.

CArolus Iunior dictus, cognomento Craſſus à corporis pinguedine, Richardē habuit vxorem, Regis Scotiæ filiam,fœminam ſanctimonia vitæ & caſtitate inſignem. Cui cum adulterij crimen obiiceret, quod familiarius ageret cum Luitvvaldo Vercellenſi Epiſcopo, vnico ſuo conſiliario, cui rerum ſuarum adminiſtrationem omnem conceſſerat, factus zelotypus ac delirus vxorem in cōcionem vocat, iurat ab ſe integram hactenus relictā, nec vllo concubitu cum ea ſe commiſcuiſſe:Caſta fœmina quæ impotentiā viri tot annos celauit; Benè,inquit,res ſe habet,mariti iureiurando virgo:a ſferte obſtetrices & mulieres honeſtas, quæ meam integritatem atteſtentur; nec ampliùs tali marito cohabitabo. Si vultis inſuper ignitis uomeribus caſtitatem meam palam cunctis faciam. Facto itaque diſſidio, acceptis bonis ſuis, in Alſatia monaſterium conſtruit ſacrarū Virginū, qđ hodie Andalavv appellat̄, ac ſe Deo dicat, vbi ſepulta iacet.Quę res vt multis cōmiſeratione ita Auguſto pepit extremā calamitaté.

Monaſterij ſacrarum Virginum ī Aſatia conſtructio.

XVII. *De Anna nobili vidua, quæ ſponte monaſticā amplectitur vitā.*

Ex Ioan. Damaſ. Bar. t 9. Ann. ad an Chriſti 762. 10.11.

MVlier quædam illuſtris atq; honeſta, marito haud ita pridē orbata,feſtinanter ſanctum virū Stephanum magni nominis Monachū in Auxentiano monte in Bithynia degentē, & gratia miraculorū illuſtrem adijt: Cumq; ſe viduam atq; liberorum expertem,ac proinde ſolam eſſe,ipſi narraſſet, nihil aliud ſibi ſupereſſe dicebat, q̄ vt monaſtica veſte, cuius ſe incredibili quodam deſiderio teneri aſſerebat indueretur. Ille aūt eam longa oratione inſtructā,ac ſalutiferis præceptis ſedulo eruditā dimiſit, his verbis ad extremum utēs: Vide cum quo paciſceris; ac ſi qua te animæ cura tenet, id quod promiſiſti, mox præſta, ne te cunctantem mors inuadat. Pia igitur illa mulier ad matrem rediens, ac patris ſermones in intimis, cordis penetralibus abditos tenens,facultates oēs ſuas auro cōmutat,eoq. magna ex parte pauperibus erogato, confeſtim parentes,propinquos,vicinos,amicos relinquens, ad diuinum Stephanū ſe cōfert, non paruam auri illius portionē ſecum geſtans. At ille aſperiori orationis genere ad eam vtens: Cùm tu, inquit,ex Saluatore ipſo audieris;eius diſcipulum eſſe minimè poſſe, qui nō bonis omnibus renunciauerit, quonā modo contempto ac pro nihilo habito hoc præcepto, partem aliquam mūdi retines? Hæc ut mulier audijt, ipſius perſpicaciam ad ſtuporem uſque

Monaſticam vitam amplectenti bonis omnibus renunciandum eſt.

admirans; Non me, inquit, honorande Pater, auaritia; ſpiritualis potius (niſi me animus fallit) cupiditas impulit, vt auri aliquid mihi reliqui facerem; quod videlicet id per tuas ſanctas manus erogari, maioremq; mihi tua opera vtilitatem comparari cuperem. Tum ille; Alienorum delictorum ſcintillas manibus meis extinguere nullo modo ſuſtineo: vereor enim ne qua earum furtim ſuccendatur, maximumq; in animo meo incendium excitet. Id enim nonnullis, dum non ſatis animum attendunt, vſu venire cõpertum habeo. Illud autem omnino perſpicuum eſt, quod qui ſeminat, idẽ quoque ſuis manibus metit. Hæc loquutus, eam quidem rurſum ad matrem redire haud quaquam vtile eſſe iudicauit: cæterum vt vicinis locis vna cum pio Marino peragratis, ipſamet ſuis manibus pecuniam illam diſtribueret, imperauit. Quo munere cum perfuncta eſſet, tum deniq; monaſtica eam veſte induit, atque ad mulierem monaſterium tranſmittit, Antiſtitiq; etiam atq; etiam mandat, vt ſummã ipſius curam gerat, manumq; ei ad virtutis ſtudium amplexandũ porrigat, ſeduloq; opituletur.

S. Stephanus monachus timet pecunias attingere.

XVIII. *Quomodo Edburga tantum trima, ſpretis mundi illecebris, religionis ſtatum elegerit.*

Regum porro filiæ, quæ ſe Deo in monaſterijs conſecrarunt, magnũ omninò, & longum eſſet connumerare, tanta earum eſt multitudo. Eduardus Anglię Rex ſuſcepit ex vxore Elfgiua filias multas, inter quas & Edburgam, quæ dum trima eſſet, ſpectabile futuræ ſanctitatis dedit periculũ. Explorare volebat pr̃, vtrũ ad Deum, an ad ſeculum declinatura eſſet puſiola, poſueratq; in triclinio diuerſarum poſſeſſionum ornamenta, hinc calicẽ & Euangelia, inde armillas & monilia. Illinc virgũcula vlnis nutricis blanditis allata genibus parentis aſſedit, iuſſaque, vtrum vellet, eligere, toruo aſpectu ſecularia reſpiciens, propteq; manibus raptans Euangelia & calicẽ, puellari adorauit innocentia. Exclamat cœtus aſſidentium, auſpicium futuræ ſanctitatis in puella; exoſculatus pater ipſe arctioribus baſijs dignatus ſobolem. Vade, inquit, quo te vocat diuinitas, ſequere fauſto pede, quem elegiſti ſponſum: Et profecto, & ego & coniux felices, ſi à filia religione victi fuerimus. Ita ſanctimonialium habitu induta, cũctas ſodales ad amorem ſuum in vrbe Vvintoniæ ſedulitate obſequij inuitabat. Nec reſupinabat eam alta proſapiæ magnitudo, quod generoſum putaret in Chriſti inclinari ſeruitio. Creſcebat cum ætate ſanctitas; adoleſcebat cum adulta humilitas, in tantum, vt ſingularum ſoccos furtim noctu ſubriperet, & diligenter lotos & inunctos lectis rurſum apponeret. Quapropter licet multis miraculis Deus viuẽtem inſigniuerit, iſtud exemplum magis in cauſa prædico, quod omnia opera eius inchoabat charitas, & conſummabat humilitas.

Ex Vvil. Molmeſbur. de geſt. Anglor. lib. 2. c. 13.

Indicia ſanctitatis ex puerilib ſtudijs praſumũtur

Humilitas occulta charitati iuncta.

TIT. LXI. De varijs vocationum modis ad religionem.

EXEM. I. *Quo B. Laurentius Iuſtinianus ſit vocatus ad ſtatum Religioſum.*

Laurentius Iuſtinianus Patriarcha, cum annũ ageret vndeuiceſimũ, qui ætatis flexus lubricus eſſe ſolet, ac periculoſus, apparuiſſe ei dicitur Dominus Ieſus, virginis ſpecie, cuius ſplẽdor ſolis ſplendorem facilè ſuperaret, vultuque placidiſſimo hæc ei dixiſſe: Cur adoleſcens cor tuum effundis, & pacẽ ſectando teipſum per multa ſpargis: Quod quæris penes me eſt. Ego ſi me ſponſam accipere decreueris, pacẽ hanc certiſſimè polliceor. Ille & tanta pulchritudine & tam magnifico promiſſo delectatus, quæſiuit, quod ei nomen, quod genus eſſet. Tum illa, Ego ſum Dei ſapientia, quæ ad homines reformandos humanam formam indui. Quare cum Laurentius

Plat li. 3 c. 38 ex Bernardo Iuſtiniano Oratore in vita Lauren. c. 1. apud Sulan 8.

ſe

ſe eam libentiſſimè accipere reſpōdiſſet; illa dato oſculo, læta & gaudens, vt videbatur, abſceſſit. Ipſe verò non multo poſt in monaſterium ad oblatas nuptias ſe cōtulit. In quibus abundè expertus eſt non modo nihil ſe perdidiſſe, ſed multo plura ac meliora, quam in ſæculo haberet, acquiſiſſe.

Nuptiæ ſpirituales.

II. *Vocatio Sancti Franciſci.*

D. Bonauent. in vita eius cap. 1.

CVm S. Franciſcus adhuc ſecularis aliqñ pauperi cuidam ſuas veſtes Dei amore donaſſet, proxima nocte in quiete viſum ſibi eſt, duci ſe in ampli palatium, in quo ampliſſima item eſſet aula omni armorum genere referta, ipſa autem arma Chriſti cruce oīa inſignita. Quærenti autem cuiuſnam illa eſſent, audiuit reſponſum, ipſius eſſe omnia, eiuſq; militum. Igitur è ſomno experrectus, cū, vt adhuc ſpiritualium rerum rudis, nocturnum viſum de tēporali militia interpretatus, principatum ſibi in eo genere, magnamq; gloriam portendi credidiſſet, iter ingreſſus eſt ſtatim ad quendam Appuliæ Comitem, cuius præſidio aditum ſibi ad eam fortunam paraturus videbatur. In quo itinere iterum Dñs eidē dormienti; Franciſce, inquit, vter tibi melius facere poteſt, dominus, an ſeruus, diues an pauper? Cùm Frāciſcus, quod erat, reſpondiſſet: Cur ergo, ait, pro ſeruo dominum relinquis, & pro paupere homine diuitem Deum? Tū ille? Quid me igitur facere iubes? Redi, inquit, in patriā tuam; quod enim vidiſti nihil tpale indicat, nec humana, ſed diuina ope in te cōplendū eſt.

Viſio S. Frāciſci ſignans eum ducem ſpiritualis militiæ.

Chriſti Domini vox ad S. Franciſcum.

III. *Monetus Dominicanus qua ratione ad Ordinem à Domino fuerit tractus.*

Ex Ant. Senenſi in Chronic.

BOnoniæ in primis ferè Dominicani Ordinis initijs, vir magnus clarusque doctrina, cæleſtium bonorum amplitudine ad vitam religioſam illectus eſt. Cùm enim Reginaldus, vnus ex præcipuis illius familiæ, magno hominum concurſu & approbatione verbum Dei prædicaret, Monetus (ſic enim is appellabatur) de induſtria illius congreſſum, & ſermonem fugere conſueuerat, multum ſibi ab eo metuens; tamen in Stephani martyris natali ad eius cōcionem comitum importunitate tractus, primis ſtatim verbis captus eſt, cum illam vocem exponeret: Ecce video cælos apertos. Ita enim diſſerebat, nunc quidē cæli portas ad beatitudinē patere, ita vt quiuis ingredi poſſit; qui autem negligentes eſſent, & qui Deo cor ſuum clauderent, ijs viciſſim cælos claudi, vt deinde intrare non poſſint. Nec pluribus opus fuit; ſtatim enim corde immutato, qui ad eam horam tam alienus fuerat à religione, religionis voluntatem concepit. Finita concione Reginaldum adijt, animum ſuum expoſuit, eumq; voti etiam vinculo adiuncto confirmauit.

Concionum ſacrarum fructus.

IV. *Vocatio S. Nicolai Tolentinatis.*

In vita Nicolai Tol frat. Erem. S. Auguſt. apud Sur. 10. Sept.

SImilem mutationem factam legimus in vita Sancti Nicolai Tolentinatis. Cùm enim Auguſtinianus quidam in publica platea concionem aliquando haberet ſuper illa Ioānis ſententia: [Nolite diligere mundum, neque ea quę in mūdo ſunt: tranſit enim mundus, & concupiſcentia eius;] multiſq; verbis, & magno feruore, de mūdi vanitate & periculo diſſereret, adoleſcentis Nicolai Tolentinatis animū ita penetrauit, inflammauitque, vt mox à cōcione Fratrem illum adiret, ſummis precibus in eandem vitæ ſocietatem admitti poſtulans. Cuius petitioni, explorata tamen priùs parentū volūtate, ſatis benignè factum fuit.

1. Io. 2.

Cōcionū ſacrarū fructus.

V. *Conuerſio Andreæ Virdunenſis Archidiaconi.*

ADmirabilis quoq; conuerſio eſt illa de Andrea inter viros illuſtres Ciſtercienſis Ordinis relato. Is enim cùm eſſet Virdunēſis Archidiaconus, inſuper etiam nobiliſſimus & ditiſſimus, Clarauallem venit, vt naſcentis illius domus pietatem, de qua multa audie-

Pla. lib. 3 de bo. ſtat. cap. 38.

audierat, præſens inſpiceret, nihil adhuc minùs cogitans, quam de eo vitæ genere ſuſcipiendo. Sed capitulum ingreſſus, quo omnes conuenerant, vt ſe eorum precibus commendaret, vidẽs ſanctæ illius multitudinis ordinem, quietem & velut angelicum habitū, commotus eſt vehementer, & inſilien te in eum ſpiritu Domini, mutatus eſt in virum alterum. Deniq; tantus eum feruor cepit, vt ne ad tempus quidem domum ſibi repetendam putarit, vel ad ſuos ſalutandos, vel ad ſua ordinan da, ſed illicò ruptis moris, omnia reliquerit, vt Chriſto citiùs adhæreret.

Neſcit tarda molimina Spiritus S. gratia.

VI. *Sancti Iordani vocatio.*

Plat lib. 1. de bono ſtat. Relig. c. vlt.

HVic conſonum eſt illud Iordani, qui proximè poſt B. Dominicum Generalis Magiſter fuit ordinis Prædicatorum, magna vir ſanctitate, atq; etiam, vt accepimus, auctoritate. Hic enim cum nouitium quendã ſpectantibus aliquot eius ſocijs, ad religioſum habitum admiſiſſet, & deinde multa verba de religionis felicitate feciſſet, ad extremum eos vberius lacrymãtes aſpiciens, ita ad illos ſermonem conuertit: non debere eos flere ex amici diſceſſu, ſed potius ex inuidia, quod ille quidem multò meliorem partem, quam ipſi, eligeret. Religioſos.n. Deo ſeruire tanquam cubicularios principis, qui ab ipſo intimè, ac familiariſſimè adhibẽtur; ſeculares autem, ſi modo Deo famulantur, ita famulari, vt qui ĩ coquina, aut aliis eiuſmodi ignobilibus miniſteriis. Itaque vtilius, ac ſalubriùs ijs etiam ipſis fore, ſi oculos aperirent, & cogitarent, ſibi quoque iamiam patere, ſi in ingredi velint, & ad tanti Regis menſam aſſidere. Nec ſurdis auribus dictum: vnus enim eorum ſtatim, ne domo quidem reuiſa, alij paulò poſt omnes in eundem ſalutis portum ſe receperunt.

Religioſorum & ſecularium in Dei famulatu diſcrimen.

VII. *Theodori vocatio.*

Hie. Platus l. 1. de bo. ſtatu reli. c. 15.

THeodorus ille magni Pachomii alumnus, qui generoſa admodum familia, à copioſis ortus parentibus, ipſo ætatis anno quarto & decimo, cum feſtiua quædam celebritas in eius domo ageretur, inter illa ipſa gaudia reputare ſecum cępit opes, commoditates, delicias, in quibus natus, & ad eã diem nutritus fuerat, atque in ea cogitatione ſic ſecum ipſe diuino inſtinctu loqui: Miſerum me, quid mihi hęc breuia & fugacia proderunt ſi priuer ęternis, quando hæc Dei lex eſt, vt nemo vtramq; conſequi poſſit? Itaq; ſuſpirans, ac de ſua ſalute ſollicitus, recepit ſe à turba, & ſtrepitu in interiorem ędium partem, vbi humi fuſus multis cum lacrymis Deum orauit, ut doceret ſe facere ipſius uoluntatẽ. Ab eo igitur die omnibus carnis commodis renunciauit, monachi iam uitã in paterno palatio agens, nec multò poſt ad ſacram Pachomii familiam ſe contulit, in qua breui ad tãtam peruenit ſanctitatem, quantam hæc ipſa tam præclara initia oſtendebant.

E gaudiorū tēporaliū cōſideratione gradu ad æterna faciẽdus eſt.

VIII. *Mirabilis conuerſio Rolandi religioſi S. Dominici.*

Plat. de bono ſtatus relig. lib. 3. c. vlt.

IN Dominicanorum hiſtoriis legimus, uirum nobilem & copioſum Rolãdum nomine, cum feſtum diem totum ſolemnibus epulis, luſibus & choreis, & reliqua eius generis uanitate conſumpſiſſet, ipſe inſuper nouis veſtibus ornatus, ſplẽdidis ac ſũptuoſis, tandem veſpere ad ſe reuerſum ita cogitaſſe: Hem, ubi nunc eſt feſtum, quod egimus, ubi tota huius diei lætitia, quæ iam abiit? Itaq; perpendens ſecum, ut dies ille tranſierat, ſic tranſituram uitã cum ſua felicitate, nihilq; permanſurum, præter pęnitentiam & dolorem, poſtero die religionem ingreſſus eſt; in qua deinceps multis annis Domino militauit, clarus tum ſanctitate, tum etiam doctrina.

Fluxi tēporis et euanidarum uoluptatũ conſideratio ſalutaris.

IX. *Petrus Conſaluus qua ratione conuerſus.*

Idē Plat. ibid.

IN eodem quoque ordine, ac eodem ferè tempore illuſtris fuit, omni itẽ ſanctitatis & doctrinæ laude Petrus

Conſaluus, cuius conuerſioni cauſam dedit res in ſpecie leuis, ſed quæ mundi vanitatem ei planè oſtendit: Nam cum Epiſcopo Valentino nepos eſſet, & ab eo opima beneficia adoleſcentulus adhuc ante legitimam ætatem cõſequutus eſſet, quibus ille ad delicias & inanem faſtum fruebatur, ita contigit, vt quadam die dum equo ſuperbè vectus per totam vrbem cum coęqualibus ſpatiaretur, totus vanitati mundi expoſitus, hic illic laſciuiens, in profundum lutum cecidit; ex quo cœnoſus extractus cum à puerorũ grege circumſtante, totoq; mundo ſannis & riſibus exciperetur procaciter, rubore perfuſus ſibiq; iratus, ita ſecũ locutus eſt: Quandoquidem, ò munde, ſit à te, cui tam grauiter ſeruiui, tractor, ego quoque viciſſim te, vt mereris, tractabo. Itaq; eodem momento conſtituit ſe Deo famulaturũ; quod paulò pòſt, cum magna ciuium admiratione aggreſſus eſt, in familia Dominicanorũ.

Humiliari & irrideri cognitionẽ ſui generãt & ſalutem.

x. *Romualdus criminis paterni vtcumque conſcius ad religionem impellitur.*

Pet. Damian in vita eius apud Suri 19 Iunij. Plat. de bon. ſtat relig. l. 3. c. 36.

S. Romualdum ordinis Camaldulenſis auctorem caſus alius ad religionem quoque impulit. Huic pater erat Sergius nomine, homo ſæcularibus negotijs totus implicatus, qui propter rerum terrenarum poſſeſſionem, exorta cum propinquo quodam ſuo contentióne, turpiter ſe homicidij crimine contaminauerat, ac filium etiã Romualdum ad eiuſdem ſceleris conſenſum vehementer allexerat. At Romualdus, quanquam tota mente immane illud facinus deteſtatus fuiſſet, tamen quia corpore præſens fuerat, tantum ex admiſſo patris peccato dolorẽ concepit, vt ad Claſſenſe monaſterium B. Apollinaris, homicidarum inſtar, quadraginta dierum luctu ſcelus expiaturus, ſe receperit. Vbi cum ſe totum ex aĩo pœnitentiæ laboribus daret, mens eius continuis fletibus emollita, ſuaue Chriſti iugum appetere cœpit. Nec multo poſt Monachorũ pedibus prouolutus, precibus & lachrymis habitũ monaſticum extorſit, totoq; triennio admirabili vitæ auſteritate rebelles animi motus compeſcuit, vnaq; ſecum laxioris diſciplinæ fratres ad arduam perfectionis ſemitam cum verbo, tum exemplo impellere conatus eſt.

Peccatorũ deploratio dux ad vitã monaſticam.

xi. *Vocatio Franciſci Borgiæ Ducis Gandienſis.*

Plat. l. 3. c. 38. de bon. ſtat. relig. Ribad. l. 1. de vita eius c. 7.

MEmorabile eſt illud, quo Franciſcus Borgia, alter Societatis noſtræ Præpoſitus generalis ad hanc vitę perfectionem permotus eſt: Nam cùm eſſet Gandiæ Dux, magnaq; apud omnes auctoritate, ita contigit, vt Iſabellæ, quæ Caroli V. Imperatoris vxor fuerat, nuper mortuæ corpus Granatæ ſepeliendum honoris gratia comitaretur. Quare cum neceſſitas incidiſſet, vt aperta capſa cadauer inſpiceretur, iſq; ſcaturientibus vermibus putridum, & corroſum aſpexiſſet, illicò hæc eius animum ſubijt cogitatio, quò tandem veniſſet illa tantæ fœminæ potentia & gloria, cuius paulò antè viuentis, vel ipſi nutus terrori fuerant, quamq; nulla ſit in morte, & poſt mortem differẽtia inter Principem & pauperem. Itaque illa humanæ fragilitatis cogitatio tantum valuit in ipſo, vt ad principatũ deponendum, & religioſam humilitatem amplectendam cum adegerit.

Cadaueris humani inſpectio, ſuadela eſt humilitatis.

xii. *Vocatio eximia Ioannis Nanni.*

Petr. Maff. in vita B. Ignatij li. 2. c. 6.

REcentius eſt & illud, noſtriq; temporis. Ioannes Nunnus Hiſpanus nobilis, ex Guſmannorum familia, à qua & D. Dominicus oriundus, is eſt, qui primus Patriarcha in Indiam deſtinatus à Pontifice Maximo, multis confectis laboribus, magnam ſuæ virtutis verçq; ſanctitatis opinionem poſteris reliquit. Cùm ergo iuuenis anxiùs de vitæ genere deliberans, integro anno à B. Virgine poſtulaſſet, ſibi à Deo certam viuendi viam ac rationem indicari, quam ſecurè tenere, ſe quiq; poſſet; apparuit dormienti Dei

Viſio Ioãnu Nunij.

mater, auguſta ſpecie, comitata duob. Societatis Patribus, nempè Petro Fabro, vno ex primis decem, & Franciſco Strada: is eſt, qui, mortuo Baccalaureo Hoſio, B. Ignatio è monte Caſſino redeunti occurrit, à quo in locum Hoſij in Societatem ſuffectus eſt. Inſiſtenti ergo corā Nunno ardentius pro certo vitæ curſu cælitùs deſignando, intulit cęli Regina: Vis ſeruire filio meo vſq; ad defatigationem? Cui Nunnus: Omninò, Domina. Sequere ergo, ait illa, hos viros. Oſtendit verò illi comites ſuos, Patres Fabrū & Strada, ac diſparuit. Nunnus verò ſuſpicatus eſt ex habitu viros illos eſſe Societatis Ieſu, ſed ſibi prorſus ignotos; nec Dña indicauit quo eos loco inueniret. Quare partim anxiùs, partim lętus cęleſti viſitatione, reliquùm ſuæ patronæ Virgini Matri commēdauit. Contigit verò vt iter facienti duo Societatis Patres temerè occurrerent, viſoq; habitu eos aggreſſus eſt: cumq; de admiſſione mentionem intuliſſet, tū Pater Faber; Vis, inquit, ſeruire Chriſto vſq; ad defatigationē? Qua interrogatione perculſus, venit in mētem verborum Virginis Matris, quæ eiſdem verbis vſa fuerat: Vis ſeruire filio meo vſq; ad defatigationē? Ille, velut certam vocationis ſuæ teſſeram reputans, oculos in vultū vtriuſq; defixit, & eos agnoſcens, procidit eis ad pedes, obteſtā, vt ſe ad Societatem admitterent: narrataq; totius vocationis ſerie, admiſſus eſt ſumma ſua & Patrum conſolatione.

Seruiendū Chriſto in Societ. Ieſu vſque ad defatigationem.

Petri Fabri interrogatio ad petentes admitti in Soc. Ieſu.

XIII. *Benedictus de Goez à vitijs conuertitur ad vitam religioſam.*

Ex annuis Prouinciæ Goã an. 1609.

BEnedictus de Goez natus in Inſula S. Michaelis vicina Luſitaniæ in Indiā militaturus ſoluit: vbi poſt aliquot annorū ſtipendia mutato conſilio, Societatem noſtram expetijt, in quā tanquam Coadiutor temporalis admiſſus eſt. Mutationis porrò occaſionem præbuit huiuſmodi prodigioſum euētum. Anno 1583. Luſitana claſſis circa oram Trauancoranam verſabatur. Seſquimilliari ab oppido Colecht templum erat cuiuſdam pagi, in quod cū Goezius ludis, & grauioribus vitę militaris vitijs perditè addictus, & penè deſperabundus ingreſſus eſſet cum commilitone, tabulæ altaris cōſpectu (illa depictam B. Virginis filium geſtantis effigiem continebat) ſtimulis actus conſcientiæ, procidit in genua, fuſoq; copioſo lacrymarum imbre, obnixè petijt a Deipara Virgine, vt à filio peccatorū veniam & remiſſionē impetraret. Res mira. Ecce infantulus Ieſus, in brachijs matris efformatus, vbertim lacrymas lactei coloris effudit, tam copioſas, vt vndique in ſuppoſitum altare diffluerent; ſcilicet vt pœnitens diſceret, quam piè Pater miſericordiarum, Matris accedentibus precibus, quodāmodo compatiebatur. Rei nouitate attonitus vterque aliquot commilitones in templum aduocat; oſtentum explorant, comperiunt eum liquorem ex oculis picti pueruli emanare: dubitationē eximebat ſumma per eos dies ſiccitas, & æſtas in ijs locis pręferuida. Intingunt ſtrophiolum eo liquore, in pignus veritatis. Concurrere mox quā plurimi, & rem obſeruatam feſta bombardarum maiorum & minorum exploſione claſſiarij omnes celebrarunt, ramiſque templum ſatis alioquin deſpicabile inumbrarunt. Id contigit anno 1583. & hoc anno 1609. facta diligenti inquiſitione a Patribus noſtris, veritas comprobata eſt, cuius etiam veſtigia imago ipſa retinet. Hac ergo viſione compunctus Goezius, de tota vita apud Patrem Societatis confeſſionem inſtituit, Religionis ingreſſum vouit, & in noſtram anno inſequenti, hoc eſt, 1584. admiſſus eſt. Verè miſerationes Domini ſuper omnia opera eius, qui vel minimum quærentes ſe & inuitat, & trahit, & recipit.

Imaginum ſacrarū cultum.

Ex Imagine Ieſu manant lacrymæ lactei coloris.

Hominis diſſoluti ex miraculo imaginis lacrymātis conuerſio.

XIV. *Catharinæ Godinez nobiliſſimæ vocatio.*

P. Pet. Ribera vita matris Tereſæ lib. 3. c. 3.

HIs haud abſimile eſt, ac memoria quoq; digniſſimū, quod P. Fran-

ciſcus

ciſcus Ribera ſcriptis conſignauit de Catharina Godinez nobiliſſima virgine: quæ cum relictis mundi illecebris, atque honoribus, incredibili religionis ineundæ deſiderio æſtuaret, viſa eſt in ſomnis videre ſe in via arctiſſima constitutam incedere, vtrinque præcipitijs formidanda; dumque horreret ſolitaria, Religioſus quidam occurrit ex improuiſò, habitum Ordinis Carmelitarum Diſcalceatorum geſtans, qui blandè inuitatam conſolatus, perduxit in domum haud procul diſſitã. In ea ſanctę moniales magno numero viſebantur; nullumq; illic lumen apparebat, præterquam cereorum, quos ſinguleę geſtabant manu. Catharina ex illis ſciſcitatur, cuius Ordinis ſint. Tacuerunt omnes; leuatoq; velo, quo facies tegebantur, earum vultus læti, hilareſq; apparuerunt. Accepta Catharinę manu Prioriſſa; Te, inquit, hodie filia, in ſociam noſtrã deligo: Regulaſq; omnes & Conſtitutiones Ordinis eidem oſtendit. Expergiſcitur interea Catharina, tanto perfuſa gaudio, ac ſi paradiſi gaudijs interfuiſſet. Hanc viſionem longo tempore ſilentio preſſit; nec à quoquam, quæ eſſet illa Religio, cognoſcere potuit: Regulas tamẽ nonnullas, quas legerat, memoriæ cauſa ſcripto mandauit. Intellexit poſtmodum ex quodam Patre Societatis noſtræ, illum Ordinem, quem depingebat, eſſe Carmelitarum Diſcalceatorũ. Idcircò quam primum Matrem Tereſam de ſua Monaſterij extruendi reſolutione reddit certiorem: eamque inuitat, quam citiſsimè veniat. Occurrerunt interea grauiſsima impedimẽta; & inter cętera, cùm Catharina in grauiſsimum morbum incidiſſet, nec ſpes vlla foret humanitus illius ad Religionem admittendæ, fuſa oratione tãtam ſpem concepit, vt à Deo de ſanitate reſponſum interne accepiſſe videretur. Conualuit actutum; ſublatiſque diuinitus impedimentis, Mater Tereſa aduenit, ſex alias Sorores in nouam coloniam adducens. Aderat & laicus quidam eiuſdem Ordinis Frater, Ioannes à Miſeria. Catharina primo conſpectu agnouit Sorores omnes illas, & ex eis illas eſſe aſſeuerauit, quarum vultu ante annos viginti viderat in ſomnis. Fratrem verò Ioannem eundem videri Religioſum, qui è viarum anguſtijs ſe ad Monaſterium Virginũ deduxerat. Collatis ergo facultatibus omnibus Catharina cum ſorore in fundationẽ Monaſterij admitti petit magna inſtantia, ſed in gradu Conuerſarũ. Admiſſa eſt in gradu primario, ſed inuita; nec deſtitit à proſecutione prioris gradus, donec Præſidis acceſſiſſet auctoritas. Denique ſanctè admodum vixit, ac Prioriſſa eiuſdem Monaſterij, quod fundauerat, meritis plena ad beatorum domicilium commigrauit.

Viſio de ordine Carmelitarũ ſiue matris Tereſæ.

Gaudiũ ex viſo cælitus oblato.

Matris Tereſæ religioſæ ſorores olim in ſomnio viſæ poſt viginti annos recognoſcuntur.

Catharinæ Godinez humilitas.

TIT. LXII. De infantibus ab vtero matris, & ab ineunte ætate Deo religioni conſecratis.

EXEMP. I. *Andreas Corſinus votis parentum Deo conſecratus.*

ANdreas Corſinus Florentiæ ex Corſinorum nobili familia natus fuit, patre Nicolao, matre vero Peregrina: Cùm iam tempus pariendi immineret, in ſomnis Peregrina ſibi viſa eſt lupum peperiſſe pro homine, qui cum Eccleſiam intraſſet, in agnum ſe vertit. His cùm nihil antiquius ſancta religione eſſet, primogenitum ſuum perpetuò D. Virginis ſeruitio conſecrare vouerunt: Longo enim ſterilitatis opprobrio laborantes, ſingulari Virginis beneficio Andreã hunc conceperunt. Puer educatus ingenuè, creſcit & ſtudijs litterarum traditur. Adoleſcens factus canes alere, equos mercari, ſodalitates parare, tractare arma, lites gerere cępit; & ad hæc, omnia diuina & humana pariter habere, parentibus non ſolum inobediens, ſed nec eos ſe caſtigãtes perferre poterat, immò ab eorum conſpectu improbè diſcedebat, id mater iniquo animo ferens, eum ſic alloquitur: Tu profecto, in-

In vita eius apud Sur. to. 1. Ian. 6.

Andreas voluptatib. indulget, parentib. immorigerus.

inquit, lupus es, quem in ſomnis viſa ſum peperiſſe. Quibus verbis perterritus adoleſcens, retrò ferens pedē matrem orauit, vt quid ſibi vellent ea verba ſignificaret. Tunc mater inquit; Audi, fili mi, verba mea, neque matris tuæ dicta cõtemnas: Ego vna cum genitore tuo ſterilis annos plurimos vixi, tantuſq; ſobolis amor fuit, vt etiam pro habendis filijs vota ſuſceperim. Itaq; primitias vteri mei Deo Mariæque matri eius offerendas conſtantiſſime voui? Hoc idem pater tuus communi voto promiſit. Factũ eſt, vt Mariæ precibus conciperem, & cum iam pariendi tempus aderat, in ſomnis viſa ſum lupum parere, qui cùm ingreſſus eſſet Eccleſiam, lupi formam deſerens, agnus effectus eſt: poſtridie verò te peperi; qualis ſuperiorem ætatem vixeris, non te latet: non enim vt homo ratione vtens, ſed vt rapaciſſimus lupus; nunc iam tempus expoſcit, vt in agnum te vertas, & quæ pro te vota ſuſcepimus, velis pia mente perficere: nam non nobis, ſed Mariæ Virgini natus es. Expergiſcere igitur, fili mi, nec velis longius per ſocordiam, atq; malos mores vitam inficere. Poſtquã mater loquendi finem fecit, Andreas huiuſmodi oratione perculſus, ſuperiorem vitam ſuam tacitus conſiderans, pœnitentia motus, multis lacrymis Virginem precabatur, vt pro ſe ad filium preces fundere dignaretur, ne iuuentutis ſuę delicta cognoſceret. Poſtridie itaque manè ad Carmelitarum Eccleſiam profectus eſt, ibiq; orando diu ante aram Virginis glorioſę lacrymis faciem irrigauit, rogitans vt ſe lupum in agnum conuerteret. Tandem ab oratione ſurgens, Hieronymũ Melioratum, qui ea tempeſtate, videlicet anno ab incarnatione Domini milleſimo trecenteſimo decimo, Tuſciæ Prouinciæ curam gerebat, proſtratus orauit, vt eum intra religionem ſuſciperet. Cuius deſiderio poſt multa ſuſpiria ſatisfactum fuit. Is poſtea factus Epiſcopus Feſulanus.

Votũ parentum Deo conſecratus.

Viſio ſomnij hieroglyphica.

Andreas ad ſe redit & Carmelitarũ amplectitur inſtitutũ.

II. *D. Bonauentura infans Deo dicatur.*

BOnauentura Balneo regij in Etruria natus, cùm infans incidiſſet in vitę periculum, mater eius vouit, ſi inde euaſiſſet, ſe eum religioni B. Franciſci dicaturam. Itaq; adoleſcens in ordinem Fratrum Minorũ adſcribi voluit.

Ex Breu. Rom iuxta Conc. Trid. 13. Iulij.

III. *De Aſella à parentibus ante pubertatis annos virginitati conſecrata.*

NOn eſt hoc loco prætermittenda Aſellæ virginis memoria, quam D. Hieronym. ſcribit in matris vtero fuiſſe benedictam, antequam naſceretur, & in phiala nitentis vitri, & omni ſpeculo purioris, patri traditam per quietem: & adhuc infantiæ pannis inuolutam, vixque decimum ætatis annum excedentem honore futuræ beatitudinis conſecratam. Hæc poſt duodecimum ætatis annum hunc viuendi modum elegit, arripuit, tenuit, cœpit, impleuit. Vnius cellulæ clauſa anguſtijs latitudine paradiſi fruebatur. Idē terræ ſolum, & orationis locus extitit, & quietis. Ieiunium pro ludo habuit, inediam pro refectione. Cùm autem hoc propoſitum arriperet, aurum colli ſui, quod quidem murænulam vulgus vocat, quod ſcilicet metallo in virgulas lenteſcente quadam ordinis flexuoſi catena contexitur, abſq; parentibus vendidit, & tunicam fuſciorem, quam à matre impetrare non poterat, induta, pio negotiationis auſpicio ſe repentè Domino cõſecrauit. Vbi moderatè ſemper ita ſe habuit, & intra cubiculi ſui ſecreta cuſtodiuit, vt nunquam pedem proferret in publicum, nunquam viri noſſet alloquium. Et quod magis mirandum, ſororem virginem magis amaret, quam videret.

D. Hier. epiſt. ad Marcell. tom. 1.

Regnum mundi & omnẽ ornatũ contẽnit Aſella à pueritia, & Romæ monachæ vitã arripit.

TIT. LXIII. Non eſſe tutum, propoſitum religionis ingreſſum protrahere, vel à propoſita omnino reſilire.

EXEMP.

EXEMP. I. *Reſiliens à vocatione horrenda morte punitur.*

D. Bern. epiſt 108 ad Tho de S. Audumaro.

EST in hoc genere terribile admodum exemplum, quod D. Bernardus in epiſtola ad Thomam Audomarenſem commemorat, qui ob litterarum ſtudia religionis ingreſſum differebat. Ad quem deterrendum alterius in ſimili cauſa ſupplicium proponit: Heu, heu, inquit, Videris mihi vno ſpiritu ambulare, ſicut & vno cenſeris nomine cum altero illo Thoma olim ſcilicet Præpoſito de Beuerle, qui cum ſe ſimiliter noſtro ordini, & noſtræ domui toto deſiderio deuouiſſet, cœpit induciari, & ita paulatim refrigeſcere, donec ſubita, & horrenda morte præreptus, factus de medio eſt ſæcularis & præuaricator, & duplo filius gehennæ. Quod ab eo, ſi fieri poteſt, auertat miſericors & miſerator Dominus.

Religios' tepidus tendit in mortem.

II. *Quam ſeuerè agatur cum ijs, qui vocati reſpuunt conſilium Domini vocantis.*

D. Antonin. 3. pag. Chr. c. 9. §. 7

GRauem neglecti in religionem ingreſſus pœnam oſtendit etiam hoc exemplo D. Antoninus in Chronico: Cùm quidam aliquando Franciſcani Ordinis religionem ingredi vouiſſet, poſtea vero mutato conſilio factus eſſet Canonicus ſæcularis, poſt paucos menſes incidit in lethalem morbum: quam ob cauſam admonitus à ſuis de anima per confeſſionem expianda, reſpondit; nihil eſſe opus, quod oſtēſum ſibi eſſet, ſe eſſe damnatum, quare ne ampliùs ſibi moleſti eſſent, quia non poſſet confiteri: apparuit enim mihi, inquit, Dominus iratus, dicens: Vocaui, & renuiſti, ideo vade ad pœnas inferni. Quo dicto expirauit.

Damnationis æternæ reuelatio.

III. *Damnatur Arduinus propterea, quod monaſticum habitum vt vouerat, non ſuſcepiſſet.*

Pet. Damian ep. ad Pandulphum Clericū c. 1. 10 1. Bibl. or. SS Patrum.

SImile eſt huic, quod epiſtola ad Pādulphum Clericum narrat Petrus Damianus, cum monens, vt votum religionis adimpleat. Dicam, inquit ille, quod ſuper non diſſimili nuper apud nos cōtigiſſe cognoſcitur. Vir quidam Arduinus nomine, famoſæ prudentiæ genere clarus, diuitijs opulentus, certa mihi deuotione ſpoponderat, quod ſi ante non poſſet, ſaltem expleto decennio ad monaſteriū B. Vincentij (quod videlicet in Vrbinati conſtitutum eſt territorio) monaſticum ſuſcepturus habitum declinaret. Tandem termino condictæ pactionis exacto, cum ego huic aſſiduus exactor inſiſterem, ille inde, cedendo, blandiendò, verbis quidem bonum omne promitteret, ipſius autem conuerſionis effectum quibuſdā tergiuerſationibus protelaret; Rector quoq; iam dicti monaſterij illius fauebat votis, diſſuadebatq; conuerti, cuius nimirum pernecesſarijs ſuſtētabatur auxilij. Inter ea languore corporis irruente decubuit, peccata confeſſus iudicio Sacerdotis abſoluitur; pauperibus & Eccleſijs multa largitur, in tantum, vt cunctis quaſi benè compoſitis, aſſiſtentes ſibi cognatos & affines ſub hac obteſtatione conſtringeret: Obſecro, inquit, per charitatem, quæ Deus eſt, nemo me reddi huic mortali vitæ depoſcat, ne quod abſit, imperatum poſtmodum mors improuiſa reperiat. Aliquando autem poſt eius obitum tempore prædicto Abbati vir ille per viſum nocturnæ quietis apparuit. Videbatur autem quod in ſpatioſa quadam campi planicie Imperator (ſi rectè teneo) vel quælibet excelſa poteſtas cum totius regni Primoribus, & copioſo moraretur exercitu. Cumq; ille ſtupefactus, huc illucq; oculos deduceret; ecce Arduinus à quibuſdam tanquam cuſtodibus celeriter ducebatur: Heus, inquit, ſiſte gradum, fige pedem, quieſce pauliſper; mihi non loqueris Arduine? Age, frater, quid tibi eſt? Lætaris, an pateris? Adeſt pœna vel gloria? Cui triſtis ac flebilis; Cur, ait, de gloria me conſulis? qui iugibus pœnis afficior, & ne ad momentū quidem reſpirare permittor? Ad quem

Diſſuadere vitam religioſā, res quā periculoſiſſima.

Apparitio Arduini damnati.

Sancti interdū nes deſeruit.

Ab-

Abbas. Quid tibi, inquit, B. Vincentius? Nam tibi nunc in neceſſitate non ſuccurrit, qui ad collaborandum ſuæ domus adminiſtratoribus tam ſedulò decertaſti? Cui mox ille ſubiungit: Sanctus, ait, Vincentius diu me ſuum fecit ſperare colloquium; ſed quia dudum ſatigatus hoc obtinere non merui, ſpem hanc omninò iam fruſtratus amiſi. Vbi ſolerter attendendũ, quam recta linea diuinæ iuſtitiæ, immo quã artifex apud Deum menſura vindictæ: Ille ſiquidem, dum adhuc viueret, conuertendum ſe in monaſterio beati martyris & promittebat, & differebat: nunc autem ad eiuſdem martyris venire colloquiũ, & quaſi ex promiſſione ſperabat; & tamen nullatenus impetrabat. Dignumq; fuit, vt Abbas potiſſimum hanc cerneret viſionẽ, qui ne conuerteretur, illi obſtiterat.

Artificio ſi diuinæ vindictæ menſura.

IV. *Feliciter reſipiſcit quidam Dei miſericordia.*

AT felicius multo contigit Scholaſtico cuidam Pariſienſi, qui circiter annum Dom. M.CCCL. cum Franciſcanorum ordinem ingredi decreuiſſet, atq; ob hanc cauſam ſacrum etiam habitum ſibi iam curaſſet, poſtea tamen mutato conſilio, ad alia ſe conuertit. Inter quæ nocte quadam viſum eſt ſibi ſiſti iudicem Ieſum in regio throno cum maieſtate conſidentem: ad quem conſcientia perculſus clamare cœpit: [Miſerere Domine. Cui Dominus, Miſerebor, inquit, ſed ita, ſi cogitata perfeceris.] Cùm ille hæc leuiſſimè recepiſſet, a dæmone tamen in ahenum oleo & pice feruens coniectus eſt, in quo videbatur tantis torqueri cruciatibus, ac ſi doloris magnitudine oſſa à carne diſtraherentur; in qua anguſtia expergefactus, nulla interpoſita mora, & quidem cupide, ad religioſam vitam ſe conuertit.

Ex Annal. Frã ciſc. anno .1.3 de bono ſtatu relig. c. 38

Apparitio Ieſu & miſericordia.

✝

V. *B. Iacobus ſpondet pro adoleſcente reſipiſcente.*

FElicior quoque alterius in ſimili periculo exitus, qui cum adhuc iuuenis Ciſtercienſe inſtitutum ſequi decreuiſſet (neque ſe tamen voto obligarat) dum de die in diem differt, cœpit intepeſcere. Quare cũ ex Compoſtellana peregrinatione domum rediſſet, eadem ipſa nocte apparuit illi Chriſtus Dominus cum duobus Apoſtolis, Petro & Iacobo. Petrus autẽ pulcherrimum librum tenebat coram Domino apertum, in quo adoleſcentis nomen, Ioannes, deſcriptum erat. Tum Dominus ad Sanctum Petrum: [Dele, ait, illum de libro meo.] Iacobus verò ſupplicare ei cœpit pro ſuo, vt appellabat, peregrino, inſuper etiam illius emendationem promittere. At Ioannes hoc de ſe agi videns, pauebat & tremebat, nouamque vitam in futurum pollicebatur. Dominus autẽ quaſi illius inconſtantiæ minus credens, fideiuſſorem illius voluntatis poſtulauit, quem ſe obtulit S. Iacobus. Inter quæ cũ iuuenis excitatus eſſet, ſecumque hæc admirans rurſum obdormiſſet, iterum eſt illi eadem obiecta ſpecies, idque ampliùs, quod in libro illo apparuit eiuſmodi inſcriptio ex Canticis: [Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.] Ille igitur & hoc iucundo promiſſo inuitatus, & illis minis exterritus, nulla mora interpoſita Ciſtercienſium ſe contulit, vbi magnis in virtute progreſſibus factis, primum Abbas Bonæuallis, deinde etiam Valentiæ Epiſcopus factus eſt.

Hieron. Plat. l. 3. cap. 38. Chriſti Domini cum SS. Petro & Iacobo Apoſtolis apparitio S. Iacob. patrocinatur peregrinatio ad ædẽ Compoſtellanam.

Cant. 1.

VI. *Præſtare ineunte ætate vitam ſuſcipere religioſam, quam in prouectiorem differre.*

HVmbertus vir clariſſimus, Generaliſq; Magiſter fratrum Prædicatorum narrare ſolebat; religioſum quendam vita functum apparuiſſe aliquando de nocte fratri, ſocioq; ſuo, magno ſplendore collucentem, cumq;

Idẽ eod. lib. c. 33.

cum

eum ex cella eduxiſſet, oſtendiſſe magnum numerum hominum candida veſte, mirabiliq; luce micantium, qui pulcherrimas cruces humeris deferebant. Erat autem omnium iter in cœlum. Poſtea modico interuallo alius ſequebatur ordo, iſq; multò pulchrior, multoq; lucidior, quorum vnuſquiſq; ornatiſſimam crucem, non iam humeris, ſed manibus geſtaret. Deinde tertius ordo omnium longè ſplendidiſſimus & ſpecioſiſſimus, quorum item cruces forma, & pulchritudine reliquorum cruces ſuperabant, neque eas ipſi portabant, ſed ſuus qui ſingulos præibat angelus, vt ipſi alacres & ludibundi ſequerêtur. Quod ſpectaculum cum ille miraretur, expoſuit ei ſocius, primos illos eſſe, qui prouecta iam ætate religioſam vitã amplexi fuiſſent; ſecundos, qui in virili; poſtremos autem, quos adeo expeditos, hilareſq; vidiſſet, eos eſſe, qui in adoleſcentia.

Viſio inſignis de religioſis in adoleſcentia, in virili ætate, & in ſenectute conuerſis.

TIT. LXIV. Non licere quemquam deterrere ab ingreſſu religionis, vel ingreſſum auocare.

EXEMP. I. *Dominus ſerui ſui B. Portiani impediens vocationem punitur.*

BEatiſſimus Portianus ab ineunte ætate Deum querelæ cæli ſemper, etiam inter ſeruitia terrena, conabatur. Hic.n. ſeruus fertur fuiſſe cuiuſdã barbari; is cum plerumq; ad monaſterium confugeret, vt eum Domino ſuo Abbas redderet excuſatum, ad extremum fugientem aliquando dominus eum de veſtigio ſequitur, & Abbatem calumniari cepit, imputans, quod ipſe eum ſeduceret, ne ſibi ſuus famulus deſeruiret. Cumq; de conſuetudine, vt eum redderet, calumniando Abbatem, inſiſteret, dicit Abbas Portiano, Quid vis vt faciam? Et ille, Redde, inquit, me excuſatum. Cumq; excuſatus redditus fuiſſet, & dominus eius reducere eum domũ vellet, ita cæcatus eſt, vt nihil penitùs poſſet cognoſcere. Cernens autem dominus ſe grauibus doloribus affici, Abbatem vocat, dicens; Supplica, quæſo, pro me Dño, & accipe hunc ſeruum ad eius cultum, forſitan promerebor recipere lumen amiſſum. Tunc Abbas vocato beato, ait: Impone, quæſo, manus tuas ſuper oculos eius. Cumque ille refutaret, tandem Abbatis deuictus precibus, ſuper oculos Dñi ſui ſignum beatæ crucis impoſuit, ſtatimq; diſrupta caligine & ſedato dolore, priſtinę reſtitutᵘ eſt ſanitati. At vero exin B. Portianus clericus factus, tãto virtutis cumulo eſt prelatus, vt decedente Abbate, ipſe ſuccederet.

Gre Tur. de vita Patrum c 5 apud Sur. to 6 Nou. 24.

Cæcitas ob noxã immiſſa.

Cæcitas ſigno cruc. depulſa.

II. *Pater moritur impediens filiæ vocationem.*

D. Ambroſius Archiepiſcopus Mediolanenſis, puellam commemorat adhuc viuentem, cum ipſe hoc ſcriberet, nobilẽ, vt idem ait, ſeculo, multo nobiliorem Deo, quæ cum religioſæ vitæ amore ad altare cõfugiſſet, inſtarentq; propinqui, & ſponſum offerendo, & diuitiarum commoda proponẽdo, illa ſemper cõſtans, & inuicta perſtiterat. Ac cum vnus præfractiùs vrgens, dixiſſet: Quid? ſi pater tuus viueret; an te innuptã viuere pateretur? Reſpondit illa; Et ideo fortaſſe mortuus eſt, ne impedire poſſet. Neq; verò multum temporis interceſſit, cum hic, qui ita inſtabat, morte ſublatus eſt. Et ita perſuaſum eſt omnibus, ob eã cauſam eſſe ſublatum, vt cæteri, qui antea tantoperè repugnabãt, metuere ceperint.

D. Amb. lib. 1. de virginib.

III. *Parentes conantes adoleſcentem auocare ab ingreſſu religionis qua pœna mulctati.*

AFfine eſt, ſed illo recentiùs, qđ accidit in Prouincia Mediolanenſi anno Dñi 1584. Gallus adoleſcens tum genere nobilis, tum apud Regem gratioſius, è domo domeſtica pugna non ignobilem victoriam reportauit; nam cum propinqui ſtatim aduolaſſent è Gallia, vt adoleſcẽtis mentem vel minis auerterent, vel blanditijs, factaq; ijs po-

Ex Annal. Societ. ſub Prou. Mediol. an. 1584. p. 43.

ijs poteſtas eſſet, vt adoleſcentem, ſi ſequi vellet, abducerent, is ſua firmitate eos ita debilitauit ac fregit, vt ij re penitùs deſperata ſatius ducerent inanes redire domum, quam diuturna, atq; inutili pugna ſuum dedecus augere. Deſperationem auxit adoleſcentis epiſtola ad amicum, quem ardenti cohortatione in ſuſcepta Societatis ſententia confirmabat; quam illi epiſtolam cum reſignaſſent exploraſſentq; quam fruſtra in eius cõmouenda conſtantia deſudarent, qui ad idipſum cęteros inflammaret, ad extremum dedere manus, tametſi improba eorum voluntas impunita non fuit; quippe ex ijs vnus præ cæteris inſolentior vix domum redijt, cũ repentino iugulatus eſt morbo: nec ita multo poſt frater in lacu perijt, vt doceretur imprudens pater, ſuos ei filios non grauatè concedere, cuius ſceptro, atq; imperio liberorum vitæ atq; mortes obtemperant.

Cõſtantia in bono propoſito.

IV. *Raimundus Cathalanus, ob ſubtractum à ſe alteri religionis ingreſſum, in pœnam pro eo religionem ingreditur.*

Leander Albert Domini. apud Su 6 la

RAimundus Cathalanus tertius Ordinis Prædicatorum Magiſter, hanc ob cauſam togam induit religionis. Fortè diſſuaſerat cuidam ſcholaſtico adoleſcenti plurimis rationibus ſanctę conuerſationis ingreſſum. Quapropter deinde cõſcientia exagitatus, quod illi diſſuaſerat, amplexus eſt, relictis videlicet mundi illecebris, fauore & gloria, cum omniũ admiratione ordinem Prædicatorum ingreſſus eſt.

V. *Chriſtus oſtendit ſe parentibus præferendum.*

D. Antonin 3. p. Chron tit. 24. 6. 9. paragraph. 7

PAriſijs cum inſignis quidam ſacræ Theologiæ doctor Frãciſcanæ familiæ ſeſe addixiſſet, mater eius, quæ inopia haud mediocri premebatur, ad alia beneficia addebat, quod litterarum illius otium ſuarum manuum laboribus ſuſtentaſſet, multis lacrymis & clamoribus ſuam orbitatẽ, ac paupertatem deplorans, ac tum filium, tum illius ordinis Patres omnes tamquam inhumanos, atq; iniuſtos etiam accuſans. Quibus ille commotus cum iam in propoſito nutaret, & ante Crucifixi imaginem oraret, quaſi veniam ab eo petens diſcedendi, ad matrem ſubleuandã, vidit è Chriſti latere perfoſſo manantem cruorem, ſimulque hanc vocem audiuit: [Ego te carius nutriui, quã mater tua; iſto.n. ſanguine te redemi; quare non me deſerere debes propter matrem tuã.] Quo ille & ſtupefactus, & ita roboratus eſt, vt deinceps maternas oẽs vel blanditias, vel querelas facile cõtempſerit, & non immerito Chriſtum matri præferens in eo ordine dies ſuos compleuerit.

In negotio religioſa vita Chriſtus magis quã parentes audiẽdi

VI. *Egregium factum Demetriadis virginis.*

D. Hieron. epiſt. 8. apud Baron. t. 5. ad an. 413.

DEmetrias virgo ſponſo iam oppignorata, egregium Chriſtianæ pudicitiæ ſpecimen edere cupiens, noctibus & ſecreto, conſcijs tantum virginibus Dei, quæ in matris & auiæ comitatu erant, nunquam ea linteaminum, nunquam plumarũ vſa eſt mollitie, ſed ciliciolum in nuda humo habuiſſe pro ſtratu, iugibus faciẽ rigaſſe lacrymis, Saluatoris mente genibus aduoluta, dicitur, vt ſuum reciperet propoſitum, vt impleret deſiderium, vt probæ auiæ animum matriſque Iulianæ emolliret. Cùm iam nuptiarum appropinquaret dies, & futuro matrimonio thalamus pararetur, ſecreto & abſq; arbitris, noctemque habens pro ſolatio, talibus ſe fertur armaſſe conſilijs: Quid agis Demetrias? cur pudicitiam tanto pauore defendis? libertate opus & audacia. Quæ ſic in pace metuis, quid faceres in martyrio perpetiendo? Quæ tuorũ vultum ferre non potes, quomodo ſuſtineres tribunalia perſecutorum? Si te virorum exempla non prouocant, hortetur, faciatq; ſecuram beata martyr Agnes, quæ & ætatem vicit & tyrannum, & titulum caſtitatis martyrio conſecrauit. Neſcis,

Egregiũ factum Demetriadis virginis.

ſcis, miſera, neſcis cui virginitatem tuam debeas? Dudum inter barbaras tremuiſti manus, auię matriſq; ſinu & pallijs tegebaris: vidiſti te captiuam, & pudicitiam tuam non tuæ poteſtatis: horruiſti truces hoſtium vultus; raptas virgines Dei gemitu tacito conſpexiſti. Vrbs tua quondam Orbis caput, Romani populi ſepulcrum eſt; & tu in Libyco littore exulem virũ exul ipſa accipies? &c. Rumpe moras omnes: perfecta Dei dilectio foras mittit timorẽ. Aſſume ſcutum fidei, loricam iuſtitiæ, galeam ſalutis, procede ad prœlium. Habet & pudicitia ſeruata martyrium ſuũ. Quid metuis auiam? quid formidas parentem? forſitan & ipſæ velint, quod te velle non credunt. His & alijs compluribus inflammata ſtimulis omnem corporis cultum & habitum ſæcularem, quaſi propoſiti ſui impedimenta proiecit; pretioſa monilia, & graues cenſibus vniones ardenteſque gemmæ redduntur ſcrinijs: vili tunica induitur, viliori tegitur pallio, & inſperata auię genibus repentè prouoluitur; fletu tantum & planctu quæ eſſet, oſtẽdit. Obſtupuit ſancta & grauis fœmina; Proba auia, alienum habitum in nepte conſpiciens. Mater gaudio ſtabat attonita, vtraq; verum non credere, quod verum eſſe cupiebat. Hæſit vox faucibus, &c. Certatim in oſcula neptis & filiæ mater & auia ruunt; vbertim flere præ gaudio, iacentem manu attollere, amplexarique trepidantem: agnoſcere in illius propoſito mentem ſuam, & gratulari, quod nobilem familiam virgo virginitate ſua nobiliorem faceret: inueniſſe eam quod præſtaret generi, quod Romanæ vrbis cineres mitigaret. Ieſu bone, quid illud in tota domo exultationis fuit? Quaſi ex radice fœcunda multæ ſimul virgines pullularunt. Exemplum patronæ & dominæ ſecuta eſt clientum turba ac famularum.

Exẽpla ſanctorũ par. ſunt ſtimuli.

1. Ioã. 4. Epheſ. 6

Virginitas eſt inſtar martyrij.

Demetrias in ſeijs parentibus veſtes monaſticas induit.

Demetriadis exemplo auctus virginũ numerus

VII. *Conſtantia S. Nicetæ aduerſus parentem.*

INſigne quoque huius generis exemplum eſt in vita S. Nicetæ confeſſoris de Athanaſio, venerando & admirabili viro, cuius charitatem opinor etiam Angelos ipſos fuiſſe admiratos. Hic patri chariſſimus erat, & litteras apud ipſum ſummè doctus; qui & publicorum libellorum ſcriba creatus, magiſtratui, qui Logotheſium dicitur, prefectus fuit; vnde nõ vulgares mundi huius honoris eius pater per filium ad ſe venturos ſperabat. Cùm verò iuuenis ille omnia hæc contempſit, & vni rei eſſet intentus, vt cœnobij habitu ſe indueret, idq; feſtinans perfeciſſet, cum pater hoc audiuiſſet, vi ad ſe illum traxit, & indumentis, quibus ex cœnobio veſtitus erat, proiectis, pretioſis veſtibus illum, quamuis inuitum, induit. At iuuenis patrem ſic affatus eſt: Putaſne, ò pater, ſericis iſtis veſtibus me à propoſito cõſilio impeditum iri? Totum mundum cõtempſi: Quid enim proderit homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuę detrimentum patiatur? At pater illum in domo cõcluſit, exiſtimans ita fieri poſſe, vt à bono propoſito ipſum auerteret. Cùm autem adoleſcens opportunitatẽ inueniſſet, ſerica illa indumenta in quatuor partes lacerauit. Quod cùm vidiſſet pater, ita crudeliter filiũ verberauit, vt eius terga plagis contabuerint, & medicorum cura indiguerint. Poſtea verò patrem certiorem fecit, nullo modo fieri poſſe, vt eius ſententia mutaretur, etiamſi membratim illum diſcerperet. Pater itaque ea re compunctus, & lachrymis perfuſus, filium ſic allocutus eſt: [Vade, fili, & perfice iter illud bonum, quod elegiſti, & Chriſtus ipſe tibi opem ferat, teque ab omnibus laqueis diaboli eripiat.] Atque ita adoleſcens redijt ad monaſterium, exercitationis certamina efficaciter illic ſuſcepturus.

Metaph. ex Theoſterifto S. Nicetæ diſcipulo in orat. funebri apud Su. 3 April.

Luc. 9.

Filij cũ patre pro ingreſſu religionis conflictus.

Pater aſſentitur & bene precatur filio.

VIII. Exi-

VIII. *Eximia conſtantia & fortitudo adoleſcentis pro religione ingredienda.*

Ex Annal. Societ Prou. Au. ad an. 1592 p. 122.

HVic ſimile eſt, quod noſtris temporibus patienter fortiterq; pertulit adoleſcens meditans Societatem in Auſtria. Hic quoniam triennio diſertis caſtris paternis tranſierat ad Catholicos, diuturno bello graues vexationes pertulit à domeſticis. Sed tamen ſua conſtantia vicit aduerſariorum improbitatem: vt hoſtiam Deo pro parta victoria immolet, ſuum ipſum caput Societati deuouet. Factus hoc ſacrificio & ipſa pugna fortior, ſuſcipit maius bellum, & periculoſius, illudq; ingenuè patri denunciat, dum ſuum conſilium ſubeundi religioſi ordinis impauidus aperit. Indè pater excandet, ſed iram altiùs premit pectore: verſat omnibus artibus adoleſcentem. Vbi ex omni parte conſtantem in conſilio perſpicit, iamq; meditari fugam intelligit, amens furore, pugnis & calcibus ora proſtrati fœdat atque contundit. Hoc præludio furoris in miſerum effuſo, matre in crudelitate ſocia, atq; miniſtra, veſtibus omnibus exuit, ſtatuit tenerum adoleſcentem flagris concidere, vel vſq; ad mortem, vel donec fidem extorqueat, qua ieiurando ſe ab incœpto deſtiturum affirmet. Atrox ſpectaculum. Carnifices filij parentes tormenta admouent, vt à virtute, vt à Deo diuellant. Non conſtantia iuuenis, non cute nigreſcente, non ſanguine erumpente leniuntur. A verberando prius defatigatio, quam miſericordia reuocat. Sed dum vires tantiſper quieſcendo recolligunt ad prælium ſecundum atrocius, adoleſcens non ſine Dei nutu, atq; ope, proſilit in viam ex altiſſimo loco, detrimento nullo, periculo quidem maximo; & tranſuolat ad collegium, nullo veſtitu, nullo orna[tu], niſi vibicum & ſanguinis quod gratiſſimum diuinis oculis, humanis admirabile in carne filij paternæ manus effinxerat.

Parentum cōtra filiū religioſam vitam appetētem inhumana ferocitas.

Cōſtātia in bono.

TIT. LXV. De fructu religionis in genere.

EXEMPL. I. *Ingreſſus religionis inſtar baptiſmi.*

NOtabile eſt omnino hoc in genere exemplū, quod Leontius Cyprius Epiſcopus, antiquus auctor, narrat in vita Simeonis Abbatis: Hic enim Simeon, cum vnà cum Ioanne, eiuſdem vterq; nobilitatis, atque ætatis, in ipſo adoleſcentiæ flore ad monaſterium veniſſent, ac die poſtero religioſo habitu induendi eſſent, quidā ex fratribus ita eis dixerunt: [Beati eſtis, quoniam cras regenerabimini, & mundi efficiemini, ſicut nati eſtis, ab omni peccato, perinde, ac ſi ipſo die baptizati eſſetis.] Quod illi audientes admirati ſunt ambo, & cucurrerunt ad diuinum Niconem Abbatem monaſterij, & ad eius pedes prociderunt, dicentes: [Rogamus te pater, ne nos baptizes; ſumus enim Christiani, & nati ex parentibus Chriſtianis.] Is autem cum neſciret quidnam audiſſent à patribus cœnobij, dixit eis: Quis .n. vult vos, ò filij, baptizare? Illi vero dixerunt; Domini noſtri, patres monaſterij dicunt nobis; Cras rebaptizabimini. Tunc intellexit Præfectus, eos dixiſſe de ſancto habitu, & ait eis: Rectè dixerunt filij, etenim ſi Deo placuerit, volumus vos cras induere ſācto & angelico habitu: Ac tum cognouerunt pretioſam ſe acquiſiuiſſe margaritam, peccata ſua nimirū ab igne fuiſſe exuſta, qui corda illorū accendebat.

Leont. Ep. Cypr. apud Metaph. & Sur. 1. Iul. c. 2. & 12.

Profeſſio monaſtica alter eſt baptiſmus.

II. *Religio ſtatus perfectæ pœnitentiæ.*

D. Anſelmus Cantuarien. Archiep. id ipſum Osberti monachi demonſtrat exemplo. Hic enim cum de hac vita migraſſet, non multa poſt de nocte apparuit Anſelmo ipſi, narrauitque, ter ſe in illa ſuprema lucta à satana grauiſſimè oppugnatum, ſed à quodam, qui ſibi aſtabat, aduocato ſtrenuè

D. Anſelmus l. Similitudinum c. 191. D. Antonin. 3 p. Su tit. 16 c. 10 § 2

nuè deſcenſum. Primò pro peccatis, quibus obligatus ante baptiſmum fuerat, in eum inſurrexiſſe hoſtem antiquum. Secundò pro peccatis, quæ fecit poſt ſacramētum baptiſmatis, ante profeſſionem. Tertiò pro illis, quæ fecit poſt profeſſionem, ante obitum. Sed ter cecidit: peccata. n. quibus aſtrictus fuerat ante baptiſmum, fide parentum in ipſo ſacramēto deleta diabolus inuenit. Illa etiam, quæ in ſæculo, vel in monaſterio ante profeſſionem monaſticam, æque abolita ſerpens ille antiquus reperit. Quæ verò poſt profeſſionem fecit, vera confeſſione ante obitum monachus ille deleuit. Quare cum nullus iam calumniæ locus ſupereſſet, ille victus confuſuſque abſceſſit.

Profeſſio in religione peccata abolet.

III. *Angeli nolunt obijci Antonio peccata ante vitam monaſticam commiſſa, quippe per eam deleta.*

S Athanaſius in vita S. Antonij. Platus de bono ſtatu rel. lib. 1. c 13 Angeli religioſorum ſingulares patroni.

SImile etiam quiddam de magno Antonio commemorat Athanaſius, quodam die circiter horam nonam raptum ab Angelis in ſublime, cui cum occurſantes dæmones ſumma vi obſiſterent, quæſiſſe Angelos, quid in eum iuris haberent: tum illis Antonij errata ab initio vitæ enumerare exorſis impoſitum eſſe à bonis Angelis ſilētium: cum dicerent, nō eſſe eorum renouandam monitionem, quæ in ſæculo commiſiſſet, antequam monachus fieret. Quod ſi ab eo tempore aliquid haberent, ad eis licere proferre. Hæc verò cum nulla inuenire potuiſſent, ceſſiſſe demum inuitos, liberumq; iter ad cęlos præbuiſſe.

IV. *Religio remiſſio peccatorum.*

Ex Frā. Annal. Plat. l. 1. de bono ſtat. relig. c. 13.

IN Annalibus quoq; Franciſcanis legitur, Chriſtophorum quendam ſacerdotem eius ordinis religioſiſſimū, cum vehemētiùs ſollicitus eſſe de quibuſdam commiſſis in ſæculo, rogaſſe fratrem quendam, qui ſæpe ſui cuſtodis Angeli aſpectu, colloquioq; fruebatur, vt de ea re ab ipſo quæreret: Angelum autem, quod ad illa attineret, iuſſiſſe, vt bono ac ſecuro eſſet animo: de reliquo verò ſtuderet vſq; in finem perſeuerare, vt ſaluus eſſet.

V. *Veræ diuitiæ & theſaurus abſconditus religionis ſtatus.*

Hieron. Platus l. 1. de bon. ſtatu relig. c. 40

ÆGidius, vnus ex primis Frāciſcani Ordinis lapidibus, tantæ ſanctitatis fuit, vt audito Dei, vel paradiſi nomine, ſtatim raperetur in ecſtaſim. Hunc ferunt aliquando potenti cuidā conſilium, nū ſibi in religionem ingrediendū eſſet, ita reſpondiſſe: Dic, inquit, mihi mendicus ſi certo ſciret aliquo loco magnum latere theſaurū, an ille conſultaret expeditene eum effodere? Cum is negaſſet. Quanto igitur, ait, alacrius & promptius debent homines ad infinitum illum Dei theſaurum accurrere, in quo ſolo ſunt veræ & æternæ diuitiæ? Quod ille audiens, abijt illico, ſuiſq; omnibus diuenditis, & in egenos diſtributis, religioſam vitam inijt. Atque idem etiam vir ſanctus aliàs interrogatus, an etiam in ſeculo Dei gratiam cōſequi aliquis poſſet, reſpondit; Poſſe vtique, ſed tamen malle ſe vnum gratiæ gradum in religione, quam decem in ſæculo; quoniam in religione facile conſeruetur & creſcat, cum hic nimirum homo remotus degat à tumultu, & perturbatione mundi, quæ hoſtis capitalis eſt gratiæ: tum deinde à ſpiritualibus fratribus incitetur, & animetur ad virtutem. Contra vero in mundo gratia facilè amittatur: quoniam ſollicitudo ſæcularis, quæ mater eſt diſtractionis, perturbat, & planè perdit gratiæ ſuauitatem; & homines ipſis prauis exemplis tum abducunt à bono, tum inducunt ad malum, & quaſi vi ſalutem animæ eripiunt, eamque in ſempiternum exitium præcipitant. Quamobrem præſtare ſine dubio, etiam multo minorem gratiam ita poſſidere vt ſecura ſit, & cum tot tantiſq; præſidijs, quæ eā augeant, quod fit in religione, quam vel multò maiorem, cum tam euidenti periculo, vt eſt in ſæculo.

Diuitiæ veræ in Religione.

Gratia Dei in quo ſtatu meliùs conſeruetur & creſcat.

VI. In religione centuplum retribuitur.

Ex hiſt Ciſterci. enſ. Plat. l. 3. de bono ſtat. relig. c. 13.

HIs finem adijcit Arnulphus ille Ciſtercienſis, cuius mirabilem vocationem in eius Ordinis hiſtorijs legimus. Hic.n.cum in ſæculo, vtpote nobiliſſimus, & ditiſſimus, inter omnes delicias vitam egiſſet, deinde Bernardi concionibus impulſus monaſticam diſciplinam in Claraualenſi cœnobio profeſſus eſt: in quo tam paupere & rigido inſtituto, cum inſuper aliquando viſcerum doloribus grauiſſimè cruciatus, diu exanimis, mutuſque iacuiſſet, vt ad ſe redijt, in eam vocem erupit: [Vera ſunt omnia, quę dixiſti Domine Ieſu.] Quod cum ſæpius iteraret, omnes, qui aderant, ſtupentes, percunctabantur, quomodo haberet. Ille autem nihil aliud reſpondebat, quam illud idem: [Vera ſunt omnia, quæ locutus eſt Deus.] Quare ſuſpicātibus quibuſdam, & ita dicentibus, eum mentis errore ex doloribus affici, & aliena loqui; Ego verò, ait ipſe, integra mente hæc protuli, quoniam Dominus in Euangelio teſtatus eſt: *Si quis* propter ipſius amorem mundi diuitijs, & propinquorum conſuetudini renunciauerit, fore, vt centuplum accipiat in hac vita, id quod nunc re ipſa experior: Etenim hæc ipſa tam ingētis cruciatus acerbitas, adeo mihi dulcis eſt, propter ſpē diuinę miſerationis, quam in ea repoſitam ſentio, vt hac moleſtia caruiſſe me nolim, non modo pro illis, quas reliqui, opibus, ſed etiamſi centū partib. ampliores fuiſſent. Quod ſi mihi homini nequam & peccatori, etiam mei dolores centies dulciores ſunt, quam mea priſtina felicitas ſæcularis, quid facient probi, & feruentes religioſi in ſuis ſolatijs, & gaudijs ſpiritualibus: plane enim ita res habet, vt ſpirituale gaudium quodcunq; ſit, etiam in ſpe, centies millies exuperet omne ſæculare gaudium etiam in re. Quæ cum loqueretur, admiratos ferunt vniuerſos, qui audierant, maximè quod homo literarum rudis tam bene iſta, & intelligere, & eloqui potuiſſet, eoque certiùs omnes cognouiſſe, non aliunde illa prouenire, quam à ſancto Spiritu, qui in eius pectore reſidebat.

Spes diuinæ miſerationu ī relig one ſua dulcedine oēs abſorbet moleſtias.

Gaudij ſpiritualis & ſæcularis differentia.

TIT. LXVI. De honore etiam in hac vita religioſis exhibendo.

EXEMP. I. *Quanto honore affectus fuerit B. Dominicus ab omni genere hominum.*

Platus de bono ſtat. relig. li. 2. cap. 37.

DE B. Dominico fratrum Prædicatorum anteſignano ita ſcribitur; quo ſe ipſe profundiùs abijciebat, eo magis ab omni hominum genere, & quidem ab ipſis etiam Cardinalibus & Pontificibus coli ſolitum: à vulgo verò ita impenſe, vt beatos ſe putarent, qui cum eo colloqui, vel eius veſtem manu contingere poſſent; quare cum omnes ex eius tunica certatim particulas præcidere ſtuderent, quas deinde reliquiarum loco aſſeruarent, perpetuum ei fuiſſe, vt veſtem vſque ad genua decurtatam gereret. Quinimmo hoc etiam accepimus, cum fratres, vt eam ab illo moleſtiam depellerent, quoſdam veſtimenti laciniam vellicantes prohiberent, ab ipſo inhibitos, cum diceret, ſinendos eſſe, vt ſuę deuotioni ſatisfacerent.

Sacrarū reliquiarum appetitio.

II. *In ſancto Franciſco homines Deum honorabant.*

Plat. ibi.

D. Franciſcus Minoritarum Antiſtes, cum oppidum quodcunq; ingrederetur, tanti concurſus fiebāt, vt pæne comprimeretur. Hoc inter cętera de eo fertur, aliquando eum conſtitiſſe, veſtemque, ac manum omnibus ad ſe accedentibus oſculandā præbuiſſe. Quod intuens eius comes, ac diſcipulus, cum admiratus eſſet, ac deinde ſolus à ſolo cauſam ſciſcitaretur: Scito, ait Franciſcus, ne minimam quidē mihi ab his debiti honoris partem perſolutam eſſe. Quo reſponſo cū ille multo adhuc magis obſtupuiſſet, cau-

S. Franciſc⁹ offert manum oſculandam. Cur id ſ. ī hoc ut. ta ſe honorari ſinant.

ſam

ſam reddidit, quoniam homines illi non ipſum honorarent, ſed Deũ in ipſo, qui ei quicquid religionis, aut quicquid bonorum habebat, contuliſſet.

III. *Quanto honore & reuerentia religioſos proſecutus ſit S. Anno Archiep. Colon.*

Ex Lambert Scafnabur. in deſcriptione vita eius Sur. l. 1. c 23. 4. Decemb.

S. Annonis reuerentia & obſequiũ erga religioſos.

S. Anno Archiepiſcopus Colonienſis, monachos, quos ex Italia in Sigebergenſe cœnobium adduxerat, honorabat ac venerabatur vt dominos ſuos. Nec ſolũ Abbati, ſed & alijs omnibus ita obtẽperabat, vt ad primum eorum imperium, quãtumlibet grauibus ſeu publicæ, ſeu priuatæ rei negotijs implicitus teneretur, mox ſurgeret, & quod peterent, exequeretur. Non patiebatur illos vllius rei inopia laborare. Cibos ſumma induſtria confectos quotidie, cũ adeſſe liceret, ipſe miniſtrabat, potũ miſcebat, ipſe quaſi diuinas inter hæc ſingulorum exoſculabatur manus, ad omne denique eorum obſequiũ quolibet famulo promptior paratiorq; aſſiſtebat, intentuſq; lectori, poſtquam omne miniſterium peregiſſet, in aſcenſu graduum, ſatis humili contentus ſede, quieſcebat.

IV. *De pio Helenæ Imperatricis miniſterio ſacris virginibus Hieroſolymis exhibito.*

Ex Ruffin li. 1. hiſt. Eccl. c. 8. & Niceph. Baron to 3 an. 326.

Helena Imperat. pietas erga religioſas.

ANno Chriſti 326. Helena Conſtantini mater, fœmina incomparabilis fide & religione, diuinis admonita viſionibus, ſalutiferę Crucis recuperandæ gratia Hieroſolymam petijt: vbi inter cætera reliquit etiam indicium hoc religioſi animi Regina venerablis: Virgines, quas ibi reperit Deo ſacratas, inuitaſſe ad prandium, & tanta eas deuotione curaſſe dicitur, vt indignum crederet, ſi famularum vterentur officijs; ſed ipſa manibus ſuis, famulæ habitu ſuccincta, cibum apponeret, poculũ porrigeret, aquam manibus infunderet, & Regina Orbis ac mater imperij famularum Chriſti ſe famulam deputaret.

V. *D. Antonius cum non poſſet ob locorum diſtantiam Imperatorum præſentia, eorum literis honoratur.*

Ex Athan. in vita eius Baron. t. 3. Annal. ad an. Dom. 328.

Conſtantini Imp. ad Antonium litera.

ANtonij Magnis vehementi virtutum fama commotus, atque in omnibus perſuaſus Conſtantinus Imperator religioſiſſimus, atque filij eius Cæſares, ad eum pietatis ergo, officij & amoris plenas literas dedere; vt quẽ tam longè poſitum non liceret aſpicere, atque præſentẽ alioqui, inter nuntio literarum inuiſerent, & cum eo pariter loquerentur. Teſtatur id eius res geſtas relegens S. Athanaſius, dicens: Hoc in eo viro admirabile eſt, vt hominem in extremo mundi limite conditum, & Principum fauor, & omnis celebraret aula regalis. Nam & Conſtantinus Auguſtus, & eius liberi Cõſtans atque Conſtantius, talia cognoſcentes, crebro ad ipſum quaſi ad patrem miſſis literis, obſecrabant, vt reciprocis ſe ſcriptis exhilararet. At ille eiuſmodi manens, qualis, antequã literæ ad eũ venirent, fuerat; nec ſalutatione Principum mouebatur, & tanquã nõ acceptis literis conuocatis monachis, aiebat: Reges ſęculi ad nos miſerunt epiſtolas. Quæ hic Chriſtianis adhibenda admiratio eſt? licet .n. diuerſa ſit dignitas, attamẽ eadẽ naſcendi & moriendi conditio eſt, &c. Quæ monachis ratio eſt cum Regum epiſtolis? Cui acciplã literas, quibus conſueta neſciam reddere ſalutationis obſequia? Igitur rogatus ab vniuerſis fratribus, vt Chriſtianos Reges ſuis literis refrigeraret, ne ſcilicet per ſilentium eius exaſperarentur, ad ſuceptas literas conuenientia reſcripſit. Laudauit, primũ, quod Chriſtum colerent: deinde ſalutaria perſuaſit, ne magnã putarent regiã poteſtatem, ne præſentis carnis imperio tumentes, ſe homines eſſe neſcirent, & à Chriſto adiudicandos obliuiſcerentur. Ad poſtremũ clementiæ circa ſubiectos, & iuſtitiæ, curæ quoq; inopũ admonuit: atque vnum ſempiternum eſſe Regem om-

Antonij ad Conſtantium litera ac earum tenor.

nium ſęculorum Chriſtum Ieſum epiſtolis teſtatus eſt. His Principes ſuſceptis, vehementiſſimè lætabantur.

VI. *Arſenius honoratur ab Imperatore.*

Platus de bono ſtat. relig li. 2. cap. 37

ARſenius Arcadium adoleſcentem Theodoſij Imperatoris filium inſtituendũ ſuſceperat, tam parua eius gratia, vt ei fugiendum fuerit, quod necem ſibi ab illo parari comperiſſet. Idem tamen cum poſt diuturnas latebras compertus eſſet in Dei famulatu, Arcadius ipſe ad imperium iam prouectus, literas ad eum vltro ſcripſit penè ſupplices, quibus & ſe & imperium ſuum illi commendabat.

VII. *Reges honorant Religioſos.*

Platus ibi. D Anto in 2 part. hiſt. tit 13.

CVm Maurus monachus Caſſinenſis à S. Benedicto in Galliam eſſet deſtinatus, nõ ſolùm Florus Theodeberto Regi ita charus, vt ad ipſo vno ſecundus haberetur, & filium, & opes, quæ maximæ erant, & inſuper ſeipſum, tota mirante Gallia, eius monaſterio addixit; ſed Rex ipſe Theodebertus ad illam nouellam Chriſti Domini cohortem viſitandam aliquo dierum itinere adijt: quo cum veniſſet, poſt preces in templo pie peractas, in fratrum conuentum pergens, ſeſe, quam humillimè in pauimento proſtrauit; regiam purpuram, ſummamque poteſtatem ſub pannoſorum; & pauperum hominum pedibus deprimens, prætereà etiam deprecans, vt ſe in ſuam (ſic enim loquutus eſt) ſocietatem recipere ne grauarentur, ſuumque nomen inter eorum nomina aſcribere: ad extremum etiam donis plurimis ex auro, atq; argento ad eccleſiæ ornatum prolatis, ita diſceſſit, vt magnum ſe à Domino beneficium accepiſſe reputaret, quod illos Dei famulos videre, & aloqui potuiſſet.

Rex Theodebertus inuiſit monachos.

Multis donis eos cumulat.

De tribus conſilijs Euangelicis, Paupertate, Caſtitate & Obedientia.

TIT. LXVII. De conſilio voluntariæ paupertatis.

Huiuſmodi paupertatis cultores ac poſſeſſores erant Apoſtoli, quorum nomine fidenter dixit Petrus ad Chriſtum: Ecce nos reliquimus omnia &c. Luc. 6.

In Actis Apoſtolorum legimus, quotquot erant agrorum & domorum poſſeſſores, ijs venditis, pretia attuliſſe ad pedes Apoſtolorum, quia audierant Dominum id conſuluiſſe. Actor. 4.

EXEMP. I. *Barnabas Cyprius genere, ditiſſimus cum eſſet, latifundium vendidit, vt Chriſtum pauper ſequeretur.*

Ex Metaph. Baro. to 1. an. Do. 34 & Sur. 11. Iunij.

CVm ſanctus Bernabas Apoſtolus Chriſtum Dñm docentem audiſſet, vt quicunq; nunquam deficientem in cælis theſaurum inuenire vellet, venderet quæ poſſideret, faceretq; ſibi ſacculos, qui non veteraſcunt; Barnabas nihil moratus, pretioſiſſima cuncta à parentibus ſibi relicta vendidit, & egentibus diſtribuit: vnico tantum agro in alimentum ſibi reſeruato. Poſt quam vero à morte & reſurrectione Domini, vlteriori Spiritus ſancti gratia afflatus fuiſſet, illum etiam agrum vendidit, pretiumque ad pedes diſcipulorum depoſuit, ac exemplo ſuo omnes ad eandem virtutem allexit.

Barnabas Chriſti cauſa vendit omnia.

II. *Ioſaphat Regis filius voluntariè fit pauper.*

In hiſt. duorum Chriſti militum Barlaã & Ioſaphat per Damaſ.

IOſaphat Adoleſcens Auenniri Indorum Regis filius, cum à ſanctiſsimo illo ſene Barlaam inſtrueretur, præceptorem interrogat, num cuncta deſpicere, & laborioſiſsimam hanc vitã aſſumere traditio eſſet antiqua, ab Apoſtolorũ deſcẽdens doctrina: an verò recens inuenta. Cui reſpõdens ſenex ait:

Non

Non legem recenter introductam doceo te (abſit hoc à me) ſed ab antiquo nobis traditam. Dixit.n. Deus cuidam diuiti, qui interrgabat eum, quid faciendo vitam æternam poſſideret, & glorianti ſe omnia cuſtodiſſe quæ ſcripta erant in lege: [Vnum, inquit, tibi deeſt: Vade, & quæcũq; habes, vende, & da pauperibus, & habebis theſaurũ in cælo, & veni, ſequere me tollendo crucẽ; ille vero hoc audiens, triſtis effectus eſt: erat.n. diues valde. Videns eum cõtriſtatũ Dominus, dixit. Quam difficile, qui pecunias habent, intrabunt in regnum cœlorum? Facilius .n. eſt camelum per foramen acus trãſire, quã diuitem intrare in regnum cœlorum.] Hoc ergo mandatum cuncti audierunt ſancti, & ſeparari ab omni tali diuitiarũ difficultate ſtuduerunt, cuncta ſua diſpergentes in pauperũ erogationẽ, & diuitias ſibi æternas reponentes, tulerunt crucem, & ſecuti ſunt Chriſtum. Alij quidem martyrio conſummati ſunt: alij verò eremitice agonizantes, & nihil eorum, quæ ad conuerſationẽ huius veracis philoſophiæ pertinent, omiſerunt. Mandatum igitur hoc eſſe noueris Chriſti Regis noſtri, & Dei, quod nos ab amore temporalium retrahit, & æternorum participes efficit. Cum igitur, inquit Ioſaphat, ſic antiqua & neceſſaria huiuſmodi ſit philoſophia, cur non hodie hanc multi ſequuntur? Senex vero ait; Multi quidem imitati ſunt, & imitantur: plurimi vero pigri remanent, & negligentes: Pauci enim ſunt, ſicut ait Dominus, qui arctam pergant viam; amplam vero & latam plures. Qui enim ſemel ab auaritia & voluptate malorum capiuntur, inani ac vanę dediti gloriæ, inextricabiliter ipſis aſtricti remanent, & quaſi ſeruos ſemetipſos voluntariè venundantes alieno domino, & ex aduerſo ſtantes iſta præcipienti Deo, & vincti ab eo tenentur.

Matt. 19

Chriſti cõſilium amplexi ſunt Sancti.

Matth. 7

III. *Quam fuerit chara paupertas S. Franciſco.*

INter omnes, qui paupertate delectati ſunt, inſignis fuit B. Franciſci virtus: eam.n. ita ex animo colebat, & amabat quaſi rem eximiam, & cui nulla humana dignitas poſſet comparari, eiuſq; cauſa non ſolum patrem & matrem, ſed etiã quæ habere potuit, vniuerſa reliquerit. Itaq; vt Bonauentura ſcribit, eam in omni ſermone modo matrem, modo ſponſam, modo dominam appellabat; ſæpe etiam reginam, propterea quod in Rege Regũ, eiuſq; genitrice adeo inſigniter effulſiſſet. Quam ob cauſam cum mendicum quempiam pauperiorem aſpiceret, quam ipſe eſſet, ita ſancta quadam inuidia commoueri ſolebat, ac ſi in re magna, multumque expetenda vinci ſe videret. Inſuper etiam cum ad principum hominum menſas inuitaretur, non ante eas adibat, quam aliquot panis fruſta per viciniam mendicaſſet, quæ deinde in menſa cum gaudio exponebat. Qua de re cum aliquando Cardinalis Hoſtienſis, is qui poſtea fuit Honorius Pontifex, amanter cum eo queſtus eſſet, quaſi nonnullam iniuriam domui ſuæ feciſſet, reſpondit ille; Immo verò magnum tibi ipſi detuli honorem, dum maiorem, quam tu ſis, Dominum honoraui. Mihi verò certum eſt, dignitatem hanc regiam, quam pro nobis Dominus Ieſus egenus factus aſſumpſit, nullo modo relinquere pro vſu falſarum diuitiarum ad breuiſſimum tempus cõcedo. Idem quoque cum ſæpe à Fratribus rogaretur, quænam virtus præcipue, & maximè nos Chriſto Domino commendaret, gratoſque faceret, cum inuſitato quodam affectu reſpondere ſolebat paupertatem: eam enim eſſe viam ſalutis, humilitatis fomentum, perfectionis radicem, & ab ea multiplices fructus exiſtere, quamquam occultos, & pauciſſimus cognitos.

D. Bonauent. in vita eius cap. 7.

Æmulationis ſãcta ardor in S. Franciſco.

S. Franciſcus fruſta panis emendicata infert in menſam Cardinalis eũ inuitantis.

Laus paupertatis voluntariæ.

IV. *B. Ignatius fundator ſocietatis Ieſu uocabat paupertatem matrem & murum religionis.*

Pet. Maf. lib. 3 de vita eius c 8.

IGnatius Loiola Societatis inſtitutor, voluntariam paupertatem, quam ille religionis murũ appellabat, ad extremum vſque conſtantiſſime coluit: nec modo ipſe proprium habuit nihil, ſed ne alios quidem quamuis genere nobiles, ac delicijs olim aſſuetos, quidquam habere permiſit: quin etiam quemquam è Profeſſorũ domo apud Germanicũ, Romanumve Collegiũ, niſi admodum rarò, & iuſta de cauſa, prohibuit veſci: quo nimirum, ſi opus eſſet, iurare veriùs poſſet, nihil omnino ad ipſam domum ex Collegiorum fructibus perueniſſe. Pauperem autem ſpiritu eum ſibi denique aiebat videri, qui erga ea, quibus vteretur, ſic eſſet affectus animo, vt inſtar ſtatuę cuiuſdam videretur eſſe, quæ nullo pacto reſiſtit recuſatve, quo minùs omni quamuis pretioſo amictu & ornatu confeſtim exuatur.

Quis vere pauper ſpiritu?

V. *Quanto ſtudio coluerit paupertatem Franciſcus Borgia.*

Pet. Ribad. l. 4 de vita eius c. 2
Mat. 13.

INcredibile dictu eſt, quo ſtudio paupertatem coluerit Franciſcus Borgia: Inſtar enim boni negotiatoris, inuenta hac pretioſa margarita, dedit omnia ſua, & comparauit eam. Didicerat, perſuaſumq; habebat, verum eſſe illud oraculum: Pauperes ſpiritu beatos fore. B. Franciſcum Aſſiſium, vt nomine, ſic & moribus referre cœpit. Propriam familiæ illius inopiam admirabundus adamauit: & ſimul atque ſe Societati votis aſtrinxit, pecuniam exinde non contrectàuit: quodq; mirere magis in homine adeo opulento, argenti, aurique pretium ignorabat. Enituit iſthæc rebus in omnibus virtus, in victu, cultuque corporis, lecto, cubiculo, cæteriſque vt in papiro, qua conciones ſuas excipiebat: in foco denique dum frigus vrgeret, inſtruendo. Calceos nouos induere detrectabat, biennio vix atterens. Caligas item, licet pannoſas, ruptaſque haberet, non mutabat. Montellano in Collegio verſanti, femoralia noua muneri oblata: quæ furtim noctu appoſuit lectulo ſocius, ſubductis laceris; at Pater expergefactus, dolo comperto, vetera repetijt, nouaque reddi omnino iuſſit. Stipem cum vicatim mendicus cogeret, panis fruſtula oblata libentiùs, quam appoſitos panes integros guſtabat. Tot itinera ingreſſus, adduci nunquam potuit, vt vel ſyndonem mundam, valetudinis gratia, circumferre comitem pateretur, ne quid in paupertatis iura peccaſſe videretur. Narrant ſocij ſe vidiſſe ſuper ſtramine ſæpenumero cubantem ſub dio, aut tenui tecto ventis hac illac ſpirantibus, & frigeſcente maximè cœlo: ille tamen eam præ ſe hilaritatem tulit, ſuis vt admirationi eſſet, pudoremque incuteret. Sago in itinere, aut chlamyde non alia vſus, ſiue hyberni, ſiue æſtiui temporis hora eſſet, quam pallio quotidiano; quod inuertere, duplicareque ſolebat, ne luto inquantum deteriùs fieret. Ocreas pedibus vt induceret, impetrari ab eo non poterat. Petaſum vnum ſatis eſſe aiebat, accendendis cœli iniurijs, ſiue ſol arderet, ſiue imber decideret, ventique flarent. Feſſus fractuſque de via, & largis imbribus perfuſus, tum demum incredibiliter gaudebat, ſi in hoſpitium delatus eſſet, cui deeſſent, quibus viatores refocillari ſolent, ignis, victuſque corporis. De lectulo, & conclaui nihil laborabat. Nullum ibi velum appendi, nedum peripetaſmata patiebatur, quin & ſtoream, ſeu tegetem parieti ad ceruical affigi, moleſtè ferebat: id genus commoda fugienda prædicans, quod mortis germanus, ſomnus appellaretur: ſitos verò in ſepulchro, breuis vrna, minimèq; ſumptuoſa caperet. Scilicet factum ab illo diligenter, vt Chriſtum duabus his potiſſimum artibus, demiſſionis atque inopiæ, quoad poſſet, imitaretur: qui, vt Apoſtolus ait, Propter nos egenus

Matt. 5.

Pauper. tatis voluntaria exercitia

In itineribus magna Frãciſci Borgia cura paupertatis.

Gaudiũ de incõmoditatibus.

Multi exẽplo Borgia Soc. Ieſu ingreſſi.

nus factus eſt, cum eſſet diues, vt inopia illius nos diuites eſſemus. Quod eius exemplum æmulati non pauci Societati ſe addixerunt.

VI. *B. Franciſcus Xauerius voluntariæ paupertatis amator.*

Horat. Turſ. de eius vita li. 6. c. 7.

HAud minor emicuit in Franciſco Xauerio voluntariæ paupertatis amor: nam diu multumq; meditatus egeſtatem Chriſti, qui propter nos egenus factus eſt, cum eſſet diues, Euangelicam paupertatem vnicè dilexit: vtique cum quotidie magis eum vſus doceret, quam opulenta foret eiuſmodi paupertas, quæ animum anxijs curis ſolutum ac liberum cæleſtibus affatim ditaret bonis, efficeretque vt nihil habenti nihil deeſſet. Quocirca fere etiam in Goano Collegio, vbi vltro omnia ſuppetebant, mendicato victitauit cibo. Nec terra ſolum, ſed etiam mari, ſine viatico & commeatu iter fecit. Atque vt minùs illuſtria ſileantur, ſubeat animum memoria profectionis Indicæ ex Luſitania, cum magiſtratibus regijs Regis imperio etiam atque etiam inſtantibus, præter centonem aduerſus. Bonæ ſpei promontorium, antarcticis frigoribus infame, paucoſque neceſſarios libellos, accepit nihil. In ipſa verò naui nullis neque primariorum hominum, nec Prætoris ipſius precibus deduci à precario victu veſtituque potuit: quippe non ſolum alimenta, ſed etiam calceos, induſia, cæteraq; neceſſaria à militibus claſſiarijs Chriſti nomine mendicare, quā à Prætore, Prætoriſve comitibus vltro oblata accipere malebat. In India honeſto veſtitu, qui offerebatur, repudiato, canabinam adamauit tunicam ſine pallio, veritus ne ſplendorem habitus, vt fit, aliqua animi elatio ſequeretur.

Paupertas Franciſci Xauerij in itineribus.

TIT. LXVIII. Religioſorum familias Deo peculiariter curæ eſſe.

EXEMP. I. *Religioſorum familias quoad victum Deo peculiariter curæ eſſe.*

Gre. Tur. lib. 1 de glor. mar tyr. c. 11.

MOnaſterium eſt valde magnum in Hieruſalem nō modicam habens congregationem. Deuotio populi ſæpe plurima confert, verum etiam Imperatoris iuſſu ibi non minima largiuntur. Accidit autem quodam tempore, vt præ penuria egeſtatis valde eis victus neceſſaria deficerent. Congregatio itaq; garrula monachorum, cum vna atque alia die refectionis alimoniam non caperet, vociferantur ad Abbatem, dicentes: Largire cibos, aut permitte diſcedere vnumquemque in locum, quo vitam propagare poſſit; alioqui nec te conſulto abſcedimus, ne pereamus fame. Hæc ijs dicentibus, ait: Oremus, fratres dilectiſſimi, & Dominus miniſtrabit nobis cibos: nec enim poteſt fieri, vt deficiat triticum in eius monaſterio, quæ frugem vitæ ex vtero pereunti intulit mundo. Quibus vigilantibus tota nocte, ac pſallentibus, mane orto ita reperiunt cuncta horreorum habitacula repleta tritico, vt vix vel reſerari oſtium poſſet. Accepto autem cibo, gratias egerunt Deo.

Fiducia in Deum ſuper victu obtinendo.

II. *S. Benedictus confidentia in Deum diuinitus iuuatur.*

Gregor. Mag. in vita eius c. 21.

TEmpore Benedicti Abbatis ingens in regione Campaniæ fames increbuerat, magnaque omnes alimentorum indigentia coanguſtabat. Iamque in Benedicti monaſterio triticum deerat. Panes verò pene omnes conſumpti erant, & nonniſi pro refectione fratrum quinque reſtabant. Cum eos venerabilis Pater inde triſtes videret, eorum puſillanimitatem modeſtis verbis corripuit; tum promiſſione cæleſtis auxilij eos conſolans, ſequenti die rerum omnium abundātiam affuturam promiſit. Adfuit dies altera, & ducenti farinæ modij ante fores inuenti ſunt.

Farina diuinit. allata.

III. *Diffidentes Angelus corripit & ſolatur.*

Platus de bono ſtat. relig. li. 3. c. 27.

CVm B. Dominicus recenti adhuc Ordine, ſuos alumnos in varia loca ad pœnitentiam prædicandũ binos ex Chriſti formula dimitteret, accidit aliquando, vt ex his duo hora iam nona diei præterita, ieiuni, admodumq; feſſi agerent inter ſe ſubtriſtes, ecquid cibi, aut vnde, in regione ignota & paupere conſequi poſſent. Inter quos ſermones, ecce adfuit vir quidam ſtatura procerus & elegans, habitu peregrino, qui illorum infirmam, modicamq; fidem grauiter reprehendens; Potuiſtis, inquit, credere Deo, vt eius cauſa omnia relinqueretis; nunc autem non credere poteſtis, illi curam eſſe de vobis? Qui dat iumentis eſcam, ipſorum non ſinet filios fame emori. Quod vos ipſi hodie re ipſa abundè experiemini. Quibus dictis cum euanuiſſet (erat.n. Angelus) ex eorum conſpectu, ij paulum progreſſi in proximum pagum exiguum venerunt, vbi dum in eccleſia orant, a ſacerdote benigniſsimè inuitati, cum ab eo domum abducerentur, ſuperueniens miles eripere illos omni ope nitebatur, vt ad ſe diuerterent; verùm ijs duobus inter ſe piè litigantibus, oppidi dominus fortè incidens, & illos, & ſimul ſacerdotem, ac militem pro poteſtate ad domũ ſuam duxit, omneſq; lauto cõuiuio excepit.

Diffidentes de victu inueniendo Angelus corripit. Metuentes ne cibum non inueniãt triſariã certatim in hoſpitium inuitãtur.

IV. *S. Franciſci viaticum.*

Platus ibi.

FErunt etiam B. Franciſcum, quoties ſuos peregrinatum mitteret, nullum eis aliud viaticum dare ſolitum, quam illum ex pſalmo verſiculum: [Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipſe te enutriet:] Cuius verſiculi fides inſtar erat omnis pecuniæ. Cum autem duobus contigiſſet, vt diem fermè totum ambulantes, fame iam, & defatigatione pene deficerent, inſuper etiam eleemoſyna poſtulata, nihil ab vllo accepiſſent, occurrit eis adoleſcẽs, qui cauſam ſciſcitatus, cur adeo laſsi ac mœſti eſſent, duos protulit panes; quibus dum illi ſedentes veſcerentur, cœpit idem eos duriùs increpare: Homines, inquit, modicæ fidei, cur diuinę curæ iam diffidebatis? Non vobis in mentem veniebat verborum illorum Prophetę, quæ tam ſæpe vobis ſanctus Pater veſter inculcauit; [Iacta cogitatũ tuũ in Domino, & ipſe te enutriet,] cum eius videlicet bonitas ne beſtijs quidem agri deſit? Quamobrem hoc ſcitote, nullam ob aliam cauſam diſtuliſſe Dominum opem ſuam, niſi vt fame ipſa diffidentiam veſtram puniret. Quę verba, aliaque ſimilia eloquutus, abijt ex oculis.

Pſ. 54. *Angelus corripit nimiũ de cibo anxios.* *Pſ. 54.*

TIT. LXIX. De proprietate à Religione funditus extirpanda.

EXEMP. I. *De religioſo proprietario communione & ſepultura Eccleſiaſtica per Greg. Papam priuato.*

Pra. ſpir. c. 129. Idem fuſius habet Greg. 4. dialog. & Baro. to. 7. 590 to. 11.

B. Gregorius Magnus Romanæ ciuitatis Antiſtes, cum eſſet ſummus Pontifex, monaſterium virorum maximum ædificauit, mandatumque dedit, vt nullus monachorum proprium aliquid haberet, ne vnũ quidem obolum. Frater ergo monaſterij habebat ſecularem fratrem, à quo petijt, dicẽs: Tunicam non habeo, ideo fac in me charitatem, & eme illam mihi. Dixit illi ſecularis frater: Ecce tria hæc numiſmata accipe; & eme tibi, vt placet. Sumens ergo monachus tria numiſmata, habuit illa apud ſe. Quod cum alius monachus vidiſſet, abijt & nunciauit Abbati. Quo audito, Abbas renunciauit & ipſe ſanctiſſimo Papæ Gregorio. Beatus verò Gregorius hoc audiens, iuſsit eum, vt qui monaſterij regulas prætergreſſus eſſet, à communione ſeparari. Poſt modicum verò temporis moritur frater ille ita ſeparatus, neſciente Papa Gregorio. Poſt duos autem vel tres dies abijt Abbas, & nunciauit illi, dicens: Frater ille defunctus eſt. Quo ille audito, non mediocriter cõtriſtatus eſt, quod antequam abſolueretur

Ecce euãgelica paupertas ſãctorum monachorũ. Regula monaſtica ſeruãda. Proprietarius excommunicatur.

uerctur

uereturexcommunicationis vinculo, migraſſet à ſæculo. Scribenſq; orationem in forma epiſtolæ,dedit vni ex Archidiaconis,iubens illi, vt iret, & ſuper ſepulchrum fratris eam legeret. Per ipſas vero literas abſoluebat ab excommunicationis nexibus mortuum. Abiens igitur Archidiaconus, ſicut illi fuerat imperatum, ſupra ſepulchrum Fratris breuem illam chartulam legit. Eademque nocte vidit Abbas defunctum Fratrem,& ait illi: Nonne mortuus es,Frater? Qui ait:Ita ſane. Rurſus interrogauit eum Abbas: Et vbi fuiſti vſque hodie? Dixit ei Frater: Veraciter,Domine,in carcere fui vſq; heri: heſterno autem die abſolutus ſum. Notum verò factum eſt omnibus,quia qua hora Archidiaconus abſolutionis verba ſuper Fratrem legerat, fuerat ab excommunicatione abſolutus; liberataque eſt de iudicio & damnatione anima ipſius.

Abſoluitur defunctus ab excōmunicatione.

II. *In monaſterio Clericorum S. Auguſtini nihil licebat habere proprium.*

Serm. 5 ad Fratres in Eremo, & ſerm 4. de diuerſis ca. 2.

SImiliter accidit Ianuario noſtro (inquit Auguſtinus) qui columna obedientiæ & paupertatis inter nos eſſe videbatur,cuius perditionem frequenter flere & vlulare debemus: nam ad nos cum lachrymis venit,& paupertatem,quamdiu viueret,ſeruare promiſit,& tamen vineam & agrum nobis ignorantibus in ſæculo poſsidebat. O profeſsio mortifera;O proditoria promiſsio; Ore dicebat,quod corde odiebat. Sanctum credebamus, qui omnibus peior erat. Et ſic annis duodecim & ampliùs Ianuarius noſter, vt vidiſtis & audiſtis, malè vixit, & malè moritur. Quare vel quomodo male vixit, niſi quia quod ſuum non erat, ſecrete tenuit? Quomodo etiam malè moritur,niſi quia in fine ſe non cognouit,& obſtinatus in ſuo ſenſu nobis ignorantibus teſtamentum fecit,& filiū,quem habebat in ſæculo, ditauit? O vtinam ſaltem in fine hoc nobis dixiſſet, vt orantibus nobis veniam impetraſſet: ſed nec confeſſus fuit, nec eum feciſſe pœnituit, propterea de meis non eſt, nec, dum viueret, erat. Ligate igitur manus cadaueris eius,ponentes in panno ligatos centum & vndecim ſiclos, quos in pariete cellulæ retinebat,flētes & dicentes: Pecunia tua tecum ſit in perditionem: Non.n.licet nobis ſeruis Dei eam collocare vel ponere in victu vel in veſtitu, vel in opere monaſterij, quia pretium damnationis eſt.

Ianuarius presbyter eremita proprietarius.

Proprietarius monachus moritur impœnitens

Actor. 8.

III. *De pœna monacho proprietario Spiritus ſancti inſtinctu inflicta.*

D. Hieron epiſt. 22.

COenobitam monachum nihil proprij poſsidere poſſe, etiam oſtendit D. Hieronymus ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis:Quid,inquit,ante nō plures annos Nitriæ geſtum ſit, referemus: Quidam ex fratribus parcior magis quam auarior, & neſciens triginta argenteis Dominum venditum,centum ſolidos, quos lino texendo acquiſierat,moriens dereliquit. Initum eſt inter monachos conſiliū (nam in eodem loco circiter quinque millia diuiſis cellulis habitabant) quid facto opus eſſet. Alij pauperibus diſtribuendos eſſe dicebant:alij dandos eccleſiæ, nonnulli parentibus remittendos. Macarius verò, & Pambo, & Iſidorus, & cæteri, quos Patres vocant, ſancto in eis loquente ſpiritu, & decreuerunt infodiendos eſſe cum eodem, dicentes:Pecunia tua tecum ſit in perditiónem. Nec hoc crudeliter quiſquam putet factum. Tantus cunctos per totam Ægyptum terror inuaſit,vt vnum ſolidum dimiſiſſe ſit criminis.

Matth. 26.

Monachus cū pecunia poſt mortem inuentus, cum ipſa ſepelitur

IV. *De monacho proprietario iuſſu Clementis III. cum pecunia ſepulto.*

Extra de ſtatu Monach. c. 4. ſuper quodam & ca 6. cum ad monaſterium.

QVidam Canonicus regularis in articulo mortis agens,licet à Priore ſuo commonitus, ut proprium, quod contra regulam latenter habebat, reſignaret, noluit tamen; poſtquam autem diem clauſit extremum, licet inter alios fratres traditus ſit ſepulturæ; tamen quia proprietas apud eum fuit in-

Actor. 8.

inuenta in morte, ipſam cum eo in ſignum perditionis extra monaſterium in ſterquilinio ſubterrari iuſſit Clemens tertius.

V. *De Monacho pecuniam retinente, octies arrepto à dæmone.*

Greg. l. 9 epiſt. 38. apud Baron. to. 8 601. 6.

QVadam die duo è monaſterio S. Andreæ tranſmiſſi ſunt, qui aliquid emere pro monaſterij vtilitate debuiſſent; vnus iunior, qui prudentior videbatur: alter ſenior, qui cuſtos iunioris eſſet. Perrexerunt vterque, & de pretio quod acceperūt, ipſe qui cuſtos miſſus fuerat, neſciente altero, de eodem pretio furtum fecit. Qui mox vt ad monaſterium ſunt reuerſi, atque ante oratorij limen venerunt, arreptus à dæmonio is qui furtum fecerat, cecidit, & vexari cœpit. Dimiſſus autem à dæmonio, concurrentibus monachis, requiſitus eſt, num forſitã de eo quod acceperat, furtum feciſſet? Negauit. Iterum vexatus eſt. Dimiſſus, atq; iterum requiſitus negauit, atque iterum vexatus eſt. Octo itaq; vicibus negauit, octo vicibus eſt vexatus. Poſt octauam verò negationem, necnon vexationem, confeſſus eſt quantos nummos furto abſtulerat; & agens pœnitentiam proſtratus ſe peccaſſe teſtatus eſt. Vlterius verò ad eum dæmonium non acceſſit.

Monachus proprietarius arreptus à dæmone.

Peccati confeſſio arcet dæmonium.

VI. *S. Benedictus increpat fratrem accipientem mappulas ſine venia.*

Gregor. Mag. in vita S. Benedicti c. 19.

NOn longè à monaſterio S. Benedicti vicus erat, in quo non minima multitudo hominum ad fidem Dei ab idolorum cultu Benedicti fuerat exhortatione conuerſa. Ibi quoq; ſanctimoniales quædam fœminæ inerant, & crebro iſthuc pro exhortandis animabus fratres ſuos mittere Benedictus Dei famulus curabat. Quadam verò die miſit ex more; ſed is, qui miſſus fuerat, poſt admonitionem factam, à ſanctimonialibus rogatus mappulas accepit, ſibiq; eas abſcondit in ſinu. Qui mox vt reuerſus eſt, eum vir Dei vehementiſſimè cœpit increpare? Quomodo, inquit, ingreſſa eſt iniquitas in ſinum tuum? At ille obſtupuit, & quid egiſſet oblitus vnde corripiebatur, ignorabat. Cui ait, Nunquid ego illic præſens non eram, quando ab ancillis Dei mappulas accepiſti, tibique eas in ſinu poſuiſti? Qui mox eius veſtigijs prouolutus, ſtulte ſe egiſſe pœnituit, & eas, quas in ſinu abſconderat mappulas abiecit.

S. Benedictus ſpiritu prophetico nouit quæ procul gerantur.

VII. *Diabolus cooperatur paupertatis ſorte non contento.*

Caſſian. Coll. 9. c. 6.

NArrat Caſſianus de quodam alio, qui debita obedientię paupertatiſque ſorte non contentus, magno labore deſudabat, vt tugurium ſuum laxius paulo, ornatiuſq; redderet, quam communis cõſodalium ratio ferebat; dumque aliquando ferueret opus, ſuperueniens ſenior inuenit illũ ingenti malleo ſaxum grande diuerberãtem, volentem illud minuere, & vſui ſuo aptum reddere; viditque diabolum, in forma Æthiopis, manus manibus applicantem, ictus ſingulos dirigentem, & adiuuantem; quiq; totis viribus atque conſilio opus curioſa mente conceptum ſtrenue promouebat. Accedens vir ſanctus propiùs rogauit, ecquidnam ageret: Lapis hic, inquit, nobis multum faceſſit negotij, & vix illum confringere valemus. Rectè, inquit Superior, dicis (nobis, & valemus) nam ſolus nõ es in hoc opere, ſed cooperatorem habes, qui tibi non tam ſeruit & opitulatur, quam imperat, & dominatur, teque facere compellit quidquid voluerit, iuxta proprij tamen ſenſus tui peruerſam cupiditatẽ. Dum viſibili fraus iſta ſpecie detegitur, ſimul innuitur, quid quotidie latenter peragatur, quando diaboli iuſſis per peccatum obtemperatur.

Diabolus inſtigat & adiuuat monachos ad opera inutilia.

Voluntatem propriam ſequẽs monachus diabolo obtemperat.

VIII. *Non eſſe Abbatem eligendum eum, qui peculiaritati ſtudet.*

Greg li. 10. Ep. 22 apud Baron to 8. an. 602. 11.

VEnientes monachi, inquit Gregorius, monaſterij quondam Abbatis

tis Claudij, petiuerunt ſibi Conſtantium monachum Abbatē debere conſtitui. Quos valde ego in ſua petitione deteſtatus ſum; quia mihi terrenæ mētis eſſe omnino apparuerunt, qui terrenum nimis hominem Abbatē quæſiuerunt habere. Cognoui enim quod idē Conſtantius peculiaritati ſtudeat. Quæ res maximè teſtatur eum cor monachi non habere. Ac deinde cognoui, quia ad monaſterium, quod in Piceni Prouincia ſitum eſt, ſolus pergere ſine aliquo fratrum ſuorum præſumpſit. Ex qua eius actione cognoſcim', quia ſi ſine teſte ambulat, rectè non viuat. At quō alijs regulam teneat, q̄ ſibi ipſi neſcit tenere? Ab hoc igitur recedentes, cellerarium quendam nomine Maurum petiuerunt, cuius vitæ atq; induſtriæ multa teſtificātur, quia & quondā Abbas Claudius eum quibuſdam laudabat. Tua itaq; experientia ſollicitè requirat, & ſi eius vita ad locum regiminis digna eſt, à reuerendiſs. fratre & coepiſcopo noſtro Mariano hunc Abbatem ordinari facias: Si verò eſt, quod ei omnino obuiet, & ex ſua congregatione inuenire aptum minimè poſſunt, ipſi ſibi aliunde eligant, & is, quem elegerint, fiat. Hoc autem prædicto fratri, & coepiſcopo noſtro omnino dicere ſtude, vt peculiaritatem à quatuor aut quinque monaſterij monachis, in quibus corrigi hactenus minimè potuit, ſtudioſiſſimè compeſcat, & hoc ipſum monaſteriū à tali peſte mundare feſtinet; quia ſi illic peculiaritas à monachis habetur, nec concordia, nec charitas in congregatione eadem poterit permanere. Quid eſt autem habitus monachi, niſi contemptus mundi? Quomodo igitur mundum deſpiciunt, qui in monaſterio poſiti aurum quærunt?

Proprietarius in Abbatē non eligendus. Monachus ſolus monaſterio exire nō pſumat. In Abbatem quis eligēdus. Proprietas à monaſterijs arcenda. Habitus monachi eſt cōtēptus mūdi.

IX. *De Franciſco Xauerio acerrimo paupertatis vindice.*

Ho Turſ. l. 1. de vita eius c 7.

CVm Franciſcus Xauerius Societatis Ieſu ſacerdos apud Malacenſes eſſet, egregiū quā paupertatis Euāgelicæ, qua ſeueritatis documentum dedit. Ioannes Durus eius ſocius & comes erat. Is Franciſci cōmoditati ſeruiendum ratus, illo inſciente, nummorum aliquid, auidiùs, quam prudentiùs, à Luſitanis acceperat, eleemoſynæ nomine. Quod vbi reſciuit Xauerius (vt erat non minùs acer vindex, quam diligens cultor paupertatis) eū protinus in proximam inſulam ad breue tempus relegauit.

Xauerius acer vindex paupertatis.

X. *De graui animaduerſione Alberti Magni in proprietarium religioſum defunctum.*

INter cætera, quæ Albertus Magnus Ordinis Fratrum Prædicatorum vir præclariſſimus, & eccleſiæ Ratiſponēſis Epiſcopus, ſtatuit, illud vtiliſſimū fuit, vt in quolibet monaſterio ſemel quotannis vnuſquiſque Præfecto cœnobij, quem vocant Priorem, arcanū ſui pectoris aperiret, & delicta confiteretur, vt oues ſuas Paſtor agnoſceret. Prçcipuè verò cauit, ne quis priuatam pecuniam, aut rem aliam inſcio Præfecto ſuo, vel in monaſterio, vel extra, in ſuum, vel alienum vſum poſſideret, ac diſpenſaret. Quare in Prouinciali Cōcilio in deprehenſum quēdam ex illorum numero, qui Conuerſi vulgo nuncupantur, grauiſſimè animaduertit. Siquidem extumulari iam ſepultum, & ex ſacro proijci loco iuſſit. Adeo autem huiuſmodi proprietatem rerum damnauit & exhorruit, vt libros à ſe compoſitos, & manu propria ſcriptos relinqueret in cœnobijs, in quibus reſederat, cum inde abiret, ne quid priuatum, & tanquam ſuum poſſidere videretur.

Io. Ant. Flamminius ī vita eius, et Ferdin. Caſtell. p. 1. hiſt. prædic. l. 3. c. 46. Proprietarij Conuerſi pœna. Albert. Magnus alio migraturus nihil aſportabat

XI. *Paupertas voluntaria liberat à purgatorio.*

HIs addam quod refertur in geſtis Fratrum Prædicatorum de duobus iuuenibus, qui pari adipiſcendæ perfectionis ardore excitati, relicta patria, a qua ſimul oriundi erant, Religionem inierunt. Vterque & conſtantiam,

Gerardo de Fracheto in vitis Fr. Præd. pro batis ab Hunberto. Ors. Mag. Ge

neri ī comitiis celebratis Pariſiis an. 1266.

tiam, & virtutem, & pietatem probauit ſuam. Altero tamē eorum morbo decumbente, ſpemque euadendi nullam relinquente; alter, cum ſe in aliena regione deſtitutum iri ſolatio exiſtimaret, nutabūdus tum demum inſinuauit infirmo, ſibi admodum forè difficile perſeuerare. Aeger verò ſolari puſillum animum, quod Deo ita viſum eſſet; polliceri deinde, ne vel à morte quidem ſe ei defuturum: reuerſurum quoque, & de ſtatu ſuo certiorem redditurum. Deceſſit ergo, & oranti poſt mortē ſocio apparuit ſubtriſti ſpecie. Quærenti verò, quemadmodum ſe haberet; Non optime, ait; cauſamque ſciſcitanti; Patior, inquit, quippiam non aliam ob cauſam, quā quod, cum noui ſocci de more darent fratribus, acceptis nouis veteres occultabam contra Regulę ſtatutum, puritatemq; paupertatis religioſę: dixit ēt eoſdem latere etiamnum ad pedes lecticæ, rogare ſe, vt ad Superiorem deferat, iiſq; reatum in Capitulo expoſitum abſoluat, ac orationibus ſacrificiiſque expiari faciat. Factum eſt hoc, vt petijt. Lætiſſimus demum apparuit ſocio, magno ſplēdore coruſcans, eductumque foras ad planitiem eum ſolatur, & ad conſtantiam hortatur: ecce fulgentiſſimorum hominum cohors, ſummo ordine magnas cruces humeris deferentium, in montem traijciēs, cælum conſcendebat. Nouitius in admirationem raptus, illicò in feliciſſimam illam turbam oculos conijcit; & dum eos aſpectu proſequitur, ſuccedit deinde alius cuneus beatorum, geſtantium manibus triumphales cruces, quas nulla difficultate geſtabant. Auxit admirationem iuxta ac lætitiā hic ordo militū, priores pone ſequentium, cœlorumq; celſa petentium; ſed continere præ ingenti gaudio ſeſe vix potuit, cūm tertius ordo ſucceſſit, duplo maior: nam ſingulis ſua crux à florentiſſimo quodam iuuene prǽferebatur; cumq; præcedētes turmas ſequerentur, & Angelus defunctum nouitium cum ſua cruce adiungendum ſeſe alijs accerſeret ſocios eius. Non ita, inquit, abibis, priuſquam rei geſtæ ſeriem, triumq; religioſorum ordinum triūphos explicueris. Beatus iuuenis. Quoſcunq; vidiſti, ait, tribus hiſce diſtinctos ordinibus, omnes beata ciuitate donatos eſſe certò ſcias. Qui primi cōparuere, inſignes crucibus, quas baiulabant humeris, ij ſunt, qui ætate prouectiori ſeſe Dei obſequio mancipárunt: ideò longas lataſque cruces, præteritarum ſcilicet conſuetudinum velut onera quædam deportare coacti ſunt. Secunda cohors eſt eorum, qui media ætate virtutem complexi ſunt; & ij cruces geſtant manibus, vtpotè portatu leuiores. Qui verò agmē clauſerunt, nec cruces nec laborem ſeſe tuliſſe inſinuant: quia in tenera ætate, ſpretis mundi illecebris, Perfectionis arcem ingreſſi, angelicè vixerunt, totumque iugi Dominici pōdus eorum Angeli ſuſtinuerunt, non ipſi. Si perſeuerateris, nobis adiungeris, & beatus eris: ego verò Dei gratia cum illis aſcēdo. Benè vale. Quibus dictis, alios ſecutus eſt, Angelo ſuo duce, eiuſque crucem ferente.

Apparitio lugentis pœnas Purgatorij.

Preces & ſacrificia liberant à Purgatorio.

Tres ſunt ordines religionē ingredientiū; nempè ſenū, virorum & adoleſcentum.

Bonū eſt portare iugū Domini ab adoleſcētia.

XII. *Nihil pecuniæ aut rerum ſuperfluarum eſſe retinendum in ingreſſu religionis.*

D. Antonius egregio facto id cuidam Monacho ſignificauit, qui in renunciatione ſibi pecuniam retinuerat. Dixit enim illi, vt pergeret in vicum, & emeret ibi carnes, eaſq; corpori nudo imponeret, ac rediret ad eum. Fecit id frater; & tum canes, tū aues omne corpus eius, propter carnē rapiendam, tam dentibus, quam vnguibus diruperunt. Cùm ergo rediiſſet ad Antonium, requiſitus eſt, nū feciſſet quod præceperat. Illo autem demonſtrante corpus ſuum laceratum, dixit ei S. Antonius: Quicunque renunciant ſeculo, & volunt adhuc habere pecunias, ſic à dæmonibus lacerantur.

Ex Vit. Pat. par. 2. paragrap. 24.

XIII.

XIII. *Barlaam Eremita à Ioſaphat Regis Auennir filio nihil prorſus pecuniarum accipere vult.*

S. Io. Damaſ. ĩ vita SS. Ioſaphat et Barlaã c. 21.

VNam autem rẽ, inquit Ioſaphat ad Barlaam abeuntem, à te poſtulo, nimirum, vt, quoniam pro tuis religioſæ vitæ ſodalibus nihil accipere voluiſti, ſaltem pro te exiguum aliquid pecuniæ in victum, ac veſtem in indumentum accipias. Ille autem ad eum reſpondit: Cùm pro fratribus meis nihil à te acceperim (neque enim illi aliquid ex huius mundi rebus, à quibus vltro ſeſe remouerunt, accipere opus habent) quonam tandem pacto mihi id acquiram, quod ipſis interdixi? Nã ſi pecuniarum poſſeſſio bona eſſet, illis certè ante me eas impertijſſem. Quoniã autem exitioſam earum poſſeſſionem eſſe ſcio, nec illos, nec me item, huiuſmodi laqueis implicabo.

TIT. LXX. De voto perpetuæ caſtitatis, ac de eius bono.

Matth. 19.

Laudat Chriſtus illud genus Eunuchorum, qui propter regnum cælorum ſeipſos caſtrauerunt.

Apo. 10.

Caſtitati præmium diuina decernit ſcriptura, ſingulare autem virginum caſtitati: etenim qui cum mulieribus non ſunt coinquinati; ſed virgines permanſerunt, ſine macula ante thronum Dei aſſiſtunt, cantantq; nouum canticum coram Deo & Agno, & ſequuntur Agnum, quocunque ierit.

EXEMP. I. *Greg. Nazianz. periclitans in mari votum continentiæ & religionis emittit, & poſtea implet.*

In vita eius à Gregor. preſbytero cõſcripta græcè

GRegorius Nazianzenus, quum in Parthenio nauigaret pelago, tempore procelloſo, ac nauigatione iactaretur aduerſa, ſubito tempeſtas adeo violenta eſt exorta, vt in vitæ etiam veniret diſcrimen: caligo enim nequaquam procellis tolerabilior; tam pontum quã ætherem abſcondebat; quãq; omnes corporalem deplorarent mortem, ipſe de animæ ſollicitus erat interitu, nondum enim baptiſmate ſignatus erat. Mors igitur, quæ ex aqua imminebat, ſalutem illi per aquam contulit. Quid igitur facit magnus ille vir, quique etiam ante regenerationem ſeſe ad veritatem informarat? Veſtem lacerat, tantiſque clamoribus & querelis vectores omnes exterret, vt nemo eſſet, qui non, omni ſuijpſius cura abiecta, illius luctui ſocium ſe adiungeret. Dei enim miracula recenſuit, quæ in Ægypto, & in deſerto, tam in pelago quam in terra perpetrauerat, veluti maris rubri diuiſionem, & mox reductionem; quemadmodum etiam ex petra fontem profudiſſet, & aquam amaram edulcaſſet, &c. promittens obiter, ſi ex pelagi ſaluaretur periculo & baptiſmatis remiſſionem conſequeretur, quod ſe ſaluanti eſſet dedicaturus. Precibus igitur illũm flectit, qui alioqui propitius eſſe, & culpam ob naturæ manſuetudinem remittere ſolet; cõfeſtim namque mare fluctuare ceſſauit, & tempeſtas in ſerenitatem eſt conuerſa, ac pelagus, quod eouſque vehemẽter ſæuierat, quieuit. Cùm autem parentes conſulerent, ac neceſſe eſſe dicerent, vt ſe tam publicis quam domeſticis immiſceret malis: (ita enim rerum materialium ſplendorem voco) ipſe ſibi ipſi conſuluit, vt ſe offerret Deo, quemadmodum dum periclitaretur vouerat, ac ſe à mundo ſegregaret & ſoli puriſſimo addiceret, ac ſacris incumberet libris, vt inde veritatis eliceret ſplendorem. Quod conſilium etiam re ipſa adimpleuit: elegit enim, vt ſolitarius pro mundano, & inops pro quæſtuoſo fieret.

Votũ ſãcti Greg. Nazianzeni ĩ periculo naufragij.

II. *S. Rictrudis continentiæ ſeruandæ cauſa cum filiabus fit religioſa.*

Ex Hucbaldo li. Miracu.

CVm S. Rictrudis Abbatiſſa Marcenenſis, coniuge orbata, ad ſecũdas vrgeret nuptias, conſilio vſa ſanctiſſimi

& Chronicis loci, Ioan. Molan. in Natali. SS. Belgij 12 Maij.

mi viri Amādi, regię maieſtati & optimatibus dignum apparauit conuiuiū. In eo prandio ſciſcitatur Regem, an liceat ſibi in ſuis ædibus agere, quod velit? Rex annuit, putans quod conuiuas, vt fieri ſolet, ſumpto poculo ad potandum inuitaret. Illa verò virili animo velum profert, à beato Amando Pontifice cōſecratum, & capiti ſuo imponit. Quo facto, ſibi ac filiabus monaſterium Nartianas deligit, B. Amando non ſolum conſentiente, ſed etiam inter Regem & ipſam pacem conciliante. Vbi vſque ad annum ætatis ſeptuageſimum quartum, omnium bonorum operū ſe exemplum præbuit, & vt filia lucis, ſemper ambulauit in luce, cuius fructus eſt in omni bonitate, & iuſtitia & veritate.

III. *Religionem ingredientibus corpora ſunt dimittenda, & ſoli ſpiritus debent ingredi.*

Guil. Abbas in vita eius c. 4. lib. 1. D. Bernardi verba ad aduentantes nouitios. Nota ij Bernardi mortificationes.

D. Bernardus, cum iam Claræuallis Abbas eſſet ordinatus, aduentātibus nouitiis & feſtinantibus ingredi, audire eum ſoliti ſumus prædicantem ac dicentem: Si ad ea, quæ intus ſunt, feſtinatis, hic foris dimittite corpora, quæ de ſeculo attuliſtis; ſoli ſpiritus ingrediantur, caro non prodeſt quicquam. Quod cum nouitiis ad nouitatem verbi perterritis, parcens teneritudini eorum, clementiùs exponendo quod dixerat, carnalem concupiſcentiam prædicare ſolebat foris dimittendam. Ipſe cum nouitius eſſet, in nullo ſibi parcens, inſtabat omnimodis mortificare non ſolùm concupiſcentias carnis, quæ per ſenſus corporis fiūt, ſed & ſenſus ipſos, per quos fiunt: cum enim iam interiore ſenſu illuminati amoris dulciùs, ac frequentiùs ſentire inciperet deſurſum ſpirantem ſibi ſuauitatem, ſenſu illi interiori timens à ſenſibus corporis, vix tantum eis permittebat, quantum ſufficeret ad exterioris cum hominibus cōuerſationis ſocietatem.

IV. *Quanti apud Deum valoris ſit caſtitas religioni conſecrata.*

HOc oſtendere voluit omnipotens & miſericors Deus erga Sanctimonialem quandam inter Barbaros captiuam. Nam Sitifenſis ante paucos annos Seueri Epiſcopi neptis ſanctimonialis à Barbaris ducta eſt, & per mirabilem Dei miſericordiā cum honore magno ſuis parentibus reſtituta eſt. Domus enim illa Barbarorum, vbi captiua ingreſſa eſt, ſubita cœpit dæmoniorum infirmitate iactari, ita vt omnes ipſi Barbari, tres ni fallor, vel ampliùs fratres periculoſiſſima laborarent infirmitate. Quorum mater animaduertit puellam Deo deditam, & credidit, quod eius orationibus ſui filij poſſent ab imminentis iam mortis periculo liberari; petiuit vt oraret pro eis, pollicens, ſi ſalui facti eſſent, eam ſuis parentibus redderent. Ieiunauit illa & orauit, & exaudita continuo eſt. Ad hoc enim factum erat, quantum exitus docuit. Ita illi tam repentino Dei beneficio ſalute percepta, mirantes eā & honorantes, quod eorum mater promiſerat, impleuerūt.

Ex Aug. Epiſ. 122

Virginū ſacrarū cuſtos Deus.

Vis orationis & ieiunij.

V. *De admirando ſacrarum virginum facto pro conſeruanda perpetuæ virginitatis pudicitia.*

ANno gratiæ 870. applicuerunt in Scotiam Danorū innumera multitudo, quorum Duces fuerunt Hinguar & Stubba, diræ peruerſitatis homines, & fortitudinis inauditæ. Qui totius fines Angliæ in exterminium adducere conantes, pueros & ſenes quoſque ſibi obuios iugulabant, matronas, ſanctimoniales ſeu virgines ludibrio tradendas mandabant. Cumq; per omnes regnorum fines tanta tyrānorum immanitas diſſeminata fuiſſet, Ebba ſancta Collinghammenſis cœnobii Abbatiſſa, metuens ne & ipſa, cui ſollicitudo regiminis & cura paſtoralis commiſſa fuerat, cum ſibi ſubiectis virginibus ludibrio traderetur

Ex Annal. Mat thæi Vueſtmonaſterienſis Bar. t. 10 an 870. 39 40. Simile habet D. Ant. 3 p. Chro tit. 22 ca. 9. §. 11. de Clariſſa, quod contigit an. Do 1291

tur paganorum, vt pudicitiam amitterent & virginitatem, conuocatis ſororibus ad Capitulũ vniuerſis, in hanc vocem prorupit, dicens: Aduenerunt nuper ad partes noſtras pagani nequiſſimi, & totius humanitati ſignari, qui loca regionis huius ſingula perluſtrantes, nec ſexui muliebri, nec paruulorũ parcentes ætati, Eccleſias & perſonas Eccleſiaſticas deſtruunt, fœminas ſanctimoniales proſtituunt, & obuia quęque ſibi conterendo conſumunt. Itaq; ſi conſilijs meis acquieſcere decreueritis, ſpem certam de clementia diuina concipio, quod & Barbarorum rabiem effugere valebimus, & perpetuæ virginitatis pudicitiam cuſtodire. Cui cũ vniuerſa virginum congregatio certis promiſſionibus ſpopondiſſet, ſeſe maternis in omnibus velle obtemperare præceptis; illa admirandæ animoſitatis Abbatiſſa, palam cunctis ſororibus exemplum caſtitatis præbens, non ſolùm ſanctimonialibus illis proficuum, verùm etiam omnibus & ſucceſſuris virginibus æternaliter amplectendũ: arrepta nouacula naſum proprium cũ labro ſuperiori ad dentes vſque præcidens, horrendum de ſe ſpectaculum aſtantibus præbuit vniuerſis. Quod factum memorabile cum congregatio tota videns admiraretur: ſimili de ſe opere à ſingulis perpetrato, materno ſunt veſtigia conſecutæ. Et his ita geſtis, cum mane craſtinũ illuxiſſet, peruenerunt tyranni nequiſſimi, vt fęminas ſanctas Deo deuotas ludibrio traderent, ſimul & ipſum monaſterium ſpoliatum ignibus concremarent. Sed conſpicientes Abbatiſſam illam, & ſorores ſingulas tam enormiter mutilatas, cum feſtinatione receſſerunt de loco illo, dum longum nimis ibi videretur, vel ibidem etiam per breue temporis ſpatium de morari. Sed inde recedentes præceperunt ſatellitibus ſuis nefandis, vt iniecto igne, monaſteriũ cum omnibus officinis, & ipſis ſanctimonialibus concremarent. Sicq; executione completa à miniſtris iniquitatis, ſancta Abbatiſſa, & omnes cum illa virgines ſanctiſſimę ad martyrij gloriam peruenerunt.

Admirandum ſanctimonialiũ factum.

Sanctimoniales tuenda caſtitatis cauſa ſibi naſ[.]s p̃cidu[n]t.

Sanctimoniales cum monaſterio pro caſtitate cõcrematæ.

VI. *Virginitatis vigor & viror.*

S. Coleta virgo religioſa vbi clauſit extremum vitæ diem, color, qui fuit in ea decedente, perdurauit horis duodecim; inde ſubito corpus eius mutatum eſt in pulchritudinem admirandam: erat enim inſtar niuis candidiſſimum, venis colore cæruleo elegantiſſimo paſſim apparentibus, membra omninò formoſiſſima viſebantur, & quę poſſent facilè inflecti, odorem mirificum ex ſe diffundentia, ita vt in eis innocentiæ ſtatus & omnimoda puritas reluceret. Ijs adeò permoti fuere plurimi, vt ſupra triginta hominum millia ad eam viſendam confluxerint.

Stephan. Iuliac. eius contẽporan. in vita eius, apud Su. Mar. 6. c. 75.

Mors ſanctorũ pretioſa.

VII. *Virginitatis claritudo.*

VEnerabilis & Deo dilecta Catharina virgo & vidua, S. Birgittę filia, cum aſtantibus ſororibus feliciter in Dño obdormiſſet, tum quidam religioſi viderunt ſupra domum, in qua corpus eius exanime iacebat, per dies & noctes ſtecam conſiſtere, donec tradita eſſet ſepulturæ. Corpore autem ad monumẽtum allato, ſtella pariter ſua viſa eſt loco moueri, tanquam obſequium funeri præſtitura. Inter miſſarum autem ſolemnia, corpore in templo repoſito, ſtella manſit pendula ſupra feretrum: denique corpore humato, ſtella euanuit. Quid verò ſibi vult ſtella illa de cælo ad terram deſcendens, & funeri virginis aſtans, niſi virginem hanc demonſtrare, quæ purè inſtar ſtellæ vixit, cæleſtis vitæ gloria inter virgines iam potiri?

In vita eius ca. 18. apud Sur. 22. Martij.

Stella apparet ſupra corpus S. Birgittæ, & cũ eo mouetur, donec humatũ ſit

---

TIT. LXXI. De pœnis religioſorum votum caſtitatis violantium.

EXEMP. I. *De monacho caſtitatem vitiare parante lepra percuſſo.*

ABbas Polychronius nobis narrauit, inquit Ioannes Euiratus, quod

Pra. ſpir. cap. 14.

quod in cœnobio Penthucula frater quidam erat, ſibi ipſi valde intentus, & continens. Cùm autem aliquando impugnaretur à ſpiritu fornicationis, non valens hanc pugnam ſuſtinere, egreſſus de monaſterio, profectus eſt Hiericho, vt concupiſcentiæ ſuæ ſatiſfaceret. Moxque vt meretricis cellam ingreſſus eſt, leproſus factus eſt totus. Videns autem lepram continuò rediјt ad monaſteriũ, Deo gratias referens, & dicens: Idcircò Deus hac me caſtigatione percuſſit, vt anima mea ſalua ſit, & magnificè glorificabat Deum.

Monachus incontinens lepra percutitur.

II. *Quo viſo terreatur monachus voluptatem carnis appetens.*

Idem c. 39.

NArrauit nobis, inquit idem Euiratus, Abbas Elias, dicens. Cùm aliquãdo morarer in partibus ſancti Iordanis in ſpelæo, iuxta Eunuchorum monaſterium, ideò quod non communicarem Macario Archiepiſcopo Hieroſolymitano, die quadam circa horam ſextam, æſtu vehementiſſimo coquente deſuper (erat enim Auguſtus menſis) pulſauit quidam oſtium ſpeluncæ meæ, Egreſſus verò vidi mulierem, & dixi ad illam: Quid tu hic facis? Et reſpondens dixit mihi: Et ego, mi pater, eiuſdẽ, quo tu, inſtituti ſum, & quaſi vno lapide diſtat à te ſpelunca mea. Oſtendebat autem & locum quaſi ad Auſtrũ. Et ait: Luſtraui hanc eremum, & præ æſtu nimio ſiti fatigata ſum, fac ergo charitatem, Pater, & da mihi puſillum aquæ. Itaq; protuli vrceum, & dedi ei. Quæ cum ſumens bibiſſet, dimiſi illam. Cùm autem abiјſſet, cœpit diabolus impugnare me, immittens cogitationes ſordidas in eã. Superatus igitur, neq; ferens libidinis ardorem, ſumpta virga mea, cellam egreſſus ſum in feruore æſtus, cum lapides igneſcerent, profectuſq; ſum ad illam, vt implerem turpem concupiſcentiam. Cùm verò ferme vno ſtadio ab eius adhuc ſpelæo diſtarem, vrente me grauiter æſtu libidinis, repentè factus in ecſtaſi, vidi apertam terram; & me hiatu terræ abſorptum. Aſpicioquè illic cadauera putrida iacentia, & reſoluta, & incredibili fœtore plena, quendamq; reuerendi habitus virum ea mihi demonſtrantem, ac dicentem: Ecce iſtud mulieris eſt, iſtud viri, iſtud pueri, fruere iam vt vis, & quantumlíbet concupiſcentiæ tuæ: huius tamen voluptatis gratia vide quot labores amittere voluiſti. Vide propter quod peccatum vos ipſos priuare vultis regno cælorũ. Væ humanæ miſeriæ. Propter vnius horæ voluptatem tanti laboris mercede fruſtramini. Ego autem præ nimio fœtore in terram corrui. Tunc accedens vir ille venerabilis, qui mihi apparuerat, erexit me; & gratias agens Deo reuerſus ſum in locũ meũ.

Aſpectus mulieris armatũ diaboli.

Viſio Abbatis Eliæ, qua reuocatus eſt à libidine

Cadauerum humanorũ cõſideratio extinguit libidinem.

III. *De Hartfrido poſt votum continentiæ matrimonium ineunte, diuinitus correcto.*

Theodoricus Abbas in vita eius l. 2. c. 1 apud Su. Nou. 23.

HArtfridus B. Trudonis conſanguineus, continentiæ voto, non amore, quem gratia remunerat, ſed timore potiùs, quem iuſtitia punire ſolet, ſeſe obſtrinxerat. Is poſtea promiſſionis immemor coniugium poſtulat, implet & conſummat. Nocte verò ſequenti, ecce vir Dei, tota ſanctitatis ſuæ coopertus auctoritate, cum terrore ad eum ingrediens, ſic increpat: Cur violata fide vxorem ducere nõ timuiſti? Quam fruſtra hoc feceris, vel ex hoc intellige, quamuis vxoratus ſis, ſemper tamen eris ſine ſobole: & virga, quam gerebat, percutiens in fæmore: Signũ, ait, id ſit neglectæ promiſſionis; donec viues, curuo crure, inceſſu malè prono dãnaberis. Expergefactus homo, eruditus eo verbere, agnoſcit auctoritatem, & culpam fatetur; mutatus in meliùs comam deponit, & monaſteriũ ingreditur, vbi vitã caſtigatè ſatis emendat.

Incontinentia pœna.

IV. *De ſanctimoniali ob violatam caſtitatem à marito viua excoriata.*

Io Benedictis in ſũ pecc. cap 7 § 3 lib 2.

CVm ſanctimoniales ſub inſtituto S. Claræ militantes ab hæreticis è ciuitate Gebennenſi expulſæ fuiſſent,

ſent, in quandam Sabaudiæ ciuitatem, quam Catholici incolebant, ſeſe tranſtulerunt. Vna tamen earum maluit cū perditiſſimo quopiam, qui monaſticam vitam abiurârat, matrimonium inire, quā ſodalium ſuarum conſortio vti, ac patriæ dulcedine priuari. Sed perditionis filia dignam factis mercedē accepit: ſacrilegus.n. eius maritus, votifragus, eam poſtea viuam excoriauit, iuſtitiæque diuinæ executor fuit.

Monialis viua excoriata.

TIT. LXXII. De adminiculis, quibus paranda, & retinenda ſit caſtitas.

EXEMP. I. *Impuris cogitationibus alacriter reſiſtendi rationes ac modi varij.*

In vita Ægydij Minoritæ apud Sur. to. 7. April. 23. Tentatio ... libidinis eliditur. 1. Eius vitij conſideratione turpitudinis. 2. Beatiſſimæ V. Mariæ inuocatione ... In primis ... tertio ... ſtatio ... tertius ... maximè

NOn ita diu poſt obitum S. Franciſci religioſi aliquot, quorum pleriq; cum illo vixerant, inter ſe habuere conſilium; in quo quiſq; pro ferret, quid de intemperantiæ importunitate vincenda maximè ſentiret. Dictæ ſunt à varijs ſententiæ variæ. Fuit, qui diceret, ſe, cum impugnaretur, obijcere ſibi deformitatē huius vitijs, quod non modo abominaretur Deus; ſed ne homines quidem perditiſſimi, niſi occultantes ſe, lucemq; effugitantes, admitterent. Tum alius: Vt primum, inquit, tentationem hanc ſentio, prouoluor in genua, & cum lacrymis Virginis matris auxilium imploro; neque ego precandi finem ante facio, quàm hoſtis faciat impugnandi. Sequebatur vt tertius diceret Iuniperus. Ego, inquit, cùm procul aduentantem hunc inimicum proſpicio, portas animi bonis deſiderijs ſanctiſſimiſq; cogitationibus occludo: & interiùs ſublata voce, Procul, procul, exclamo, occupatus eſt diuerſorij locus. Erat tum præſens ſanctiſſimus vir Ægidius, chariſſimus olim ſancto Franciſco diſcipulus. Is audito reſponſo Iuniperi, Ego, inquit, arma mihi Iuniperi aſſumo: Certè .n. qui poteſtatem ſubeundæ domus inimico facit, periclitatur, ne plus damni quam lucri reportet; eo quod proditrix noſtra caro mox ſe cum hoſte coniungat. Itaq; non expectandum, dum ingreſſus opprimatur, ſed ab ipſo etiam prohibendus ingreſſu.

probatur à Ægidio & Iunipero, S. Frāciſci diſcipulis.

II. *D. Hieronymus exemplo docet quod dixerat, Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia non amabis.*

D. Hier. to. 1. ep. 22. Æſtum libidinis oppugnauit S. Hieronymus ieiunijs, expugnauit ſacrarum litterarū ſtudijs.

D. Hieronymus in Epiſtola ad Ruſticum Monachum ita de ſeipſo ſcribit: Dum, inquit, eſſem iuuenis, & ſolitudinis me deſerta vallarent, incentiua vitiorū ardorēq; naturæ ferre non poteram, quē cum crebris ieiunijs frangerē; mens tamen cogitationibus æſtuabat. Ad quam edomandam cuidam fratri, qui ex Hebræis crediderat, me in diſciplinā dedi, vt poſt Quintiliani acumina, Ciceronis fluuios, grauitatemq; Frontonis, & leuitatem Plinij, alphabetum diſcerē, & ſtridentia anhelantiaque verba meditarer. Quid ibi laboris inſumpſerim, quid ſuſtinuerim difficultatis quoties deſperauerim, quotieſq; ceſſauerim & cōtentione diſcendi rurſus inceperim, teſtis eſt conſcientia, tam mea, qui paſſus ſum, quā eorū qui mecum duxerūt vitā. Et gratias ago Deo meo, quod de amaro ſemine litterarū dulces fructus carpo.

III. *Cogitationes carnis optimè expelluntur alijs cogitationibus magis prementibus.*

Idē ibid. in epiſt. ad Ruſticum monachum.

Iurgijs et conuitijs alienuſit medela tentationibus libidinis.

DIcam & aliud, inquit idē Hieronymus, quod in Ægypto viderim. Græcus adoleſcens erat in cœnobio, qui nulla cōtinentia, nulla operis magnitudine flammā poterat carnis extinguere. Hunc periclitantē pater monaſterij hàc arte ſeruauit. Imperat cuidā viro graui, vt iurgijs atq; conuitijs inſectaretur hominē, & poſt irrogatam iniuriā, primus veniret ad querimoniam. Vocati teſtes pro eo loquebantur qui contumeliam fecerat. Flere ille contra mendaciū; nullus alius credere veritati: ſolus pater defenſionē ſuam

Tutius in monaſterio quam in ſolitudine viuitur.

ſuam callidè opponere, ne abundantiori triſtitia abſorberetur frater. Quid multa? Ita annus ductus eſt. Quo expleto, interrogatus adoleſcens ſuper cogitationibus priſtinis, an adhuc moleſtiæ aliquid ſuſtineret? Papę, inquit: Viuere mihi non licet, & fornicari libeat? Hic ſi ſolus fuiſſet, quo adiutore ſuperaſſet?

IV. *Amon verecundiæ conſeruandæ gratia diuina virtute vltra Lycum foſſam transfertur.*

Niceph. Calliſt Eccleſ hiſt li 8 c. 41 Tranſitio miraculoſa vltra aquas.

Caſtis propter nuditas horrori eſt.

PEtebat magnus ille vir Ægyptius Amon ſolitudinem quandam cum diſcipulo ſuo Theodoro; cumque foſſam quandam vndis ſcilicet repletam traijcere opus haberēt, ne veſtes altius attollentes, alter alterius nuditatem conſpiceret, retroducere paululum Theodorum iubet. Cùm verò ſeipſum quoque nudum videre vereretur, diuino momento in ſublime ſublatus, in vlteriorem peruenit ripam. Vt autem Theodorus quoq; ſatis madens tranſgreſſus, vltra Lycum (ſic enim incolæ foſſam eam nominabant) venit, veſtéque & pedes Amon ſiccos vidit, precibus ſenem fatigans, cauſam eius rei vt ſibi diceret, petijt. Ille rectum id, quidquid eſſet, tacitumque eſſe voluit. Vt verò magis magiſq; Theodorus contendit, nihil ſe de petitione ea remiſſurum profeſſus, Amon tandem pacto prius interpoſito, ſe viuo nemini id prolaturum, rem actam exponit.

V. *Caſtitas ſeruatur patrocinio B. Virginis.*

Petr. Maff li 3. de vita eius c 8.

B. Ignatij fundatoris Societatis caſtitas.

CAſtitatis laudem Dei beneficio tātam conſecutus eſt B. Ignatius Societatis Ieſu fundator, vt ex quo die ſeſe in Beatæ Virginis fidem ac patrocinium contulit voto, nullam deinde, quamuis preferuidus natura, carnis tyrannidem ſenſerit. Porrò in Societate nobiliſsimam hanc virtutem tanto ſtudio cuſtodiri volebat, vt nihil omninò neque in dictis, neque in factis laſciuū aut petulans appareret; ac quoad fieri poſſet, noſtri cœleſtem vitam in terris agerent, ab omni corporis contagione ſeiuncti. Quinetiam in ſcholis Terentium explicari (niſi purgatus eſſe) quāquam optimum Latinitatis auctorem, & Romanæ comędiæ principem, vetuit nominatim, quod eum videlicet parum verecundum ac parum pudicum arbitraretur. Noluit igitur ea lectione puerorum animos imbui, ne plus moribus noceret, quam prodeſſet ingenijs. Ex quo facilè exiſtimari poteſt, in cæteris rebus quam acer & vigilans cuſtos pudicitiæ fuerit.

Terentius in ſcholis Soc. Ieſu niſi perpurgatus non legitur.

TIT. LXXIII. De obedientiæ perfectæ voto.

EXEMP. I. *Per obedientiam Ioannes Abbas prouectus eſt vſque ad prophetiæ gratiam.*

Io. Caſſi l 4. de Inſtit. renūciantiū. c. 21.

VT obedientiam, quæ cæterarum virtutum culmen eſt, tanto lubentiùs, promptiuſq; ſectetur vir religioſus, quorumdam geſta, quibus per hanc enituere virtutem, proponam. Ac primo loco Abbatem Ioānem, qui commoratus eſt iuxta Lyco (quod eſt oppidum Thebaidis) quique propter obedientiæ virtutē ad prophetiæ gratiam ſublimatus, ſic vniuerſo orbi claruit, vt Regibus mundi huius merito ſuo redderetur illuſtris. Nam cum in extremis, vt diximus, Thebaidis partibus commaneret, non ante præſumebat Theodoſius Imperator ad prępotentiū tyrannorum bella procedere, quam oraculis illius animaretur atque reſponſis. Quibus confidens velut cælitus ſibi delatis, trophæa de bellis deſperatis atq; hoſtibus reportabat.

Obedientia vtilitas.

II. *Obedientia iter breue ad perfectionem.*

Ex d... l. D... ... in vita ... c. 2.

ALiud huius rei mirabile exemplar fuit beatus ille Doſitheus, qui à vita delicioſiſſima & molli veniens, nullis diuinarum rerum doctrinis imbutus, breui tempore in ſummam perfectionem prouectus eſt, dum vnicam

Obedientia fructus Reuelatio beatitudinis Dosithei.

cam obedientiam amplectitur, & propriam voluntatem abſcindit: Quem tandem Deus glorioſiſſimum oſtendit, nec paſſus eſt ipſius virtutem in obſcuro eſſe. Vni enim ex ſanctiſſimis illis Senioribus reuelatus eſt, & viſus inter Diuorum aliorum cateruas, vnà cum illis perfruens beatitudine.

III. *De obedientia pro Chriſti nomine nobilitati præferenda.*

Caſſian. lib. 4. de inſtit. renunt. ca. 29

Obedientia dignitas.

NOn tacebimus etiam nobis cognitum fratrem, ſecundũ ſæculi huius ordinem ſummæ familię: Nam patre Comite ac ditiſſimo oriundus fuit, ſtudijs quoque liberalibus non mediocriter inſtitutus. Qui relictis parentibus cum ad monaſterium peruolaſſet, ad comprobandam mentis humilitatem, vel fidei eius ardorem, confeſtim ei à ſeniore præceptum eſt, vt decem ſportas, quas neceſſe non erat publicè venditari, ceruicibus ſuis onerans diſtrahendas per plateas circumferret, adiecta conditione, qua diutius in hoc officio retineretur, vt ſi forte eas vnus cœmere voluiſſet, non cederet, ſed ſingillatim eas quærentibus venundaret. Quod ille tota deuotione compleuit, & omni confuſionis verecundia pro nomine ac deſiderio Chriſti calcata, ſportas humeris ſuis imponens, pretio ſtatuto diſtraxit, ac pecuniam ad monaſterium reportauit, nequaquã perterritus tam vilis & inſueti officij nouitate, nec conſiderans indignitatem rei, nataliumq; ſplendorem, ac venditionis iniuriam, dum illam Chriſti humilitatem, quæ eſt vera nobilitas, per obediẽtię gratiam deſiderat obtinere.

Obedientia ſocia humilitas.

IV. *De obedientia abſtinentiæ anteponenda.*

Hier. lat. l. 2. e boro as re! ep 5.

ILlud verò magnum, & quo comparatio etiam cum reliquis virtutibus appareat, quod in Patrum hiſtorijs legimus; cũ duo germani fratres in monaſterio quodã viuerent, alter obedien di, alter caſtigãdi corporis ſtudioſiſſimus: hunc quidẽ, ad alterius ſanctitatẽ explorandam, mandaſſe ei, vt in fluuium crocodilis refertum deſcẽderet; quod eum impigrè feciſſe, ita vt immanes illæ belluæ accurrerent, & quaſi blandiendo corpus eius oblingerent: paulo autem poſt cũ in humanum cadauer incidiſſet, prece cõmuniter facta, excitatũ eſſe à morte, eamque laudem cũ ſibi abſtinens ille tacitis cogitationibus arrogaret, ſeueriùs obiurgatũ eſſe ab Abbate, cui reuelatũ fuerat, nõ illius ieiunijs, ſed alterius obedientię beneficiũ illud à Deo donatũ fuiſſe.

Crocodili reuerẽtur obedientiã. Mortuus meritò obedientia ſuſcitatur.

V. *Quomodo Deus approbet obedientiam eſſe faciendam, etiamſi quod iubetur videatur præter rationem.*

In eius vita apud Sur. tom. 2 Apr. 7.

B. Thomas Aquinas cum Lutetiæ Theologiam magna cum laude doceret, viſum fuit eius Superioribus, vt doctoratus etiam laurea inſigniretur; ille præ ſua modeſtia deprecari cepit eum honorẽ, prætendens tum doctrinę, vt ipſe quidẽ de ſe ſentiebat, tenuitatẽ: tum etiam ætatis adoleſcentiã, vt qui nondum vigeſimum compleſſet annũ. In qua cogitatione verſans, nocte quadã viſus eſt videre, cum ob hanc cauſam vberiùs fleret, aſtitiſſe ſibi virũ vultu graui & venerabili, qui eius triſtitiæ cauſam ſciſcitatus iuſſit illum ſecurè, & intrepidè maiorũ ſuorũ iuſſa exequi: eam .n. eſſe ipſam Dei voluntatem: quin etiam admonuit, vt pro orationis, quã in eo gradu accipiẽdo habiturus erat, themate, illum pſalmi verſiculũ acciperet: [Rigans montes de ſuperioribus ſuis.] Quibus ille ita confirmatus eſt, vt omnem timorem ac trepidationem deponeret.

S Thom. obedientia Deo probata. S. Thom. timidè & ex obedientia doctoratus lauream admittit. Pſal. 103

VI. *Obedientia fortis.*

Seuer. Sulpit. 1. d. a. c. ... Vita 1. cap 12.

AD confirmandam obedientiam monaſticam Deus etiam non rarò miracula oſtendit. Scribit Sulpitius in dialogis de virtutibus S. Martini in hunc modum: Duo, inquit, vobis referam incredibilis obedientiæ admodum magna miracula, licet plura ſuppetant recolenti, ſed ad excitandam

virtutum æmulationem, cui pauca nō ſufficiunt, multa non proderunt. Ergo cum quidam ſeculi actibus abdicatis, monaſterium magnæ diſpoſitionis ingreſſurus, cœpiſſet rogare, Abbas ei cœpit multa proponere, graues eſſe iſtius diſciplinæ labores, ſua verò dura imperia, quæ nullus facilè valeret implere patientia, aliud potius monaſterium, vbi facilioribus legibus viueretur, expeteret, non tentaret aggredi quod implere non poſſet. Ille verò nihil his terroribus permoueri, ſed magis ita omnem obedientiam polliceri, vt ſi eum Abbas in ignem ire præciperet, non recuſaret intrare. Quam illius profeſſionem vbi magiſter accipit, nō cunctatur probare profitentem. Caſu clibanus prope ardebat, qui multo igne ſuccenſus coquendis panibus parabatur; exundabat abruptis flamma fornacibus, & intra camini illius concaua totis habenis regnabat incendium; hoc igitur aduenam illum iubet magiſter intrare. Nec diſtulit parere præcepto, medias flammas nihil cunctatus ingreditur: quę mox tā audaci fide victæ, velut illis quondam Hebræis pueris, ceſſere venienti. Superata natura eſt: fugit incendium: & qui putabatur arſurus, velut frigido rore perfuſus ſe ipſe miratus eſt. Sed quid mirum, ſi tuum Chriſte tironem ignis ille non attigit, vt nec Abbatem pigeret dura mādaſſe, nec diſcipulum pœniteret imperio paruiſſe? qui eo die quo aduenerat, dum tentaretur infirmus, perfectus inuentus eſt, meritò felix, meritò glorioſus, probatus glorificatus eſt paſſione.

Obedientia miraculu probatur.

VII. *Obedientia conſtans & cæca.*

Idē ibid. c. 13.

IN eodem monaſterio factum id, quod dicturus ſum, recenti memoria ferebatur. Quidam itidem ad eundem Abbatem recipiēdus aduenerat, cum prima ei lex obedientiæ poneretur, ac perperem polliceretur ad omnia vel extrema patientiam, caſu Abbas ſtoracinam virgam iampridem, aridam manu gerebat, hanc ſolo fixit, atque illi aduenæ id operis imponit, vt tam diu virgulæ aquam irriguam miniſtraret: donec, quod contra omnem naturam erat, lignum aridum in ſolo arente vireſceret. Subiectus aduena duræ legis imperio aquam proprijs humeris quotidie conuehebat, quæ à Nilo flumine per duo fere millia petebatur, namque emenſo anni ſpatio labor non ceſſabat operantis, & de fructu operis ſpes eſſe non poterat, tamen obedientibus virtus in labore durabat. Sequens quoque annus vanum laborem iam affecti fratris eludit: tertiò demū ſuccedentium temporum labente curriculo, cum neque noctu, neque interdiu aquarius ille ceſſaret operator, virga floruit. Ego ipſam ex illa virgula arbuſculam, quę hodieq; intra atrium monaſterij eſt, ramis virentibus, vidi, quæ quaſi in teſtimonium manens, quantum obedientia meruit, & quantum fides poſſit oſtendit.

Rigatur lignū aridum ab obediēte.

Virga arida tertio demū anno per obedientiam floreſcit.

VIII. *Obedientia cæca & prompta.*

Gregor. Dial. l. 2 c. 7.

HVic ſubiungam illud de Mauro S. Benedicti diſcipulo. Quadam die, inquit Gregorius, dum venerabilis Benedictus in cella conſiſteret, Placidus puer ſancti viri monachus ad hauriendum de lacu aquam egreſſus eſt; qui vas quod tenuerat, in aquam incautè ſubmittens, ipſe quoque cadendo ſecutus eſt. Quem mox vnda rapuit, & pene ad vnius ſagittæ curſum eum à terra introrſus traxit. Vir autem Dei intra cellam poſitus hoc protinus agnouit, & Maurum feſtinè vocauit, dicens. Frater Maure curre, quia puer ille, qui ad hauriendam aquam perrexerat, in lacum cecidit, iamq; eum longiùs vnda trahit. Res mira, & poſt Petrum Apoſtolū inuſitata: Benedictione etenim poſtulata atq; percepta, ad patris ſui imperium concitus perrexit. Maurus itaque ad eum locum, quo ab vnda

Maurus obedientia virtute ſuper aquas ambulat.

vnda deducebatur puer, per terram ſe ire exiſtimans, ſuper aquam cucurrit, eumque per capillos tenens curſu rapido redijt. Qui mox vt terram tetigit, ad ſe reuerſus poſt tergum reſpexit, & quia ſuper aquas cucurriſſet agnouit: & quod præſumere non potuit vt fieret, miratus extremuit factũ. Reuerſus itaq; ad Patrẽ, rem geſtam retulit. Vir autẽ venerabilis Benedictus hoc nõ ſuis meritis, ſed illius obedientiæ deputare cœpit: ẽ cõtra Maurus eius imperio factũ dicebat: ſeq; cõſcium in illa virtute non eſſe, quã neſcius feciſſet. In hac itaq; mutua humilitatis & amica contentione, acceſſit arbiter puer qui ereptus eſt, qui & dicebat: Ego cum ex aqua traherer, ſuper caput meũ melotẽ Abbatis videbam, atq; ipſum me ex aquis educere conſiderabã.

S. Benedicti meritu à ſubmerſione præſeruatus eſt Placidus monachus.

IX. *Obedientia fortis & perſeuerans.*

Doroth. Abb. de renunc. doctr. 1.

NArrare licet & vobis miraculum alterum, quod ætate mea factum eſt, vt intelligatis tãtam eſſe obedientiæ & abnegatæ voluntatis vim, quæ à morte quoque eripere & liberare hominem poſſit. Cum eſſem quandoque apud Abbatem Seridum, ad eum profectus eſt ab oris Aſcalonicis monachus, ab Abbate ſuo cum mandatis miſſus, imperatum autem ei à Seniore fuerat, ad veſperam omnino rediret. Interim oborta eſt immenſa tẽpeſtas, imber maximus, tonitrua horrenda, videbaturq; torrenti ſimilis ea inundatio. Volebat infelix reuerti vrgẽte Senioris præcepto; nos verò ẽ cõtra cohortabamur expectare ſerenitatem, aſſerentes periclitari illum maximẽ in tantis aquarum eruptionibus. Nõ acquieuit ille nobis vllo pacto, vt maneret. Decreuimus igitur eum aduſque flumen ſubſequi, ſperãtes, ipſum, cum illud vidiſſet, emendaturum conſiliũ, & reuerſurum. Eò autem poſtquã vnà peruenimus, exutus ille veſtes, eas ceruici collectas impoſuit, & accinctus ſcapulare ſuum, ſeſe dedit præcipitem in torrentem, ſtatimque natare cœpit.

Verus obediẽs nõ impeditur tẽpeſtatibus.

Obedientia meritum.

Formidantibus autem nobis, ne mergeretur, ſubito ad littus alterum (mirabile dictu) conſpectus eſt; & reſumptis denuo veſtibus, à nobis impetrata venia, diſceſſit. Nos autem plus, quam dici queat, obſtupuimus, mirati virtutis vim & potentiam: Nobis enim vix in eum ſine tremore contuentibus; ipſe ſolus intrepidus abſque vlla formidine & periculo enatauit, fretus obedientiæ merito.

Natatio tuta eſt ſub alia obedientia.

X. *De infirmis à morbo propter obedientiam liberatis.*

DE Columbano Abbate id certè fertur memorabile: Cùm in Luxouienſi cœnobio, quod ille fundauerat, omnes ferè ægrotarent, eo acceſſit, nec alio vſus eſt medicamento, niſi quod omnes ad aream vocauit, ad fruges in ſolis æſtu triturandas. Res dura, præſertim tam grauiter decumbentibus, qui ne quidem conſiſtere poſſent. Itaque nõnulli, prudentiores videlicet & cautiores, lectulo ſeſe tenuerunt, alij obedientiæ ſtudio ad opus ſtatim accurrerunt: atq; hi quidem omnes ita ſtatim omni morbo liberati ſunt, vt ne reliquiæ quidem, aut veſtigium vllũ permaneret. Illi verò longas tarditatis ac diffidentiæ ſuæ pœnas dederunt, toto anno cum febribus conflictati, vt quidem eos reprehendens, atq; obiurgans apertè prædixerat Columbanus.

Plat. de bon. ſtat. relig. l. 2. c. 5.

Obedientia meretur ſanitatem infirmorum.

XI. *De prompta Simeonis Stylitæ obedientia.*

MAgnus ille vir Simeones Stylites ſiue Columella, ſãctæ & celebris recordationis, qui primus ſtationem in columna inuenit, angelorum viuendi inſtitutum imitatus, rebus negotijſque omnibus nuncium remiſit, & vi naturæ illata ad ſublimia aſpirauit, atque medium inter cœlum & terram domicilium ſuper columna bicubitale vndequaquẽ ſibi finxit, vt extra turbam & tumultum omnẽ poſitus, Deum glorificaret, & perpetuis cum angelis hymnorum laudibus celebraret.

Niceph. Call. Eccl. hiſt. l. 14. c. 51.

Legatio monachorũ ad Simeonẽ

Vbi verò terrenus iſte angelus, atque etiamnũ in carne ſupremæ illius Hieruſalem ciuis & incola, à nemine antea tritam nouamque planè viam ingreſſus eſt, ſummos montium vertices incolentes patres perbenignè erga eũ animati, delectos ex eorum numero quoſdam ad eum miſere, eiq; hæc renuntiare iuſſere: Quid ſibi vult inſolens hæc & peregrina habitatio: cur tritam hanc & ſanctis ferè omnibus calcatam viam relinquens, aliã quandam & prorſus ignotam ſemitam inijſti? Illud præterea mandatum eis dedere, vt deſcendere illum, & electorum patrum veſtigia ſequi iuberent. Ac ſi quidem promptum ſe, vt ex columna deſcenderet, præberet, permittere ei, vt quam vellet viuendi rationem proſequeretur, præceperũt. Obedientiam namq; eius, ſi Deus inſtituti eiuſcemodi dux eſſet, declaraturam eſſe cenſuerunt: ſin cupiditati ipſe ſuæ inſeruiret, & contra ſibi nitendum eſſe duceret, neque celeriter ſtatim mãdatum huiuſmodi exequeretur, pedibus vi arreptũ illicò detrahere iuſſerunt. Vt illi ad eum venerunt, & Patrum mandatum expoſuerunt, confeſtim ille altero pede prolato, ad deſcẽdendum, & abſque vlla deliberatione & diſſenſione, ad præceptum eorum implendum promptus, paratuſq; fuit, & gratias illis egit, qui tantam de eo gererent curam, veluti quidquã præter voluntatem & ſententiam Dei facere occœpiſſet. Porrò illi eum in inſtituto, quod ſibi propoſuerat, permanere ſunt paſſi; poteſtati eius pmittẽtes, vt quem cœpiſſet curſum teneret, illud inſuper adijciẽtes: Fortis eſto, & viriliter age. Videris nãq; diuinitus ad hãc viuendi viã productus eſſe, antea ignotã. Itaq; deinceps magna illa concepta fiducia, cœptũ id magis eſt ꝓſequutus.

Obedientia prompta Simeonis eius inſtitutũ ex Deo eſſe probatẽ.

Humilitas S. Simeonis.

Io. Maſ. l. 3. d. vita P. Ignatij c. 7.

XII. *Exempla obedientiæ cæcæ & promptæ, & hanc eſſe inſigne Societ. Ieſu.*

B. Ignatius primus Societatis Ieſu ſecundum Deum inſtitutor, ad ſapientem hanc ſanctamq; ſtultitiam cæcæ, vt ipſe appellabat, obedientiæ, ſuos, vt eſſent ad ſubita ac ſeria promptiores, interdum fictis etiam in reb. erudiebat. Sacerdos quidã, edito iam ſigno paratus ad ſacrificium, & calicem tenens, cum è veſtiario pedem efferret, per nuntium ab Ignatio, qui totam rem è propinquo obſeruabat, repentè iubetur, ſacro depoſito ornatu, pallium ſumere prodeundi cauſa. Paruit ille ſine tergiuerſatione, ac palliatus Patri confeſtim apparuit. Tum Ignatius quærit ex homine; ſitne ægrè paſſus, in procinctu iam ad immolandum, ſubito ſe iuberi ſacra deponere veſtimenta, remq; diuinam omittere. Cùm ille, ſe ne tantulum quidem eſſe commotum, affirmaret; Atqui me, ſcito (inquit Ignatius) non quod te in præſentia opus habeam, ſed periclitandi tui obſequij gratia id feciſſe de induſtria: & ſic habeto, pluris te ſacrificio deſerendo eſſe meritum, quam ſi id ipsũ, vt deſtinaueras, illicò peregiſſes: Nam & ſi altaris myſterium tanti apud Deum eſt, quanti profecto eſt; tñ, vt ſcriptũ legimus, melior eſt obedientia quàm victimæ. Quendam ẽt, cum maximè confeſſionem nobilis cuiuſdam exciperet, conſultò vocari ad ſe iuſſit. Cùm ille ſe peracto myſterio mox affuturum dixiſſet, accerſit eum denuò: at ipſe nihilominùs cõfitentis rogatu hæſit paululũ: ac venienti demum Ignatius; Itanè verò? iterum, inquit, euocandus es? Et grauioribus verbis accepit hominem; non quod illius tum quidem opera egeret, ſed obſeruantiam & agilitatem experiri voluerat. Sic enim aiebat; cupere ſe, quẽadmodum cæteræ Deo dicatæ familiæ, ex inſtituto aliæ paupertatem, aliæ ſilentium, aliæ pſalmodiam, aliæ denique aliud præcipuo ſtudio colerent; ſic in Societate nihil haberi priùs, aut potiùs alacritate amoreque parendi; & maximè proprium inſigne noſtrorum hominum eſſe obedientiam; quippè quæ, D. Gregorio teſte, virtus vna cæteras

Experimentum obedientiæ.

Melior obedientia quã victimæ.

Tardus ĩ obediẽdo grauiter increpatur.

Societatis inſigne obedientia.

tetas omnes animo virtutes inſerat, inſertaſque cuſtodiat. Hiſce ergo artibus, & huiuſmodi, ſubinde alumnos exercere conſueuit, vt ad quamlibet præfecti vocem, aut ſignificationem parati, vel inchoatum apicem in ſcribendo relinquerent, ſeque expeditos, vbi opus eſſet, illicò ſiſterent.

XIII. *Incrementum obedientiæ, perfectionis incrementum.*

Lud. Bloſ. in Apolog. ad Tau lero c. 6. Matt. Feliſ. in 4 præcept. decalog. cap. 20. Läſperg. côc. 3. de Aſcenſ. pag. 29.

HVius humilis obedientiæ & propriæ voluntatis abnegationis aliud exemplum ſubijcio. Virgo quædam in monaſterio degens, & diuino amore flagrans, cum aliquando immenſo dilectiſſimi ſponſi ſui Ieſu Chriſti deſiderio teneretur, ſic illum ex toto corde ſuo allocuta eſt: O vnice fili Dei, amabilis Redemptor animę meę, vtinam vel ad momentum te in hac vita cernere poſſem. Ad quæ verba mox adſtitit illi ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus in forma cuiuſdam pueruli. Contigit verò, vt vna ex ſororibus congregationis ianuam cellæ illius deuotæ virginis pulſaret, eamque cùm feſtinatione ad commune aliquod opus ex obedientia faciendum accerſeret. Audiens virgo iuſſionem obedientiæ, puerulo Ieſu ait: En dulciſſime Domine mi Ieſu Chriſte, pro explenda obedientia ab eo, tu interim me hic expecta, obſecro, ſi tibi placet, donec ad te redire liceat. His dictis, è cella exijt, & quod facere iuſſa erat, animo voluntario hilarique vultu peregit. Deinde cum magna celeritate ad cellam reuerſa eſt. Quam cum aperiret, mira quædam & radiantiſſima lux oculis eius ſe ingreſſit, adeo vt vix eam ſuſtinere poſſet. Vidit igitur amantiſſimum Dominum ſuum in perfecta ætate tanquam elegantiſſimum iuuenem viginti & quatuor annorum aſtantem. Vnde ipſa maximo gaudio repleta ita eum affatur: O dilecte mi Ieſu, quomodo tam grandis tantillo tempore factus es, qui tam puſillus apparebas, cum à te recederem? Dic obſecro, dic

Domini Ieſu conſpectus et ſuauitas, obedientiæ reſpectu dimittitur. Intermiſſum ex obedientia ſolatium nô amittitur, ſed cum incremento recipitur. Obedientia prompta vnit animam cū Deo.

vnica ſpes mea, qui id factum ſit. Cui pius ac dulcis Ieſus reſpondit: O filia chariſſima, profunda velocis atque impigræ obedientiæ tuæ humilitas me tam breui tempore tam grandem effecit. Semper ergo mei amore libenter obedi, ſi mihi continue ſine medio optas vniri.

XIV. *Obedientia humilitatem comitem requirit.*

Doroth. Abb. de renunc. doctrina Biblioth. PP. to. 2. Tranſlatio miraculoſa de loco in locum.

HOc loco non prætermittendum illud, quod cuidam Seridi Abbatis diſcipulo contigit, qui ab eo in proximam villulam miſſus ad expedienda quæ opus fuerant, cum ſe ſentiret in concupiſcentiam propriæ filiolę ſollicitari, exclamauit vnicam hanc vocem: Deus Patris mei, libera me: ſtatimque ſeſe apud viam Scetiam reperit, qua reuerſus ad Patrem ſuum eſt. Videte potentiam virtutis, contemplamini vim verbi; quantum ſcilicet afferat auxilij paternis precibus ſeſe dedere: ipſorum enim ille ſimilia locutus eſt verba, Libera me Deus per Patris mei orationes. Conſiderate humilitatem & obſeruantiam amborum; erat vterque dubius & anxius; volebatque Senex Fratrem ad monaſterij neceſſaria dimittere, nec tamen vt iret, imperare voluit, ſed vtrum proficiſci vellet, percontatus eſt. Non item Frater reſpondit; Eo, ſed quidquid iuſſeris, faciam, Pater. Hinc enim ſcandula verebatur: Hinc Patris inobedientiam formidabat. Ad hæc igitur Senex: Exurge, ait, & actutum perge. Recedens frater dixit: Spero in Deum, quia me proteget, & orationibus Patris mei, quia me tuebuntur. Sicque cum in tentationem incidiſſet, & Deum in auxilium vocauit, & patris ſui orationes. Atque ita paternis orationibus fretus vterque veſtrum, en, quemadmodum obedientiæ humilitatem coniunxere. Vt enim currus vno equo non ſatis commode trahitur, niſi & alterum apponas: ita obedientia humilitatem coniugatam ſibi depoſcit. Qua ſane

Obedientia fiduciæ plena.

Obedientia humilitatē comitem requirit.

gr̃a & virtute haberi nemo dignus poteſt, niſi ante conſueſcat præcidere & amputare propriam voluntatem, & ſeipſum poſt Deum Patri ſuo dedere, atq; ab eo nulla in re poſtmodum diſſentire; ſed omnia ipſius arbitrio facere, ea fide & certitudine, ac ſi Deo in cunctis, non homini pareret.

Voluntatis propria abnegatio dux eſt ad perfectam obedientiã.

XV. *Marci Monachi obedientia promptiſſima.*

VitaPat. p.2 li. de obediẽt. § 1 Collect. diuin. Apoph.l.4 § 5.

LIbet attexere memorabile factum Marci à poſteris omnibus laudati. Cum Marcus Monachus plus à Silvano Abbate diligeretur, quam alij diſcipuli, propter obedientiam: atq; id, vt ſolet, condiſcipulos liuore pungeret, vicini ſenes ad Siluanum venerũt exploraturi cauſam huius amoris ſingularis. Quos, inquit auctor, aſſumens ſecum Abbas Siluanus, egreſſus eſt de cella ſua, & cępit ſingulorum ſuorum cellas pulſare, dicẽs: Frater, veni, quia opus te habeo: & vnus ex eis non eſt mox ſecutus eum. Venit autẽ ad cellam Marci, & pulſauit dicens: Marce. Ille autem cum audiſſet vocem eius, ſtatim exijt foras, & miſit eũ ad quoddam miniſteriũ. Abbas ergo Siluanus dixit Senibus; Vbi ſunt cęteri Fratres? Et ingreſſus eſt in cellam Marci, & inuenit quaternionem, quem eadem hora inchoauerat, in quo litteram O faciebat, & audita voce Senis, non fixit, neq; gyrauit calamũ vltra, vt impleret & concluderet litteram, quam in manu habebat. Et dixerũt Senes: Vere Abba, quẽ tu diligis, & nos diligimus, quoniam & Deus diligit eum. Exclamat ad hoc factum Trithemius: O filium perfectæ obedientiæ? qui maluit dimittere opus, quamuis bonũ, quod inchoarat, quàm ad momentum, vt ita dicam, morã facere inobediendo.

Marci obediẽtia litteram inchoatã relicta.

Promptè obedientes Deo & hoib. ſunt chariſſimi.

Trith. in cap. reg. S.Bened. § Hitã les.

TIT. LXXIV. De quorumdam religioſorum inobedientia.

Lud.Granat. cõc. 1. Dom. 10 poſt Pẽt. § 1.

EXEMP. I. *De religioſo miræ abſtinentiæ, ſed æque miræ inobedientiæ.*

MEmini me vidiſſe, inquit Ludouicus Granatenſis, quendam miræ abſtinentiæ monachum, qui toto quadrageſimæ tempore, ſolo pane & aqua victitabat, & in ſacra hebdomada triduo ieiunus permanebat, & integras noctes poſt breuem ſomnum, quem ibidẽ capiebat, in oratione pernoctabat: qui tamẽ ad maioribus ſuis parendum, propriamque voluntatem abnegandam, admodum difficilis erat. Vſq; adeo enim ſuæ voluntati erat addictus, vt quæ ipſe vellet, quamtũlibet ardua eſſent, libentiſſimè aggrederetur; quæ vero eſſent eius voluntati contraria, vix attingeret: Quam rem, niſi quotidianis experimentis cognouiſſem, vix credere potuiſſem.

II. *Non tantum quod iubetur, faciendũ eſt, ſed etiam quando & vbi iubetur.*

COlumbanus Abbas Gallo diſcipulo inobedientiæ crimen obieciſſe dicitur, quod ad Ligonem fluuiũ piſcationem feciſſet, quam ad fluuium Bruſcam facere iuſſus fuerat. Gallus autem vtrum in hoc, an illo fluuio piſcaretur, nihil referre arbitratus, dum modo opus quod iubebatur peregiſſet, tum demum aduertere animum cæpit, ſecumque cogitare, quod ideò fortaſſe ſine piſcibus rediſſet, quia cuncta quæ iuſſa fuerant, nõ plenè fuiſſet executus. Itaq; iterũ tentata piſcatione, multiſq; in illo, quod ſibi aſſignatũ fuerat, flumine captis piſcibus, didicit mandati non rẽ ſolùm, ſed etiam verba, ſingula diligentiùs eſſe perpẽdẽda.

Ex Beda to. 3. Marc. Maru.li. 4 c.3.

Facere qđ iubetur, ſed aliter q̃ iubetur, inobediẽtia eſt. Is facunda eſt in obedientia: obedientia autẽ fœcundiſſima.

III. *Chrodobaldus monachus S. Amando inobediens morbo graui punitur.*

HIc prætereundum non eſt, quod Monacho cuidam Chrodobaldo nomine, monaſterij Sancti Amandi Præpoſito contigit, qui à Sãcto Amando vina ad fratrũ indigentiam ſubleuandam neceſſaria in monaſteriũ deferre iuſſus, primo mandatum viri ſancti tacitus contempſiſſe dicitur: deinde iniqua excuſatione, qnod vehicula deeſſent, animi ſui rebellionem purgare volens, viro Dei obuiam ire conſtituit;

Milo monachus in vita S. Amãdi, apud Su. to. 1. Febr 6.

Pœna inobedientia.

ſtituit; ſed mox omnium membrorum ad ingrediendum officio deſtitutus diuinam manifeſtè vltionem ſenſit; eoque tandem deductus eſt vt intercluſo penè ad mortem ſpiritu, inobedientiæ & contumaciæ ſuæ pęnā fateretur. Cui ſanctus pane & vino de ſua mēſa trāſmiſſo, & corporis ſanitatē reſtituit, & à grauiſſimo iactantiæ & inobedientię, quo diu laborarat, morbo liberauit

IV. *Vltio diuina in inobedientes, & rebelles.*

In vita S. Philiberti c. 4. apud Sur. tom 4. Aug. 20.

POſtquā B. Aglius Rasbacenſis Abbas obdormiuit in Domino, fratrum vnanimi cōſenſu Philibertus in eius locum ſubrogatus eſt. Quem tum videre licebat humilitate pollentem, hoſpitalitatis ſtudioſum, abſtinentiæ deditum, prudentia eximium, charitate feruentem, zelo Dei inflammatum domum ipſi creditam ſtrenue gubernantem, nullius perſonam accipientem vitia reperta radicitus extirpantem. At verò quidam è fratribus, maligno ſpiritu eos impellente, excitata rebellione aduerſus ſanctum virum, eum non dubitarunt ex Eccleſia extrahere: ſed vltrix manus præpotentis Dei nō paſſa eſt impune id abire: Vnus enim ex eis fulminis ictu interijt, alius inſtar Arij in ſterquilinium viſcera effudit, indignamq; vitam digna morte finiuit. Quę res cęteris metum attulit, ita vt veniā ab illo petentes, in priſtinum honoris gradum eum reuocarent, & deinceps amanter ei obedirēt.

Vltio diuina in rebelles monachos.

V. *De puero Monacho inobediente poſt ſepulturam à terra reiecto, & poſt abſolutionem ab ea recepto.*

Gre. li. 2. dial. ca. 24.

ALiud memoratur à Diuo Gregorio Magno de puero, poſt ſepulturam à terra proiecto. Quadam, inquit, die, dum quidam eius (Benedicti) puerulus Monachus parentes ſuos vltra quam deberet, diligens, atq; ad eorum habitaculū tendens, ſine benedictione de monaſterio exijſſet; eodem die mox vt ad eos peruenit, defunctus eſt. Cumque eſſet ſepultus, die altero proiectū foras corpus eius inuentum eſt, quod rurſus tradere ſepulturæ curauerunt. Sed ſequenti die iterum proiectum exteriùs, atq; inhumatum, ſicut prius, inuenerunt. Tunc concite ad benedicti patris veſtigia currentes cum magno fletu petierūt, vt ei ſuam gratiā largiri dignaretur. Quibus vir Dei manu ſua protinus communionem Dominici corporis dedit, dicens: Ite, atque hoc Dominicum corpus ſuper pectus eius cum magna reuerentia ponite, & ſic ſepulturæ eum tradite. Quod dū factū fuiſſet, ſuſceptū corpus ei⁹ terra tenuit, nec ultra proiecit.

Eucharistia effectus.

VI. *Iudicio ſuperioris ſuum præferens, & non ſimpliciter obediens grauiter in purgatorio torquetur.*

Blaſph. ſpec. ſpir. ca. 2. lit. c.

QVædam eximiæ ſanctitatis uirgo, uidens in ſpiritu animam cuiuſdam Monachi pęnis purgatorij grauiter torqueri, qui tamen ſatis probè uixiſſe putabatur, interrogauit Deum, quā ob cauſam illa anima non eſſet in cælo. Cui Dn̄s in hunc modum reſpōdit: Iſte Monachus nolūtati Abbatis, & Præpoſiti ſui in oībus bonis humiliter conſentire, atq; obtemperare noluit: diſplicuit enim ei quicquid Abbas faceret, exiſtimans ſe ſapientiorē illo eſſe, & meliùs quęlibet poſſe agere.

Obedientia debet eſſe humilis & ſimplex.

VII. *Inobedientibus non parent dæmones, ſed inſultant.*

Iordan. Saxon. l. 2. c. 2.

QVidam Frater ſolitus ſępè diſcurrere per ciuitatem, reſtrictus eſt à Priore ſuo, ita ut niſi in caſu neceſſitatis non deberet exire conuentū. Sed ipſe tot cauſas neceſſitatis finxit, nunc prętexendo ſe uocatū ad infirmū, nūc emenda ſibi pergamena, nunc candelas nūc hęc, nūc illa, quę uidębātur neceſſaria & proficua, ſed ſub chlamyde talis licentię, ibat ad alia loca ſibi placita, & ſic illudebat Priori, nunquā tamē ſine licentia ibat. Hic uerò aliquādo tranſiens ubi erat homo arreptus à dęmone, qui grauiter torquebatur, roga-

Illudens Priori illuditur a dæmone.

rogatus ab incolis loci, vt accederet, per orationes & cõiurationes ſuas dæmonem expelleret, non valens reſiſtere petentibus, venit ad illum: & cùm legiſſet initium Euangelij ſecundum Ioannem, & alia quæ ſibi legenda videbantur, ſubiunxit: Præcipio tibi in virtute ſanctę obedientiæ, vt exeas vaſculum iſtud. Tunc dęmon de corpore poſſeſſo reſpondit: Quid tu mihi habes præcipere in virtute ſanctæ obedientiæ, qui nunquam verè obediens fuiſti? Ille verò frater verecundatus & confuſus abſceſſit. Quod ſi verus obediens fuiſſe ſuperioribus ſuis, certè dæmonium illud obediens ei fuiſſet.

Inobedis à dæmone cõfunditur

TIT. LXXV. De mortuorum obedientia.

EXEMP. I. *De Innocentio monacho, qui etiam poſt mortem obediuit.*

Ex Meneu Græcorũ Math Rador. in Viridario Sanctorũ Idem habetlo Climac. grad. 4. de Obedientia.

SAnctus Acacius ſeu Innocentius erat in quodam Aſiæ cœnobio, primamque ingreſſus adoleſcentiam genus vitæ religioſum eſt complexus. Commiſſus autem erat ſeni cuidam valdè importuno & negligenti, à quo tã indigna tulit, vti multi ſupra fidem ea forte ſint exiſtimaturi. Modo enim oculum atro cruore ſuffuſum, modo ceruicem læſam, modo caput plagis cõtuſum oſtentabat. Exacto ergo cum illo immani ſene nouennio, ad Dominum migrauit, & in cœmeterio inter reliquos patres eſt humatus. Adijt huius moderator, tetricus ille ſenex, alium quendam magnæ pietatis virum inter alios ibi degentẽ, cui ſenex: Frater noſter Innocentius eſt mortuus; quod ille cum credere non videretur; Veni, inquit, & vide. Ambo ergo cœmeterium petunt, vbi venerandus ille pater mortuum, tanquam adhuc viueret, compellauit: Frater Innocenti, inquit, es ne mortuus? Ille vero promptè ſolitus obſequi, etiã poſt mortem obedientiam declarauit; & ad magnum illum patrem: Quomodo, inquit, venerande pater fieri poteſt, vt homo obedientiæ deditus moriatur? Tum ſenex ille, qui Innocentij fuerat magiſter, rei miraculo attonitus, cum lacrymis ſe in terram proſtrauit, iuxtaque Innocentij tumulum domicilium ſibi collocauit, vbi reliquum vitæ tempus religioſè tranſegit, patribuſq; trãſeuntibus, ſe ſemper homicidam appellauit. Diuinus ergo hic Innocentius in huiuſmodi laborum patientia beatam tranſegit vitam, eamque tam beatè poſtea concluſit. Venerandum porrò eius corpuſculum cæleſti virtute ab omni labe intactum, & incorruptum multis annorum ſpatijs eſt ſeruatum. Accidit olim, vt illius cœnobij incolæ monachi tempore meſſis ad ſegetem colligendam exirent omnes, duobus tantum in monaſterio relictis altero ægroto, altero, qui tutelam gereret domus. Interim euenit, vt æger vita defungeretur, cuſtos ædium cum ſolus tumulum fodere, & curare cadauer non poſſet, aperto admirandi illius Innocentij monumento, defunctum fratrem ibidem cum S. Innocẽtio collocauit. Poſtero die cum ad ſepulchrum reuiſeret, fratris pridie ſepulti cadauer extra conditorium reperit, rurſumq; in eodem monumento reponit. Sed cum poſtridie eodem modo iterum cadauer extra Sancti Innocentij ſepulchrum offenderet, cœpit cuſtos ædium, homo nempè minimè malus, expoſtulare cum S. Innocentiò: Audiui, inquit S. Innocenti, te olim in vita præter alios omnes obſequentiſſimum fuiſſet; at nunc, vt video, refractarius es factus, immò & ſuperbus, vt qui fratrem non admittas in ſocietatem ſepulcri, ſed eijcias illum, aut ergo permitte, vt tecum requieſcat, aut ſi illum iterum eieceris, ego te quoque non feram, ſed ex tuo te ſepulcro eijciam. Itaq; cadauere denuo impoſito abijt. Alteraque luce reuerſus, illius quidem fratris corpus quod impoſuerat, in tumulo cernit, ſed S. Innocentium non vidit ampliùs.

Obedientia meri non poteſt.

Obedientiæ deſunctiicorpus incorruptum.

Innocentiæ cadauer non admittit eiuſdẽ ſepulcri cõſortem.

Obedientia poſt mortem.

II. Mor-

II. *Mortui obedientes reſurgunt, vt obediant, & vt viuos doceant obedientiam.*

Franciſ. Gõzaga. 2. p. in Prouin. Portugalia mona ſter 14. Clariſſarum.

DE ſimili obedientia aliud ſcribit Franciſcus Gonzaga tertia parte de Origine Seraphicę religionis: Fuit, inquit, ſemel ſoror quædam, nomine Berengariæ, quæ humilitatis ergo, culinæ obſequijs ſua ſponte ſeſe omninò dederat. Cùm autem ſemel in monaſterio S. Claræ Villæ Comitis de eligenda Abbatiſſa inter ſorores ageretur, illarumq; plures ad id munus aſſumi contenderent, cœpit vnaquæque ſigillatim, altera inconſulta, præfatæ Berengariæ, ſorori, quæ nihil minus cogitabat, votum in mente offerre (exiſtimabat vnaquæq; ſe ſolam id facturam: nam propter nimiam eius humilitatem, inepta omninò ad id munus obeundum ab omnibus habebatur) ne dum alteri votum porrigit, illa in Abbatiſſam eligatur. Et ecce dum ad calculum vota reducuntur, omnia in præfatam Berengariã conueniunt, conſentiuntque. Qua denique ſic electa, ac tandem à Prælato confirmata, moniales ſic diuina voluntate deluſæ, ei obedire detrectabant. Quamobrem ipſi primum Capitulum de religioſo more celebranti, paucíſsimæ adfuere. Illa verò cum maximo ſpiritus feruore ait: Quãdoquidem meæ ſorores mihi obedire renuunt; meq; legitimam earum Prælatam aſpernantur, ſurgite vos, quæ hoc in loco dormitis, mihiq; paretote. Ecce ex tempore ſeptem moniales, quæ ibidem ſepultæ erant, ex ſuis locellis egredientes, præſto ſibi fuere, nec prius receſſerunt, quam illis ab ea imperatum fuit. Quo facto exterritæ reliquæ quæ ſibi tergiuerſabantur, multo dociliores redditę ſunt.

Electio Abbatiſſæ omniũ ſuffragijs & nullius volun tate.

Surgunt mortuæ moniales, & obediẽdo viuentes inobedientiam damnant.

TIT. LXXVI. De obedientia belluarum, itemque rerum inanimarum.

EXEMPL. I. *Leo Sergio Abbati obtemperat.*

Io Euiratus in prat ſpir. c. 125.

NArrauerunt nobis quidã Patrum in Sina de Abbate Sergio Anachoreta: quod cum moraretur in Sina, conſtituebat illum diſpenſato ſuper Burdones. Cùm ergo die quadam properaret, ecce Leo iacebat in uia. Porrò Burdonarij burdoneſq; uiſo Leone timore correpti receſſerũt. Tunc Abbas Sergius ſumens de pera unam benedictionem profectus eſt ad leonem, dixitq; ei: Accipe benedictionem Patrum, & recede de via, ut tranſeamus: ſumptaque leo benedictione receſsit.

II. *Beſtiæ ad nutum parent Simonidi monacho.*

Theodoret. hiſt. relig c. 6

IN ſtatu iuſtitię originalis, omnia animantia, quantumuis fera, hominis imperio erãt ſubiecta. Quod idem obtinuere multi uiri ſanctitate prediti. Theodoretus ſcribit, admirandum monachum Simonidem, mortificandi ſui cauſa, ſe in ſpeluncam incluſiſſe, & orationi noctu, diuque, omnibus commoditatibus excluſis, uacaſſe, ſoliſque herbis uictitaſſe. Vnde à Dèo gratiam obtinuit, ut beſtię ad nutum illi parerent. Cum aliquando in eum incidiſſent uiatores, qui à recta uia aberrarant, cuperentque ſibi eam demonſtrari, iuſsit eos prę ſtolari, donec bini leones accurrerent, qui accepto mandato magna manſuetudine duces ſe itineris illis præbuere, donec rectam uiam attigiſſent.

Leonũ obedientia

III. *Lupus paret paſtori ouium præcipienti ei in nomine Nortberti.*

In vita eius apud Sur. to 3 menſe Iunio.

NOrtbertus Archiepiſcopus Magdeburgenſis, cuidã puero ouium paſtori petenti ſibi gregis cuſtodem canem dari, reſpondit: Cum lupus aduenerit, rapueritque ex grege aliquid, iubeto ei noſtro nomine, ne quid attingat. Simplex puer obſequens mandato ſecurè degebat. Contigit interim lupum ouem rapere; puer memor pręcepti,

cepit, poſt lupum accurrens clamitabat, vt dñi ouem dimitteret, ſic dominum præcipere. Lupus, ò admirandam Dei benignitatē; ouem illæſam dimittit. Id memorat Hugo Præmonſtrat. Abbas, qui illius vitā conſcripſit, c.37.

Lupus p... ouemq; dimittit.

IV. *De inſigni obedientia ſerpentis ad mandatum ſerui Dei.*

QVidam Fundenſis monaſterij monachus, cui excolendi hortos cura erat, cernens in eo olera partim pedibus conculcata, partim ſublata furto, & reperto aditu, quo fur ingredi conſueuerat, ſerpenti præcepit, vt illum cuſtodiret, nec inde niſi iuſſus diſcederet. Proh pudor? Irrationale animal ſeruo Dei obediuit, homo damnum irrogare non dubitauit: fur ergo peruerſus cum ſerpentem conſpexiſſet, præ timore ſe retroferre voluit, & pede vepribus implicato pronus pependit, donec ab ipſo olitore ſuperueniente expeditus fuit.

Gregor. Mag l.1. dialog. c. 3.

Fur qui ſaepe capit aliquando capitur.

V. *Seruis Dei ranæ obediunt.*

QVod loci frigiditas efficit, vt ranæ obmuteſcant, hoc etiam efficit piorum virorum virtus, cum id quoq; iubent. Sic S. Ambroſius libro tertio de Virginibus non longè à principio ſe feciſſe commemorat: Frequens, inquit, ſermo eſt, cum plurima ranarum murmura religioſæ auribus plebis obſtreperent, Sacerdotem Dei præcepiſſe, vt conticerent, ac reuerentiam ſacrę deferrent orationi: tunc ſubito circumfuſos ſtrepitus quieuiſſe. Silent igitur paludes, homines non ſilebunt? Et irrationale animal per reuerentiam recognoſcit, quod per naturam ignorat: hominum tantam eſſe immodeſtiam, vt plerique deferre neſciant mentium religioni, quod deferunt aurium voluptati? Hactenus Ambroſius opportunè loquacitatem hominum inter diuina reprehendens.

D. Amb. lib. 3. de virg. ſub initium.

Ranæ obediunt.

VI. *Solis curſus protrahitur ad imperium Mutij Eremitæ.*

CReaturæ etiam ſenſuum expertes ſeruis Dei paruiſſe comperiuntur: ſic ſol diutius ad præceptum Mutij radios ſuos emiſiſſe legitur, his verbis: Mutius Eremita in Thebaidis deſerto ex impijſſimo latrone ethnico factus Chriſtianus, per Dei viſionē cum ægrotantem ex fratribus longè abſentem nouiſſet, ſeſe itineri dedit, ægrum inuiſurus, in eremi ipſius interioribus partibus; cum autem eo peruenire nō poſſet, iam ſole ad occaſum vergente, qua hora etiam ægroti mors inſtabat, vt dies itineri ſufficeret, iuſſit Mutius ſoli, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſtaret, donec eò perueniret, admirantibus omnibus circumquaq; eius eremi incolis, ſole eodem climate tamdiu perſeuerante; quin & non pauci, audito miraculo, ad Mutij diſciplinam conuerſi ſunt.

Ex vit. Pap p. 1. de presbyt. Copretè, ſim. Metaphr. loquio primo. ſiue Metteria

Solis obedientia.

VII. *De fluuio exundante, qui ad præceptum S. Gregorij Thaumaturgi intra terminos ſe contraxit.*

NIhil obeſt homini fidem verè ſectanti, ſiſtuntur vbique flumina, ac velut ſeruiunt illi imperanti. Fidem rei aſtruit Gregorius Thaumaturgus. Cum enim Lycus rapidiſſimus fluuius accolis quotannis ſummam inferret cladem, agros, pecora, ipſam denique gentem demergens, baculum in ripa defixit Gregorius, iubens flumini, ne conſtitutum ibi terminum præteriret; inuenit vir ſanctus in fluuio obedientiam, & in ligno quoque impacto virtutem: nam & creuit in arborem, & adusq; Gregorij Nyſſeni tempora ab omnibus confluentibus miraculi cauſa ſpectabatur.

Gregor. Nyſſ. in ipſum Thaumaturgi vita c. 12.

Fluuij obedientia

VIII. *De admiranda lupi rapidi in Eugubina ciuitate diui Franciſci mandato obedientia.*

CVm lupus quidam ferus & immanis ciuitatem Eugubinam quodam-

In Chronica Minorū l. 10 c. 29.

dammodo obſediſſet, vixq; homines vel turmatim gradientes impunè prę-terirent, ſuperuenit S. Franciſcus; ſtatuit lupum aggredi; egreſſus oppido, cum truculenta beſtia accurriſſet, (ciuibus è turrium & ædiũ feneſtris proſpicientibus, velut funeſtum quoddã prælium) lupum vocauit, ferocemque belluam ſigno crucis compeſcuit. Ille exinde caput demittens, inſtar agniculi ad ſancti viri pedes ſeſe proſtrauit. Cumque voracitatis & illatæ vaſtitatis eum redarguiſſet, & querelas ciuium ei expoſuiſſet; indicauit ei, ſe veniſſe, vt pacem inter ciues & ipſum cõponeret. Pacis conditiones poſuit, vt nemo ciuium ei noceret in poſterum, omnes illatas iniurias remitterent. Lupus capitis inclinatione, aurium, caudæ, & totius corporis geſticulationibus annuebat. Adiunxit vir beatus: Ex parte tua cauebis cuiquam damnum inferre; quod ſi præſtiteris, præter conditiones iam poſitas, inſuper tibi polliceor alimoniam nunquam defuturam, cuius defectus ac fames hãc in te rabiem ſolet excitare. Lupus, ac ſi intelligeret, ſignis omnia probare videbatur. Petenti dexteram in ſignum fęderis, ſancto viro dextrum pedem porrexit. Inuitantem in oppidum, vt coram pactas conditiones firmaret, velut agniculus ſecutus eſt. Fit concurſus totius ciuitatis. Ibi D. Franciſcus grauiter denuntiauit populo, huiuſmodi plagas à Deo immitti puniendis mortalium criminibus; alios eſſe in inferno lupos; rabiem inferni barathri, ardentiſq; fornacis voraciorem rictu infauſto huius belluæ, quæ præter vitam mortalem auferre nihil poſſit. Tunc expoſuit, quas cum lupo extra portas iniijſſet conditiones vtrimq; pactas. Eaſdem probarunt ciues. Iiſdẽ quoque indicijs, quæ ediderat, aſſenſus eſt lupus, pedemque rurſus poſcenti B. Franciſco eleuauit; & in eius manu repoſuit. Omnes lætitia exilientes benedixerunt Dominum. Lupus verò inſtar blandientis canis dietim ad ianuas ſingulorum portionem emendicans, quocunque iret, gratiſſimus adueniebat, & excipiebatur in ædibus cũ applauſu. Nullus vnquam eum canis allatrauit, nulli & ipſe vnquam ferox viſus eſt. Poſt duos annós, annis grauior, mortuus eſt, magno populi dolore, & eo maximè, quod D. Franciſci modeſtiam in ſe quodammodo exprimeret, ac eius ſanctitatem in memoriam reuocaret. Verè non erat impoſſibile apud Deum omne verbum.

Lupus rabidꝰ mã dato S. Frãciſci manſueſcit.

Pactum inter lupũ & ciues Eugubinos.

Belluarum plagæ cur hominibus diuinitꝰ immiſſa.

Lupi in pactis ſeruãdis fidelitas.

TIT. LXXVII. De regularum inſtitutione, & obſeruantia.

EXEMP. I. *Pachomio, ipſiuſq; fratribus tenendam regulam, tabulis deſcriptam attulit Angelus.*

PRæpoſitorum viuæ voci proxima et ſimillima eſt omnino ſcripta vox regularum, quæ ſunt quaſi oſſa & nerui religionis, ſine quibus non poteſt bene conſiſtere. Ideo ad faciliorem cõſiliorum perfectionem canones diuinitus conceſſi leguntur: Cum Pachomius vir pius in ſolitudine verſaretur, cellam aliquando egreſſus eſt, & ad vicum ſatis remotum, qui dicitur Tabenniſe, peruenit. Cumque pro more diu in oratione ibi perſeueraſſet, audiuit vocem ſibi dicentem: Mane hic, Pachomi, & fac monaſterium: ad te enim venient multi, volentes ſalui fieri, quos deduces cõuenienter formæ, quæ tibi à me data fuerit. Protinus ergo apparet illi Angelus, & dat ei tabulam, in qua ſcripta erat tota vitæ conſtitutio eorum, qui erant ad ipſum venturi. Ex qua in hodiernum vſque diem vitam inſtituunt Tabenniſiotæ, eundem habitum geſtantes, & eandem habentes conuerſationem. Neq. enim mores habent mutatos veſtimentorum, neque mutatas regulas.

Sim. Metaph. ĩ vita Pach. capit. 11. apud Su. 14 Maij

Regula monaſtica Pachomio ab Angelo tradita.

II. *Regula S. Franciſci è cælo venit.*

REcentius eſt, quod de Frãciſco referunt Minoritarum Annales, quem ad ſuam regulam cõficiendam tali viſione Deus animauit. Videbatur ei tum

Ann. Minor S. Bona. ĩ vita S. Frãciſci. c. 4.

ei tum ipſe, tum ſocij eius fame admodum afflicti, nec aliquid habere, quo ſe, & illos reficeret, præter multas panis micas, quę quoniam admodum minutæ eſſent, vereretur ne inter partiẽdum ex digitis elaberentur; quare cũ de hoc ſollicitus eſſet, vocem audiuit, qua monebatur, vt ex micis illis collectis hoſtiam vnam conficeret, quam cum deinde ſuis porrigeret, aduertit, qui eam reijcerent, aut contemnerẽt, eos ſtatim turpiſſima lepra operiri. Quæ viſio nocte poſtera ita ei expoſita eſt, vt micæ illæ eſſent conſilia Euangelica; hoſtia vero ipſa regula, lepra denique malitia. Quin etiam cũ deinde ad hãc regulam conſcribendam in montem quendam per quadraginta dies, tanquam alter Moſes, ſeceſſiſſet, & ad eum aliquot ex eius familia adeuntes, de nimia, quam timebant, ſeueritate conqueſti eſſent, ecce vox de cælo ruit, eademque tertiò repetita eſt; Franciſce, nihil tuum in hac regula: tota mea eſt, eamq; totam ſeruari volo ad literam: Ego noui quid hominis vires ferant, quidve ego ei auxilij, atque opis collaturus ſim. Deniq; iam confecta regula, & ad Pontificem Honorium delata, cum multa quæſtio iniecta eſſet illi paupertatis generi ita rigido, & ita nouo, B. Franciſcus iterũ grauiſſimè, ſanctiſſimèque confirmauit, ne verbum quidem vnum de ſuo ibi poſitũ; ſed omnia, vt erant, à Chriſto Domino inuenta & dictata.

Viſionis ænigma. rite expoſitio.

Vox cæleſtis ad S. Franciſcum.

III. *Regula S. Benedicti quam ſancta & diſcreta.*

Greg. li. 2 Dialo. c. 36. 37.

DIuus Benedictus monachorum regulam, diſcretione præcipuam, ſermone luculẽtam ſcripſit. Cuius ſi quis velit ſubtilius mores vitamq; cognoſcere, poteſt in eadem inſtitutione regulæ omnes magiſterij illius actus inuenire, quia ſanctus vir nullo modo potuit aliter docere quam vixit. Quo die migrauit ex hac vita ad feliciorẽ, duobus fratribus, vni in cella commoranti, alteri autem longiùs poſito, reuelatio vnius atque indiſſimilis viſionis apparuit. Viderunt namque quia ſtrata pallijs atque innumeris coruſca lampadibus via recto orientis tramite ab eius cella in cœlum vſque tendebatur. Cui venerando habitu vir deſuper clarus aſſiſtens, cuius eſſet via, quã cernerent, inquiſiuit. Illi autem ſe neſcire profeſſi ſunt. Quibus ipſe ait: Hæc eſt via, qua dilectus Domino cęlum Benedictus aſcendit. Tunc itaq; ſancti viri obitum ſicut præſentes diſcipuli viderunt; ita abſentes hoc ſigno, quod eis prædictum fuerat, cognouerunt. Hanc autem viam Bernardus nihil aliud eſſe ait, quam vitæ formulam ab eo inſtitutam, quam vt ille ſeruans aſcendiſſet in cœlum, ſic oẽs, qui eum ſequerentur. Neque enim, inquit, venire in dubium aliquatenus poteſt, quin omnino ſacer ſit modus conuerſationis, & diuina magis inſpiratione atque conſilio, quam humana prudẽtia, vel adinuentione formatus; quo nimirum tantam in vita gratiam ſanctitatis, tantam poſt obitum gloriã felicitatis idem Benedictus obtinuit. Quod ergo Bernardus de illa, hoc religioſus quiſque de ſua idem regula credere ac profiteri debet, qua ingrediens, & ſine errore, vt in tanto lumine & cum magna etiam, ac perpetua voluptate, ad immarceſſibilem patriæ voluptatem perueniet.

Viſio de S. Benedicto.

D. Bern. Ho. Ecce nos reliq. omnia. S. Benedicti lau.

Religioſo cuiq; ſua regula via eſt ad cœlum.

IIII. *Quomodo ſanctus Auguſtinus Nortberto Præmonſtratenſi regulam ſuam tradiderit.*

SCio vnum (inquit contemporaneus S. Nortberti) ex profeſſionis noſtræ fratribus, cui de regula noſtra indagãti ſtudioſius, non quidem ſuis meritis, ſed fratrum orationibus, beatus viſus eſt Auguſtinus, qui & aureã regulam à latere dextro prolatã illi porrexit, ſeque luculento ſermone ei intimauit, dicens: Quem vides, Auguſt. ego ſum Hipponẽſis Epiſcopus. Ecce habes regulam, quã ego cõſcripſi, ſub qua ſi bene mili-

In Appẽdice vitæ S. Nortberti apud Sur. 6 die Iu.

Regulã ſuam S. Nortberto tradit S. Auguſtinus.

militauerint confratres tui, filij mei, aſtabunt ſecuri in extremi terrore iudicij. Et quidem iſta humiliter tanquā de alio proſecutus eſt; nos tamē ipſum fuiſſe, cui hoc reuelatum eſt, indubitanter aduertimus.

v. *Vltio terribilis in contemnentem regulam B. Columbani.*

In vita S. Euſtaſij Abbatis c. 6 apud Surium 29 Martij

CVm Agreſtius vir improbus, ſchiſmaticus, conaretur in patria Luxouienſi, in contemptum regulæ B. Cōlumbani, propriam veſaniam propagare, & ad Burgondoforam virginem Deo ſacram, duellarum magiſtram veniſſet, vt eam quoque ſuis ſimulationibus, ſi poſſet, macularet, illas Chriſti virgo nō fœmineo more, ſed virili planè reſponſione confudit. Nam tu, inquit, confutator veritatis, & nouorum introductor argumentorum, ea cauſa huc veniſti, vt veneno tuo dulcia meſſa miſceres, & vitalia alimenta lethali amaritudine commutares? Illis tu detrahis, quorum ego virtutes experta cognoui, quorū doctrinam ſalubrem recepi, ex quorum eruditione multos cęleſtia regna penetraſſe comperi? Meminiſſe te velim illius Iſaiæ: Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum. Accelera, & prorſus ab hac veſania recede. Confutatus ille his famulæ Chriſti reſponſis ad ſuos redijt. Sed mox adfuit vltio diuina. Cum enim ad hoc iam omnes aſpirarent, vt contemptu priſtinorum documentorum ſubſcriberent, primum lupi rabie exagitari, duos ex huius aſſertionis fautoribus, per intempeſtam noctem intra ſepta irrumpentes, morſibus laniarūt, atque ipſos quoque rabie comprehenſos miſeræ morti tradiderunt. Alium quendam Plereum, qui ad hūc diſcordiæ fomitem vehementer aſpirabat, dæmoniacus furor peruaſit, atq; ignobiliter neci dedit: Nam propria manu ipſe ſe laqueo ſuſpendit. Sed cum hæc vltio necdum corrigeret delinquētes, protinus maior ſecuta eſt. Nam ſubito fulgur lapſum ē cœlo magno fragore percutit locum, eccleſiam perūagatur, tegumenta ſubuertit, plebem vrit & exanimat, vt præſens correctio monſtraret ignauæ perſuaſioni non eſſe aſſentiendum.

Calūnia rū in religioſos refutatio

Iſaia 5. verſ. 20.

Vltio terribilis & impos, etc.

vi. *Regulæ etiam paruæ non negligendæ.*

Ex lit. an. Soc. an. 1587. Coll. Angelopolit.

ANgelopoli in Prouincia Mexicana an. Dom. 1587. ducendus erat quidam ad ſupplicium. Vocauit vnum è noſtris: Iam dicam, inquit, quiddam, Pater, quod ſi ſciatur, ſpero fore, vt qui multis obfui in vita, prodeſſe alicui poſſim ſaltem poſt mortem. Fui, miſer, aliquot menſes in veſtra Societate; & cum meam accommodabam ad Superiorum volūtatem, me totum illis aperiens, felix fui. Sed Adam non diu fuit in paradiſo: deteriorum conſuetudo, & mea me, non dicam fortuna, ſed peruerſitas deiecit è mētis tranquillitate, qua fruebar: vtebar nempe vnius familiaritate, qui cum contemptim dictitaret, vnam aut alteram legem poſſe violari ſalua conſcientia, è paruis neglectis, paulatim delapſus ad robuſtiorem nequitiam, me perdidi: ſimul enim expulſus è veſtro lectiſſimo numero, cum veſte non iam pudorem, quem iam pridem amiſeram, ſed, vt eſt mihi viſum, Ieſum Chriſtū exui: & huc me mea perduxerunt flagitia. Hæc ego tibi: tu, quæſo, narra alijs: vſu enim compertum eſt, ex prioribus aliorum delictis naſci exempla in poſterum profutura.

Familiaritas cum deterioribus periculoſa.

vii. *Non licere religioſis extra conſueta tempora ſine facultate Superioris, & niſi neceſſitas vrgeat, bibere.*

Ferd. Caſtell p. 1. hiſt. l. 1. c. 6.

PLacere Deo hanc facultatis petitionem; diſplicere verò violationē regulæ, planū fit ex eo, qđ accidit diuino permiſſu cuidam Conuerſo Prædicatorij Ordinis, quem dęmon arripuit. Hic à S. Dominico coniuratus, cur eum inuaſiſſet, aperuit, extra cœnobium in vrbe vinum ſine Prælatorum facultate, & ſine benedictione bibiſſe.

TIT. LXXVIII. De mortificatione, ac ſuiipſius contemptu.

EXEMPL. I. *Ab ijs parentum viciniam haud timendam eſſe, qui Apollo mortificationem æmulari conantur.*

Io. Caſſia. Coll 24. de Morti ficat. c 9

CVm ad ſenem Abbatem Apollo germanus ſuus intempeſta nocte veniſſet, implorans, vt de monaſterio ſuo pauliſper egreſſus, ad euellendum bouem, quem cœno paluſtri eminus inhærere flebiliter quærebatur, ei eſſet auxilio, quia eũ ſolus nequaquam poſſet eruere; Abbas Apollo pertinaciter obſecranti; Cur ait, iuniorem fratrem noſtrum quem præteriens propiorem, quam me, habueras, non rogaſti? Cumque ille eum mortem olim ſepulti fratris oblitum, & ex nimia continentiæ ac ſolitudinis iugitate velut impotem mentis exiſtimans reſpondiſſet; Quemadmodum poteram de ſepulcro eum, qui ante annos quindecim obijt, inuocare? Abbas Apollo: Ignoras ergo, ait, me quoque ante annos viginti huic mundo fuiſſe defunctum, nullaque iam poſſe de huius cellæ ſepulcro, quæ ad præſentis vitæ pertineant ſtatum, tibi conſerre ſolatia? Quem in tantum Chriſtus ab intentione mortificationis arreptæ, vel modicum ad extrahendum bouem tuum non patitur relaxari, vt ne breuiſſimi quidem momenti inducias pro patris iudulſerit ſepultura, quæ multo vtique celerius, honeſtius, & religioſius fuerat exhibenda. Rimamini itaque nunc arcana pectoris veſtri, prudenterque conijcite, an talem etiam vos iuxta parentes veſtros diſtrictionem mentis iugiter retentare poſſitis. Cumque vos in hanc animi mortificationem eidem conſimiles ſenſeritis, tum demum ſcitote parentum fratrumque viciniam vobis quoq; ſimiliter noxiam non futuram, vt ſcilicet eis, quam in proximo conſtitutis, velut mortuos vos eſſe credatis, ita vt nec illos veſtris foueri ſolatijs, nec vos illorum ſinatis obſequijs relaxari.

Verus religioſus mũdo eſt mortuus.

Mat. 8.

II. *Acceptas à parentibus litteras antequam legiſſet, eas incendit monachus.*

Idem li. 5 de Spiritu Gaſtrimar. cap. 32.

NOn minorem hic ſeſe habere oſtendit mortificationis affectum: Cum enim ei poſt annos quindecim patris ac matris, amicorumq; multorum de prouincia Ponti complures epiſtolæ delatæ fuiſſent, accipiens grandem faſciculum literarum, diuq; apud ſemetipſum voluens: Quantarum, inquit, cogitationum cauſa erit mihi harum lectio, quæ me vel ad inane gaudium, vel ad triſtitias infructuoſas impellent? Quod diebus eorum recordatione qui ſcripſerint, intentionem pectoris mei à propoſita contemplatione reuocabunt: Poſt quantum temporis dirigenda eſt hæc mentis concepta confuſio, quantoque labore rurſus iſte tranquillitatis reparandus eſt ſtatus, ſi ſemel animus literarum permotus affectu, eorumque recenſendo ſermones ac vultus, quos tanto tempore dereliquit, iterum eos reuiſere, ipſiſq; cohabitare, & animo, ac mente cœperit intereſſe? quos profecto corporaliter deſeruiſſe nil proderit, ſi corde eos incipiat intueri, ac memoriam, quam ſeculo huic renuntians quiſque velut mortuus abdicauit, reuiuiſcens eandẽ rurſus admiſerit. Hæc voluens in corde ſuo, non ſolùm nullam reſoluere epiſtolam definiuit, ſed ne ipſum quidẽ faſciculum reſignare: ne ſcilicet eorum qui ſcripſerant, vel nomina recenſendo, vel vultus recordando, à ſpiritus ſui intentione ceſſaret. Itaque vt eum constrictum ſuſceperat, igni tradidit comburendum: Ite, inquiens, cogitationes patriæ, pariter concremamini, ne me vlterius ad illa quæ fugi, reuocare tentetis.

Cogitationes de patria et parentibus animi trãquillitatem religioſis ſuffurantur.

Cordis cuſtodia

III. Adol-

III. *Adolphus olim Holſatiæ Comes, deinde Minorita, propriæ confuſionis amans.*

Albertus Crant. l. 8 Saxon. cap. 7.

IS monaſterium ſui ordinis, ipſe manibus multa molitus in oppido Kyl, vbi nunc requieſcit, curauit erigere, eleemoſynas ſuorum quondam ſubditorum humiliter poſcens & accipiens. Cumq; multum ſollicite laboraret in erectione dicti monaſterij in oppido Kyl, ibat oſtiatim, lac in hydriam mendicans, vt haberēt operarij & fratres, quo inter laborandum per æſtum reficerentur. Media iam platea vbi declinare iter nō poterat, ibat hydriam baiulans lacte plenam, & cum obuios habuiſſet filios ſublimes in equis, Comitum more ſecularium, paſſus eſt humanitus aliquid, vt rubore cœperit perfundi. Sed ille infremuit, & robur mentis aduocans, cum adhuc in conſpectu eſſent filij, hydriam leuatam ſuper caput euertat, ſeſe totum à vertice lacte perfundens, dixitque: Infelix erubuiſti Chriſti pauperiem, baiulare lac in manibus, nunc vel in capite oſtende quid portaueris. Quis non iure miretur tantam humilitatem, patientiam, fortitudinem? Ita Crantzius.

Victoria ſui in cōfuſione obtinenda.

IV. *Mortificatio erga parentes.*

Ex lit. an. Soc. Prouin. Mediol. an. 1585. Nouitij ... ſub paupere habitu peregrinantes, & ... andi ... ant.

HOc verò recentius eſt, quod in Aronenſi domo contigit ann. 1585. vbi qui ſe probant, ad omnem officij ac diſciplinæ laudem continenter ſeſe exercent; nec quicquam prius imbuuntur, quam præ Chriſto patriam, parentes, genus, & ſeipſos vilia habere. Ex his quidem cū in eo itinere, quod Mediolani tritum eſt, ſuos offendiſſet parentes, qui eius reuiſendi cauſa domo diſceſſerant; nihil inopinato eorum commotus aſpectu, propiùs acceſſit, & quo erat pauperis peregrinantis ornatu, ſtipem rogauit. Ea re perculſi parentes, miſerari primò filij conditionē, deinde inuitare domum, quę non procul aberat, & pro patria maternaque neceſſitudine, etiā cogere: ſed fruſtra: non.n. modo ad cœnam, ſed ne ad ſedandam quidem ſitim de via feſſum perducere potuerunt, veteres carnis deridentem blanditias, qui ſuauitates ſpiritus guſtare iam cœperat.

V. *Admirandam mortificationis exemplum.*

Theodor. in hiſtor. SS. Patr. c. 24.

DE Polychronio ſcribit Theodoretus Epiſcopus Cypri in hunc modum: Mortificabat ſe aſpero cilicio, vilique & nullius pretij habitu, ſicq; inopem vitam agebat, vt nec neceſſarium quidem ſemper haberet nutrimentū, ac totam noctem vigil in precibus ſtās conſumebat. Ad augendam autem mortificationem habebat in cella truncum ex quercu (quem fatetur Theodoretus vix ſe tollere potuiſſe) hunc noctu diuque imponebat humeris, & ſic in oratione perſtabat. Paupertatem tāto ſtudio coluit, vt exiſtimaret quouis regno magis expetendam. His alijſq; id genus exercitijs in extremam vſq; ætatem vſurpatis, ad tantam Dei notitiam, continuamq; rerum diuinarum memoriam peruenit, vt mentem à contemplatione diuellere nō poſſet; quare & cum his, qui ad ipſum ſubinde ventitabant, paucis diſſerens non poterat in animum inducere, vt cogitationem à cœlis deduceret.

Paupertatis æſtimatio.

VI. *Optima ratio tranquillandi mentem.*

Dorothe. Archimandrita. Tentationes Superioribus patefaciendæ.

REfert B. Dorotheus, ſe initio ſuſceptæ religioſæ vitæ mortificaſſe ſuam voluntatem, parendo alienæ ſuperiorum, & honorum cupiditatem, patefaciendo ijſdē tentationes, & cordis ſui cogitationes, eoque exercitio conſecutum tantam animi pacem & tranquillitatem, vt nec vllum religioſæ vitæ opus, nec vlla calamitas deinceps moleſtiam aliquam, aut perturbationē ipſi attulerit. Et quia illis initijs nondum erat rerū diuinarū tam intelligens, ac poſtea; dubitare cępit, ſi ita rāne & rectam viam teneret in cœlum, eo qđ per tribulationes multas, quas ipſe

ipſe non experiebatur, aditus pateret ad cœlum. Cum verò nec dubitatio illa conſuetam ei pacem adimeret, ſcripto propoſuit eam ſuo cuidam Patri ſpirituali, magna ſanctitate cōſpicuo, qui ei reſpondit: Metum omnem deponeret, tranquillitatem illam natam eſſe ex mortificandi ſtudio, quod coluiſſet, voluntatem & iudicium ſubijciendo iudicio & voluntati ſuperiorū, & in manus Dei, maiorumq; ſuorum omnia tradendo. Felices itaq; & beati ſunt, qui à Deo impetrarunt voluntatem, vireſq; ſe mortificandi, diligenſq; ſtudium adhibent in refrenandis prauis animi perturbationibus: illi .n. in hac terra incipiūt guſtum capere illius ſereniſſimæ pacis, quæ erit in cœlo.

Via ad pacē animi, & tranquillitatem.

VII. *Spiritus mortificationis præfertur ſpiritui rationis.*

Per Ribad. in eius vita li. 5. c. 1. Maffei. li. 3. c. 2.

ILlud etiam minimè prætereundum videtur, quod quamuis Ignatius Societatis inſtitutor, tam excellenti eſſet orationis ſpiritu ornatus, pluris tamen interdum facere videbatur ſpiritum mortificationis, quam ſpiritum orationis, etſi ita connexi ij ſpiritus, iugatiq; inter ſe ſunt, vt ſeiungi, diſtrahiq; difficulter poſſint. Ex quo, cum religioſum quendam virum vt laudaret quidam ex noſtris Patribus, Ignatio diceret, Vir eſt multæ orationis: Ignatius voce commutata, Vir eſt (inquit) multæ mortificationis. Eam porro mortificationem intelligebat, non modo quæ in corporis afflictatione poſita eſt, ſed multa etiam magis, quæ in propriæ voluntatis, ac iudicij expugnatione conſiſtit. Quocirca; in hominibus potiſſimum honoratis, atque ſplendidis, ſui contemptum, omniſq; faſtus, exiſtimationis, atque excellentiæ conculcationem, ac victoriam, corporis macerationi longè anteferebat: quod videlicet ſit difficiliùs ſpiritum comprimere, quā carnem affligere. Quanquam rebellis caro ſæpe affligenda eſt, vt ſpiritus comprimatur.

Mortificatio duplex: ſpiritus & corporis. Difficilior ſpiritus quā carnis mortificatio.

VIII. *Mortificationem B. Catharinæ Bononienſis.*

In vita eius.

BEata Catharina Bononienſis, vt ſe mortificaret in contemptu ſui, & ab omnibus vilipenderetur, non ſolùm coram Confeſſario, ſed etiam publicè ſua peccata confitebatur, & manu ſua conſcripta relinquebat. Diu in oratione brachijs in formā crucis protenſis perſiſtebat. Aliarum Religioſarum virtutes omnes imitabatur, & licet plus omnibus ſe in ijs exerceret, tamē omnium viliſſimam ſe reputabat. Voluntatem ſuam frangebat obſequendo ſumma promptitudine in omnibus. Lætabatur iniurijs, optabatque aſperè & durè ſe à ſua ſuperiore tractari, & grauiora quæque ſibi imponi. Experta enim vtilitates, quę inde manabant, dicebat: Omnem quidem obedientiam in rebus licitis eſſe bonam & fructuoſam; ſed optimam ſaluberrimamque eſſe, quando aliquid arduum moroſo vultu à ſuperiore imperatur. Hoc genere mortificationis tantam voluntatis rectitudinem conſecuta eſt, & tantum amoris diuini robur, vt ad obtemperandum diuinæ voluntati parata eſſet non ſolùm omnes mundi, ſed etiam ipſius inferni cruciatus perferre, ſi fieri poſſet. Atq; vt deſiderabat, ſic etiam à Deo toto pectore efflagitabat, ſi inde maior Deo gloria, ſuæque animæ profectus reſultaret, etiam horribiliores pœnas ſuſtinere, non quoad culpam quam maximè oderat & horrebat, ſed quoad acerbitatem cruciatus.

Propriorum peccatorum manifeſtatio.

Optima & ſaluberrima obedientia.

IX. *Beatus Ignatius quomodo ſeſe exercuit in ſpiritu mortificationis.*

Per Ribad l. 2. vita eius cap. 5. & Per. Maffeium li. 2. c. 1.

B. P. noſter Ignatius hanc mortificationis exercendæ rationem non neglexit. Nam in patriam è Gallia profectus anno 1535. ad exequenda negotia, in domum paternam diuertere noluit; & ſpectantibus, atq; ægerrimè propinquis omnibus ferentibus, oſtiatim

oſtiatim petiuit ſtipem, vt in ſe publica hoſpitali domo quotidie ſuſtentaret, rudimenta prima fidei Christianæ paruulos docebat; denique in concione quædam errata ſuæ adoleſcentiæ, atque in primis quoddam paucorum pomorum furtum, palam eſt confeſſus. Has mortificationes cum lacrymis ſe facere profitebatur, vt vitæ ſolutioris lubricæ ætatis damna ſpiritualia ciuibus illata compenſaret. Si quid ad animarum ſaluté pertineret, idem ſe paratiſſimum dicebat, incedere nudis pedibus, cornibuſque onuſtum per plateas; & nullum recuſare habitum, aut ridiculum, aut probroſum veſtimenti genus. Reipſa comprobauit, cum ſe occaſio tulit, quod promittebat. Nam Pariſiis, vt ab amore meretricio reuocaret adoleſcentem, nudus in ſtagnum collo tenus perfrigida tempeſtate ſe immerſit, propter viam, qua ille tranſiturus erat; & voce horribili ex eo loco intonans, flexit animum inſani iuuenis ad ſaniorem mentem.

Idem li. 5 c. 2. & Maf. 3. cap 4.

x. *Nobilis mortificatio ſui in Xauerio.*

In eius vita.

FRanciſcus Xauerius ægrum nactus, inquit auctor vitæ, venerea lue ac tabe confectum hoc impenſiùs ei miniſtrare inſtitit, quo magis ab illo abhorrebat animus natura, vſuque delicatus. Miras itaq; ibi pugnas edidit, nobileſque de ſe tulit victorias. Coercebat ratio contumaciam naturæ, & peſtis illius horrorem virtus diuina ſuperabat. Vrgebat tamen interdum vlcerum fœditas, grauitaſq; odoris adeo, vt nauſeans, vt aſſolet, animus vlceroſum hominem auerſaretur. Non fefellit ſiue dæmonis, ſiue naturæ dolus ſolertiam Xauerij. Igitur poſteaquã paulatim refrigeſcere ſenſit charitatem, ſibimet infenſus ſuamque animi mollitiem increpitans, meritas de ſe expetere pœnas, atque illud delicati animi faſtidium penitus exuere ſtatuit. Nec mora. Obfirmat Chriſti charitate pectus, & S. Catharinæ Senenſis exemplo, manantem ex vlceribus ſaniem ſemel atq; iterum vnicus ſui victor exſugit: Eximia virtus diuinitus eximio donata eſt præmio.

Xauerius exſugit vlcerum ſaniem.

xi. *De mortificatione Ludouicæ Taurellæ facta in pœnam & ſatisfactionem delictorum.*

Pau. Morig in vita Lud. Taurellæ

LVdouica Taurella Vaſtallæ domina, matrona nobiliſſima Mediolanenſis, ac religioſiſſima, vt in eius vita traditur, dicebat ſeſe quibuſdã publicis mortificationibus confundere, quod in iuuentute choreis, iocis, & alijs muliebribus vanitatib. fuiſſet delectata. Mortificationes autem tales fuerunt: In veſte viliſſima, capillo in formam crucis attonſo, per vrbem incedere ad puerorum plebiſque ludibrium, ad Gubernatoris aulam accedere habitu eodem, vt aulicis eſſet iriſui; ferrea catena collo iniecta, ſolutis crinibus, prælatis manu cineribus, pſalmum quinquageſimum pronuntiantem ab ædibus ad eccleſiam trahi: nentem, aut aliquid ſimile abiectæ operæ molientem, excipere domi ſummos dignitate viros, ad ſe inuiſẽdam, ſalutandamque aduentantes.

Mortificationis & humilitatis exercitia

TIT. LXXIX. De diſciplina religioſi tam in ſe, quam in alios.

EXEMP. I. *Quomodo Chriſtus viſus ſit adſtare S. Hugoni Abbati Fratrum negligentias corrigenti.*

Hugo in Hugonis abb. Clun. actis, apud Baron. t. 11 anno 1055 21 Chriſtus approbat diſciplinam monaſticã.

HIldebrãdus Romanæ Eccleſiæ Archidiaconus, Apoſtolicæ Sedis Pontifex mox futurus, Galliarum legatione ſuſcepta, Cluniacum venerat. Hic quadam die ſedens in Capitulo cum beato Hugone Fratrum negligentias pietatis gladio corrigente, aſpexit Dominum Ieſum præſentem, prædictoque Patri aſſidentem, eique de ſingulis quid agere deberet, ſuggerentem. Itaque Hildebrandus ſancti viri merita prædicans, in famulo Dominum collaudabat.

II. *Ad corrigendum alios aculeo opus eſſe.*

Tho Cãtipr. 2. Ap. c. 17.

SIcuti apes, quæ aculeum perdunt, mella de cætero facere nõ poſſunt, ſic ſæpius fit vt qui ſubditum non corripit, dum errantem videt, aut intelligit, vt iuſta Dei vindicta à melle virtutis cadat. De qua re hoc ſcribit exemplum Thomas Brabantinus: Vidimus, inquit, in monaſterio quodam monachum naturali ingenio & ſcientia præditum, virtute caſtitatis, & omni morum honeſtate præclarum. In quo ſolus ille defectus erat, quod nullam contra peccata rigiditatem habebat. Quem defectum in eo corrigendum ſperantes monachi, eum in Abbatem vnanimiter elegerunt. At ille factus Abbas, vt ante, in puſillanimitate, & ignauia perſtitit: & ex hoc ordo monaſticus notam ſatis grauem diſſolutionis incurrit. Quod ſuperiores eius, ordinarij nimirum, graue ducentes, illum ab officio remouerũt. Quod ille ſupra modum grauiter ferens, ad tantam paulatim impatientiam venit, vt manus iniquitati totaliter daret, & ſe impudentiſſimè nequiſſimis in dilapidationem eccleſiæ ſociaret. Nec illud tempus diſtentiùs interceſſit, cum ecce poſitus in agonia, importunos exactores ſibi inſtare videt, ſeque oportere rationem reddere, non ſolùm de ſuis exceſſibus, verùm & de illorum, quos quandoque corrigere debuit, & non correxit. Exactores itaque cum declinare vellet, nec poſſet, clamans inter anguſtias exſpirauit. O quam horrendum eſt illius horam exitus expectare, & non cum lacrymis debitis, & dignis pœnitentiæ fructibus eam præuenire.

Abbatis aculeo carentis depoſitio

Abbatis ignaui mors horrenda.

III. *In rigore vitanda auſteritas nimia.*

Ex Ila. ſio Me. lareſio einſdem

IOannes Gualbertus monaſterij Vallis-vmbroſæ Abbas, cum nimia auſteritate ad ardua quæque tenderet, neque vulgarem virtutis tramitem ingrederetur, & infirmorum mores pari rigore aſtringere vellet, diuina diſpenſatione eueniſſe credunt, vt fracto ſtomacho, perpetuo languori ad ſupremum vſque vitæ diem obnoxius fieret, vt ex ſua infirmitate aliorum quoque vires metiri diſceret: Cum enim initio pauci admodum nimium illum vitæ rigorem imitari poſſent, eo modo correptus, ita inſtitutum ſuum erga omnes moderatus eſt, vt nemo illo humanior, nemo benignior videretur.

Ordi. generals in vita eius apud Sur. 12 Iu'ij.

Morbi vtilitas.

IV. *Clementia in regendo laudabilis.*

Pat. Ribad l 5. de vita eius cap. 6 & 10.

IGnatium Loiolam primum Societatis Ieſu parentem tantæ in ſuos clementiæ fuiſſe ſcribit auctor vitæ eius, vt conſtet illum per triginta, & eo ampliùs annos, ne fatuum quidem, aut ſtupidum appellaſſe, quenquam, alione contumelioſo verbo affeciſſe. Quod in obiurgationibus ſæpe obſeruauimus, vt ſermonis grauitate adiuncta, acerbitas tamen omnis abeſſet; neque verbo morderet quemquam, ſed rerum ſeuera explicatione compungeret. Neque enim quemquam, cum aſperius etiam obiurgaret, vocabat aut non obedientem, aut ſuperbum, aut inertem & pigrum, ſed quid cuique ineſſet vitij, re explanatiore oſtendebat. Sanandis morbis, qui ijdem omnino videbantur, diuerſas, interdum etiam aduerſas & contrarias adhibebat medicinas: nam alium blandè curabat, ac ſuauiter durè alium, & ſeuerè: exitus tamen oſtendebat, ſemper eam curationem fuiſſe adhibitam, quæ optima cuique eſſet, & accommodatiſſima.

Correptio bona caret conuitijs.

V. *Admiranda quorundam auſteritas inter precationes.*

Petr. Dam. in vita S. Dominici Loricati,

EXtenſio manuum in formam crucis inter precandum diſcipulis Petri Damiani admodũ vſitata erat. Habemus, inquit, quendam iuuenculum fratrem, qui confeſſus eſt, è capite vſq; ad

Precationes erectis, aut extenſis brachijs.

ad finem pſalterij eleuata ſe brachia tenere dū pſallit, ita vt laquear tabulatū cellulæ manibus ſæpe contingat: hac tamen diſcretione ſeruata, vt per quinquagenos pſalmos ad momentū brachia extenta deponat, & protinus erigat. Habemus & alterum prouectioris ætatis, incuruum videlicet ſenem, & vt ſecretè tibi confitear, hic Dominicus eſt. Is itaq; quandam ſcriptiunculam reperit, vbi dicebatur, quod ſi quis duodecim illic notatos pſalmos vicies quater erectis in modum crucis manibus caneret, pro vno poſſet anno pœnitentiam regulariter compenſare. Protinus ille in exercitium id, quod dicebatur, arripuit, & duodecim illos pſalmos extenſis brachijs, ſicut dictum eſt, vicies pater ſub nullo prorſus interuallo, ſed vno ductu quotidie decantabat.

VI. *S. Dominici rigor & auſteritas vitæ.*

Theodor. in vita S. Dominici.

Corporis dime beratio voluntaria Aīā purgatorij pœnis vinētium voluntarijs adiuuantur.

QVod ad catenam ferream attinet, S. Dominicus ordinis Prædicatorum parens ac fundator eam ſemper, vt ait Theodoricus in eius vita, ad lumbos habebat. Non autem ſat habuit vir Dei; perpetuis vigilijs carnem maceraſſe ſuam; ſed etiam, quam uis innocentem, & virgineam, multis verberibus, & caſtigationibus attriuit: ſingulis enim noctibus ter catena ferrea ſe flagellauit; primò pro ſe ipſo; tum propter peccatores in mundo degentes: tertiò pro animabus pœnas in purgatorio luentibus.

VII. *Qua ratione dæmon conatus ſit B. Franciſcum à flagellatione deterrere.*

D. Bona in vita Franci c. 5.

NOn eſt hoc loco ſilendus S. Franciſcus Aſſiſias, qui, vt de illo teſtatur D. Bonauentura, rigidus in diſciplina ſuper cuſtodiam ſuam ſtabat, curam permaximam gerens de vtriuſque hominis puritate ſeruanda. Cum apud eremum de Sarthiano nocte quadam orationi vacaret in cellula, vocauit eum hoſtis antiquus tertiò dicens: Franciſce, Franciſce, Franciſce. Cui, cum quid quæreret, reſpondiſſet, fallaciter ille ſubiungit: Nullus eſt in mundo peccator, cui, ſi conuerſus fuerit, non indulgeat Deus, ſed quicumque ſemetipſum pœnitentia dura necauerit, miſericordiam non inueniet in æternum. Statim vir Dei per reuelationem cognouit hoſtis fallaciam, quomodo niſus fuerit eum ad tepida reuocare. Nam hoc ſequens indicauit euentus: continuò enim poſt hoc ad inſufflationem illius, cuius halitus prunas ardere facit, grauis ipſum carnis tentatio apprehendit, quam vt præſenſit caſtitatis amator, depoſita veſte, chorda cœpit ſe verberare fortiſſimè: Eia, inquiēs, frater aſine, ſic te decet manere, ſic ſubire flagellum: tunica religioni deſeruit, ſanctitatis ſignaculum præfert; furari eam libidinoſo non licet, ſi quò vis pergere, perge: &c.

Diſciplinarū dæmon inuidus.

Tentationem carnis flagro propellit B. Franciſcus.

VIII. *Parcitas vitæ B. Philippi Nerei.*

Ex auſtere vita eius lat. Gretſer. li. 1. de diſciplinis.

Humi cubatio B. Philippi Nerei.

SVpradictis ſanctimonia præſtantibus viris adijciamus B. Patrē Philippū Nereium. Congregationis Oratorij fundatorem, qui, vt in vita eius ſcribitur, vitam complures annos eremiticam propemodum duxit, lacrymis ſe magis, quam pane reficiens; ſingulis diebus ſe flagellis quam acerrimè cædens: ſuper nudam humum cubans; ſimplicem panem cum pauculis nonnunquam oliuis, ſeu pomis ad cibum, & ſimplicem aquam ad potum adhibens.

IX. *Flagellatio B. P. Franciſci Xauerij, & flagellum quo vſus eſt, alijs ſalutare.*

Hor. Turſellin. li. 4 vita c. 6. & 9.

IDem flagellationis ſupplicium B. Patri noſtro Franciſco Xauerio frequens fuit; & flagellum, quo vſus eſt, etiam alijs ſalutare; de quo hoc in uita eius: Certis auctoribus compertū eſt, fla-

egreſſus es? hoc eſt, quis tibi ſcopus fuit, vt mundo renuntiares? Illud verò frequentiùs; Locutum fuiſſe ſæpe pœnituit, tacuiſſe nunquam.

IV. *De Godefrido Cluniacenſi monacho ſilentij obſeruantiſſimo.*

Ex lo Cuniacenſ Abb. Ba ro. to 10. an 936.

CIrca annum Domini 936. quid cuidam Fratri, qui cum Odone Abbate Cluniacẽſi Romam profectus erat, acciderit, annotare libet, non tam vt veſtræ induſtriæ innoteſcat, quam ne in obliuionem abeat, ſi non ſit literis commendatum. Permanente igitur Abbate intra Vrbem orationis cauſa, viſum omnibus fuit, vt frater noſter Godefridus in agrum mitteretur equorum paſtoribus inuigilaturus. Eadẽ nocte ſomno oppreſſis paſtoribus, & Godefrido in precibus vigilãte, fur adfuit, raptumq; conſcendit equum, & fugam inijt. Videbat id quidem Godefridus, ſed equum perdere maluit, quam frangere ſilentium ex regula conſtitutum: quod ſi rupiſſet, fur ille mox relicto equo, in pedes, nempe in fugam, ſe conieciſſet. Attamen vnum è paſtoribus excitans, id quod fiebat, ſignis ei indicabat. Nocte exacta; mane vident furem non procul remotum cum equo conſiſtere; itaq; comprehenſum illum iniectis vinculis ad Patrem Odonem remittunt. Is verò mox quinque ſolidos argenteos ei dari iubet, dicens: Fas non eſt abſque iuſta mercede dimittere, qui tota nocte magnos eſſet perpeſſus labores.

Silẽtium quãti faciendũ.

Iocus vrbanus in furem.

V. *Silentium in rebus diuinis non eſſe interrumpendum.*

Ex Ath. Ludou. Gra. cõc. 2. inſ 8 Epiph. p. 2.

D. Athanaſius de B. Antonio Ægyptio Abbate memorat, quod cum illi in deſerto agenti, ſemel aut bis in anno miniſter quidam panem, quo ſolo veſcebatur, afferret, ne ſimplici quidem verbo vltro citroque dato, quietem ſuam vir ſanctus interrumpere volebat; ne hac occaſione internum illud animæ ſuæ ſilentium & ſabbatum violaret.

VI. *B. Franciſci ſilentium inter preces.*

D. Bona. in vita eius.

DIuus etiam Franciſcus primus Fratrum Minorum parens, in ſolitudine montis Aluerniæ cum Deo vitam agens, ſocium admonebat, vt cum media nocte ad illum pergeret nocturnos cum eo hymnos recitaturus, nullum verbum proferret; ſed ſtatim verſiculũ inchoaret, [Domine labia mea aperies.] Quod ſi ſequentem verſiculi partem non redderet, abiret protinus.

VII. *Paulus cognomento ſimplex inſulſam interrogatiunculam ſilentio diluere iuſſus, per triennium non loquitur.*

In vitis Patrum par. 1.

CVm aliquando veniſſent ad B. Antonium eremitam fratres, magni quidam & perfecti viri, accidit etiam Paulum ſimplicem adeſſe. Cum ſermo inter eos de profundis rebus & myſticis haberetur, & de Prophetis & Saluatore plurima tractarẽtur, Paulus ex ſimplicitate animi interrogat: Num Chriſtus priùs fuerit, an Prophetę. Beatus verò Antonius cum pro eo quod tã abſurdè interrogaret, quaſi erubuiſſet, blando motu, vt erga ſimpliciores ſolebat, ſilere, atque abire eum iubet. Ille autem, tanquam pręceptum Dei ſeruare inſtituerat, abſcedéns ad cellulã, ſuaui tanquam mandato accepto, ſilentium gerere inſtituit. Quod cum comperiſſet Antonius, mirari admodũ cępit, vnde hæc illi obſiſtentia placuiſſet, quam à ſe ſciebat non eſſe ei iniunctam. Cumque iuſſiſſet eum loqui, & cur ſiluerit interrogaret, dicit ei Paulus: Tu, Pater dixiſti mihi, vt irem & ſilerem. Obſtupefactus Antonius, ita ab eo ſermonem, quem ille negligenter protulerat obſeruatum; Omnes, inquit, nos ille cõdemnat: Cum enim nos de cœlo Dominum nobis non audiamus loquentem, ab iſto qualiſcunque ſit ſermo, qui ex ore noſtro ceciderit, obſeruatur.

Interrogatiuncula ſimplicitatis.

Silẽtium triennale Pauli in pœnã acceptũ.

egreſſus es? hoc eſt, quis tibi ſcopus fuit, vt mundo renuntiares? Illud verò frequentiùs; Locutum fuiſſe ſæpe pœnituit, tacuiſſe nunquam.

IV. *De Godefrido Cluniacenſi monacho ſilentij obſeruantiſſimo.*

Ex lo Cluniacenſ Abb. ba ro. to 10. an 936.

CIrca annum Domini 936. quid cuidam Fratri, qui cum Odone Abbate Cluniacẽſi Romam profectus erat, acciderit, annotare libet, non tam vt veſtræ induſtriæ innoteſcat, quam ne in obliuionem abeat, ſi non ſit literis commendatum. Permanente igitur Abbate intra Vrbem orationis cauſa, viſum omnibus fuit, vt frater noſter Godefridus in agrum mitteretur equorum paſtoribus inuigilaturus. Eadẽ nocte ſomno oppreſſis paſtoribus, & Godefrido in precibus vigilãte, fur adfuit, raptumq; conſcendit equum, & fugam inijt. Videbat id quidem Godefridus, ſed equum perdere maluit, quam frangere ſilentium ex regula conſtitutum: quod ſi rupiſſet, fur ille mox relicto equo, in pedes, nempe in fugam, ſe conieciſſet. Attamen vnum è paſtoribus excitans, id quod fiebat, ſignis ei indicabat. Nocte exacta; mane vident furem non procul remotum cum equo conſiſtere; itaq; comprehenſum illum iniectis vinculis ad Patrem Odonem remittunt. Is verò mox quinque ſolidos argenteos ei dari iubet, dicens: Fas non eſt abſque iuſta mercede dimittere, qui tota nocte magnos eſſet perpeſſus labores.

Silẽtium quã ſit faciendũ.

Iocus vrbanus in furem.

V. *Silentium in rebus diuinis non eſſe interrumpendum.*

Ex Ath. Ludou. Gra. cõc. 2. inf 8 Epiph. p. 2.

D. Athanaſius de B. Antonio Ægyptio Abbate memorat, quod cum illi in deſerto agenti, ſemel aut bis in anno miniſter quidam panem, quo ſolo veſcebatur, afferret, ne ſimplici quidem verbo vltro citroque dato, quietem ſuam vir ſanctus interrumpere volebat; ne hac occaſione internum illud animæ ſuæ ſilentium & ſabbatum violaret.

VI. *B. Franciſci ſilentium inter preces.*

D. Bona. in vita eius.

DIuus etiam Franciſcus primus Fratrum Minorum parens, in ſolitudine montis Aluerniæ cum Deo vitam agens, ſocium admonebat, vt cum media nocte ad illum pergeret nocturnos cum eo hymnos recitaturus, nullum verbum proferret; ſed ſtatim verſiculũ inchoaret, [Domine labia mea aperies.] Quod ſi ſequentem verſiculi partem non redderet, abiret protinus.

VII. *Paulus cognomento ſimplex inſulſam interrogatiunculam ſilentio diluere iuſſus, per triennium non loquitur.*

In vitis Patrum par. 1.

CVm aliquando veniſſent ad B. Antonium eremitam fratres, magni quidam & perfecti viri, accidit etiam Paulum ſimplicem adeſſe. Cum ſermo inter eos de profundis rebus & myſticis haberetur, & de Prophetis & Saluatore plurima tractarẽtur, Paulus ex ſimplicitate animi interrogat: Num Chriſtus priùs fuerit, an Prophetę. Beatus verò Antonius cum pro eo quod tã abſurdè interrogaret, quaſi erubuiſſet, blando motu, vt erga ſimpliciores ſolebat, ſilere, atque abire eum iubet. Ille autem, tanquam pręceptum Dei ſeruare inſtituerat, abſcedẽns ad cellulã, ſuaui tanquam mandato accepto, ſilentium gerere inſtituit. Quod cum comperiſſet Antonius, mirari admodũ cępit, vnde hæc illi obſiſtentia placuiſſet, quam à ſe ſciebat non eſſe ei iniunctam. Cumque iuſſiſſet eum loqui, & cur ſiluerit interrogaret, dicit ei Paulus: Tu, Pater dixiſti mihi, vt irem & ſilerem. Obſtupefactus Antonius, ita ab eo ſermonem, quem ille negligenter protulerat obſeruatum; Omnes, inquit, nos ille cõdemnat: Cum enim nos de cœlo Dominum nobis non audiamus loquentem, ab iſto qualiſcunque ſit ſermo, qui ex ore noſtro ceciderit, obſeruatur.

Interrogatiuſcula ſimpliciuſcula.

Silẽtium triennale Pauli in pœnã delicti.

VIII. *S. Romualdus ſeptennium totum, ſilentium ſeruauit.*

Ex Petro Damiano Su.19. Iunij. *Silentijs ſeptenni fructus.*

S. Romualdus anachoreta, Camalduleniium monachorum Pater, teſte Petro Damiano Cardinali ſeptē annos continuos ab omni hominum conſuetudine anguſto in monte Syriæ ſecluſus, in ſumma auſteritate uixit, prorſus ut Pythagorico quodam ſilentio ſibi indicto, mente ac cogitatione aſſidua in cœlis degeret, & quaſi mortalitatis ergaſtulo planè ſolutus omnes corporis neceſſitates deſpiceret; unde ſpiritualem pſalmorum intelligentiam promeruit.

IX. *De virtute ſilentij in incendio monaſterij Aſſligenienſis demonſtrata.*

Tho. Cātipr. S. Tho. aqualis, l. 2. de Apib c.13. §.4. *Radulphus tacens dictus eſt. Silentij 16. an. virtus.*

QVantæ autem uirtutis ſilentium ſit, hoc exemplo manifeſtiſſimo demonſtrabo. Haffligenium monaſterium ordinis S. Benedicti in Brabātia, religione probatiſſimū eſt, & in charitate præcipuū. In hoc cœnobio monachus erat ita ſilentio deditus, quod infra ſedecim annos ab ore eius, nec una uerbi ſyllaba per tantū temporis audiretur. Contigit autē, ſicut à monachis ibidē audiuimus, ut in clauſtro grauiſſimū ignis incendium graſſaretur. Tūc idem monachus, uidens humanū auxilium non ualere, mox ſe contulit ad diuinum, oranſq; paululū in ſilentio, linguam diu mutam in hæc uerba laxauit. Stes ignis hac hora: flamma penitus cōquieſcas. Mira res! uim uirtutis ſuæ oblitus eſt ignis, ſtetitq; in uerbo uiri ſancti, & flamma *protinus eſt extincta.

Ignis obedit ſilentiario **al. imp. penitus.*

X. *Mirabilis ſilentij diſciplina.*

Alius ſilentij effectus.

IN illo Tabennēſi monaſterio, quod in eremo Scythico poſitum erat, Amos Abbas mille quingentis monachis præfuiſſe dicitur. Et cum tot eſſent, horis quibus ſilentium indictum erat, ſæpenumero aduenæ locum illum adeuntes, neminem ibi adeſſe putauerunt, donec interius ingreſſi, illos vel orantes, vel aliud in cellulis ſuis agentes cernerent. Sancti periculum oris notant, hinc tantam ſemper ſilentij fræno curam eius habebant. Ideo rectè Apoſtolus; Si quis pūtat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, huius vana eſt religio. *Iac. 1.*

XI. *Qua ratione Iuniperus S. Franciſci diſcipulus ſilentium didicerit.*

P. Iulius Mazaren. in Pſ. 50 Iuniperi ſilentium.

IVnipetus ſancti Franciſci diſcipulus ſilentij virtutem paulatim adipiſcebatur ſancta fraude ſe ipſe eludens, & abſtinens à colloquijs, die vno in honorem Patris, alio in honorem filij alio Spiritus ſancti; alio item B. Mariæ Virginis, ac conſequenter alijs diebus in honorem alicuius ſancti.

XII. *Quanti apud Deum ſilentij cuſtodia.*

Diſtinct. 4 c. 37. ex Vinc. l 24. Spi. hiſt. c. 60

IN ſpeculo hiſtoriali ſcribitur de duobus monachis Cluniacenſibus, qui capti à militibus quibuſdam ferocibus ac barbaris noctu, ſilentij tempore vexati, ligati ſilentium retinuerunt. Poſtea, orationibus nondum expletis, ſuperuenit. Dux eorum, intelligens eos loqui noluiſſe, irruit eques in eos infeſto conto, mortis metum incutiens, militibus cæteris ſpectatoribus applaudentibus. Illi conſtantes animo & corpore perſtiterunt amore ſtudioq; ſanctæ regulæ obſeruandæ. Cumque ille barbarus magis appropinquaret, phaleratus equus, cui inſidebat, in obliquū reſiluit, ſeſſorem in terram ſtrauit, & colliſit: febris ſecuta eſt lethalis: miſerunt ſortes, vnus pro Duce necaretur, quæ in viros Dei numquam ceciderūt. Itaque obſtupeſcentes liberos dimiſerunt. Ecce quomodo Deus cuſtodit accuratos ſilentij cuſtodes.

Sortes à Deo diriguntur.

XIII. *Vt dæmon ſit mali ſilentij auctor.*

Pet. Damia. li. 6. epiſt. 21.

SVbijciam exemplum illuſtre ex B. Petro Damiano Cardinale in epiſtola ad Damianum nepotē. Hildebrandus Romanæ Eccleſiæ Archidiaconus,

Regina

Regina Adelhaide & Ramaldo, Cumano Epiſcopo præſentibus; Duos, inquit, ſanctos monachos vidi, & non mediocrem apud eos locum familiaritatis obtinui, qui nimirum ſingulis morabantur in cellulis apud monaſteriū, quod in loco conſtructum eſt, qui dicitur Aquiſgrani, quorum videlicet alter, qui maioris videbatur eſſe ſimplicitatis, Marinus: alter autem Romanus vocabatur proprio nomine. Sed Marinus, vix vlla dies erat, in qua diabolum, vel per ſpeciem aliquam non aſpiceret, vel per ſomnium non audiret, adeo vt antiquus hoſtis ſibi ſæpe compſalleret, ſimulque cum eo diuinæ laudis officia celebraret, aliquando vero tenebrarum auctor ſe transfiguraret in angelum lucis, eique quaſi legem dictando mandauit. Caue, inquit; quia angelum Dei & aſpicere & alloqui meruiſti, indignum eſt, vt de cætero cum hominibus loquaris. Protinus ille, tanquam mandatum diuinitus accepiſſet, à fratrum ſe funditus collocutione remouit, ſeque ſub rigida ſilentij cenſura cōſtrinxit. Cui cum frater Romanus primo, deinde Abbas monaſterij, vt ſibi loqueretur, vehementer inſiſteret, & ille prædantis labijs (verbum) non mitteret, Abbas fores cellulę violenter irrumpens, dignis indiſcretum fratrem verberibus caſtigauit, & ſic ad reddendum ſermonis officium compulit. Cui mox admonendo ſubiunxit: Idcirco, inquit, antiquus aduerſarius bonorum ſemper operum inimicus, ſilentium tibi tentauit imponere, vt & tu fructum fraternæ ædificationis amitteres; & illi qui à te ſubleuandi erant, tuæ conſolationis auxilium non haberent. Sic itaque frater, quia non malitia, ſed ex ſimplicitate peccauerat, ad mentem quantocius redijt, & contempta ſuggeſtione diaboli, admonitionibus pij Patris humiliter acquieuit.

Marino monacho ſilētij legem imponit diabolus

Dæmoni nunquā parendū

Silentiū cur imponat dæmon.

XIV. *Ludouici Gonzagæ adhuc adoleſcentis in domo paterna degentis diſciplinę ac mortificationes variæ.*

Mira ſunt, quę de B. Ludouico Gōzaga Marchionis Caſtilionenſis filio, uix tredecim annorū adoleſcente, memoriæ prodidit P. Virgilius Ceparius. Poſtquam enim de ſumma abſtinentia, parſimonia, & in ieiunijs frequentandis & continuandis aſſiduitate, uel potiùs perpetuitate uerba faceret, hæc ſubijcit; Dum hæc uſq; rigida abſtinentia, alias corporis afflictationes & aſperitates iūgebat, quia ut minimū tribus per hebdomadam uicibus diſciplinarum flagris, uſq; ad ſanguinis effuſionem ſeſe cędebat. Poſtremis annis; quibus in ſæculo uixit, quotidie diſciplinam faciebat, & nouiſſimo quidem tempore, ante ingreſſum in Societatem Ieſu, ternas intra diem & noctem, non ſine uberi profuſione ſanguinis. Cùmque initio careret diſciplina, verberabat ſeloris, quibus colligantur canes venatici, in ædibus forte fortuna repertis: interdum funiculis; &, vt alij affirmant, catena ferrea illum ſæpe famuli à cubiculo, diſciplinæ operam dantem poſitis humi genibus deprehenderunt: & cum ſternerent lectū, reperęrunt ſub puluino abdita flagella ex funibus contexta, quibus à ſe pœnas exigebat. Sæpe accidit, vt induſia eius monſtrarentur Marchioniſſæ Matri ob diſciplinas ſanguine penitus infecta. Non rarò fragmentum aſſerit, aut alterius ligni ponebat in lecto ſub linteaminibus, vt quietem ſibi duriorem efficeret. Et ſi quando cilicio indutus non eſſet, vice cilicij ad nudam carnem ferebat præacutas calcarium ſtellulas, quæ delicatæ illi carni impreſſæ immenſum cruciatum afferebant.

Lib 1 de vita Ludouici Gōzaga.

XV. *Ob exiguū & inuolūtariū ſtrepitū quantā pęnitētiā egerit S. Lāb. eps.*

Non eſt hoc loco prætermittēdum, quid pœnarum Lambertus ex Epi-

Steph. Epiſ. Leod.

in vita S. Lambert. Epi. mart. c. 10. apud Su. 17. Septembr.

Epiſcopo Tungrenſi monachus, & martyr ſanctiſſimus paſſus ſit ob ſilentium per ſtrepitum caſu minimè voluntario violatum, turbatamque dormitorij quietem. Paucioribus rem geſtam narro. Quieſcentibus fratribus in communi dormitorio, ſurgenti Lamberto clam ad orationem lapſus eſt calceus alter è manibus: qui feriens pauimentum turbauit quietem fratrum, & Abbatem excitauit. Hic nihil ſciſcitatus; Quiſquis, inquit, ille fuerit, cuius culpa fraternitas turbata eſt, pro conſuetudine noſtra ſe conferat ad crucem. (Erat autem Crux pœnitentiæ locus frigori expoſitus ſimilis carceri Climaci) Lambertus promptè properauit ad Crucem tantum cilicio indutus in nocte gelidiſſima, ac multa glacie ac niue aſperrima. Nec inde diſceſſit, donec reuocatus eſt ab Abbate, qui mane facto circumſpiciens ante caminum circumſtantes fratres, animaduertit Epiſcopum non adeſſe. Venit ſplendenti facie, propinquat ad ignem. Abbas petit veniam. Reſpondit ille: Nihil in me peccaſtis, quod ego vobis condonare debeam. Seuera monaſterij diſciplina; magna Lamberti virtus, nobis imitanda.

Io. Climac. g. 5 Humilitas & obediētia S. Lamberti.

XVI. *Non licere monachis loqui cum extraneis ſine facultate Superioris.*

Baro. tom. 11. Annal. an. 1041. ex Longino.

HOc olim tempore Odilonis Abbatis in monaſterio Clunciacenſi obſeruabatur. Nam, vt narrat Longinus rerum Polonicarum ſcriptor apud Cardinal. Baronium, cum Legati regni Poloniæ ad monaſterium acceſſiſſent, vt conuenirent & alloquerentur de rebus grauiſſimis Caſimirum monachum, Regem quondam Poloniæ natum, non id ſine conſenſu Abbatis impetrare potuerunt.

TIT. LXXXI. De ſpiritualibus colloquijs religioſorum.

EXEMPL. I. *Machetes Abbas inter ſpirituales collationes numquam dormiebat, inter terrenas verò fabulas ſtatim obdormiebat.*

Caſſian. l. 5. Inſtitut. c. 29.

CAſſianus lib. 5. Inſtitutionum monaſticarum, de Abbate Machete ſic ſcribit: Vidimus, inquit, ſenem Machetem nomine, à turbis fratrum eminus, commorantem, hanc à Domino gratiam diuinitus precibus impetraſſe, vt quotquot diebus ac noctibus agitaretur collatio ſpiritalis, numquam ſomni corpore penitus laxaretur: Si quis verò detractionis verbum ſeu otioſum tentaſſet inferre, in ſomnum protinus concidebat, nec vſque ad aurium quidem eius pollutionem virus obloquij poterat peruenire.

II. *Docet diabolum eſſe fautorem otioſarum fabularum.*

Idem ib. cap. 31.

HOc idem ſenex otioſarum fabularum diabolum eſſe fautorem, ac ſpiritualium collationum impugnatorem ſemper exiſtere, his declarauit indicijs. Nam cum fratribus quibuſdam de rebus neceſſarijs ac ſpiritualibus diſputaret, eoſque videret lethæo quodam ſopore demergi, nec poſſe ab oculis ſuis pondus ſomni depellere, otioſam repente fabulam introduxit. Ad cuius oblectationem cum eos euigilaſſe confeſtim, atque erectas aures ſuas habere vidiſſet, ingemiſcens ait: Nunc vſque de ſpiritualibus loquebamur, & omnium veſtrum oculi lethali dormitatione deprimebantur: At cum otioſa fabula intromiſſa eſt, omnes expergefacti torporem ſomni dominantis excuſſimus. Vel ex hoc ergo perpendite, quiſnam collationis illius ſpiritalis fuerit impugnator, aut quis huius infructuoſæ atque carnalis inſinuator exiſtat. Ille etenim eſſe maniſeſtiſſimè deprehendetur; qui malis ad gaudens, vel iſtam fouere, vel illam impugnare non deſinit.

Fabularum oblectatio.

III. An-

III. *Angeli delectantur colloquijs ſanctis.*

Ex Vit. Pat. Vitæ Patrum referunt, quendam magnum virum gratiam à Deo obtinuiſſe, vt in colloquijs pijs fratrũ, quæ de ſacris ſcripturis habebantur, videret ſanctos Angelos aſtantes, & plurimũ ſe colloquijs illius oblectantes: Cum autem aliud quiduis loquerentur, ſtatim ſancti Angeli recedebant longiùs. Veniebant autem porci ſordidiſſimi, & volutabant ſe inter eos: Dæmones enim in ſpecie porcorum delectabãtur eorum vaniloquijs. Beatus autem ſenior hæc videns commonebat per monaſteria fratres, dicens: Cohibete à multiloquio, & ab otioſis ſermonibus, linguam, per quã malus interitus animæ generatur. *Vaniloquia dæmonum ſunt delitia.*

IV. *Verba riſum mouentia incautè vſurpata expiantur purgatorio & ſilentio.*

Li. 26. ſpec. hiſ. c. 5. Vincentius Belluacen. in ſpeculo hiſt. refert, Durannum quendam ex Abbate Epiſcopum Tholoſanum, virum cętero quin pium & diligentem, idcirco in purgatorijs pœnis aliquamdiu detentum, quod ſæpius verba riſum mouentia incautè vſurpaſſet, indeque tandem ſeptem fratrum monachorum ſilentio ad ſeptem dies continuato fuiſſe ereptum. *Purgatorij pœna.*

V. *Nugacitas & loquacitas puniuntur.*

Io Clim. de obedientia grad. 4. Expulſus eſt aliquando à P. Ioanne Climaco è monaſterio vnus ex Fratribus, qui apum proximum ſuum, vt nugis & loquacitati deditum criminatus fuerat. Qui ad monaſterij ianuam ſeptem dies perſeuerans orabat vt ingreſſu, ſimul & venia potiri. Qđ cum didiciſſet ſtudioſus animarum cuſtos nihilque omnino ſex illis diebus illum comediſſe exploraſſet, hoc illi denuntiat, vt ſi habitare omnino in monaſterio vellet, ſtatuendum ſe ſciret in pœnitentium ordine. Cum igitur hoc libenter amplecteretur pœnitens, iubet eum Paſtor ad ſeparatum, peccata lugentibus monaſterium deduci, quod & factum eſt.

VI. *Remedium murmurationis.*

Quidam murmurabat corã B. Ægidio diſcipulo S. Franciſci Aſſiſinate, cui ipſe dixit: Frater mi, quanto plus murmuras, eo magis te oneras: & quanto humiliùs ſubmiſeris caput tuum obedientiæ ſanctę, tanto leuiùs, & ſuauiùs erit tibi. Tu non vis vituperari in hoc ſæculo, & vis honorari in alio? non vis maledici, & vis benedici? nõ vis laborare, & vis quieſcere? *Pet. Radulphius li. 1 conform. S. Frãciſci*

VII. *Colloquia ſancta B. Martini cum Maximo Imperatore.*

Maximus Imperator Martinum ſæpius euocatum receptumque intra palatium venerabiliter honorabat. Totus illi cum eo ſermo de præſentibus, de futuris, dę fidelium gloria, de æternitate Sanctorum: cum interim diebus ac noctibus de ore Martini Regina pendebat, Euangelico illo non inferior exemplo, pedes ſancti fletu rigabat, crine tergebat, &c. Hinc habes mirabile B. Martini donum de ſpiritualibus agendi. *Sulp. Seuerus Bituricẽſis Dial. 2. d S. Martin. c. 7.* *Reginæ humilitas.*

VIII. *Colloquia eiuſdem S. Martini cum Sulpicio Seuero.*

Ad videndum B. Martinum, virtutum eius fama permotus aliquando peregrinatus eſt Sulpicius Seuerus, benigneque ab eo ſuſceptus. Sermo autem illius, inquit Sulpicius, non alius apud nos fuit quam mundi huius illecebras, & ſeculi onera relinquenda; vt Dominum Ieſum liberi, expeditique ſequeremur: præſtantiſſimumq; nobis præſentium temporum illuſtris viri Paulini exemplum ingerebat, qui sũmis opibus abiectis Chriſtum ſecutus, ſolus pene his temporibus Euangelica præcepta compleſſet; illum nobis ſequendum, illum clamabat imitandum. *Sulpicius Seuer. in lib. de vita S. Martini c. 6.* *S Paulinus imitãdus proponitur.*

IX. In-

IX. *Induſtria B. Nili inducendi colloquia pia.*

E vita b. Nili in Bar. t. 10 an. 976.

LAudabilis & imitatione digna fuit induſtria B. Nili iunioris, qui videns Principes viros Græcorum Imperatoris miniſtros ad ſe venientes, ac vana colloquia metuẽs, præmiſſa oratione librum aperuit ſpiritualem, quẽ præ manibus habebat; locumq; idoneum nactus, illis poſt ſalutationem legendum præbuit. Qui cum perueniſſent ad locum, vbi dicebatur; ex decem millibus vix vnam animam reperiri, quæ ſaluaretur, admirari cęperũt; & Nilus inde ſumpta occaſione, tam multa, tamque appoſitè, & familiariter dixit, vt illi ſuſpirare cœperint, ac dicere: Vę nobis peccatorib. et miſeris.

Saluandorũ paucitas.

X. *Macarius pio & lepido ſermone ædificat comites.*

Pal. hiſt. Lauſ. c. 19.

MAcarius Alexandrinus opportune ſermonem ſpiritualem introduxit, quum vnà cum altero Macario Aegyptio traijceret Nilum pontone Maximo. Vehebantur Tribuni duo cum magno fauſtu & comitatu; quorum alterum duos monachos pannoſos, & in angulo ſedentes intuitus dixit ad ipſos. Beati eſtis vos, qui mundum illuditis. Reſpondens autem Macarius, qui erat vrbanus, dixit ad eos: Nos quidem mundum illuſimus; vos autem illuſit mundus. Scias autem te, non tua ſponte hoc dixiſſe, ſed prophetice: Ambo enim vocamur Macarij, & hoc eſt, beati.

Superbis & ambitioſis mũdus illudit.

XI. *S. Franciſcus opportuno ſermone liberat à morte repentina.*

Marcel. in Chro. S. Franc. lib. 2.

SAnctus Frãciſcus Aſſiſius tanta ſublimitate ſermonis diſſerere cępit de rebus diuinis aliquando in menſa, vt beatã Claram, & multos fratres, quos tunc habebat compranſores, in extaſim abduxerit. Et alia in menſa militem conuiuij præbitorem, ad peccata per confeſſionem expianda in ea ipſa cõuiuij domo ante menſam induxit; ne morte repentina, qua initio prandij fuit oppreſſus, imparatus moreretur.

XII. *B. Philippus Nereius pijs colloquijs peccantem proximum emẽdat.*

BEatus Philippus Nereius adhuc adoleſcens, in itinere ſollicitatus ad ſtuprum à perditis hominibus, vt etiam quõdam S. Bernardinus Senenſis; nõ vt ille lapidibus abegit, ſed ſermone de rebus diuinis, deque peccatorum turpitudine mãſuefactos, atq; ad ſaniorẽ mẽtẽ reuocatos à ſe dimiſit.

Anton. Gall. li. 1. vita b. Phil. Nerei.

In vita Bernardini c. 3.

XIII. *Quales debeant eſſe ſermones in ægrotorum viſitationibus.*

PAter Franciſcus Borgia, tertius Societ. noſtræ Præpoſ. Generalis, hoc nos ſuo docuit exemplo: Cum enim inuiſeret in Hiſpania fœminas nobiliſſimas ac primarias ſibi cognatione ſanguinis coniunctas, agebat cum illis familiariter de ſalute animarum ipſarum, de bona familiæ gubernatione, & populorum ſubiectorum: Societatis inſtitutum & finem explicabat. Quibus ſermonibus Societatis noſtræ cupidæ & amãtes reddebantur. Idem Franciſcus cum fieret Societatis Ieſu, in priore congreſſu cum Carolo V. Imperatore, qui ſub finem vitæ ſeceſſerat in cœnobium quoddam agri Placentini in Hiſpania, reddidit ei vitæ mutatæ rationem: In poſteriore, de animæ ipſius ſalute, qui ſe ad mortem cõparabat, & de aſceticis frequentem ſermonem habuit.

Ribadeneira li. 2. vita eius c. 6.

Idem li. 11. et 14.

XIV. *In itinere iucundiſſimum de rebus ſpiritualibus agere.*

B. Franciſcus Xauerius iter faciens, tam peritè iucundèq; de cęleſtib. orbibus, aſtrorumq; motibus (referẽs eam diſputationem ad Dei metum & cultum) apud Iaponios diſſerebat, vt vulgo dictitarent, Xauerio comite Iaponiam totam, ſine vlli laboris ſenſu poſſe peragrari; adeo comitas eius pro vehiculo comitibus erat, vt eos ſibi, Deoque obnoxios faceret.

Horatij Turſell. de vita eius lib. 6. c. 11.

TIT.

TIT. LXXXII. De vita ſolitaria monachorum.

EXEMPL. I. *Quo ſigno Ioannes Silentiarius Epiſcopus in ſolitudinem ductus.*

Cyril. in vita. ca. 26 apud Sur. to 6. & Baro. t 6. ann. 491. IOannes dictus Silentiarius, Coloniç in Armenia Antiſtes, vir diuinus, cũ tranſegiſſet iam decẽ annos in Ep̃atu, accidit, vt maritus ſororis eius, qui vocabatur Paſinicus, Armeniorum haberet adminiſtrationẽ: hic inſtinctu ſatanico cœpit damno afficere & cõturbare eã, quæ illi reddita fuerat eccleſiã; his quidam qui eã adminiſtrabant nõ permittens, vt eccleſiaſticarum rerum curã gererent: eos autem qui intra eius fines confugiebant, vi auellẽs, & eius aſyli ſoluens ac violans. Qui cũ ſæpe rogaretur à ſeruo Dei, euadebat deterior, Maria eius ſorore iam mortua. Cũ aũt ex eo vir iuſtus in grauiſſimam incidiſſet afflictionẽ, cogitur venire Cõſtantinopolim. Cũ verò illic eſſet, Euphemius eius loci Ep̃s cõſilium Deo gratum dedit, nempe vt in ſanctã ſecedat ciuitatẽ, & per ſe quieſcat ab oĩbus huius vitæ negotijs. *Peregrinatio in ciuitatẽ Hieruſalem.* Itaque cum Hieroſolymã veniſſet, magno animi dolore affectus rogauit Deũ cũ lacrymis, vt duceretur in locum ſibi gratũ, & quietum & aptum ad ſalutem conſequendam. Poſtq̃ autem in primo ſanctæ ciuitatis Gerocomio, ĩ quo eſt Oratoriũ S. Georgij martyris, venerandus Pater in fundendis noctu ad Deũ precibus verſans longo tp̃e, cum vnus ex oĩbus ſolus impluuium cælum aſpexiſſet, aſpicit repente ſtellam lucis, quæ habebat figuram crucis & ad ipſum veniebat: & audiuit vocem ex illa luce dicentem: Si vis eſſe saluus, ſequere hanc lucem. *Stella miraculoſa.* Is autem cum credidiſſet, protinus eſt egreſſus, & illam lucem ſecutus, venit in maximã Lauram Patris noſtri Sabæ, cum eo tempore eſſet Hieroſolymitanæ eccleſiæ Pontifex Salluſtius.

II. *Arſenius viam ſalutis inuenit declinando à mundo.*

QVanti aũt profectus ſit, quantęq; vtilitatis Chriſti ſeruis ipſa ſolitariæ vitæ obſeruatio, locupletiſſimus teſtis eſt Arſenius, cuius diſciplinæ Theodoſius Imperator filios ſuos Honorium & Arcadium commiſerat. Etenim anteq̃ religionem iniiſſet, rogaſſe dr̃ ſibi à Dño reuelari, qua potiſſimùm ratione ſaluari poſſet? reſponſum accepiſſe, vti conſortia hominum præcipuè ſecularium declinaret. Factus verò monachus, inter precandum rurſus vocem audiuit dicentis: Arſeni, fuge, tace, quieſce: vt. ſ. deuitaret fuga, frequentiã; taciturnitate, iactantiam; quiete, fluxarum atque fragiliũ rerum ſollicitudinem. *Solitudo diuinitus imperata Arſenio.* Proinde ſecedẽs in partes Syriæ, eo loci, qui Troen dr̃, ſedit ſolitarius annos quadraginta. Deinde in deſerto vaſtiore vltra Babylonem, Memphim verſus, annos decem. Poſtea ad Canopum Alexandriæ annos tres, Rurſus Troe annos duos: ſicque peracto vitæ curſu nonagenarius terram reliquit, & ad Dominum migrauit, bonis cęleſtibus ſemper fruiturus.

III. *Corde toto fugiens conſortia hominum viſitatur ab Angelis, & feræ ac volucres ſunt ci ſolatio.*

AD S. Guthlacum Confeſſorem inhabitãtem horridam inſulam circa Angliam, cuiuſcumq; generis aues eremi alacriter accedebant vocatę. Illæ verò eius humeris familiariter inſidentes quodam gratulationis applauſu ſancti viri humanitatem prædicare videbantur. *In vita eius à vetuſto auctore apud Su. to 2. Ap. 11.* Cumq; ab illo ſciſcitaret vir quidam, vnde eſſet tanta illarum auium confidentia, & intrepida apud ipſum habitatio? Reſpondit: Qui toto corde fugit conſortia hominum, ei non ſolum ferę, & volucres, ſed cętera quoque omnia, ſolatio ſunt, atque ei inſuper numquam deerit blanda conſolatio Angelorum. *Aues ſãctis viris facta cicures. Angeli ſolitarijs ſunt ſolatio.*

IV. Mal-

IV. *Malchi conſeruatio in vita ſolitaria.*

D. Hier. ĩ vita eius.

MAlchus ex vico Marouia Antiochiæ propinquo oriundus, nuptias fugiens in ſolitudinem Chalcidenſium venit,& cum monachis vixit ſub Valentiniano Imper.& Gratiano. Mortuo tandem patre, ad ſuos redire volens, à Saracenis capitur, & paſcendis ouibus præficitur. Cum autem domino ſuo liberaliter ſeruiuiſſet, ſeruā matrimonio ſibi iungere coactus mortem ſibijpſi conſciuiſſet, niſi ab illa voto communi caſtitatis ſuſcepto ſeruatus fuiſſet. Poſtea ſubreptis duobus hircis eximijs, ex pellibus vtres confecit, & fluuium tranauit. Inſequente domino, in ſpecum leænæ ſeſe immiſit, quæ & Malchum ſeruauit, & dominum occidit. Inde ad monachos, à quibus abierat, reuerſus, reliquum cū illis vitæ ſpatium exegit.

Leana nocētem occidit, parcit innocenti.

V. *Vita Iuliani Sabæ in deſerto, & virtus orationis eius.*

Theodo. hiſ. Eccl. l. 3. c. 24. Sozo. l. c. 14.

IVlianus Saba, corpore expertium vitam intra Corpus referens, circa Edeſſam Syriæ vrbem ſub Conſtantio vixit: ille ſtudioſiùs deprecabatur Deū conditorem omnium, cum cognouiſſet interminationes Iuliani Apoſtatæ. Eo autem ipſo die, quo cæſus fuit Iulianus, reſciuit inter preces cecidiſſe; quamuis pluſquā viginti ſtatiuis exercitus abeſſet ab illo loco, in quo vacabat curis pietatis Saba. Aiunt autem deprecantem ipſum cum lacrymis, & ſupplicantem clementi Domino, ſubito repreſſo fletu, lætitiæ repletum et vultu hilari fuiſſe, quo gaudium mentis facile declararetur. Hac eius familiares mutatione notata orant, vt exponat ſibi occaſionem gaudii. Tum ille reſpondit: Suem agreſtem, vaſtatorem vineæ Domini, pœnas exoluiſſe iniuriarum erga Dominum ſuarum, & nunc iacere mortuum, neque ampliùs ab eius inſidijs metuendum eſſe. His auditis exiliere omnes, & gratiarum actiones cecinere Deo. Cognitum autem fuit ex nuntijs mortis illius, eo ipſo die ac hora extinctum fugitiuum iſtum fuiſſe, quo hoc accidiſſe ſenex cognouerat atq; prædixerat.

Prophetia Spiritus in Iuliano Saba.

TIT. LXXXIII. Clauſura monaſtica.

EXEMP. I. *Clauſura perpetua.*

IN Thebaide monaſterium eſt, in quod ingreſſis nunquam licet egredi; quandoquidem nulla re ibi extranea eſt opus: quaſi mundus totus ſit in eo. Nam ampliſſimis ſpatijs eſt circumſeptum, muro circūdatum; in eo habitantibus larga præbentur habitacula, intrinſecus putei plures, horti irrigui, in eiſque pomorum, arborumq; quaſi paradiſi; adſunt quæcunq; neceſſaria humanis vſibus ſat, ſuperque. Ingreſſis nulla ſupereſt neceſſitas aliunde aliquid quærere: hoſpitalitas ſeruatur in ipſis ianuis extructis ædibus; ſed hoſpitibus nulla datur ingrediendi facultas. Lege.n.cautum eſt, ne ſemel ingreſſi egredi poſſint, eaque lex tenaciſſimè ſeruatur ſpōte, non vlla neceſſitate.

II. *Deus ſeruantes clauſuras ſeruat miraculosè.*

QVid hac de re apud Marciniacenſes ſanctiſſimas moniales acciderit admiratione dignum hic deſcribēdum. Moniales Marciniacenſes clauſtro ſalutari concluſæ, & (vt ſic dicam) vitali obruptæ ſepultura, pro præſenti coarctatione ſempiternam latitudinem, pro ſepulchro beatam reſurrectionem expectant. Vnde potiùs mori, quam egredi, ante occumbere quā limen deſignati hoſtij tranſgredi elegerunt. Quod tunc apparuit quando in circumpoſitis villæ domibus caſu, quodam tempore, ignis exarſit. Ferebantur in ſublime globi flammarum, & exuſtis circumquaq; omnibus domibus ſanctarum illarum habitaculis appropinquabant. Tollitur in altum cla-

S. Petrus venerabilis lib. 1. de miraculis ca. 22.

clamor populi, ne ſacræ domus comburerentur, magis quam de proprijs damnis ſolliciti. Fit concurſus omnium ad muri eas ambientis propugnacula, & ſuper domorum tecta conſcendentes totis viribus obuiam ire ignibus parant. Arentem materiam quam ſuper inueniunt, longè proijciunt, conuectam certatim aquã flammis inijciunt: nihil qđ ad igneam vim repellẽdam poſſit valere, intentatum dimittunt. Sed nequicquam. Aer enim vento commotus multiplicatas vires ignibus dabat, & fumum flammeo vapore admixtum vultibus atque oculis defenſantium inferens, ne defenderent, prohibebat. Cumq; aliquam diu reſtitiſſent, victi tandem violento elementorum cõflictu; tecta relinquunt, & ſe paſſim ad terram præcipitantes, non iam domos, ſed propria corpora ſaluare contendunt. At ignis obſtaculo remoto liberè omnia peruagatur & partem ædificiorum ſibi propinquiorem inuadens, horriſono ſtrepitu maximas lignorum moles cõſumit. Tum verò luctuoſa vniuerſorum vox confuſo clamore omnia replet & totius ignari conſilij nihil niſi extremum ancillarum Dei exitum præſtolantur. Erat tũc forte in loco, Lugdunenſis eccleſiæ Archiepiſcopus venerabilis Hugo multa morum probitate & religioſa conuerſatione, à domino Papa Vrbano cũctarum ferme Galliarum conſtitutus Legatus, ad quem velut ad patrem omnes confugiunt, & (vt in perturbatis rebus fieri ſolet) anxiè ab eo conſilium expoſcunt. Precantur præcipuè vt incluſis ſanctis mulieribus exitum perſuadeat, neq; tantum ouium Chriſti gregem ignibus paſtor perire permittat. Motus Archiepiſcopus curſim clauſtrum ingreditur, omneſque ſub celeritate congregans, ſumma induſtria, vt periculo cedant, hortatur. Cumque illæ omnino renuerent: & prius ſe mori, quã propoſitum infringere conſtanter affirmarent, ait Epiſcopus: Auctoritate B. Petri & Domini

Incendij hypotypoſis.

Venerabilis Hugonis Archiepiſcopi Lugdunenſis Laus.

Papæ, cuius vice fungor, atque ex Abbatis veſtri obedientia vobis præcipio, vt ad præſens hinc exeatis, neque vos cum habitaculis veſtris hic incendio concremari ſinatis. Ad hæc quædam maximæ nobilitatis & conuerſationis Guiſſa nomine, quam & ipſe multoties vidi, ſpiritu & fide ſuccenſa, reſpondit: Nos, pater, timor Dei & præceptum Abbatis noſtri, vt ignem æternũ euadere poſſemus, infra hos, quos cernis, limites vſque ad mortem permanſuras incluſit. Vnde nullo pacto fieri poteſt, vt aliqua neceſſitate præfixos nobis pœnitentiæ terminos ſaltem pedis paſſu tranſgrediamur, niſi ab illo, qui in nomine Domini in hoc nos incluſit loco, ſoluamur. Noli ergo Domine, ſi placet, hoc iniũgere, quod nobis agere non licet: ſed ſicut nos ignem præcipis fugere: ita magis igni, vt à nobis fugiat, virtute Chriſti Domini noſtri armatus iniunge. Ad quã mulieris fidem ſtupefactus Archiepiſcopus, ac ſubito & ipſe fide repletus, foras exijt, & coram cunctis qui aderant flammas intuens, ac lacrymis ora perfuſus; ait: In nomine Domini, & per meritum fidei huius, quæ nunc locuta eſt, mulieris, recede ignis peſtifer ab ancillarum Dei habitaculis, nec damna aliqua vltra inferre præſumas. His à pontifice verbis prolatis (ſicut mihi teſtificati ſunt, qui viderunt) repente immenſitas flammarum inuiſibili virtute repreſſa, velut ferreo muro obſtante, vltra procedere non potuit, & abſque vllo humano ſubſidio, abſque aliqua pluuiæ gutta incredibili celeritate ſemetipſam extinxit. Sic magnifico atque inſperato miraculo ſanctum propoſitum mulierum ſibi bene acceptum eſſe diuina pietas comprobauit, & veræ fidei meritò omnia poſſibilia credenti (ſicut in Euãgelio promiſerat) demonſtrauit. Ita Petrus Venerabilis.

Guiſſa monialis prudẽs oratio & fides eximia.

Ignis paret voci Epiſcopi.

III. *Admirandum clauſuræ exemplum.*

Chron. Sigebert ad ann. Domi. 1058.

Paternus monachus ſeclusus ſinit ſe cōburi.

SIgibertus Gemblacenſis ſimile quid contigiſſe ſcribit cuidam monacho in Germania, anno Domini 1058. Paderbrunna, inquit, Germaniæ ciuitas combuſta eſt cum maiori eccleſia. In monaſterio autem monachorum Scotus quidam monachus, Paternus nomine, multo tempore recluſus, qui etiam hoc incendium ſæpe prædixerat, propter propoſitum recluſionis exire nolens, ſe comburi paſſus eſt. Ita Sigibertus.

IV. *De Aphraate monacho, qui vitam theoricam vtilitati ouium Chriſti, neceſſitate flagitante, poſthabuit.*

Niceph Calliſt. li. 11 c. 25 hiſt. Eccl. Theodoret li 4 c 25 & Trip. 8 cap 4

APhraates monachus monaſticam in ſolitudine vitam relinquens, vt Chriſti gregi opitularetur, egreſſus legitur. Orontes, inquit Nicephorus, fluuius ab Aquilonari parte Imperialem Antiochiæ domum præterlabitur. Porticus autem quædā maxima duorum culminum, in parte meridionali ad vrbis mœnia, prælatis turribus vtraque ex parte conſpicua, eſt extructa. Inter Imperiales ædes & amnem via eſt, quæ per portam quæ iſtic eſt euntes excipiens, in vicinos ſuburbanos agros deducit. Hanc viam aliquando diuus inſiſtebat Aphraates, ad fidei gymnaſium iturus, & ouibus Chriſti congruens pabulum allaturus. Eum è ſuperiore loco porticus proſpectans Imperator vidit. Siſyra enim ſeu veſte ex ouium villoſis pellibus cōſuta amictus, & ſenio multo cōfectus, celerius tamen currebat. Et quidam Imperatori hunc eſſe Aphraatem illum, ex quo totius vrbis multitudo penderet, dixit: Et ille è porticu virum ſanctum interrogans: Quonam, inquit, vadis? Atqui Aphraates, pro imperio tuo precaturus, reſpondit: atqui Imperator intulit, Domi te, qui leges monachorum ſequeris, manere, ibiq; quiete con-

Preces à Chriſtianis olim pro Principibus

ſidentem hoc facere oportuit. Tu diuinus ſenex perquā ſapienter ait; Rectè tu quidem, ò Imperator dicis me id facere debere: facturuſque id adeo conſtanter fueram, ſi pax Chriſti quibus eſſet. Sed cum multæ quædam inſaniæ caligo loca omnia occuparit, & maximus inſuper ſubrepat timor, ne plurimo imminente periculo, à feris oues dilanientur: neceſſitas mihi quoque incumbit, vt vigilem, omnemque funem moueam, ne quod grex Chriſti capiat detrimentum. Age enim, ò Imperator, ſi puellas eſſem domini conclaui abdita fuſos manibus tractans, & lanificium meum curans, atq; alicunde ſubito conſpicerem flammam exortam, & omni ex parte paternæ domui circumfuſam, fœdo incendio eam iam iam conſumpturam, quid me facere oporteret? dic, te per Deū oro. Vtrumne me ſic ſedere, & penates patrios cōflagrantes deſpicere, ignemq; proſerpentem expectare: an conclaui ſtatim relicto, ſurſum & deorſum currere, aquā in manibus habere, & modis omnibus flammam extinguere conari, oporteret? ſatis ſane ſcio, dicturum te, faciendum mihi eſſe, quod & ſagacis, ſanæque mentis puella faceret. Id ipſum verò nunc quoq; fieri debere exiſtimo. Quum tu enim quaſi fulmen quoddam in paternā domum noſtram incideris, & veriorem pietatem omnem igne vaſtes; vndequaq; circumcurſamus, flammam gliſcentem extinguere ſatagentes. Hæc quidem ille dixit: Imperator autem ad minas vſque progreſſus ſilere eum coegit.

fieri ſoliti.

Similitudo aptiſſima ad oſtendendam Eccleſiæ neceſſitati ab omnibus etiā ſolitarijs publicè ſuccurrendum.

Ariana hæreſis peſtē in ciuitate Antiochena graſſantem Aphraates audiens eo properat.

V. *S. Franciſcus ſolitudinem, & clauſuram deſerit, proſit vt animabus.*

Ex D. Bonau in vita S. Frāciſc. cap. 12. Plat. l. 3. c. 18 de bo. ſt. religioſ.

EST in hoc genere quoq; illuſtre exemplum S. Franciſci Aſſiſinatis: Cum enim aliquando hęc eum anceps cogitatio diutius torqueret, vtrum ſe penitus ſolitudini, & contemplationi traderet, an etiam proximorum ſaluti, quod pro vtraq; parte rationes occurrerent; neque, ut ſolebat, ſuper hac

re vllam à Deo reuelationem accepiſſet, hoc inijt conſilium. Miſit ad S. Claram, & ad ſacras ſorores; miſit etiam ad Silueſtrum fratrem ſuum, qui tum in quodam monte ſolitarius degebat, vt Domini placitum precibus inquirerent, ſibique indicarent. Redeuntem porro ab vtriſq; nuntium, quaſi à Deo venientem, Deiq; mandata ſibi deferentem, ita excepit: Primùm enim manibus ſuis pedes ei lauit, deinde cœnā ipſemet inſtruxit: Poſtremò etiam ex domo in proximum montem eduxit; quò cum veniſſet, aperto capite, genibus flexis, manibus etiam crucis ritu cancellatis: Quid, inquit, facere me iubet Dominus meus Ieſus Chriſtus? Cum expoſuiſſet reſponſum, vt proximis quoque operam nauaret, ita illud accepit, ita etiam exequutus eſt, vt illico, nulla iniecta mora, ex eodem, vbi conſtiterat, loco, ac ne domum quidem reuiſens, tam rapidè profectus ſit, vt nec ipſam viam quęreret, vadens per medios campos denſaſque ſyluas, qua nullum iter patebat.

Volūtatis diuinæ inquiſitio, & executio promptiſſima.

TIT. LXXXIV. De mulieribus ad clauſtra monachorum nequaquam admittendis, & contrà.

EXEMP. I. *Abbas Ioannes per annos quadraginta mulierem non vidit.*

Pallad. in hiſt. Lauſiaca c. 43.

CVm ad Abbatem Ioannem veniſſet quidam Tribunus, & ſupplex peteret, vt permitteret vxorem ſuam ad eum venire, quæ multa paſſa fuerat, & volebat eum videre, ventura Syenem, vt pro ipſa priùs oraret, & eam data benedictione dimitteret. Is autem qui iam quadraginta annis nō viderat mulierem in ſpelunca, cum eſſet nonagenarius, & nec ipſe vnquam eſſet egreſſus, nec ſibi permitteret videre mulierem, recuſabat videre eius vxorem. Sed nec vir vllus ad eum vnquā eſt ingreſſus. Solùm enim benedicebat per feneſtram, & ſalutabat eos qui accedebant, cum vnoquoque diſſerens de eo quòd volebat. Cum ergo inſtaret Tribunus, rogans an iuberet ſuam venire cōiugem, (degebat enim in ſolitudine quinto ab vrbe lapide) is autem non annuiſſet, dicens id non poſſe fieri, triſtem dimiſit hominem; vxor autem non ceſſabat die & nocte marito exhibere moleſtiam, & iureiurādo affirmare ſe nuſquam abituram, niſi videret prophetam. Poſtquam autem B. Ioanni à marito renuntiatum eſt iuſiurandum vxoris, eius fide intellecta, dicit ad ipſum: Hac nocte ab ea videbor in ſomnis, ne ampliùs pergat in carne videre meam faciem. Vxori autem renuntiauit maritus, ea quę pater dixerat. Vidit autem mulier in ſomnis prophetam ad ipſam venientē. Cui dicit, Quid tibi mecum rei eſt mulier? Quid meam cupijſti videre faciem? num ſum ego propheta, aut iuſti locum obtineo? Homo ſum peccator, & ſimiliter atq; vos patibilis: oraui tamen pro te & domo mariti tui, vt fiat vobis ſecundum fidem veſtrā. Ite ergo in pace. Et cum hæc dixiſſet, receſſit. Cum autem excitata fuiſſet mulier, renuntiauit marito verba prophetæ, & narrauit figuram & habitum: & per maritum ei miſit agendas gratias. Cum eum autē vidiſſet B. Ioannes occupatus ei dixit: Ecce impleui quę poſtulaueras. Eam enim videns, monui ne me videret ampliùs. Sed ite in pace.

Ioannes nonagenarius perſeuerat in ſpelunca ſolitarius.

Pia mulieris deſiderio ardentis virū ſanctum videre fauet Deꝰ. Ioannis abbatis ſuperſtitis apparitio in ſomnis.

II. *S. Serenus increpans mulierem monachorum pomarium ingreſſam fit martyr.*

Petr de Natal. in catalogo SS. li 5 cap. 147.

SAnctus Serenus monachus, qui ſub Maximiano Imperatore martyrio affectus eſt, cum aliquando vxorem vnius ex domeſticis Imperatoris, qui ſibi familiaris erat, in horto hora incongrua deambulantem deprehēdiſſet, eam acriter increpans, quod ſola monachi pomarium ingreſſa eſſet, cum indignatione eiecit. Ea verò de Sereno apud maritum conqueſta eſt, quod

Mulier nobiliſſima ingreſſa ſola hortū monachi ab eodē cū indignatione eijcitur.

quod ita turpiter eiecta eſſet: maritus coniugis querimonia motus, & ira accenſus, quem dudum vt amicum celauerat, illum apud Imperatorem, vti Chriſtianū defert. Sicq; Serenus, iubēte Imperatore, deprehēſus, & ſe Chriſtianum confeſſus, capite cæſus eſt.

III. *Venerandam virginem viſurus S. Martinus repulſam patitur, quod nulli vnquam viro ſe locutam aſſereret.*

Seuer. Sulpit. Dialog. 2 de virtutibus ſ. Martini. Bōſin. l.5. Dec. 1

D. Martinus Epiſcopus Turonenſis, cum aliquando tranſiret iuxta agellum cuiuſdā virginis, in quo iam cōplures annos pudica, & ab omnium virorum oculis remota degerat, audita illius fide & virtute, diuertit, vt tam illuſtris meriti puellam religioſo offi io honoraret: verùm illa fortiſſimi vincula propoſiti, ne Martini quidem contemplatione laxauit. Ita vir beatus, accepta per aliam fœminam excuſatione laudabili, ab illius foribus, quæ ſe videndam, ſalutandamque non dederat, lætus abſceſſit. O virginem glorioſam, quæ ne à tanto quidem viro paſſa eſt videri, Epiſcopus autem repulſam illam non ad contumeliam ſuam duxit; ſed magnificans illius cum exultatione virtutem, inuſitatum in his dumtaxat regionibus laudabat exemplum.

S. Martinum nō admittit veneranda virgo recluſa.

IV. *Regina violenter cellulas ingrediens priuatur viſione eius quod volebat videre.*

Pet. Ranzanus in vita S. Vincentij li. 2 ca. 9. Lau. Sur. t. 2 Ap. 5. Curioſitas fœminea impotens.

VIolentes Aragoniæ regina, Ioannis regis vxor, quadam fœminea cupiditate permota affectabat ingredi viri Dei cellulam, vt videlicet videre poſſet, qualis erat locus, in quo orabat; qualis lectulus, vbi quieſcebat. Cumque hoc à beato viro impetrare non poſſet, (nefas namque ei videbatur, vt fœminæ ſeruorum Dei cellas ingrederentur) illa indignans cellulæ oſtium violenter aperiri iuſſit. Moxq; ingrediens, loca quæ videre cupiebat, vidit quidem, ſed virum Dei, qui intus erat, nec ipſa, nec illi, qui eam comitabantur, videre potuerunt. Illa igitur à fratribus, quos in cella reperit, ſciſcitatur, vbinam beatus Vincentius eſſet. Reſpondent illi, quod ante oculos haberet, ac dicunt ſe plurimum admirari, quod eum non videret, cum ipſe in loco patulo eſſet, vnde ab omnibus videri poſſet. Poſtquam hæc reginæ dixerunt, ad virum Dei Vincentium conuerſi. Quid cauſæ eſt, inquiunt, pater optime, quod reginæ ad te venienti non aſſurgis, nec eam alloqueris? At ille, Neſcitis, inquit, filij mei, numquam fuiſſe à nobis permiſſum, vt fœminæ in cellas noſtras introducerentur? Et quamuis hæc regina ſit, tamen eam ingredi non permiſi, ne fiam perſonarum acceptor. Et quoniam violentiam hanc fecit, vt me inuito ingredi auſa ſit, ideo quamdiu hoc in loco commorabitur, diuino miraculo fiet, quod eius oculi tenebuntur, vt quamuis coram habeat me numquam tamen videre poſſit. Hæc audiens regina ſtatim egreditur. Vincentius autem ſecutus eſt eam. Quem illa videns, ante eum mirum in modum humiliata eſt, ac pro commiſſo veniam petijt. Cui dixit B. Vincentius: Niſi per muliebrem ignorantiam peccauiſſes, certè non impune tantam violentiam mihi feciſſes. Vltor enim eſt Deus iniuriarum, quæ ſeruis eius inferuntur. Amodo igitur caue, ne quid eiuſmodi committas in ſeruos Dei. Poſt multos verò inter ſe ſermones regina diſceſſit.

Vincentius ab omnibus præter quā à regina eſt conſpectus, quā à regina eſt oculatiſſima videtur.

Oculorum curioſitas punitur in oculis.

V. *Sanctorum virorum irriſio grauiter punitur.*

In vita S. Carilelphi, apud Sur. tom. 3.

HVic affine eſt, quod in antiquiſſima ſancti Carilelphi presbyteri & monachi vita ſcribitur: Mulier quædam Gunda nomine, quam clandeſtinus ſupplantator illexerat, Spiritu ſancto volens illudere, virili præſumpta veſte, in beatiſſimi Carilelphi monaſterium ingredi conata eſt; vt probaret

Sanctorũ virorũ irriſio punitur.

baret, verumne eſſet illius vaticiniũ, quo prædixerat, ſexui fœmineo nunquã datum iri copiam in illud intrandi; ſed iuſto Dei iudicio, priuſquã vel aſpiceret cœnobij clauſos aditus, arrepta à diabolo retrorſum ruit, adeoque fœdè ab illo vexata eſt, vt dicere me pudeat. Caput enim illi adegit inter fęmora, ſicq; factũ eſt, vt quæ ſacratis luminibus falſa oſcula imprimere tẽtauerat, immundas ſui corporis partes oſculari cogeretur; ſexumque ipſa ſuum, quẽ virili habitu tegere voluerat, cunctis cernere volentibus palam proderet. Ea res effecit, vt deinceps eò ſe conferre mulieres auſæ non ſint.

VI. *Muliebre genus procax in virum Dei punitur.*

M.S. Eccleſia Traiectẽſis in vita eius, Su. to. 7. 24 Aug.

Fiacrius nobilis Ibernus ſolitudinis amore captus, patria relicta Meldos ad ſanctum Faronem cum quibuſdam ſocijs venit. Faro ſui peregrini cognita voluntate, locum in quodam ſui patrimonij nemore attribuit, vbi Fiacrius exciſis arboribus monaſterium ad Deiparæ laudem & gloriam collocauit, adiuncta hoſpitali domo, in qua ipſe viatores, atque benignè acceptos ab itineris moleſtijs, & laſſitudine recreabat. Fiacrij ſanctitas eo vſque progreſſa eſt, vt non modo peregrinorum inediæ conſuleret, ſed cuiuſque etiam generis morbos, ægritudineſque ſanaret. Cumque miraculorum percrebreſcente fama aduenarum numerus mirandum in modum excreuiſſet, neque tam multis cibaria ſuppeterent, orauit loci Epiſcopum, vt tantum nemoris liceret excindere, quantum horto ſerendo ſatis eſſet, vnde olera eſurientibus peregrinis legerentur. Epiſcopus tantum ex ſylua dedit, quantum diurna foſſione Xenodochio circum obito propria manu patefacere potuiſſet. Fiacrius gratijs, vt par erat, Epiſcopo & actis & habitis, ad ſolitudinem reuerſus preces præmittit ad cœlum. Baculum deinde per terram trahit, quæ ſponte diſcedens & virgulta, & arbores euertebat, ita ut nemus hinc inde concideret, & locum horto ponendo vacuum liberumque relinqueret. Interuenit interea mulier, quæ animaduerſo terræ vltro cedentis hiatu rem Epiſcopo indignabuuda nuntiauit; Fiacrium magnum eſſe & maleficum dicere, vtique cantionibus ad nemus omne vaſtandum. Inde ſe ad Fiacrium retulit, ac Dei virum conuitiis oneratum ab opere incœpto Epiſcopi nomine iubet abſiſtere, ipſumque Antiſtitem aduentare denuntiat, ad pęnas repoſcendas. Fiacrius & pacis amans & obedientiæ, ab opere, quod ingyrum duxerat, manus abſtinuit, & in petra mœſtus ac triſtis inſedit. Quæ petra de duritia remittens, ſedem & mollem & concauam Dei viro ſubſtrauit. Venit interim Epiſcopus procacis fœminæ accuſationibus irritatus, animaduerſoque & terræ & petræ miraculo, Fiacrium pro meritis honorauit, ac loco illo potiri iuſſit, quem diuina manus eſſet elargita. Cæterum illo ex tempore muliebre genus monaſterii aditu, quod virgini dicatum erat, vis quædam diuina prohibuit, nullaque fœmina intulit pedem impune. Nam matrona quædam diues, quæ ancillam experiendi cauſa quæ audierat, in monaſterium ſua manu compulerat, altero priuata oculo eſt, incolumi ſerua, quæ vim alienam, heræque impulſum repellere nequiuiſſet. Audaci quidem fœminæ alterum lumen Deipara clauſit, vt altero, quod relinquebatur, clariùs in poſterum peruideret, & eos imitaretur, qui vt tela ſagittaſque certiore ictu dirigant, alterum ſolent oculum cohibere, ne vis ipſa cernendi fiat diſtracta remiſſior.

Hoſpitalitas S. Fiacrij.

Miraculũ in gratiam hoſpitalitatis.

Manſuetudo & patiẽtia S. Fiacrij. Petra vbi ſedet S. Fiacrius molleſcit.

Mulieres à monaſterio Virgini dicato diuinitus arcentur.

VII. *S. Reineldis triduanis precibus obtinet ingreſſum in monaſterium.*

Sancta Reineldis virgo & martyr, beatæ Gudilæ ſoror, cum in dies

tis mon. Lobien. 10. Montan i Natalib. SS. Belgij 16 Iul. 3. Liberalitas in ecclesiã ſiue in S Petri Apoſtoli honorem. Peregrinatio ad ſancta loca S. Reineldis coronatur martyrio

magis ac magis carnem edomans ſpiritum roboraret, præter Deum nihil habere decreuit. Vnde cum ſorore Gudila Lobium adijt, omnia ſua B. Petro Apoſtolorum principi oblatura. Sed à fratribus loci vtraque audiuit mulierem nunquam intraſſe domum illam. Ob quod B. Gudila receſſit. Sancta autem Reineldis per triduanas preces diuinitus ingreſſum obtinuit, & Santhas cum quinq; villis & omnibus appendicibus cœleſtis regni clauigero tradidit, vt ab eo ad cęli palatium mereretur introduci. Dehinc benedictione accepta à patre monaſterij & fratribus: vnius tantum ſerui & ancillæ comitatu contenta, loca quæ Dñs noſter Ieſus Chriſtus corporaliter perambulauit, peregrinando viſitauit, & poſt ſeptennium cum multis reliquijs Santhas reuerſa, terrenis conculcatis, & à B. Autberto velata, vitæ contemplatiuæ ſtatum, miraculis, atq; virtutibus refulgens, obtinuit. Vbi etiã ab irruẽtibus barbaris martyrio eſt coronata, ante altare S. Martyris Quintini in modum Dñicæ Crucis proſtrata.

TIT. LXXXV. Quod non licet domo egredi abſque venia & ſocio.

Exod 4. & 7. *Moyſi populum educturo de Aegypto, & cum Pharaone de rebus grauiſſimis acturo, datur ſocius Aaron.*

Nu. 14. *Ioſue & Caleb ſedant populum murmurantem, & introducunt filios Iſrael in terram promiſſionis.*

Ioſ. c. 2. *Ioſue duos mittit exploratores in Iericho.*

Tob. 5. *Tobias ſenior anxiè quærit comitem filio ad pecuniam exigendam profecturo.*

Matt. 11. *Diuus Ionnnes Baptiſta duos ex diſcipulis ſuis legat ad Chriſtum.*

Luc. 10. *Saluator ipſe diſcipulos 72. deſignatos, binos mittit ad prædicandum.*

Marc 6. *Idem apud Marcum ipſos 12. Apoſtolos binos mittere cœpit.*

Duos ex diſcipulis mittit ad ſoluendum aſinum; & parandum paſcha. Petrum & Ioannem. *Luc. 22.*

Petrus & Ioannes ſæpe ſociati inueniuntur. *Ibid. & Actor. 3.*

Spiritus ſanctus ſibi ſegregari iubet Saulum et Barnabam in opus, ad quod eos aſſumpſit. *Act. Ap. 13.*

Iudas item & Silas deſtinantur ſimul Antiochiam: & Paulus cum Sila luſtrat Syriam. *Ibi. c. 15.*

Duo teſtes, Enoch & Elias, venturi ſunt tempore Antichriſti. *Apo. 11.*

EXEMPL. I. *Regula S. Pachomij non permittit egreſſum ſine comite.*

Legimus in regula S. Pachomij: religioſus permittente Pręposito egreſſurus accipiet comitem egreſſionis ſuæ; cuius fides probata eſt: & ſic mittetur ad fratrem videndum, vel ad proximum. Et poſt: Nullus ſolus mittatur foras ad aliquod negotium, niſi iuncto ei altero S. Auguſtinus: Quando, inquit, proceditis, ſic ambulate: cum veneritis quo itis, ſimul ſtate. *D. Pach. in regula 30 34. S. Aug. 1 reg c 10. & 20.*

II. *Concilium Eboracenſe ordinat, vt monachus non eat ſine ſocio.*

Concilium Eboracenſe in Anglia coactum ab Archiepiſcopo Cantuarienſi legato Sedis Apoſtolicæ, anno Domini 1194. inter alia decreta condita ad occaſionem euagandi monachis & canonicis regularibus adimendam, hoc habet: Decernimus, ne extra monaſteria ſine certa & rationabili cauſa, nec abſque ſocietate, cuius certa ſit honeſtas, & indubitata, proficiſcantur. Et Smaragdus: Sed ne frater in via dirigatur ſolus, ſententia Patrum nos docet, quæ dicit. Ad neceſſaria quærenda bini egrediantur, vel terni fratres, & tales, quibus creditur, non qui verboſitatem, aut gulam ſectentur. *Conc. Eborac. apud Bar. to. 12. an. 1194.*

III. De

III. *De eadem religioſorum euagatione à Iuſtiniano Imperatore damnata.*

Iuſt. nouell. conſti. 133.

IVſtinianus Imperator in conſtitutione de monachis, eorum euagationem damnat his verbis: Et primum quidem, ne monaſterium multos habeat aditus, ſed vnum tantū, aut duos forte: & vt portæ aſſiſtant viri ætate graues, & caſti neq; non omnium teſtimonio comprobati, qui neque ipſos reuerendiſſimos monachos permittāt ſine præſulis voluntate monaſterio egredi, ſed intus eos contineant; vt ea, quæ Deum concernunt, perquirant; nec ſeipſos actioneſque ac ſtudia ſua à Deo diuellant.

Ianitores monaſteriorum quales eſſe debeant.

IV. *E monaſterio vbi mille monachi, duo tantum egrediebantur ad neceſſaria.*

Pallad. hiſt. Lauſiac. ca 71.

A Palladio laudatur Iſidorus Abbas mille monachorum pater, quod eos ita contineret in monaſterio vſq; ad mortem, vt non niſi duo ſolùm ex ipſis presbyteri egrederētur, qui opera fratrum adminiſtrantes referrent ea, quę erant ipſis ad vſum neceſſaria. Dicebat autem presbyter, qui portā cuſtodiebat, eos qui intus eſſent, ſanctos eſſe tales, vt poſſint omnes ſigna efficere; & neminem ante deceſſum in morbum incidere; ſed quando vniuiuſque veniſſet tranſlatio, id omnibus priùs ſignificantem, & ſe reclinantem, dormire.

Monachi ī monaſterio Iſidori Abbatis neſciunt ægrotare.

V. *Marcellus Abbas ſpatio 35. ann. nuſquam nec in ciuitatem, nec in villam digreſſus eſt.*

In Prat. ſpir cap 152

ABbas Marcellus Scitiota. admirationi eſt, quod per annos quinq; & triginta monaſterium non ſit egreſſus. Volenſque alijs prodeſſe dicebat; Quando eram in Prouincia mea (erat autem ex Apamea) auriga quidam illic erat, nomine Philerermus; qui cum die quadam ſuperatus fuiſſet, ſurrexerunt, qui ex parte eius erant, clamantes ei: Philerenius coronam in ciuitate non accipit: Cum itaque veniſſem poſtmodum in Scitim, ſi quando pulſaret cogitatio mea, vt recederem in ciuitatem, aut villam, continuò dicebam in meipſo: Marcelle, Philerermus coronam in ciuitate non accipit. Et Chriſti gratia iſta cogitatio fecit, vt de Sciti non egrederer per annos triginta quinque, donec venientes barbari apprehenderunt me, & vendiderunt Pentapoli, Scitimq; deſolauerūt.

Monachi olim cellā habebāt perpetuam.

VI. *S. Benedictus inuiſens ſororem in loco vicino adhibet ſecum ſocios.*

Greg. li. 2. Dialo. c. 33.

SAnctus Benedictus, monachorum facilè coriphæus, huic legi de non egrediendo abſque cauſa & ſocio paruit. Nam ſcholaſticam ſororem ſuam religioſiſſimam inuiſens, ſocios ex diſcipulis ſecum duxit; qui in eodem loco cum eo perſtiterunt: vt attentè legenti narrationem S. Gregorij manifeſtum fit.

VII. *Simile factum aliorum.*

Pallad. hiſ. Lauſiac. ca. 87.

APud Palladium huic ſimile narratur. Prior monachus ſororem aditurus ex obedientia Patrum, & Epiſcopi rogatu, ſocio aſſumpto ad eam acceſſit. Quā lepidiſſimè fefellit claudens ſibi oculos, cum in eius conſpectum venit.

VIII. *S. Carolus religioſos ſolitariè incedentes non reſalutat.*

Carol. Epiſc. Nouar. li. 7. vitæ c. 7.

QVam honorificū ſit religioſis habere ſocios in plateis, id ſentiebat ſanctus Carolus Cardinalis à biennio in Sanctorum album relatus: qui (vt traditur à ſcriptoribus vitæ eius, & ego memini) quamquam in reſalutando numquam deerat officio ſuo, vir humilis verè, atque humanus; tamen obuios religioſos ſine ſocio minimè reſalutabat; quod haud vllo honore dignos duceret eos, in quibus maximam Religionis ac probitatis notam deeſſe videret. Nam omni improbitatis extinctæ ſuſpicione per ſo-

Religioſi ſine ſocie- tates, honore indigni.

cij præſentiam, neceſſariò conficitur, vt religioſus probus habeatur, regularis obſeruantiæ cultor in omnibus, virtutis, ac morum honeſtate decoratus: proinde illo dignus honore, qui huiuſmodi religioſis debeatur.

IX. *Socius tribuit & tuetur honorem religioſo.*

Iord. de Sax. lib. 1. Vitas frat. c. 11. Socius ſocij teſtis.

IVre laudatur à Iordano de Saxonia prudẽtis adoleſcẽtuli religioſi preſbyterum ſenem hõneſtiſſimum aſſociantis reſpõſum. Interroganti enim, ad quid cũ Seniore veniſſet? Vt ſim, inquit, teſtis ſocij mei. Putauit ad decorum, ad honorificentiam, ad dignitatem Senis pertinere, ſe eſſe teſtem ipſius.

X. *Frater qui adiuuatur à fratre quaſi ciuitas fortis.*

Th. Cantipr. li. 2. Apum c. 11 § 2.

LIbet hoc loco cõmemorare, quod ponderat & magnificat Thomas Cantipratanus, auxilium, quod affertur ſocio in itinere ægrotanti. Refert enim quendam religioſum ſui Ordinis, cum fratre ex eodẽ Ordine, quo cum ſolebat ambulare, in hoſpitio meritorio decubuiſſe. Cum verò dormiret, audiuit vocem ſibi dicentem: Surge, inquit, & vide q̃d agat frater tuus, iam enim morti proximus agonizat. Experrectus ergo, & nihil inueniens, rurſum obdormit. Et vox iterum monet, dicens: Surge, & viſita fratrẽ tuũ morientem. Ad hanc vocem denuo excitatus, nihil aduertens obdormit rurſum. Et ecce vox tertio ait: Malè diſſimulaſti, q̃a mortuus eſt frater tuus. Mox ille ſumpta veſte confuſus & admirans ſurgit, & quæſitum, morte repẽtina in eodem hoſpitio defunctum reperit. Ecce quam vera Salomonis ſententia: Frater, qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma.

Religioſo fratri frater vt adſit monetur diuinitus.

Prou. 18.

XI. *Frater ſine fratre ciuitas infirma.*

S. Dorot. doct. 1.

NArrat S. Dorotheus de monacho ab Abbate miſſo ad amicum pro rebus neceſſarijs, qui quia ſolus erat, à filia illius ad ſtuprum ſolicitatus eſt; cumque ſe videret pene victum, hac vna voce tantum clamauit: Deus patris mei libera me: ſtatimq; iuxta viã, quæ ducit ad cellam, repertus eſt.

XII. *Quomodo monachus ſolus tentarit ruſticam puellam, & quomodo illa prudenter egerit, ne is cum ea peccaret.*

Prati ſpi rit. c. 39.

CVm veniſſem Antiochiam audiui quendam de presbyteris Eccleſiæ iſta narrantẽ. Dicebat, inquit, Patriarcha Anaſtaſius: Cum monachus quidã monaſterij Abbatis Seueriani miſſus fuiſſet in miniſterium ad partes Eleutheropoleos, & diuertiſſet ad ruſticum quempiam fidelem, habentem filiam vnicam, defuncta iam matre illius, manereq; in domo dies aliquot; is, qui ſemp impugnat homines, diabolus, immiſit Fratri ſordidas cogitationes, impugnabaturq; de puella, & quærebat opportunitatem opprimendi eam. Igitur qui illum oppugnabat dæmon, opportunitatem quoque illi procurauit: Patre enim puellæ proficiſcente Aſcalonem neceſſariæ vtilitatis gratia, Frater ille ſciens neminem in domo eſſe, niſi ſe ſolùm, ad puellam acceſſit, vt illam vi opprimeret. Illa verò vt vidit ipſum totum perturbatum ad nefarium actum properare, dixit ei: Noli turbari, neque fœdum quid contra me moliaris. Pater meus neq; hodie, neque cras veniet. Audi primùm quid dicã. Ego enim, nouit Deus, promptè, quicquid volueris, faciã. Cœpit autem illum ita alloqui. Quantum temporis habes, Frater, in monaſterio? Dicit ei Frater, Decem & ſeptẽ annos. Dicit ei iterum: Habes experimentum mulieris? Ait illi: Non. Ergo tu, inquit puella, vis propter horam amittere tot annorum labores? Quoties fudiſti lacrymas, vt carnem tuam Chriſto Domino puram, immaculatamque ſeruares? Et nunc totum laborem illum breuiſſimæ voluptatis gratia tibi perire vis? Verumtamen,

Occaſio facit furem, ſic et ſtupratorem.

Cœlibatum perpetuum ſeruabant et antiqui monachi.

men, ſi, vt vis, audiero te, preceſq; mecum, habeſne, quo aſſumas & enutrias me? Dicit ei Frater: Non. Tunc illa: In veritate non mentior, ſi humiliaueris me, multorum malorũ cauſa eris. Dicit ei monachus: Quomodo; Puella reſpondens: Primùm quidem, inquit, quia perdis animam tuam. Secundò, quoniam & anima mea abs te requiretur. Hoc.n. tibi iuramento proteſtor per eum, qui dixit: Noli me mẽdacem facere: quia ſi humiliaueris me, continuo mihi ipſi laqueo vitam extorquebo, inueneriſq; homicidij reus, atq; in iudicio vt homicida iudicaberis. Igitur antequam tot malorum cauſa fias, reuertere in pace ad monaſterium tuum, & ora pro me. Rediens igitur in ſemetipſum Frater, ac reſipiſcens, ſtatim reuerſus eſt ad monaſteriũ ſuum, proſtratuſq; Abbati, & veniam poſtulans, orauit, vt vltra iam de monaſterio non egrederetur. Et cum in contritione cordis egiſſet tres menſes, migrauit ad Dominum.

Peccatũ ſi eius ſinis bene perpendatur, non admittitur.

XIII. *Quam ſit bonum, & ſalutare animæ adiuuari à fratre.*

S. Bonau. p. 1. Spec. ar. 4. c. 4.

S. Bonauentura ſuos monens, ne ſoli cum muliere ſint, ne ad breue quidem ſpatium temporis, rem hanc ſcribit ad legentium cautelam: Domina quædam, cum duo fratres ad eius domum diuertiſſent, alterum ſeorſum vocauit in camerã, quaſi ſecretò aliquid ſibi locutura. Quem ingreſſum mox ad turpitudinem prouocans, aſſeruit firmiter ſe continuò cõtra ipſum, quaſi ei violentiam inferentem, niſi ſibi acquieſceret, clamaturam. Tũc doctus à Domino Frater, antequam mulier in vocem clamoris prorumperet, ad Fratrem cõſocium, qui cum pluribus perſonis in atrio domus erat, alta voce clamauit, librum ſibi continuò afferri requirens: ſicque adueniente Fratre, neceſſe habuit mulier à nefaria ſollicitatione ceſſare: & Frater hominum confuſionem euaſit.

Solers tẽtationi remedium

XIV. *Etiamſi confeſſio ſit audienda, ſocius adſit cum diſcretione.*

Pet. Rauz. lib. 1. vita c. 11

S. Vincentius Ordinis Prędicatorum accerſitus ad audiendam cõfeſſionem à puella morbum ſimulante in lectulo, relictuſq; ſolus à ſocio, ad flagitium miro, ac vehementi artificio prouocatus eſt. Sed diuina gratia ſancti viri conſtantiam adiuuante reſtitit inuitanti.

XV. *S. Bernardinus ex defectu ſocij ſollicitatur ad peccandum.*

In vita eius c. 23 apud Sur. Maij 20.

Bernardinus Senenſis dum panem emeret, à fœmina per fraudem incluſus, vnde exire non poterat, & ſolitam calumniam minitante, niſi conſentiret: ſpe aliqua conſenſus præbita, nudatam illam ſtrenuè flagellans ad ſaniorem reduxit mentem; ſeq; ex magnis anguſtijs, in quibus deſertor officij ſui ſocius ipſum coniecerat, incolumen eripuit.

XVI. *Iacobus Laynes ſollicitatus ad peccandum incutit pudorem.*

Pet. Ribad. l. 3. vita Iac. Layn. c. 10.

Petrus Ribadeneira noſter tradit Iacobum Laynem ſecundum à B. Ignatio Societatis noſtræ Præpoſitum, Romæ procaciter ac libidinoſè à muliercula, quæ corpore quæſtum faciebat, compellatum, multiſq; branditijs tentatum; obfirmato animo illius impudentiam obiurgaſſe; mortiſq; commemoratione metum illi, ac pudorem incuſſiſſe, ſaniorem tandem à ſe dimiſiſſe.

XVII. *Inſcio aut inconſulto ſuperiore è monaſterio pedem non licet efferre.*

S. Doroth. ſer. 9.

Apud S. Dorotheũ, œconomus, qui monachum è venerãdis religioſis miſerat foras, proiectus in terram, & agnoſcens culpam ſuam, poſtulat veniam ab Abbate, dicens: Ignoſce mihi, Pater, quoniam quieſcebas à vigilijs propterea non permiſi eum petere abs te illuc abeundi facultatem.

TIT. LXXXVI. De ſtabilitate & perſeuerantia in vocatione, & religione aſſumpta.

EXEMP. I. *S. Antonius ab anno decimo octauo perſeuerauit in ſua vocatione ad annum centeſimumquintum.*

D. Athanaſ. in vita eius

ANtonius Magnus cum primum ſolitudinem inhabitare decreuiſſet, ne vberius quidem dæmonum abſterreri potuit; quin quod cęperat, perſequi pergeret. Perſeuerauit itaq; ab octauo decimo ætatis ſuæ anno vſque ad centeſimũ quintum, quo in Domino quieuit, cui ſeruierat: Angelorum ſortitus gloriam, quia in perſeuerãdo dæmonum contempſerat iniurias.

Vita longa S. Antonij.

II. *Theodorus ſollicitatus à matre, vt desereret vocationem, perſeuerauit in ea.*

Simeon Metaph. in vita S. Pachomij Sur. tom. 3. Maij 14.

Mater auocãs à religione eſt oculus ſcandalizãs.

THeodorus quoq; Pachomij diſcipulus profeſſionis ſuæ initio à matre multum vt rediret ſollicitatus, nũquam aſſenſit. Attulerat illa ab Epiſcopis literas, quibus reddi ſibi filium præcipiebatur. Hiſq; obſequi compulſus Abbas diſcipulo diſcedendi poteſtatem fecerat. Cęterum ipſe omnibus præferens Chriſtum, nec egredi de monaſterio voluit, nec ſaltem ſe oſtendere matri: ne ſcilicet ſcandalizantem oculum, quem à ſe iam proiecerat, rurſum quærere videretur. Perſeuerauit ergo in monaſterio, & factus eſt Dei filius, qui matris eſſe noluit.

III. *D. Thomas Aquinas nullis blanditijs, aut illecebris à ſua vocatione potuit reuocari.*

Laurent. Sur. in vita eius 1. Martij 7.

D. Thomam Aquinatem de monaſterio Prędicatorum vi tractum, & domi clauſum fratres eius, vt à religione reuocarent, biennio fere tenuerunt. Sed cum ille neq; minis terreretur, neque blanditijs allici poſſet, neque meretriculæ, quam ad illum intromiſerant, laſciuia deliniri, dimiſſus ad monaſterium redijt, ac veluti Sol qui diu nube tectus latuerat, mox ſerenato cœlo irradiare terram incipit: ſic ille relictis fratribus & domo, illuminare Eccleſiam cępit, & morum, & ingenij & doctrinæ nitore. Nequaquam ad tantam gratiæ claritudinem perueniſſet, niſi etiam nebula fraternæ fatuitatis circumſeptus currere perſeueraſſet, in propoſito firmus, in tentationibus inuictus.

IV. *S. Nicolaus Tollentinas manſit conſtans in ſua vocatione, nec retro reſpexit.*

Laurent. Sur. in vita eius. 5 tom 5. Sept. 10.

SAnctum Nicolaum Tollentinatem præclaræ ſanctitatis virum hoſtis antiquus ſuæ initio conuerſionis præ inuidia non ferens, vti olim primum hominem per Euam, ita ſanctum virũ per eius conſobrinum euertere conatus eſt. Erat is conſobrinus cuiuſdam monaſterij Præfectus ſiue Prior prope Firmanam vrbem, quod monaſterium ſancta Maria Iacobi appellatur. Cum ergo videret ille Prioris Nicolai conſobrini ſui paupertatem, nuditatem, vitæ auſteritatem, & egeſtatem, dolens eius vicem, ait ad eum: Cur tantam pateris miſeriam? Conſule iuuentuti tuæ, & huius monaſterij bonis me cum fruere. Cum enim ſanguine tibi coniunctus ſim, non poſſum ferre iuuentutem tuam diutius tanta miſeria affici. Intellexit vir ſanctus ſagittam diaboli, & in eius monaſterij eccleſia ad deprecandum Dominum totum ſe contulit, ſcutum aduerſus ſatanæ iacula corripiens. Porro cœleſtis agricola, cui nõ placet, vt qui ſemel manum ad aratrum miſerunt, ij reſpiciant retro, illi flexis genibus & ſurſum eleuatis manibus dicenti, Dirige Domine in conſpectu tuo viam meam, mox præſto fuit. Vidit enim viginti iuuenes, ceu in duos diſtributos choros, veſtibus albis, faciebus rutilantibus ſibi aſſiſtere, atque vna voce ter clamare: Tollentini, Tollentini, Tollentini erit

In propinquorũ tentationib. ad preces recurrendum.

finis

Viſio S. Nicolai Tollentinatis, qua ī vocatione ſua eſt cō firmatus

finis tuus. In ea vocatione, qua vocatus es, permaneas: in ea namque erit ſalus tua. Intelligens ille ſpiritu, non homines eos eſſe, ſed cœleſtes ſpiritus, quemadmodum diu poſtea ipſe fratribus humiliter indicauit, cognoſcéſque ſe illic, id eſt, Tollentini, moriturum, quantumlibet eum deinceps cōſobrinus blandimentis alliceret, vt à vitæ ſuæ aſperitate reuocaret, laxioris inſtituti complexum ſuaderet, non paſſus eſt animum ſuum vllis eius vel blanditijs, vel terriculamentis commoueri: ſed ſatisfacturus diuinæ viſioni, illico Tollentinum properauit.

v. *Optima documenta ſenis cuiuſdam ſuper diuerſis vocationibus.*

Io. Clim. de obedientia gr. 4. in Bibliot. SS. PP. To. 5

CVm Senex ſederet in monaſterio ſancti Sabæ, acceſſerunt ad eum tres adoleſcentes, diſcipuli illius fieri volentes. Quos continuo hoſpitio læ-tiſſimè ſuſcepit, omnibuſque humanitatis officijs proſecutus eſt, volens illos ex itineris labore recreari. Poſt diem ergo tertium dicit eis ſenex: Ignoſcite mihi fratres, quia homo malignus ſum, nec poſſum ex vobis quempiam ſuſcipere. Illi verè nihilominus ſcandalizati non ſunt, ſciebant enim ſenis opera. Sed cum maximis precibus, vt ſe ſuſciperet, obtinere non poſſent; proſtrati iam ante pedes eius obſecrabant, vt vel viuendi normam eis traderet, quo in loco & quo modo habitare debuiſſent. Ceſſit ſenior ſciens quod cum humilitate ad obtemperandum parati id peterent. Aitque veni: Vult Dominus te, ò fili, in ſolitarijs locis cum patre in ſubiectione perſiſtere. Secundo autem dixit: Abi, vende facultates tuas, & Domino da, & tollens crucem tuam perſiſte in cōuentu, & cœnobio fratrum, & omnino theſaurum habebis in cœlo. Deinde dicit & tertio. Aſſume in animo tu inſeparabiliter, & tota intentione verbum illud: Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit: in intimis viſceribus reconde, abienſque, ſi fieri poteſt, eum exercitationis tuæ in Domino ducem ac magiſtrum quære, quo in omnium mortalium natura nullus ſit aſperior, aut grauior, ſub quo perſeuerans iugiter obiurgationes & irriſiones, quotidie, vt mel & lac bibe. Ad quem frater ille inquit: Si huiuſmodi negligens fuerit, quid facio, pater? Etſi fornicari, inquit, illum videris, noli diſcedere, ſed ad te ipſum conuerſus dic: Amice, ad quid veniſti? Tunc aſpicies tumorem tuæ mentis diſſipari, excandeſcentiamque miteſcere.

Variorū uaria sūt vocationes.

Matt. 10.

Irriſiones, vt lac bibēda.

Amice ad quid veniſti?

vi. *Perſeuerandum etiam in arctiori vocatione, poſtquam quis ad eam vocatus eſt & aſtrictus.*

Ex epiſt. D. Bern. ad Rob. nepotem.

FRater Robertus, S. Bernardi monachus, & ſecundum carnem propinquus, in adoleſcentia ſua, quorumdā perſuaſione deceptus, Cluniacum ſeſe contulerat. Venerabilis autē pater poſteaquam aliquandiu diſſimulauit, eundem fratrem ſtatuit per epiſtolam reuocare. Quo dictante, venerabilis Vvilhelmus Ricuallis, poſtea monaſterij primus Abbas in membrana ſcribens, eandem excipiebat epiſtolam. Erant autem pariter ſub dio ſedentes (ad dictandum quippe ſecretiùs ſepta monaſterij egreſſi fuerant) ſubito autem inopinatus imber erupit, & is qui ſcribebat (ſicut ipſo referente didicimus) chartam reponere voluit. Ad quem pater ſanctus: Opus, inquit, Dei eſt, ſcribere ne timeas. Scripſit ergo epiſtolam in medio imbre, ſine imbre. Cum enim vndique plueret, chartam expoſitam virtus operuit charitatis: & quæ dictabat epiſtolam, ſchedulam quoque pariter conſeruabat. Circa autem epiſtolæ medium hæc habentur: De ſeculo, non de Cluniaco, te teſte, Roberte, veniſti Ciſtercium. Quæſiſti, petiſti, pulſaſti; ſed tui adhuc teneritudine te licet inuito, dilatus es per biennium.

Vvilhelmus Ricuallis.

Circumfuſa pluuia parcit tangere epiſtolam ex charitate ſcriptam.

Quo

Quo tempore patienter expleto, & abſq; calumnia tuis demum precibus, multiſque, ſi meminiſti, lachrymis, diu expectatã impetraſti miſericordiam, & quẽ ſatis deſideraueras ingreſſum, obtinuiſti. Poſt hæc per annum iuxta regulam in omni patientia probatus, perſeueranter & ſine querela conuerſatus, poſt annum ſponte profeſſus, tũc primùm ſeculari veſte reiecta, religionis habitum ſuſcepiſti. O inſenſate puer, quis te faſcinauit non ſoluere vota tua, quæ diſtinxerunt labia tua? An non vel ex ore tuo iuſtificaberis vel ex ore tuo condemnaberis?

VII. *Quidam religioſus exemplo auiculæ, quam alebat, diuinitus in religionis propoſito ſtabilitur.*

Pet. Dorlãdus in Chron. Carthuſ. l. 6. Dionyſius Carthuſ. in Concluſione exhor. tat. Nouitiorum

OLim in domum Carthuſianorum, quæ iuxta inferiùs Traiectũ eſt, vir magnarum opum & qui in ſeculo multa fuerat claritate conſpicuus, ingreſſus habitum ordinemq; ſuſcepit. Verùm vt Iſaias ait, Qui receſſit à malo prædæ patuit, inuidia diaboli agitatus, qui prædam ſuam ad ſe reuocare curabat, multis & magnis cœpit tẽtationibus fatigari. Cogitabat nempe quas diuitias, quaſq; delicias dudum habuerat, & quibus fuerat honoribus ſublimatus, & hæc cogitans de vomitu penſitabat. Cumq; iam in id mentem non ſatis ſanam impuliſſet, vt recederet, tali ſigno eſt ab amentia reuocatus? Habebat nempe de voluntate Prioris, auiculam ante canentem in cella ſua, cum qua ludere ſolitus ſuas temperabat anguſtias. Inſtante igitur die, quo abire decreuerat, acceptam auiculam emiſit ex cauea, ad quam apertis cellæ feneſtris loquitur dicens: Vola, inquit, Vola, & liberè nũc, quo volueris, perge. Perge, inquam. Nam mox ego te conſequor eam cupiens libertatem, qua te nunc ipſe donaui. Mirum dictu. Auicula indomitum animal & omnis ſemper clauſuræ impatiens, licet omnia paterent, & ſub nudo aere locaretur, diuino, vt puto, inſtinctu colligata nuſquam tentabat aufugere, nuſquam voluit de cella cõmigrare. Ille cum ſagacis eſſet ingenij ſignũ hoc Dei muneri adſcribens, paſſus eſt ſe ab irrationabili animante doceri, intelligens multo magis illum oportere nuſquã auolare, nec vana libertate potiri, nec inſtar vxoris Loth ad fumigantem Sodomam oculos retorquere. Manſit igitur ſtabilis perſeuerans, pluris faciens gazis Ægyptiorum improperium Chriſti.

VIII. *Nouitius toto tirocinij tempore multis oppreſſus anguſtijs & tentationibus, pridie profeſſionis omnibus liberatur.*

Idem ibidem.

FVit circa hæc noſtra tempora vir doctrina & eruditione admodum clarus, qui ordinem Carthuſianum aſſumens maximis cœpit tentationibus fatigari. Nam ab ipſo ordinis ingreſſu, ſemper ſibi, omnia in contrarium vertebantur. Amici, propinqui, neceſſarij, & fraudes & tendicula illi parabant, & quæ in ſeculo aliquando iuſtè poſſederat, detrahebant. Ad hęc acceſſit illi infirmitas corporis quam moleſtiſſima, quæ illum probabat ac diſcutiebat, an fidelis & Deo dignus perduraret. His tantis agitatus anguſtijs nullatenus ceſſit. Quippe qui fundatus erat ſupra firmam petram: quem nec flumina nec imbrium vis, nec ſæuus ventorum impetus poterat commouere. Sed non defuit militi ſuo adiutor Deus: quippe qui illi conſtantiſſimum in aduerſis contulit animum, & præcedente die, qua eſſet profeſſionem facturus omnem illi corporis ægrotationem ac moleſtiam abſtulit, & in Chriſti victoria exultanti de cunctis ſibi aduerſantibus triumphi gloriam præparauit.

Tẽtationum probatio.

Perſeuerantia.

IX. *Permanendum ordinarie in ſua prima vocatione bona.*

Pet. Ribad. lib. 2. de vita Ignatij cap. 9.

BAſſani erat Antonius quidam, natione Italus, qui in edito colle extra oppidum, vbi templum, quoddam

S. Viti eſt, & iucundiſſimus amænam vallem fluminis Meduaci irrigantis proſpectus ſolitariam vitam colebat. Erat autẽ Antonius vir ſenex, & grandæuus, priſcæ ſeueritatis, illiteratus quidem, ſed candidus, & inſigni ſanctitatis opinione, qui moribus & etiã ipſo aſpectu magnũ illum Antonium nobis, aut Hilarionem aliquem referebat. Noui ego ipſe poſtea hominem. Hic Antonius, cũ Ignatium nihil eximium præ ſe ferentem haud magnifaceret, imò vero in corde ſuo imperfectum duceret: orationi aliquando impenſe deditus, ipſum per ſpeciẽ Domino demonſtrante, virum excelſum atq; admirabilem eſſe cognouit, & ad multorum ſalutem de cęlo demiſſum: cæpitq; illum pudere ſui, ſeq; ac ſuum iudicium grauiter reprehendere, ſicut ipſemet poſtea faſſus eſt. Antonij igitur vita admiratione captus quidam ex patribus decem Baſſani cum eſſet & vna Ignatius, fluctuare cœpit, & ad dubitare, foretne Deo gratiùs, ac ſibi vtiliùs incæptũ vitæ curſum perſequi, an ad Antonium ſeſe transferre, & cõtemplationi vacantem, cœleſtẽ vitam, & ab ſtrepitu hominum curiſque vacuam traducere. Quarum cogitationum aculeis cum diutius pungeretur domo egreſſus aliquando, ad Antoniũ ire cõſtituit: vt cum illo videlicet conſilia communicaret. Progredienti, vir quidam terrifico aſpectu, vultu minaci, armatus occurrit, diſtricto gladio in via conſiſtens. Hominis aſpectu perculſus Pater reſiſtit primum, deinde vt ſe collegit, ire perrexit; ſed ille minitabundus & ferox impetum facit, & vt erat gladio vagina educto ipſum inſequitur. In pedes ſe noſter quãtum potuit coniecit, & pauens fuga ſuę ſaluti cœpit conſulere. Fugientem illum armatus homo aliquandiu perſecutus eſt, videntibus incolis & mirantibus noſtrum fugientem ac trepidantem: inſequẽtem alterum non videntibus; Tandem rei nouitate anxius, metu exanimatus, diurno curſu & fatigatione anhelans domum, vbi Ignatius erat, feſtinus irrumpit. Ad quem ſtatim Ignatius. Ita ne N. inquit, vacillas? Modicæ fidei, quare dubitaſti? Quæ diuine voluntatis ſignificatio omnem dubitationem Patri ſuſtulit, & obfuſam animo caliginem diſpulit. Hoc ipſe qui vidit, qui paſſus eſt, ſibi eueniſſe narrauit.

Antonij ſolitarij de B. Ignatio viſio.

Vacillans in vocatione ſua, viſo cœleſti terretur & reſipiſcit.

Ignatius vacillãtis animũ diuina inſpiratione cognoſcit, & curat.

TIT. LXXXVII. De ſtudio Religioſorum.

EXEMP. I. *Sine literis ſcientia comparatis vitæ ſanctitatem adipiſcuntur Laici fratres ſeu coadiutores in religione.*

DE ea re illuſtre profert teſtimoniũ D. Bonauẽtura de B. Ægidio, qui inter ſocios S. Franciſci tertium ſortitus eſt locum, vir Deo plenus, & celebri memoria dignus. Hic etenim poſtmodum virtutum ſublimium exercitatione præclarus, ſicut famulus Domini de ſeipſo prædixit, quamquam eſſet idiota & ſimplex, ad excelſæ contemplationis ſublimatus eſt verticem. Nã per multa curricula temporum furſum actionibus inceſſanter intentus, adeo crebris in Deum rapiebatur exceſſibus, quemadmodum ego ipſe oculata fide conſpexi, vt magis cenſeretur inter homines vitam angelicam agere, quam humanam.

D. Bonaũ in vita S. Frãciſci c. 3.

B. Ægidius crebros patitur mẽtis exceſſus.

II. *Religioſus indoctus magis diligens Deum eſt maior apud Deum, quam doctus minùs diligens.*

S. Bonauẽtura vir inſigniter doctus, interrogatus ab eodem Ægidio; Multis te, Reuerende Pater, gratiæ ſuæ donis auxit præpotens Deus: Nos verò ſimplices & idiotæ quidnam faciemus, vt ſalui eſſe poſſimus? Reſpondit; Etiamſi nullam aliam homini gratiam conferret Deus, niſi vt ipſum diligeret, ſufficeret ei ad obtinendam ſalutem. Et Ægidius: Poteſtne, inquit, homo indoctus æque ac doctus diligere Deum? S. Bonauentura reſpondet,

In vita S. Ægidij apud Su. to. 7.

poſſe

Simplices aniculatam poſſunt amare Deum, quā magni Theologia Doctores. poſſe etiam ſimplicem aniculam non minùs diligere Deum, quam S. Theologię bene doctum Doctorem. B. Ægidius exiliens feruenti ſpiritu in hortum ingreſſus, ciuitatemq; reſpiciens, alta voce clamauit: O vos paupercu-læ, ſimplices, & indoctæ anus, diligite Deum: poteritis effici maiores, quam ſit frater Bonauentura.

III. *Coquus & ſimplex ſublimis in Dei contemplatione.*

Hiſt Camald. p. 3. lib. 3 c. 14. IN hiſtoria Camaldulenſis Ordinis legitur de B. Siluestro Conuerſo in monaſterio Angelorum Florentię, qui annos tres & triginta coquum egit. Hic adeo deditus erat orationi, vt ſæpe propterea increparetur à fratribus, veritis, ne cibi cocti eſſent in tempore. Sed cum omnia edulia ſemper cocta & parata præſcriptis horis omnia vaſa eluta & terſa inuenirentur, creditum eſt, ſanctorum Angelorum miniſterio ipſius orantis vices fuiſſe ſuppletas. *Coqui ſancti munia.* Die à ſe prædicta obijt, circiter annum Domini 1350.

IV. *Studendi cupiditatem aut legendi curioſitatem fratribus religioſis tentationem eſſe periculoſam.*

Chronic. Franc. l. 2. c. 22. S. Franciſcus fratrum Minorum anteſignanus, ſatis ſuperq; demonſtrauit à ſe tentationem hanc exiſtimari magnā hoc facto, quod in Chronicis narratur: Cuidam laico petenti facultatem retinendi apud ſe pſalterium, ſæpius negando repulit à ſe; ſubdens hæc verba in poſtrema repulſa: *Tentatio cui initio nō reſiſtitur ſemper accreſcit* Fili, pſalterij vtendi facultate obtenta, concupiſces etiam breuiarium, & alios libros ad diſcendum; & vbi didiceris aliquid, voles in cathedra ſedere, tamquam magnus Theologus, aut Prælatus, & iubebis fratrem tuum ad te deferre breuiarium. Quibus dictis, magno cum ſpiritus feruore caput ſibi aſperſit ſæpius cinere dicens: Ego breuiarium, ego breuiarium!

V. *Conuerſus decipitur à diabolo, vt ſtudeat & fiat Epiſcopus.*

NArrat Cæſarius de conuerſo Ciſtercienſi, qui didicerat legere textum, atq; hac occaſione illectus & deceptus occultè curabat ſibi deſcribi libellos & vitio prophetatis cœpit fœdari. *Cæſar. li. 5. Mira. c. 16.* Cumq; hoc ſtudium ei prohiberetur, amore diſcendi, apoſtaſiam incurrit; & tamen modicum profecerat propter ætatem. Pœnitentia ductus redijt ad monaſterium; & ter receptus eſt. Decipiebatur enim à diabolo qui viſibiliter ſub forma Angeli dicebat: Diſce ſtrenuè, quia eris Epiſcopus Halberſtadenſis. *Dæmonis illuſio, qua deceptus monachus pro Epiſcopatu nactus eſt ſuſpendium.* Alio die ſignificat ſeductor ille Epiſcopum illum eſſe defunctum; pro inde feſtinet ad ciuitatem, cui à Deo deſtinatus eſſet Epiſcopus. Clam exit de monaſterio: pernoctat extra ciuitatem in domo honeſti ſacerdotis: atq; vt glorioſe intraret ciuitatem, ſtrauit equum ſacerdotis, & induit eius cappam. Mane familia hoſpitis cognito damno, inſequitur abeuntem, capitur, damnatur de furto, & ſuſpenditur. Ecce quam clarè apparet ex hoc facto, ab hac tentatione flatu ſuperbię propelli coadiutorem furtim ſtudentem in ſcopulum Apoſtaſiæ: ſeuereque puniri eos, qui dæmoni ſuadenti aures præbent.

VI. *Munus ſcribendi libros ſacros Deo placet.*

FVit in quodam monaſterio noſtri Ordinis (inquit Trithemius) mihi non incognito, frater quidam deuotus, qui in ſcribendis ad ornatum Bibliothecæ voluminibus magnum habebat ſtudium ita vt quotieſcumque à diuino potuiſſet vacare officio, ad ſecreta cellæ ſe conferens huic ſancto labori, inſiſteret. *Io. Trithe. de laude ſcriptorū manualiū c. 6.* Vnde & multa ſanctorum opuſcula cum ingenti deuotione excopiauit. *Religioſi in ſcribendis libris ſedulo tres digiti dextera ma-* Huius mortui oſſa, cum poſt multos annos leuarentur de terra, tres digiti dexterè manus, quibus tot volumina ſcripſerat, tam inte-

gri

numine cor rupti perſeuerāt. gri & incorrupti inuenti ſunt, ac ſi eodem tempore ſepulcro fuiſſent impoſiti. Reliquum autem corpus, vt moris eſt, conſumptum ad oſſa fuit.

TIT. LXXXVIII. De tentatis ad egreſſum religionis.

EXEMP. I. *Mater Dei ſuccurrit tentato ad egrediendam religionem.*

D. Anton. 2. p. Chro. tit 7. c. 2 §. 34. HVius generis illuſtre exemplū eſt apud Antoninum de Hugone, Abbate Bonæuallis Ordinis Ciſtercienſis, qui ſub Clemente Tertio claruit, circa annum Domini 1186. Hic ſæculum cum reliquiſſet, cœpit religioſè admodum conuerſari in monaſterio: tentatus tamen valde fuit de egreſſu religionis. Hæc cogitans intrauit templum, & orans deuotè cum lacrymis, vidit ſupra altare Matrem miſericordiæ, veſtitam lumine ſicut veſtimento. *Viſio Hugonis Abbatis Bonæuallis* Et viſum eſt ei, quod videret Ieſum filium eius iuxta eam, & quomodo annuntiatus fuerat ab Angelo, & de Virgine natus, & paſtoribus nuntiatus, circumciſus, & à Iudæis poſtea captus, flagellatus, illuſus, & crucifixus, & exinde reſurgentem intuetur, & aſcendentem in cœlum. Hęc ei aſpiciente, dixit ei Domina noſtra; Viriliter age, & confortetur cor tuum in Domino, & certus eſto talibus tentationibus te amodo non pulſandum.

II. *In tentatione ſuauis inſtructio ſalutaris.*

Idē ibid. SVb hoc eodem ſancto & venerabili viro Hugone Abbate Bonæuallenſi factus eſt religioſus quidam iuuenis valde feruens in principio, qui poſtea valde tentatus cogitabat ad ſeculum redire. Cui cum Abbas, qui audierat eius tentationem in confeſſione, multum ei ſuaderet de remanendo, & nil proficeret, dixit Abbas: *Conſolatio tētati efficax.* Fili miſerere animæ tuæ placens Deo, ne perdas gloriam tibi paratam. Ego enim ſpondeo tibi, & fideiuſſorem tui in hoc me conſtituo, quod ſi tu remanſeris, ſanctorum angelorum ſocius æternus eris. Ad quæ verba confortatus permanſit, & optimè conuerſatus eſt. Qui duobus annis ante mortem grauiſſima infirmitate laborauit, ſed ad eum conſolādum miſſus eſt ſanctus Iob cum magna claritate, qua totum infirmatorium repletum eſt. Ego ſum, inquit, Iob, quem pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis miſit ad cōſolandum te: ſicut ego in tali infirmitate patiens fui; ſic & tu. Et ideo florebis mecum in gloria, & cras eris mecum, & metes quod ſeminaſti. Quod & factum eſt. *Iob apparet infirmo religioſo & eum conſolatur.* Et non multo poſt apparuit ei in gloria gratias agens Abbati, per cuius admonitionem permanſerat in ordine. *Apparitio religioſi iam beati.*

III. *Cæleſtis gloriæ contemplatio tentatum de egreſſu Religionis retinet.*

COeleſtis gloriæ magnitudo, quæ religioſos manet poſt hanc vitam, tentatos de egreſſu, retinendi vim habet; vti Franciſcano cuidam nouitio contigiſſe legimus. *Hist. Plat. l. 2. de bono ſtat. rel. c. 18.* Is enim cum ita religionis oneribus premeretur, & præterea ita à dæmone oppugnaretur, vt iam vix ſuſtineret, & de ſeculo repetēdo indignas aleret cogitationes, hoc vno cœleſti remedio ſanatus eſt: Nocte quadam dum in templo ante venerabilem Euchariſtiam pertranſiens, adorandi cauſa, genu, corpuſque inflectit, illo ipſo momento raptus, ac defixus eſt in eiuſmodi viſione. Aſpiciebat longum agmen multorum hominum ordine procedentium, eodem habitu, eademque forma. *Viſio religioſi tētati ad defectionem.* Omnibus veſtes erant candidę; vultus autem, & manus, & pedes, quę corporis partes è veſte eminebant, ita ſplendidæ, ac radiantes, vt cum ipſa ſolis luce certarent. Omnes autem neſcio cui tanquam hoſpiti recens aduenienti obuiam ire, eumque cum feſtina gratulatione amplecti, atq; etiam cum honore deducere videbātur. Quæ ille cū timore, & horrore

Religioſo ſãctè morẽti itur à beatis ſui ordinis obuiã

rore perfuſus ſpectaret, ab vno illorũ inquiens, quidnam id eſſet, cognouit Franciſcanam eſſe familiam, quæ ad ſuum quendam, qui tum è vita migrarat, in cœlum comitandum prodiſſet. Viuere autem omnes in cœlo lætiſſimos,& feliciſſimos;atque honorem illum candidarum veſtium, quas videret, datum eis eſſe pro religioſo,quem in terris geſtarant, habitu; fulgorem autem corporis pro carnis incommodis: ac ipſum quoque eiuſdem gloriæ participem futurum, ſi in ſuſcepto cõſilio fortem ſe,& conſtantem prꝑſtitiſſet. Atque id quidem ille deinceps facilè effecit; ita enim confirmatus eſt, vt numquam ampliùs vacillarit.

IV. *Tentatus edoctus de perſeuerantia remanet.*

Bernar. Iuſtin. in vita S. Laurẽtij Iuſtin. c. 4.

IN vita Laurentij Iuſtiniani ſcribitur de quodam Fratre, qui importunis dæmonis tentationibus victus ad ſeculum redire proponebat: prius tamen vltimum ſalutis ſuæ refugium Laurentij opem & cõſilium explorare ſtatuit. Ad Laurentium ergo ſe conferens;Ecce,Pater,inquit,niſi adiuues me,ad ſeculum redeo. Tum Laurentius acceptum aqua decoctum lauri ramuſculum Fratri tradidit: Accipe, inquiens, & in horto planta; & ſi quidem reuiréſcet, ſecurus eſto de perſeuerantia tua. Abijt ille, & plantauit, & reuiruit. Et de miraculo gaudens, memoriam virgæ Aaron, & palmæ Macarij reuocauit.

Lauri ramus decoctus in horto plãtatus reuireſcit.

V. *Tentatio relinquendæ religionis à dæmone immittitur.*

D. Greg. l. 9 Regiſtri epiſt. 38.

QVodam tempore dum in die natalitio ſancti Andreæ Apoſtoli iam meridianis horis fratres quieſcerent,ſubito quidam frater apertis oculis cæcatus cꝑpit tremere,voces ingentes emittere quibus vocibus teſtabatur, ferre ſe nõ poſſe,quod patiebatur. Concurrentes fratres viderunt cæcum apertis oculis trementem & clamantem, & à præſentibus alienum, nihil quod foris agi poterat, ſentientem: Eumque in manibus leuauerunt, atq; ante altare S. Andreæ Apoſtoli proiecerunt ipſique pro eo in oratione proſtrati ſunt. Qui ſtatim ad ſe reuerſus, quid paſſus fuerat, confeſſus eſt: quia ſenex quidam ei apparuit, & canem nigrum ad eum dilaniandum dimiſit dicens: Quare fugere voluiſti de monaſterio?Cumq;euadere de canis morſibus nullo modo potuiſſem, venerũt quidam monachi, & eundem ſenem pro me rogauerunt. Qui ſtatim iuſſit canem abſcedere, & ipſe ad me reuerſus ſum. Qui etiam confeſſus eſt: quia eo die quo iſta pertulit, conſilium habuerat de eodem monaſterio fugere.

Fratrum religioſorũ preces fratribus ſuis ſalutares.

Viſio religioſi tẽdẽtis ad apoſtaſiam.

VI. *Cogitans egredi è monaſterio punitur.*

Idẽ ibid.

ALius quoque monachus diſcedere de eodem monaſterio S. Andreæ latenter voluit. Cumque hoc mente tractaſſet, voluit oratorium ingredi, ſed ſtatim dꝑmonio traditus vehementiſſime vexatus eſt.Relinquebatur verò à dæmonio, ſi extra oratorium ſtetiſſet, & nihil patiebatur aduerſi. Si verò conatus fuiſſet ingredi, ſtatim maligno ſpiritui traditus vexabatur. Cumq; hoc ſꝑpius fieret,culpam ſuam confeſſus eſt, quia egredi de monaſterio cogitabat.Tunc collecti pro eo fratres, ſeſe per triduũ in precibus aſtrinxerunt, atq; ita curatus eſt, vt ad eum poſtmodum numquam ſpiritus malignus accederet.Dicebat autem ſe eundem B. Apoſtolum dum vexaretur vidiſſe, ſeque ab eo increpatum eſſe, cur voluiſſet abſcedere.

Parans fugam è monaſterio vexatur à dæmone.

Triduanæ fratrũ preces eũ liberant.

S. Andreæ Apoſtoli apparitio.

VII. *De quinque virginibus, quæ monaſterium exire volebant, à dæmone correptis.*

Pra. ſpir. c. 35.

AD hæc accedit, quod refert Ioannes Euiratus in Prato ſpirituali. Acceſſimus, inquit, ad Eunuchorum monaſterium iuxta ſanctum Iordanẽ, ego & frater meus Sophronius. Narrauitque nobis Abbas Nicolaus ipſius mona-

monaſterij presbyter dicens: In regione mea (erat autem ex Lycia) monaſterium virginum eſt ferme quadraginta. In hoc ergo monaſterio quinq; virgines ſibi inuicem condixerunt, vt noctu de monaſterio fugerent, & acciperent viros. Nocte verò quadam cum dormirent ſanctimoniales omnes, illis conſultantibus, vt veſtimenta ſua acciperent, & fugerent, continuo quinque omnes à dæmonio correptæ ſunt. Quo facto, ampliùs exierunt è monaſterio, ſed confeſſæ peccata ſua, gratias egerunt Deo dicentes: Gratias agimus magnorum indultori munerum Deo, qui flagellum hoc nobis induxit, vt animæ noſtræ non perirent.

Quinque virgines fatuæ.

Vexatio dat intellectum

VIII. *Tentatus ob difficultates docetur eas ſenſim ſuperandas.*

In vitis PP. p. 2. li. de Patientia ſeu fortitudine.

IN hiſtorijs ſanctorum Patrum refertur de quodam fratre, qui cum incidiſſet in tentationem, oppugnationis moleſtia victus, diſciplinam monaſticam perdidit; & cum iterũ vellet obſeruantiæ regularis principia reſumere, illa animi tribulatione impediebatur, & dicebat in ſeipſo: Quãdo eo me ſtatu inueniam, quo aliquando fui? Deficienſque animo, ne aggredi quidem monachi vllum opus valebat. Veniens ad quendam ſenem, narrauit ei quæ circa ſe agerentur. Senex, audita defectionis cauſa, adhibuit ei tali exẽplum. Homo quidam habuit poſſeſſionem, & eius negligẽtia in ſentes redacta eſt, ac repleta tribulis & ſpinis. Viſum eſt autem ei poſtea, vt eam excoleret, dixitque filio ſuo: Vade, & purga agrum poſſeſſionis illius. Venit filius, vt purgaret; Sed cum reſpexiſſet, vidit multitudinem tribulorum & ſpinarũ in eo excreuiſſe, & animo deficiens, ſibi ipſe ſic locutus eſt: Ecquando hæc omnia euellere & expurgare potero? & proijciens ſe in terram dormiuit. Hoc autem fecit multis diebus. Poſt hæc venit viſum pater eius quod fecerat, inuenitque ipſum nihil effeciſſe, & dixit ei: Quare vſque modo nihil feciſti? Reſpondit iuuenis patri ſuo: Mox vt operi appropinquaui, viſa tribulorũ ac ſpinarum tanta copia, deterrebar à ſuſceptione laboris, & præ animi anguſtia proſtratus in terra dormiebã. Cui pater: Ad menſuram latitudinis, fili, quam iacens in terra occupas, per ſingulos dies operare, & ita paulatim proficiet opus tuum, nec tu puſillanimis efficieris. Quod cum audiſſet iuuenis, conſilium patris ſecutus eſt, & paruo tempore purgata & exculta poſſeſſio eſt. Tu verò ita, Frater paulatim operare, & non deficies. Quo audito, Frater ille abijt, & cum omni patientia ſedens faciebat ſicut edoctus fuerat à ſene, & reqtiẽ inueniens promouebatur per Chriſtum Dominum.

Parabola elegãs aduerſus puſillanimes.

Qui paulatim tandem multa efficit.

IX. *Nouitius Carthuſianorum, muro inſidens, magiſtri iam pridem defuncti monitione reuocatur, ne ad ſeculum redeat.*

Pet. Dorlãdus in Chronic. Carthuſ. l. 6. Dionyſ. Carthuſ. in concluſ. exhortatorij Nouitiorũ.

OLim eccleſia Cathedralis Gratianopolitano Canonicum habuit, qui corde compunctus maiorem Carthuſiam eſt ingreſſus. Hic poſt aliquãtos menſes, cum nouus ille feruor iam pene intepuiſſet, cœpit de vomitu cogitare. Semper enim tepor non longè diſtat à vomitu. Huic tempori importuna ſe diaboli tentatio ſociabat, & tam frequens, tamque continua, vt nouella plantatio, & parum adhuc gratiarum fluentis irrigata tempeſtates tã aſſiduas ferre non poſſet. Non enim recurrebat ad orationis ſuffragia, nec piorum patrum monita capiebat. Victor igitur diabolus miſerum eò perduxit, vt nocte iam inſtante clam turpem fugam meditaretur. Sedente igitur illo ſuper murum, qui cœnobium cingit, horto ſuo proximum, cum vellet ſe deorſum mittere, vidit magiſtrũ ſuum, qui illum in nouitiatu iam pridem inſtruxerat, quique iam obierat mortem. Hunc vidit è cœlis ad ſe venientem multa luce conſpicuum, & magna circumdatum gloria dicẽtem ſibi: Quorſum, inquit, ò fili, tu fugere

maturas in perditionis tuæ periculum? Mane, inquit, mane, & in Ordine perſeuera, & ego tibi promitto perpetuæ felicitatis regnum: quod ipſe percipies, ſi in ordine in finem vſq; laudabili conuerſatione duraueris. Ille territus primùm, deinde apprimè animatus, ſeſe ad mentem reduxit saniorem, cellam ſuam introijt, habitum reſumpſit, & virtute ac longanimitate proficiens feliciſſimo eſt fine conſummatus.

Perſeuerātia merces.

x. *Alius ſimiliter ad ſeculum redire tentans, voce defuncti reuocatur.*

Idē ibi. IN hac ipſa domo Carthuſiæ, quæ eſt mater noſtra, (inquiunt ijdem Dorlandus & Dionyſius Cartuſiani) fuit ante nos nouitius quidam, qui ſuadente diabolo, ac iam etiam poſſidente, ſub nocturno ſilentio fugere ad ſeculum moliebatur, cumq; per cœmeterium clauſtri tranſitum haberet; audiuit de ſepulcro, cuiuſdam nuper defuncti patris vocem manifeſtam dicentem ſibi: Quo fugis ò miſer? quo fugis? Prædico tibi, ſi hinc abieris, filius gehennæ & perditionis alumnus erit. In hac voce correptus ac ſtupefactus diriguit, & ad ſe reuerſus cellam repetijt, & in ea vſque in finem laudabiliter perſeuerauit.

Mina in deſerto rē vocationis.

xI. *Quidam detectis diaboli technis à conſilio defectionis reſilit.*

Ibi. Petr. Dorlandus & Dionyſius Cathuſiani

NOuitius quidam in ſuperiori Almania, cum Carthuſienſem eſſet ordinem ingreſſus, nec ſatis firmaſſet mentem in obſequium Dei, cœpit de vomitu cogitare. Et iam in liquidum reſolutus, O, inquit, ſi nunc haberem ad manus aureos decem, nequaquam hic vltra perdurarem, ſed ſtatim me ſeculo redderem, quod reliqui. Odi.n. hunc Ordinis rigorem, odi piſas & fabas, & duriſſimam ordinis diſciplinam. Sine pecunia tamen nuſquam tuta, nuſquam honeſta profectio eſt. Cumque vndique per cellam circumſpiceret, vidit, mirabile dictu, illos ipſos aureos iacere ſibi ſub oculis, probatę monetæ & publicæ. Tunc ille ſtupidus nimium, Vnde, inquit, hoc aurum? vnde hi nummi tam ſubito prouenerunt, hoc præſertim in loco, vbi numquam pecunia conſueta eſt inueniri? Certè hoc artificiū. Zabule, tuum eſt; hi doli ſunt tui, quo me ab Ordine eijcias faciaſque extorrem. Nunc magis ipſe manebo, &, vt tibi crepent oculi, me perſeuerantem videbis, & quæ ſancta ſunt ęmulantē. Pecunia verò tua tecū abeat in perditionē. Ita ibi.

TIT. LXXXIX. De pœnis Apoſtatarum à religione.

EXEMP. I. *Quidam è religione egreſſus ſalutariter flagellatur.*

IN monaſterio, quòd Cliuus Scauri dicitur, quodq; beatus Gregorius infra Romanæ vrbis mœnia condidit, puer quidam à parentibus, vt Deo deinceps militaret, oblatus eſt. Qui poſtmodum dum iam adoleſceret egreſſus de monaſterio, ad ſeculum redijt, vxoremque ſibi nuptiali fœdere copulauit. Deinde cum iam ad iuuenilem veniſſet ætatem, diuina ſententia repente percuſſus eſt in gutture, cœpitque morti, languoris ingraueſcente moleſtia, appropinquare. Tandem malè fugitiuus vt ad monaſterium deportaretur, expetijt, ibiq; pœnitudinem de ſuis grauitatibus, habitumque monachatus accepit. Cumq; vxor eius cum nonnullis alus lecto iacentis inſiſteret, cœpit ille grauiter gemere, vlulatus emittere, & tamquam phreneſin pateretur, inordinata vociferatione garrire. Percontantibus autem eis, cur non ille quieſceret: Nonne, inquit, videtis beatum Andream Apoſtolum, ſanctumq; Gregorium acerrimis me ſuis verberibus immaniter flagellantes? Vlulans itaque rurſus, ac flebiles voces emittens, paululū reſpirabat, atque dicebat: Modo me verberauerūt, propterea quia monaſterium dimiſi, vxoremq; duxi. Interim poſt fletus & rugi-

Pet. Da.

Religioſi inſtituti deſertor à ſanctis Andrea & Gregorio flagellatur.

rugitus ad momentum quieſcens, aiebat: Modo me caſtigauerunt, quia pauperibus mendicantibus, maximè Scotigenis, non modo nihil dedi, ſed eos etiam, quod flagitioſum eſt, irriſi. Rurſus ingeminans ſtridores & gemitus, aſſerebat, quã ſex annos à vidua quadam paupercula mutuò accepi, & reddere nolui, & quot pedum paſſibus illa laborauit, dum eos ad me veniendo requireret, tot ego nũc ictus à ſanctorum manibus pertuli, dum me pariter verberarent. Vt ſciatis autem quia nõ mentior, perendie hora ſexta de hoc ſeculo migraturus ſum. Erat porro tũc ſexta feria. Nocte verò qua Dñicus illuceſcebat dies, qui dicitur In ramis palmarum, de lecto cunctis mirãtibus non ſegniùs exiliens, ſcapulare, atque cilicium, quæ iuxta ſe erãt, repente arripuit, moxq; eccleſiam B. Andreæ attonitus, ac feſtinus intrauit, vbi ſtrato compoſitus, his qui aderant fratribus ait: Ecce ſanctorum verberibus flagellatus, ita de corpore egredior purificatus, ſicut de fonte baptiſmatis mũdus exiui. Inter miſſarum igitur ſacroſancta ſolemnia Dominica vix paſſione perlecta, hora qua prędixerat Deo ſpiritum reddidit. Nudato autem ad lauandum ex more cadauere, ſic vibices ac ſtigmata in eius membris vndique videbantur, ac ſi corpus eius materialibus fuiſſet alliſum verberibus.

Irriſio pauperũ grauiter punitur.

Mutuum reddere negligẽs diuinit⁹ flagellatur.

Pœna in hac vita inſtar purgatorij.

II. *Quidam tentatus draconem inſcius ſequebatur, quam deinde precibus ſui ſuperioris videns auerſatus eſt, & in religione permanſit.*

D. Greg Mag l. 2 Dial. c. 25.

QVidam ordinis S. Benedicti monachus mobilitati mentis deditus erat: & permanere in monaſterio nolebat. Cumq; eum vir Dei aſſiduè corriperet, & frequẽter admoneret, ipſe verò nullo modo conſentiret in cõgregatione perſiſtere, atq; importunis precibus, vt relaxaretur innueret, quadam die idem venerabilis pater nimietatis eius tædio affectus, iratus iuſſit, vt diſcederet. Qui mox vt monaſteriũ exijt, cõtra ſe aſſiſtere aperto ore draconem in itinere inuenit. Cumque eum idem draco qui apparuerat deuorare vellet: cœpit ipſe tremens & palpitans magnis vocibus clamare, dicens: Currite, currite, quia draco iſte me deuorare vult. Currentes autem fratres draconem minimè viderunt: ſed trementem atq; palpitantem monachum ad monaſterium reduxerunt. Qui ſtatim promiſit nuſquam ſe eſſe à monaſterio receſſurum, atque ex hora eadem in ſua promiſſione permanſit. Quippe qui ſancti viri orationibus contra ſe aſſiſtere draconem viderat, quem priùs non videndo ſequebatur.

Draco infernalis monachos deſertores deuorare geſtit.

III. *Quidam relicto ordine Ciſtercienſi, prauam ſecutus ſodalitatem miſerè perijt.*

Laur. Su. to. 4. in vita S. Roberti 8. Iunij.

NOcte quadam S. Robertus Abbas monaſterij ordinis Ciſtercienſis in Anglia, vidit malignum hoſtem ad chori aditum conſiſtere, & conari quidem ſępius ingredi, ſed fruſtra tamen. Habebat formam ruſtici præcincti, lõgis, ijſque nudis tibijs ferentis à tergo ſportulam & ad pectus lignum funib. innexum: Cœpit porro producto collo circumire chorum, oculos in fratres attẽtè conijcere, ſi quid forſitan poſſet ſibi gratum in aliquo cernere. At viro Dei inſtantiùs orãte & fratres à torpore excitante improbus explorator diu fruſtra expectans, cũ nil ſe proficere videret, indignabundus ad chorum fratrum Conuerſorum ſe contulit, illic quoq; cunctos curioſè contemplans: ſi quos videret ſomnolentos, cachinnans ſpreuit: ſi noxiis cogitationibus occupatos, mirum in modũ tripudians applauſit. Tãdem inter nouitios reperit iuuenem quendam animo ad illicita euagantem; nec niſi ſolo corpore illic præſentem, immò etiam clandeſtinam fugam meditantem. Animaduertens igitur illum ſuæ ſortis eſſe, fuſcinula apprehenſum in fiſcellam ſuam coniecit, & celeriter inde ſe prorupit,

Tentatoria perſeuerantia.

Negligẽtia in precibus.

Conſortium prauum. Religioſus deſertor capite plectitur.

Cernens id vir ſanctus, multum pro illius ſalute anxius & ſollicitus, mane diligenter eum iuſſit inquiri. Sed ille ante aurora vagus & profugus excuſſo ſuaui iugo Chriſti, ſecutus erat inimicum. Adiunxit autem ſe hominibus ſceleratis, deditusq; latrocinijs non diu poſt captus eſt, & capite plexus miſerrimè è vita exceſſit.

IV. *Aldefonſus Rex reſpiciens retro punitur.*

Ex Ambro. Moral. l. 16. c. 7 8 9. Baro. to 10 a. Do. 927.

ALdefonſus IV. huius nõis Rex in Hiſpania, anno Domini 926. regno ſe abdicans vitam monaſticam amplexus eſt, Ramiro Regi Legionenſi relinquens regnum; ſed cum deſentor ſacræ militiæ factus recuperationi relicti regni operã daret, ab eodẽ Ramiro captus, oculis orbatus eſt.

V. *Admirabile iudicium & vindicta in monachum Apoſtatam.*

Ex Anastas. homil. echo hom. 5. Baro. 10 8 an Do. 814.

FVit in monte Sina monachus quidam, qui celebre adeo edidit ſuæ continentiæ ſpecimen, vt in cellula multos vixerit annos incluſus: poſtremò multifarijs reuelationibus diaboli & inſomnijs illuſus ad Iudaiſmum dilapſus eſt, & carnis circumciſionem. Cum igitur diabolus huic identidem vera quædam inſomnia demonſtraſſet, & veluti obiecta illecebra ineſcaſſet illius obſcuratam mentem: nouiſſimè oculis illius obiicit copioſam turbam Apoſtolorum, martyrum, aliorumq; omnis generis Chriſtianorum denſiſſimis tenebris & omni dedecore oppletam: parte oppoſita Moyſen, prophetas, populum quoque Iudæorum (Deo alioqui inuiſum) offert ſplendida admodum luce conſpicuos, inque gaudio & hilaritate vitam traducente. Hæc cum ſpectaſſet miſer, è veſtigio ſurrexit, derelictoque ſancto illo monte, in Palæſtinam vſq; peruenit, rectaq; contendit in Noera & Libyadem, aſyla Iudæorum. Cum illis denarraſſet, quæ ſibi viſæ fuiſſent, diabolicas apparitiones, circumciſus eſt, ac profeſſus Iudaiſmũ, accepit vxorem, inq; omnium proſpectu aduerſus Chriſtianos edidit dogmata, propugnator factus Iudaicæ ſuperſtitionis. Hunc ego vidi ac pleriq; monachorũ: neq; enim quatuor anni ſunt à morte illius, qua miſerè peremptus eſt: catarrhi enim profluuium aliquamdiu paſſus, & vermiũ arroſione contabeſcens, expirauit. Hunc cum vidiſſemus ego & alij aliquot monachi, correpti timore ingenti, cum luctu lamẽtati ſumus. Erat id ſanè quam miſerabile ſpectaculum. Vir hic totus incanuerat in monaſtica exercitatione, conſenueratque laboribus attritus: & is tandem cũ mulieribus iocabatur, immundarum carnium, nempe Iudaicarum geſtu ſe defœdabat & inquinabat, verba loquebatur obſcœna & impudica, blaſphemabat Chriſtum, Spiritum ſanctum non tolerandis afficiebat contumeliis. Et hunc talem illi ſine lege Iudæi ſecundum vocabant Abraham.

Illuſio dæmonis ſub ſigura Angelũ lucis.

Monachus illi ſus amplectitur Iudaiſmum.

Vindicta in monachũ apoſtatam.

VI. *Lapſus mirabilis cuiuſdam, & eiuſdem mirabilior conuerſio.*

Ex Annal. Societ. an. 15

VEteribus omiſſis ad recentiora veniamus. Petrus Paradi, cum ſuorum improbitate morũ diuinæ ſe vocationis indignum reddidiſſet, nec in Societatis corpore cõtineri cum cæteris vlla ratione poſſet, ad extremum & ipſe domum ſum, haud tamen à votis liber, immuniſq; remiſſus eſt. Qui cum ſua ipſe ſententia, iudicioq; Doctoris etiam cuiuſdam auctoritatem ſecutus, nullo ſe teneri voto cenſeret, ſolutiſſimo, pacatiſſimoque viuebat animo cum cætero populo, & quod deterrimum erat, nullo ore, nulloque Dei timore munitus, confidentiſſimè ſeſe ad inſtituendos, iurandoſq; cæteros, qui ſe ipſe deſtituerat, peneq; perdiderat, comparabat. Non tulit hominis audaciam cœleſtis vltio, in ipſo articulo temporis, quo ſe ad Eccleſiæ myſteria tractanda proximiſq; ie adminiſtranda conuertit, dirum ei morbi genus, & medicis ignotum immittit: tart-

Punitur diuinitus in dicto tempore causa.

cantis enim vbique doloribus torqueri cœptus eſt, talemque in tumorem corporis membra conuerti, vt nullam caperet quietis partem, neque diurnæ neque nocturnæ, præſertim nulla antegreſſa febri, nulla cauſa; vt in ea inueſtiganda, reperiendaque hæſitaret, deſudaretque omnis ars medicorum. Iam curationis gratia deportandus erat propter paupertatem ad publicum noſocomium, cum ad eum ſe confert Conimbricenſis collegii Rector Leo, & pro paterna charitate rebellem, vt ad collegium redeat, & curetur, hortatur. Is haud animo minùs, quam corpore tumidus reſpondit, ſuis ſe rebus, animique ſaluti admonente nemine conſulturum. Ad eam vocem continuo pes læuus intumuit, & à pedibus, quot in Ægyptum referre non puduit, primum orta pernicies. Rector tamen occaſionem inde captans ad ſanitatem hominis reducendi, acriùs eum cohortari, vt quando in tanto vitæ, ſalutiſque diſcrimine verſaretur, duritiem à præcordiis arceret, & mentem ſuam aduerſus monitores amiciſſimos flecteret. Verùm ille non modo monitis non acquieuit, ſed votorum ſponſione liberatus, quo tutiùs è vita diſcederet, illa deriſit, perinde ac iis vinculis ſolueretur, quibus nequaquam teneretur aſtrictus. Serpebat interim in pede tumor cum amplificatione doloris & deportatus ad ægrorum hoſpitium, chirurgis, mediciſque committitur, quorum de ſententia digitus ei, ne pes enormiùs intumeſceret, amputatur. Nec tamen compreſſus eſt tumor, ſed cum manaret in horas latiùs, reliqui etiam amputati ſunt digiti. Iam cunctis erat digitis mutilus, nec multiplex obtruncatio, totoque corpore vſtiones adhibitæ, ſiſtere vitioſum humorem peſtis pabulum, fontemque valebant, neque reliquum erat aliud, niſi vt ipſe quoque pes totus obtruncaretur. Lata iam erat ſententia, & expedita iã ſcalpella, quę chirurgus immitis in putreſcentem demergeret pedem, cum deniq; mens obſtinata reſipuit, & ſui miſertus æger aperuit oculos. Tum demùm, ne totus & animo & corpore funditus interiret, Rectorem accerſit, agnouit erratum, & profeſſus, quam abiecerat obedientiam, ad omnia ſe paratum oſtendit. Mirum dictu, ſimul ac Rectoris amplexatus obſequium, tumorem animi poſuit æger, tumor quoque corporis ſtetit, ſerpens putredo quieuit, tametſi antea medici confirmarant, nullam ad eum curandum morbum reperiri potuiſſe medicinam niſi ſcalpello, perpetuamque ſectionem; vt appareret malum inuectum à Deo, cuius comparatum ſapientia, vt in ſuo quiſq; vitio plectatur, & noxæ pœna reſpondeat. Secandus tamen pes putridus fuit, & quod erat marcidum excidendum. Quem ille tantum ſubiturus ictum voluit noſtros, quos antea fugerat, intereſſe, & iis inſpectantibus exſecari; qui cum ſuper ferrum manumq; chirurgi ſanctiſſimum Ieſu nomen itentidẽ inclamarent, tantum ille cõcepit animo robur, vt poſtmodum affirmaret, in excipiendo vulnere vix ſe vllum ſenſiſſe dolorem. Is poſtea ſibi reſtitutus, cæteros inter homines manſit, ſegregatus à noſtris, meritò quidem ſanus, nec Conimbricenſi Epiſcopo, à quo multum adhibebatur, inutilis; cæterum altero pede mutilus, quo diuini beneficii, quoties gradum faceret, veniret in mentem, & Societatis recordaretur amiſſæ.

Correptionem reijciens mox punitur.

Creſcente mẽtis duritie creſcit pœna acerbitas.

Reſipiſcit & dolores ſere mitiunt.

Ieſu nomine inuocato præſecatur cum exiguo admodũ dolore.

VII. *Obſtupenda cuiuſdam à Societate Ieſu defectio ſecunda, parentis ſuaſu, & parentis ac filij punitio admirabilis.*

IN Caſtella vetere in quodam oppido, cui nomen Tudela de Duero, circa Valliſole tum fuit quidam agricola diues & honeſtus Ioannes Gomez Pontanus nomine, qui filium ſuſcepit, quem eodem nomine nuncupauit. Fuit hic educatus in virtutib. & timo-

E litteris annuis Soc. Ieſu.

timore Dei ab infantia: cum autem eſſet pater eius diues, miſit eum Segobiam, vt in ſcholis ſocietatis erudiretur, in quibus ita ſe geſſit vt nō ſolùm in litteris, ſed etiā in virtutibus proficeret: frequenter enim confitebatur, ſtatis horis orabat, fugiebat occaſiones Deū offendendi. Poſt hęc à Deo motus nuncium remiſit carnis delicijs & vanitati mundi, vt Chriſtum nudū amplexaretur, & cū eo in cruce ſanctæ religionis moreretur: deſiderauit ſocietatem ingredi, inſtāter petijt à ſuperioribus recipi, admiſſus eſt. Quod cum pater reſciſſet ægerrimè tulit; nā ſpem omnem in filio repoſuerat, vnico bonorum eius omnium hærede. Itaq; egreſſus eſt oppido, ad filium adūolat, alloquitur, & cum multis lachrymis orat, & rationibus agit, ne ſe peſſundaret, & patrem in ſenectute deſereret, nec matri cauſa mortis eſſet, quā ſine dubio mœror & triſtitia conſumptura erat. Præterea, ne tantam hæreditatem contemneret, tanto labore & ſudore paratam, ſibique ſoli reſeruatam: vicit amor patris miſerum filiū, & audiens illius falſas rationes illiſq; acquieſcens eū ſecutus eſt. Nihilominus in eius pectore antiqui feruoris & primi ſpiritus aliquæ ſcintillæ remanebant, quæ quandoq; ipſum excitabāt, & non permittebāt, ipſum quieſcere. Quæ tandem ita præualuerunt, vt inſcio patre, cū puderet, ipſum à Societatem redire, habitum S. Franciſci aſſumpſerit. Quod cum audiſſet pater, turbatus eſt vehementer: cumq; cogitare debuiſſet filium à Deo vocari, eūque ad diuinā vocationem ſequēdam adhortari, conatus potiùs eſt, eum ſecundo ex religione extrahere, quod & perfecit. Et ne tota vita à filij voluntate quam & leuem & inconſtantem arbitrabatur, penderet, decreuit eū occupare in negotijs domeſticis, eumq; matrimonio ligare, vt his tricis & catenis deuinctū, faciliùs in ſeculo retineret. Filius licet tūc tēporis frequenter confiteretur & cōmunicaret aliaq; virtutum exercitia obiret, cum tamen animaduerteret parentes ei vxorem quærere, maluit eos pręuenire, & vxorem eligere quam vellet. Accepit itaq; virginem ciuem ſuam in ętate & reliquis æqualem, ſibiq; perſimilem: quæ licet talis eſſet, diſplicuit tamē parentibus mariti ſui, qui aliam animo deſignarant: adeoq; cœperunt iraſci filio, vt eum abhorrerent, & toruo vultu intuerentur, & duris verbis carperēt, ad amaritudinē pertraherent, & eum die noctuq; perſequerentur, eo quod ipſis inuitis vxorem accepiſſet. Miſer filius triſtis & afflictus incedebat, licet pro parentū amore & reuerentia diſſimularet. Et vt paucis dicam, & accedā ea quæ ad rē minime faciunt, 26. Maij 1578. cum pater aliquo proficiſci vellet, vt pecuniam in vicino oppido ſibi debitam recuperaret, præcepit filio, vt ad vineas ſe cōferret, & certos operarios ad laborādum in eis ſecum duceret: fecit filius quod pater iuſſerat, putatoriam falcem ſecum ferens: cumq; pergeret in itinere cœpto, cępit in memoriam reuocare continuas querelas & moleſtias ſibi à patre illatas ob coniugium contra eius voluntatem initum, iratuſq; & perturbatus à via deflectens, patrem inſequitur cum illo rixaturus, & de moleſtijs ſibi à patre illatis queſturus: occurrit itaque filius patri, cœpitque primùm blandè filius patri ſuo querelas aperire, addens ſe eius itineris comitem futurum, ne ſolus pecuniam ferens rediret: quod pater renuit, dicens non opus eſſe, vt filius laborem iſtum ſubiret. Sed cum filius omnino ipſum comitari decreuiſſet, iratus pater baculo, quem manu tenebat, filium percuſſit, cumque fortiùs percutere vellet, miſer ſenex in terram cecidit, caputq; ſuū cadendo vulnerauit. Accurrit filius patri ſuppetias laturus, cumque videret eum ſanguine è vulnere diffluente reſperſum, actus à dæmone, ſibiq; perſuadēs patrem ſe odio proſequi, ſeq; ab eius gratia excidiſſe, quam numquam eſſet

recu-

Pater dehortatur filium à ſtatu religioſo.

Filius acquieſcit patri. Idē inuito patre fit Franciſcanus.

Abſtrahitur à patre.

Vxorem ducit cōtra patris voluntatem.

Tētatur contra patrem.

Rixa inter patrē & filiū.

recuperaturus, corde peruerſo & furore cæcus decreuit patrem interficere. Itaque cœpit eum inuadere & conſtringere, Pater rei nouitate motus dixit; Quid agis fili? Reſpondit filius: Volo tibi afferre necem, ò pater. Mihine ò fili? & qua de cauſa? Te interficiam, inquit, ò pater, quia te nunquam placatum experiar. Tum pater: Stulteſcis, an iocaris? Patrem tuum interficies? Omnino, inquit, ita fiet: quare ſi alicuius peccati tibi es conſcius, illud mihi confitere, & ego illud ſacerdoti nomine tuo confitebor: Te etiam rogo, vt amore Dei mihi ignoſcas. Quod cum multis lacrymis dixit. Cui pater, & ipſe reſperſus lacrymis. Ignoſco tibi, ò fili, fieri enim nequit, vt tu, cum filius meus ſis, & quidem vnicus quem genui, educaui, & tantum amaui, patrem occidas: non enim me occidis, ſed ſathanas, qui te inuaſit: non inquam, mihi mortem tu affers, ſed peccata mea, quæ Deo vlciſcente, tam miſerandum vitæ exitum attulerũt. Falce verò meſſoria guttur percuſſit, & patri caput amputauit filius, filius inquam, qui bis habitum religioſum aſſumpſerat, & totidem vicibus reliquerat ad inſtantiam & perſuaſionem patris. Sed Deus, qui hoc modo patrem puniuit, filium inultum abire non eſt paſſus, nec impunitam ſiuit tam crudelem, & plus quam barbaram filij impietatem; licet enim patrem ſecreto interfeciſſet, nulloque vidente; poſtmodum tamen certis indicijs crimen detectum eſt, miſerque iuuenis captus, & torturæ ſubiectus conuictus faſſus eſt crimen, deinde condemnatus, raptus, ſuſpenſus, & in quatuor partes diuiſus eſt, omnes aſtantes miſerando caſu attonitos relinquens, & deflentes, miſerantesque calamitatem & horrendum exitum patris & filij.

Filius ſtatuit patrẽ interficere.

Pater à filio occidendus, vidã veniam pœnitenti dat & peccatorũ agit pœnitentiam.

Filius criminis cõuictus ſuſpenditur, & quadrifariã diffinditur.

VIII. *Frater nouitius, ſororis blanditijs monaſterium relinquens ſimul cum ea à feris deuoratur.*

QVidam cum ordinem Carthuſianum eſſet ingreſſus, nec eſſet ſedulus cuſtos mentis ſuæ facilem ſe præbuit diabolicæ voluntati. Enimuero ſoror eius illum veniens inuiſere, cum copiam haberet ſecum ſermocinãdi: noſtris ſermonibus implicuit miſerum fratrem, vt votis aſſentiret ſuis, & ſecum ad ſeculum repedaret. Ille ſtatim abiecto habitu (licet in cõtrarium ſancti patres hortarentur) retrorſum veſtigia intorquens, poſt diabolũ ambulabat. Sed, heu, non impune. Fratre igitur ac ſorores læto animo ad ſeculũ remeantibus, triſtis eis ſubito ſuperuenit interitus. Cum enim nemus præterirent, quod cœnobio adiacet, repente exiliunt, rapidiſſimæ feræ, nunquam illic priùs cognitæ: quæ hos miſeros nimis mordaciter inuadunt, ſtrangulãt, occidunt: & dicto citiùs in ventrem deglutiunt, paucis reliquijs permanentibus. Viderunt hęc paſtores & agricolæ, qui huic ſpectaculo non longè aberant: & ſtatim, quæ geſta fuerant, nunciant monaſterio. Illi audientes funeſtam cladem, & nimis amarum iudicium Dei, in communi omnes lacrymantur: & amaros gemitus effundunt ad cœlos dicẽtes: Quam terribilia ſunt opera tua domine? Nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuę: vir inſipiẽs non cognoſcet & ſtultus non intelliget, quam terribilis ſis in conſilijs ſuper filios hominum.

Pet. Dorlãdus in Chron. l. 6. apud Dionyſ. Carthuſ. in cõcluſione exhortatorij Nouitiorum.

Malum cõſilium conſultori peſſimum.

IX. *Duo nouitij ad ſeculum parentum blanditijs reuocati ſimul cum eis peſte cito in reprobam dantur mortem.*

DVo nouitij cum ſeculo abrenunciaſſent, & ſe noſtro ordini (Carthuſiano) mancipaſſent, diabolus horum inuidens ſaluti, vtriuſque parentes aggreſſus de ſuorum pignorum abſentia vſq; adeo inflammauit,

Ibid.

vt eam nimis impatientiſſimè tolerarent. Cum igitur carnales affectiones ſuas non vellent fræno rationis comprimere, vno animo inflammati ambo cœnobium intrant: orantes vt cùm filijs eis liceat habere ſermonem. Annuit Prior nihil ſiniſtrum ſuſpicatus. Illi ſtatim vt ſunt admiſſi, nouis tirunculis virulentis hortaminibus ſuadere cœperunt, vt moleſtum ordinem & rigoribus & aſperitatibus plenum deſerant, ſecumq; ad ſeculi delicias reuertantur. Nos (inquiunt) iã ſenes ſumus, veſtro ſolatio carere nõ poſſumus: prçſertim cum hæreditates noſtræ in periculo ſint futuræ, niſi vos hæredes præſentes habeant. Quid plura? hortantur, & vincunt, & quibus ſaluti eſſe debuerant, hos ſecum perituros ad ſeculum trahunt. Sequuntur captiui iuuenes deceptos ſenes, non longo tempore de ſua perfidia gauiſuri? nam pauco poſt tempore (ſæuiente Deo) & patres & filij in inguine percuſſi virulenta ſunt peſte in mortem reprobam, vt vereor, conſumpti, præcipitatique: vnde & factum eſt, vt ſeſe & filio nimis acerbè perderent, qui ſe per hos reparare ac conſolari arbitrabantur.

Parentes filios ſuos à religione dehortati vnà cũ illis pereunt.

X. *Nouitius impudenter poſt deſertum monaſterium choreis ſe ingerens improuiſa morte opprimitur.*

In eodẽ Chron. Pet. Durlãdi ibi.

NOuitius aliquis Carthuſianum ordinem ingreſſus, cum prior illi feruor teprèſceret, cœpit ordinem paulatim exoſum habere: ac per hoc etiam de exitu meditari: vicit tandem, quæ illi importuna erat, diaboli vis: & captiuum miſerum traxit ad ſeculum hic vno dierum cũ in platea choreas duceret mixtus conſortio puellarum, ac parui duceret quod ſanctum ordinem temeraſſet, cum crebò ſaltitans circuiret, ac leuiſſimas cantilenas ipſe præcineret: vltor perfidiæ Deus tantam procacitatem ferre non ſuſtinens, repentinam in mortem inſanum iuuenem præcipitem dedit. Nam inter circumeundum cum ſub tecto vicinæ domus incederet, tegula vna repente è tecto exiliens illi cerebrum illiſit & excuſſit: & terram in necem rapiens ad gehennæ (vt verendum eſt) incendia deſtinauit.

Mors in choreis & ſaltationibus.

XI. *Nouitius non imperitus muſicus, trina inſtabilitate meretur à Deo horribili gutturis morbo vita priuari.*

Ibidem.

MEmini legiſſe me de nouitio quodam recepto ad ordinem apud noſtros, qui quia muſicus peritiſſimus erat, & voce optima dotatus, ab omnibus fratribus amabatur: & quia id genus hominum vagum atque inſtabile eſt, diabolo ſuadente ordinem de reliquit, poſt, neſcio quo ſpiritu compunctus redijt, & ſe recipi petijt, & accepit: probatus igitur rurſum & reueſtitus, in cellã intromittitur; at ille ſuam ſemper ſecutus inconſtantiam, iterum vomuit, & habitum proijciens, ſeculum, quod amabat, repetijt: tertiò compunctus rurſum aliam aggreſſus eſt noſtri ordinis domum, vbi tunc mores eius neſciebantũr: & quia ordo noſter ſemper appetit ſonoras voces canentium: ſicut recipiſe petijt, & impetrauit: ſed ò perfidam humanæ mentis inſaniam? nos ſemper vagi, ſemper inſtabiles, ſemper nutabundi: niſi ille nos ſtabiliat, ille nos roboret, qui ſiſtit maria, & fluenta Iordanis retro retorquet. Nam ſine Deo nihil validum, nihil ſtabile, nihil ſanctum. Omnis .n. plantatio, quam non plantauit cæleſtis pater eradicabitur. Iſte igitur tertiò probatus, tertiò veſtitus, tertiò reprobus ac reprobatus habetur: habitum itaque indignè proijciens, mundi ſe iterum actionibus implicauit, ſed non impune: trina nempe apoſtaſia dominus infenſus, quartò vindictam vibrare cenſuit, & miſerum terribili plaga in guttute percuſſit. Hac peſte ille correptus cito de medio ſublatus eſt, & Chriſti tribunalibus reſeruatus, eodẽ nempe, quo exijt anno & obijt:

Matt. 15

ipſo,

ipſo, eodem corporis membro plagatus (gutture videlicet) quo ſæpenumero Deum ipſe offenderat, nam guttur ipſum, quod crebro aperuerat ad vanitatem, Deo ſæuiente occluſum eſt per vindictam.

TIT. XC. De victu Religioſorum.

EXEMP. I. *Quam ſapidis ſint monachorum cibi ex Theodoſii Iunioris iudicio comprobatur.*

Ex vitis Patr. p. 2. c. 14. de humil. Baro to 5. annal. ad an. 425. 18.

MAnebat quidam monachus Ægyptius in ſuburbano Conſtantinopolitanæ ciuitatis: & dum tranſit Theodoſius Iunior Imperator per illam viam, reliquit omnes qui in obſequio eius erant, & venit ſolus in cellam eius, & pulſans ad oſtium monachi, aperuit ei monachus. Videns autem eum, cognouit quia Imperator eſſet; ſic tamen ſuſcepit eum, tamquam vnum ex officio militantium. Cum ergo introiiſſet, fecerunt orationem, & ſederunt. Cœpit autem eum interrogare Imperator, dicens: Quomodo ſint Patris in Ægypto: Et ille: Orant pro ſalute noſtra omnes. Imperator autem circumſpiciebat in cella eius, & quid haberet: & nihil ibi vidit, niſi paruam ſportulam habentem modicum panis, & lagenam aquæ; & dixit ei monachus: Guſta modicum: & infudit ei panem, & miſit oleum & ſal, & manducauit, & dedit ei aquam bibere. Dixit autem ei Imperator: Scis qui ſim ego? Et ille dixit ei: Deus te ſcit, quis ſis. Tunc dixit ei: Ego ſum Theodoſius Imperator: Ille autem ſtatim adorauit: ſalutans eum humiliter. Et dixit Imperator: Beati eſtis vos monachi: quia licet in imperio natus ſim, numquam tamen delectatus ſum, ſicut hodie pane & aqua: ſatis enim & libenter comedi. Et cœpit ex tunc honorare eum Imperator. Senex autem egrediens fugit, & iterum venit in Ægyptum.

Theodoſ. Iunioris teſtimonium de cibis monachorũ.

II. *Quam ſuaue ſit vti communi victu in religione.*

Hier. Plat. l. 3. de bono ſtat. relig. c. 16.

RAbaudus princeps in Gallia vir cum religioſæ vitæ aſperitatem, vtpote lautiori vitæ aſſuefactus, grauiter ferre cœpiſſet, Abbas quidam, qui tum erat, nomine Porcarius, indulgentia quadam, ſeparatos ei cibos paulo commodiores præberi iubebat; quibus tamen ille quò magis vtebatur, eò in dies tenuior, graciliorque fiebat. Itaq; accidit, vt quadam die dum fratres reliqui communi menſa, arido ſcilicet pane, & fabis veſcerentur, videre ſibi viſus ſit duos ſenes, alterum, cui binæ claues è collo pendebant; alterum habitu monachum, qui chriſtallinam pyxidem manu geſtabat. Hi toto cœnaculo circumeuntes, vnicuique monacho, neſcio quid edulij, è vaſe illo impertiebant; Rabaudum ſolitum ita prætereuntes, vt etiam ſeuero, ac potiùs ſubirato vultu eum intuerentur. Ille tamen ex eius, qui proximè aſſidebat, portiuncula aliquid ſuffuratus, vt illud guſtauit, viſa eſt illis eius ſuauitas omnium ciborum, quos vnquam in vita ſua, etiam ſeculari, comediſſet, ſuauitatem longè antecellere. Quod viſum cum ter iam contigiſſet, ad Abbatem acceſſit, diligenter inquiſiuit, quinam eſſent hi duo ſenes. Intellexit Abbas facilè, alterum eorum Petrum Apoſtolum eſſe, in cuius tutela erat monaſterium: alterum autem Honoratũ monaſterij auctorem: cauſam autem, cur ipſi vni communis illa eſca negaretur, eam eſſe, quod communem aliorum ſeueritatem nõ ſequeretur: Quod audiens Rabaudus, animo cõfirmato ad omnem eius vitæ diſciplinam perferendam, multo eam faciliorem & leuiorem reperit, quam antea putaſſet, ac paulo poſt eoſdem ſanctos vidit, qui ſibi quoque perinde ac aliis de illo tam ſuaui cibo tribuerent, quo incredibiliter ad omnem laborem ac duritiam confirmatus eſt.

Viſio Rabaudi.

Apparitio S. Pet. Apoſtoli & S. Honorati.

III. *Quod cibi genus faſtidiebat maximè Andreas Virdunenſis Archidiaconus, fit ei maximè ſuaue ex communi victu in religione.*

Idē Pla. ibidem.

IDem pene contigit Andreæ Virdunenſi Archidiacono, diuiti & valde nobili, qui in ipſis ferme Ciſtercienſis familiæ initijs inſtitutum illud magno feruore ſuſcepit. Sed tamen cum ſatanas idoneam materiam nactus tentationis, ex corpuſculo tenui, & nimis delicato, ita eum oppugnaret, vt iam vix ſuſtineret, die quadam hâc ei diuina bonitas medicinā fecit. Accumbenti in menſa appoſita ſunt pro more legumina, quod cibi genus ille præ ceteris maximè faſtidiebat. Verùm fame compulſus, vt repugnanti ſtomacho vim faceret, ſumpſit tandem aliquid, quod vbi ore attigit, tantam ſentire viſus eſt ſuauitatem, vt numquam ſimile aliquid in vita ſua expertum ſe eſſe recordaretur. Itaque reſiduo, quod erat, auidè exhauſto, deinde ad Abbatem adit, nihil dubitans, quin ſuæ patinæ proprium aliquod additum eſſet condimentum. Vt autem comperit, planè fuiſſe commune ferculum, in quo videlicet nihil præter aquam, & ſalem ad condiendum adhiberetur, intellexit ſtatim diuinam erga ſe prouidentiam, & gratias agens, in religionis propoſito confirmatus eſt, eoque magis, quod poſtera etiam, ac tertia die, & deinceps multo tempore eandem ſuauitatem in eiuſmodi cibis perſenſit, vt poſtea dicere ſoleret, ſe iam magis delectari ipſis, atque oleribus, quam antea altilibus, & nobilibus eiuſmodi epulis.

Cibi aliàs faſtidioſi ſuauitas inſolens Deo diſpenſante

IV. *Victus communis rigidus, fit adeo ſuauis, vt religioſis Claræuallenſibus mouerit ſcrupulum, ne eſſet nimis voluptuoſus.*

Idē Pla ibidem

HVius generis eſt illud, quod in vita S. Bernardi legimus, recenti adhuc Claræuallenſis cœnobio, cum tam ſeuerè vita duceretur, vt non alio pane, quam fere terreo veſcerentur, ac reliquus quoq; victus, & ſuppellex, & domus, omnino pauperrima eſſent, ita tamen omnes ſine murmuratione, immo verò cum tanta delectatione omnia ferre ſolitos vt illa ipſa delectatio non modicum eis ſcrupulum, dubitationemq; iniecerit. Nam cū iucundiùs (ſic enim ſcribitur) viuere ſibi viderentur in eremo, quā antea vixiſſent in ſeculo, ſuſpectos ſeipſos habere cęperunt, ne per aliam viam adducerentur in regionem ſuam: donec ea quæſtione ad Bernardum priùs, deinde ad Catalaunenſem Epiſcopum, qui tunc apud eos hoſpes diuerſabatur, delata, lōga & accurata oratione edocti ſunt eſſe id Dei donum, ac beneficium, minimeq; reſpuendū. Ex quo apparuit quid poſſit habitus, & mos, Dei præſertim gratia adiutus, quando hoc efficit, vt tam rigida vita in tāta hominum multitudine ita ſuauis eſſet, vt etiam ſcrupulum in eorum animis moueret, ne nimis voluptuosè viuerent.

Cibi in religione ſuauiùs ſapiunt.

Voluptas guſtus quæ à Deo eſt, non reſpuenda eſt.

V. *Quidam ſpiritu vidit alios edentes mel, alios panem, alios ſtercus, & intellexit rationem diuerſitatis.*

Vita PP.

IN vitis quoq; Patrum legitur, quod cum quidam magnus Pater comederet cum pluribus fratribus ſedens ad menſam: vidit in ſpiritu quoſdam edentes mel, alios autem panem, alios verò ſtercus, & admirans deprecabatur Deum, vt reuelaret myſterium huius rei: quod idem cibus omnibus appoſitus eſt ſuper menſam: in manducando autem ille immutabatur, & venit ei vox deſuper dicens: Quod illi, qui manducant mel, ij ſunt, qui cum timore & tremore, & gratiarum actione ſedent ad menſam, & inceſſanter orant: Qui autem panem manducant, ij ſunt qui gratias agentes percipiunt ea, quæ à Deo data ſunt eis, contenti de appoſitis. Qui vero ſtercus manducant, ij ſunt qui murmurant, & dicunt, hoc bonum, & illud malum eſt.

Viſio monachi ſuper diuerſo genere religioſorum in cibo ſumendo. Murmurātes de cibis appoſitis, quibus comparentur.

VI. De-

VI. *Delicatus & infirmus, atque in obſeruatione medicaminum curioſus ac ſuperſtitioſus corrigitur, & abdicatis omnibus medicamentis, & delicatioribus ad communes cibos ſe tranſtulit.*

Spec. hiſ. Vincent. l. 7. c. 108

FVit item Claraualle Monachus quidam, qui quamuis homo bonę voluntatis exiſteret, corpore tamen delicatus, atq; infirmus erat & propterea in obſeruatione medicaminum curioſus atq; ſuperſtitioſus. Clemens autem Dominus, qui miſericorditer ſolet errantes corrigere, ipſum voluit ad viam veritatis adducere, taliq; modo viſitatiônem ſuam ſimpliciter delinquenti propalare dignatus eſt. Aſpicit idem frater in viſu noctis & ecce vniuerſitas fratrum quaſi ad laudes diuini ſeruitij celebrandas, ad eccleſiam feſtinabat. Porro ad oſtium ipſius eccleſiæ ſtabat illa tam humilis, quam ſublimis mater miſericordiæ pia virgo Maria, quæ tamquam pretioſi electuarij pyxidem portans, ſingulis fratribus oratorium intrantibus, ſingula ex cochlearia dulciſſima ſua manu dignanter tribuebat, & mira dulcedine guſtātes reficiebat. Quo viſo frater ille gratulatus eſt vehementer, reputans ſecū, quod ipſe cæleſtis illius alimoniæ, ſine obſtaculo particeps fieri deberet. Cumq; ad manū pijſſimæ procuratricis accederet, benigniſſima diſſimulatrix, & verè mitis, virgo, repulit eū dicens: Nūquid meo medicamine opus habes? nonne ſapiens medicus es? Et tuimet curā ſollicitè geris? Vade itaq; vade & tuis medicamentis, ſicut volueris, vtere, quoniā de his qui curam ſuum ſuper Dn̄m & filium meum iactant, cura eſt mihi. Quod cum ille audiſſent, erubuit, & petens indulgentiā promiſit ei, quod ſe ampliùs de ipſo non intromitteret; ſed totam vitæ ſuæ curā Deo, & ſibi committeret. Ad quā ſpōſionem generale refugiū omnium Chriſtianorū ſatisfactione accepta, benigniſſimè petenti veniam & gratiam indulſit, & medicamenti ſalutiferę pitantiæ pabulū impertiuit. Guſtata ergo benedictione cæleſtis antidoti, protinus à ſua teneritudine & infirmitate frater ille cōualuit, & abdicatis omnibus medicamentis & delicatioribus alimentis, ad communes cibos ſe trāſtulit. Ideoq; cooperante gratia Dei, in breui decorem & fortitudinem cum ſalute corporis & animæ pariter induit.

Viſio monach. Clarauallis.

Virgo Deipar. religioſorum ſingularis eſt patrona.

Curat monachū ab infirmitate corporis & animi.

VII. *A diabolo eſſe, vt quis non poſſit gulam à fructibus extra ſtatuta tempora continere.*

VIſitans Pachomius monaſterium, in alta quadā ficu, in quam adoleſcentes monachi clam aſcēdere conſueuerant, & fructus edere, vidit ſpiritū immundum inſidentē, & cognouit illū eſſe Gulæ dæmonē, qui aboleſcentes decipiebat. Iuſſit excindi arborem, vt amoliretur offendiculum. Ionas Hortulanus indoluit grauiter, quod ficulnea valde fructifera eſſet. Pachomius, ne moleſtus eſſet Ionæ viro, probo, deſtitit ab eo pręcepto. Sed poſtero die inuenta eſt arbor vnà cū folijs areſacta. Quod Ionas videns, maiorem concepit ex ſua inobedientia dolorē, quam ex arboris euulſione cœpiſſet.

Metaph. in vita S. Pachomij c. 44

Arbor excidi iuſſa, dilata excisione ſponte areſcit.

VIII. *Ionas octoginta annis curam horti gerens abſtinuit à fructibus eius.*

LAudatur etiam Ionas Pachomii diſcipulus à Metaphraſte, qui, cum octoginta annos egiſſet in monaſterio, ſoluſque horti curam gereret, & frugiferas ipſe plantaſſet arbores, nullum vnquam omnino fructum guſtauit vſque ad mortem: omnibus fratribus & hoſpitibus, & iis, qui circumcirca incolebant, veſcentibus vſque ad ſatietatem.

Idē ibid. c. 45.

Abſtinentia incredibilis.

IX. *Quomodo S. Sabas indixerit ſibi legem de non edendis malis.*

Cyril. monachus in vita S. Saba.

SAnctum Sabam adoleſcentem ad imponendam ſibi legem de non eden-

edendis malis toto vitæ ſuæ tempore hæc occaſio mouit: Nam colens hortum monaſterij, victus aliquando à ſpecie pomi pendentis ex arbore, illud decerpſit eſurus: ſed recogitās lapſum Parētum primorum metuens inſidias diaboli, erubuit infirmitatem ſuam, ac ſeipſum acriter reprehendit Pomum pedibus conculcauit, & in eo cupiditatem omnem eduliorum huiuſmodi contriuit, legē, quam dixi, ſibi indicta, quam ex eo die ſeruauit.

TIT. XCI. De veſtitu religioſorum.

EXEMP. I. *Faſtradus Abbas fugit prælaturam, & ſequitur veſtium humilitatem.*

Fr Io. de Aſſignies religioſus Cambronenſis in Cœlaui gallicorum notabiliū ordinis Ciſterc. c. 30.

FAſtradus quidam Ciſtercienſis Abbas eximiæ ſanctitatis, nobilis quidem genere, ſed nobilior morum elegantia; electus eſt ad regimen Claræuallis, ſed rumore iſto turbatus, & anxius fugam arripuit, venienſque in domum vallis S. Petri, quod eſt monaſterium Carthuſienſis ordinis, dies aliquot ibidem latuit: vbi cum diu noctuque in oratione perſiſteret, factus eſt in mentis exceſſu; & apparuit in magna gloria virgo puerpera Domina Angelorum, portans in manibus regem gloriæ, paruulum ſuum Ieſum, quam cum vidiſſet, procidit ad pedes eius, obſecrans vt ſui miſereretur. Cui beata virgo reſpondit: Quid turbaris ò homo? & imponens in vlnas ipſius veluti alteri Simeon nobilem illam ſarcinam, quam geſtabat, ait: Accipe filium meum, & ſerua mihi illū. Quo facto ſublata eſt viſio ab oculis eius, & rediens ad ſeipſum, Intellexit, quoniā à Domino egreſſus eſt ſermo, & quia verè filij Dei & membra Chriſti, eius prouidentiæ committebantur. Cæterum in exteriori habitu & cultu, pro officij ſui dignitate, quam humilis, & quam temperans extiterit, hoc vno quod dicturus ſum facilè aduertere erit. Quadam die veſtiarius Monachus in lectulo illius cucullam neſcio an tunicam, qua ipſum indui vellet, ſolito meliorem appoſuit. Increpauit eum pater audiente me, & dixit: Quid eſt, dilecte mi frater, quod facere cupis, vt à communitate fratrum noſtrorū me ſepares, & notabili habitu decolores? An quia Abbatis nomine cēſeor, propterea monachus eſſe non debeo? Nūquid idcirco miniſter & ſeruus conſtitutus ſum aliorum, vt lautioribus epulis debeam ſaginari, & cultioribus veſtibus ornari? ſi pacem meam quæris, & præceptis meis obedire non deſpicis, precor atque pręcipio, ne id ampliùs facere velis. Nam cum ego ſim omnium minimus, & apud Deum indignus, magnum mihi eſt, ſi communi omnium victu, atque veſtitu fuero honoratus. Ex quo enim aſſumptus ſum ad regimen animarum, vnum eſt quod præ cæteris timui, & ſemper timeo, ne occaſione huius adminiſtrationis, pauperem vitam, quam profeſſus ſum, deſeram, & Monachi præmium perdam.

Aiā filij & Dei membra Chriſti, & dum earū geritur cura portatur Ieſus filius Dei.

Superior victu & veſtitu communi debet vti, etiā ſi dignitate præcellat.

II. *S. Equitius vilis in veſtibus, quam fuerit honoratus à Legato Pontificis.*

D. Greg. l. 1. dial. c. 4.

ERat verò valde vilis in veſtibus, atque ita deſpectus, vt ſi quis illum fortaſſis neſciret, ſalutatus eum reſalutare reſpiceret: & quoties ad alia tēdebat loca, iumento ſedere conſueuerat, quod deſpicabilius omnibus iumentis in cella potuiſſet reperiri. In quo etiam capiſtro pro fræno, verue cum pellibus pro ſella vtebatur. Per ſemetipſum ſacros codices in pelliceis ſacculis miſſos dextro, læuoque portabat latere, & quocunque perueniſſet, ſcripturarum fontem accipiebat & rigabat prata mentium. Huius quoque prædicationis opinio ad Romanæ vrbis notitiam peruenit, atque (vt eſt lingua adulātium auditoris ſui animum amplectendo necans) eo tempore Clerici huius Apoſtolicæ ſedis Antiſtiti adulando queſti ſunt dicentes: Quis eſt

iſte:

Adulatio quam periculoſa apud auctoritate pollentes.

iſte: ruſticus vir, qui auctoritatē prædicationis ſibi arripuit, & officiū Apoſtolici Domini noſtri ſibimet vſurpare indoctus præſumit? mittatur igitur, ſi placet, qui huc eum exhibeat, vt quis ſit Eccleſiaſticus vigor, agnoſcat. Sicut autem moris eſt, ut occupato in multis animo adulatio ualde ſurrepat, ſi ab ipſo cordis oſtio nequaquam citius fuerit repulſa, ſuadentibus Clericis cōſenſum Pontifex præbuit, ut ad Romanam urbem deduci debuiſſet, & quænam ſua eſſet menſura, cognoſceret. Iulianum uerò tunc defenſorem mittens: qui Sabinenſi Eccleſiæ poſtmodū in Epiſcopatu præfuit, hoc præcepit, vt cum magno honore eum deduceret, ne quidquam Dei famulus ex conuentione eadem, iniuriæ ſentiret. Qui parere de eo clericorum votis concitus volens; feſtine ad monaſterium cucurrit, ibique abſente illo antiquarios ſcribentes reperit, & vbi Abbas eſſet, inquiſiuit. Qui dixerunt: In valle hac, quæ Monaſterio ſubiacet, fœnum ſecat. Idem vero Iulianus ſuperbum valde atque contumaciam puerum habuit, cui vix poterat vel ipſe dominari. Hunc ergo miſit, vt eum ad ſe ſub celeritate perduceret. Perrexit puer, & proteruo ſpiritu pratum velociter ingreſſus, omneſque illic intuens fœnum ſecantes requiſiuit, quiſnam eſſet Equitius, moxque vt audiuit, quis eſſet: eum adhuc longè poſitus aſpexit, & immenſo timore correptus eſt, cœpitq; tremore laſſeſcere, ſeque ipſum nutanti greſſu vix poſſe portare. Qui tremendi ad Dei hominem peruenit, atq; vlnis ſuis eius genua deoſculans humiliter ſtrinxit, ſuumque dominum ei occurriſſe nuntiauit, cui ſalutato Dei famulus præcepit, dicens: Leua fœnum viride, porta pabulum iumentis, in quibus veniſtis. Ecce ego, quia parum ſupereſt, opere completo te obſequor. Is autem qui miſſus fuerat. Iulianus defenſor mirabatur valde, quidnā eſſet quod redire moraretur puer: Tunc ecce reuertentem puerum conſpicit, atq; in collo eius fœnum, ex prato ferentem, qui vehementer iratus cœpit clamare, dicens: Quid eſt hoc? ego te miſi hominem deducere, & non fœnū portare: cui reſpondit puer: Quem quæris, ecce ſubſequitur. Tum ecce Dei famulus eleuatis caligis calceatus falcē fœnariam in collo deferens veniebat: Quem adhuc longè poſitum puer domino ſuo, quia ipſe eſſet quem quæreret, nunciauit. Idem vero Iulianus repente vt vidit Dei famulum, ex ipſo habitu deſpexit, eumque qualiter deberet alloqui proterua mente præparabat: mox verò vt ſeruus Dei cominus affuit, eiuſdem Iuliani animum intolerabilis pauor inuaſit, ita vt tremeret, atque ad inſinuandum hoc ipſum propter quod venerat vix ſufficere lingua potuiſſet. Qui humiliato mox ſpiritu ad eius genua cucurrit, orationem pro ſe fieri petijt, & quia pater eius Apoſtolicus Pontifex eum videre vellet, indicauit: Vir autem venerandus Equitius cœpit immenſas gratias omnipotenti Deo agere, aſſerens quod ſe per ſummum Pōtificem gratia ſuperna viſitaſſet. Ita ibi.

Superbia & contumacia ſpūs humiliatur

Equitij habitus.

111. *Cuiuſmodi veſtes S. Franciſcus.*

S. Bona. in vita S Franciſci c.5.

S. Franciſcus veſtis horrebat mollitiem, aſperitatem amabat, aſſerēs, propter hoc S. Ioānem Baptiſtam ore diuino fuiſſe laudatum. Si quando verò in data ſibi tunica lenitatem ſentiret, chordulis eam contexebat interiùs: quia non in caſulis pauperum, ſed in Palatijs Principum, iuxta veritatis verbum, veſtimentorum dicebat requirendā eſſe mollitiem. Experientia enim certa didicerat, dęmones aſperitate terreri: delicioſis autem & mollibus veſtibus ad tentandum fortiùs animari. Vnde cum nocte quadā propter infirmitatem capitis & oculorū, pręter ſolitum morem ceruical de pluma poſitum haberet ad caput, dæmon in illud ingreſſus, ipſum vſque ad hōram matutinalem inquietatum multimodè

Veſtium aſperitate terrentur dæmones.

Diabolus infeſtus puluinar S. Fraciſci ægrotātis

timodè à ſanctæ orationis ſtudio perturbauit, donec vocato ſocio puluinar cum dæmonio fecit extra cellulam longius exportari. Egreſſus autem cum puluinari frater de cella membrorum omnium vires amiſit & vſum, quouſque ad vocem ſancti patris hoc cognoſcentis in ſpiritu, vigor priſtinus cordis & corporis ſibi fuit plenariè reſtitutus. Ita S. Bonauentura.

IV. *Nobiliſſimæ dominæ, mater & filia, in eodem monaſterio religioſæ, certant de vtendis vilioribus indumentis.*

Andreas Schottus in vita Frãciſci Borgiæ l. 2.c.6.

MAria Henriquez Ferdinandi regis Catholici patruelis, & Franciſci Borgiæ olim ducis Gandiæ, poſtea vero Societatis Ieſu religioſi auia, abdicatis aulæ titulis in D. Claræ monaſterio ſeſe Deo dedicauit. Eius porro filia cum eodem monaſterio, Abbatiſſæ vt vulgo nominant, titulo præeſſet virginibus, matri pro tunica detrita nouam tradidit, iuſſitque veterem ſibi indumẽto relinqueret. Certatum hic vtrimque officioſè de attrita veſte, dum neutra alteri eam concedit. Ceſſit tandem mater filiæ, ut dignitate tum maiori, hoc addito, augurij loco: Habe tibi nata ueſtem meam, quã cupidè affectaſti attritam. Faxit parẽs ille uniuerſi Deus, qui nos noſtraque reſpicit; tum demum eam abijcias, cum in Carpetanorum regno (ut poſt euenit) noſtrarum uirginum, D. Claræ titulo, familiam inſtitues. Ita fere Schottus.

Filia Abbatiſſa matri ſibi ſubdita imperat attritã veſtẽ deponere quã ipſamet induit.

V. *Vt B. Franciſcus Xauerius veſtitu tenui ac vili delectatur.*

Horatius Turſell. l. vita B. Frãciſci Xauerij li. 6.c.7.

VEſtitu erat Franciſcus, cultuq; corporis uulgari. Pannoſus ex Vrbe in Luſitaniam, atque inde in Indiam perrexit. In India honeſto ueſtitu, qui offerebatur, repudiato, cannabinam adamauit tunicam ſine pallio, ueritus ne ſplendorem habitus (vt fit) aliqua animi elatio ſequeretur. Franciſci toga detrita uſu iam erat, laceraque; amici nouam ei offerebant: at ille ſua paupertate ſe inuoluens, nunquã paſſus eſt ueterem ſibi detrahi, ut indueret nouam. Itaq; miſſus ab eis, qui intempeſta nocte dormiẽti Xauerio laceram ueſtem auferret, nouamq; eius ſubſtitueret loco. Ille ante lucem ſurgens, quam reperit ueſtem induit pro ſua, eaq; indutus deinde prodijt in publicum, nihil penitus benignam amicorum fraudem ſentiens. Erat forma nouæ togæ longe alia, quàm ueteris. Ergo eodem die cum apud Franciſcũ Paiuam, alioſq; amicos rei conſcios cœnaret, illi uelut admirabundi ſuper cœnam, quidnam illud ueſtimenti, eſſet per iocum rogitare cœperunt. Tum demum Xauerius togæ aduertit animum. Vt uerò oculis manibuſq; nouã eſſe perſenſit, obſtupuit ſcilicet. Mox fraude intellecta ſubridens ait: nimirum alienum illum ueſtitum aliis cõuenire, non ſibi. Subinde autem ſummis precibus eos tandem exorauit, vt ſubductam togam redderent, ſubiectam reciperent. Igitur ſumma Iaponiæ frigora, quanquam ſæpe algens ac tremens, conſueta in toga tolerauit. Ex Iaponia porro cum egregiis paupertatis inſignibus galero obſoleto, ſubucula detrita, tunica lacera, uarijſque temerè aſſutis pannis deformata de luxu quodammodo triumphans reuertit Goam. Ita Turſellinus.

Xauerius diuinis intentus non aduertit quibus ſe induat veſtimẽtis.

Veſtes eiuſdẽ B. Xauerij.

VI. *S. Didacus Minorita veſtibus viliſſimis ad mortem vſque, & in ipſa morte eſt delectatus.*

Sixtus V. Pontifex in bulla Canonizationis S Didaci § 5.

B. Didacus cum ſe iam moriturum intelligeret, comitis illius & adiutricis fideliſſimæ, quæ illum in huius uitæ peregrinatione nunquam deſeruerat, hoc eſt ſanctæ paupertatis, ſupremo uitę die non oblitus, ſed in eius intimo ſinu, quã maximè fieri poſſet, conuocatis fratribus eos obnixè rogauit, ut ſibi ueſtem obſoletam & laceram, habitumq; omnium uiliſſimum, in quo moreretur, concederent: quo impetrato, multis profuſis lacrymis

Morituri pia præparatio.

ab his qui adſtabant, offenſionum atque erratorum veniam poſtulauit, quibus copioſè collacrymantibus, ipſe cruce lignea, quam ad caput habebat, arrepta, eamque amplexus & oſculatus, vtroque brachio in altum fortiter ſublato (cum tamen alterum graui apoſtemate tumens, ac debilitatum antea mouere non potuiſſet) oculiſque in vitale lignum defixis, verba illa ex ſacro hymno, magno affectu, magnoque pietatis ſpiritu pronunciauit: Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferēs pondera, quæ ſola fuiſti digna portare Regem cælorum & Dominum. Quæ cum dixiſſet, in ipſo ſalutiferæ Crucis complexu, quam vnicè dilexerat, quā in corde & corpore ſemper geſtauerat, in qua Chriſto confixus, et mundo crucifixus fuerat, animam efflauit, & in domino obdormiuit, pridie idus Nouembris anno Domini 1463. Ita Sixtus V. Pont.

S. Didacus moritur.

TIT. XCII. De hoſtibus Religioſorum.

EXEMPL. I. *Centurionis domus, qui Apollonium monachum & alios carcere incluſerat, vt ad militiam cogerentur, terræmotu corruit, & multos peremit.*

VExatam fuiſſe Aegyptum perſecutione Iuliani Imperatoris, Apollonij ſanctiſſimi monachi acta fidem faciunt: in quibus quæ ipſum pati contigerit, his verbis deſcripta ab Euagrio referuntur: Hic cum audiſſet Iuliani temporibus, fratrem quendam ad militiam comprehenſum detineri in carcere (cogebat impius clericos & monachos militare) venit ad eum conſolandi gratia, vt moneret eum in neceſſitate tenere conſtantiam, atq; imminentia contemnere ac deridere pericula. Tempus enim ait, certaminis adeſt, in quo fidelium mentes tentationibus probandæ ſint & noſcendæ. Cumque his & alijs verbis adhortaretur animum adoleſcentis; ſuperuenit Centurio, & indignatus cur introire auſus eſſet, claues intrinſecus carceri impoſuit: ipſum quoque, & omnes qui cum eo venerant, pariter concluſit, quo ſcilicet etiam ipſi ſimiliter ad militiæ detinerentur officium: conſtituens quoque cuſtodes quam plurimos, abſceſſit. Medio autem noctis aſtare viſus eſt Angelus ingenti luce reſplendens, & obſtupefactis, perterritiſque cuſtodibus, carceris clauſtra patefacit. Tunc verò ipſi cuſtodes aduoluti ad pedes ſanctorum, rogabant eos diſcedere, dicentes, meliùs ſibi eſſe mori pro his, quam diuinę virtuti obſiſtere, quæ eorum curam gerebat. Mane verò etiam ipſe Centurio cum principalibus viris feſtinus ad carcerem venit, rogans vt diſcederent omnes, qui teneri videbantur. Dicebat enim, domum ſuam terræmotu magno concidiſſe, & electos quoſque famulorum ſuorum peremiſſe. Sancti verò his auditis, hymnum Deo laudeſque cecinerunt; & regreſſi ad eremum erant in vnum poſiti, ſecundum Apoſtolorum exemplum, habentes cor vnum & animam vnam.

Euagrius in vita Plat. in Apollon. c. 7. Bar. to 4 an. Chriſti. 362.

Iulianus Apoſtata cogit clericos & monachos militare.

Angelus monachis incluſis oſtia carceris patefacit.

Monachorum mutua charitas & concordia.

I I. *Balatius dux Ægypti Arianorum fautor, & in virgines ac monachos iniurius ab equo alias mitiſſimo mordetur, atque ad necem laceratur.*

CVm Balatius, qui ſub Neſtorio præfecto Alexandriæ dux Aegypti fuit, homo Arianæ iniquitatis ſtudioſiſſimus fautor, ita Chriſti Eccleſiam perſequeretur, vt animo veſano virgines monachoſque nudatos verberaret in publico, ad eum Antonius literas miſit, quarum iſta ſententia eſt: Video iram Dei uenientem ſuper te: deſine perſequi Chriſtianos, ne te ira occupet, quæ proximum iam tibi minatur interitum. Legit infelix epiſtolam & irriſit, atque in eam expuens proiecit in terram, portitores quoque multis afficiens iniuriis, Antonio talia renunciari præcepit. Quo-

S. Athan. i vita S. Antonij.

Epiſtola S. Antonij ad perſecutorē Chriſtianorum.

Qm̃ cura tibi tantopere monachorum eſt, etiam ad te mei vigoris tráſibit diſciplina. Sed confeſtim minitatorem oppreſſit ſupplicium; & poſt quinque dies os effrænatum vltio diuina cópeſcuit. Egreditur enim ad primam máſionem Alexãdriæ, quæ appellat̃ Chęreum, cum ſupradicto Ægypti Præfecto Neſtorio: vehũtur equis, quos inter omnes, Balatius, cuius erant, mãnſuetiſſimos nutrierat. Cum ergo pariter ſolito ſibimet equi alluderent, mitior, quo Neſtorius vehebatur, morſu repentino Balatium decuſſit in terrã, ac ſic in eum inhians femora eius lacerauit atq; corroſit, vt ſtatim relatus ad ciuitatem poſt tertium diem moreretur, vniuerſiq; agnoſcerent minarum ab Antonio prædictarum effectũ quantocius conſecutum, digno perſecutoris fine cópleto. Ita S. Athanaſius.

Punitio monachoes vexantis & S. Antonio minitantis.

III. *Vltio aduerſus malè tractantes Religioſos.*

Ex Ionã Abb ĩ eius vita c. 19. 20. 21. 22. e Sur. 21. Neu. Pl. l. 1. c 33. Satelles monachi percuſſor mox ſubmergitur Theodoricus rex Burgundiæ perit incẽdio. Eius filij ſex occiduntur à Clothario rege Franciæ. Brunechildis camelo

NEc diſpar eſt huius generis exemplum, quod vidit terrarum orbis in S. Columbano eiuſq. ſocijs, qui cum è Luxonienſi monaſterio à Theodorico Rege Burgũdiæ impulſu auiæ Brunechildis, præter cæteras iniurias in exilium pulſus eſſet cũ aliquot è ſuis; primũ in ea fuga ſatelles, qui per inſolentiam vnum ex eius fratribus fuſte ceciderat, paulo poſt ipſo eodem loco aquis ſuffocatus eſt, vt prophericè prędixerat Columbanus. At Theodoricus inito bello cum fratre Theodeberto, in Metenſi vrbe incendio, ſeu caſu, ſeu diuinitus excitato abſumptus eſt: cuius regnum inuadens Clotharius Rex Franciæ, primum ſex filios eius captos omnes interemit, deinde Brunechildem pene alteram Ieſabelem Camelo impoſitam, ignominioſe per totum exercitum ſpectãdam circumduxit, denique etiam indomitorum equorum caudis alligatam diſcerpi iuſſit, qua pœna & illa miſerrimè vitam finiuit, & ea tota familia radicitus extincta, regnum omne in Clotharium tranſlatum eſt.

impoſita ab exercitu illuditur, & equorum caudis alligata diſcerpitur.

IV. *Opprimens Religioſos ſpoliatur dominio.*

Hugo Monachus in vit. Hug. ab. apud Sur t. II an. 1062 79 Hugo abbas Cluniacẽſis humiliter ſupplicat Comiti Andegauenſi. Omẽ ſiniſtrum. Vox prophetica Hugonis Abbatis Cluniacenſis.

ANno Domini 1062. Cluniacenſes monachi infenſiſſimum & omnino implacabilem paſſi ſunt aduerſarium comitem Andegauenſem: de quo hæc ſcripta leguntur: Turonos, inquit, Hugo monachus, venerat venerabilis Hugo Cluniacenſis Abbas, vt pro Abbatia maioris monaſterij, quam violentia Comitis Andegauenſis Gaufredi, cognomento Barbati, nimis oppreſſerat, interceſſor adeſſet. Cum omni itaque humilitate Comitem exorans, quia duriorem inuenit, eius ſe aduoluere pedibus vir ſanctus non erubuit. Sed cum nulla ratione ab oppreſſione monaſterij eum poſſet compeſcere, atque cum multa indignatione recedentem retinere vellet, fibula, qua eius chlamys ſtringebatur, dirupta eſt. Abeunti itaque prophetica voce illud Samuelis ilico inclamauit: Sciſſum eſt à te regnum hodie. Qui mox iuxta viri Dei vaticinium, perdidit dominium, à Fratre ſuo Fulcone captus, & in carcerem cóiectus: vnde etiam ſenſu iam debilitatus, non niſi morte ſolutus exiuit.

V. *De Armacano, inſigni Ord. mendicantium hoſte, breui è viuis erepto.*

Hier Pl. l. 1. de bono ſtat. rel. c 23. ex 2. par. Chro Fr. Miner. l. 9 ca. 23. an. 1359. Armacanus Franciſcanæ familiæ hoſtis.

ILluſtre etiam fuit, magnoque theatro ſpectatum, quod in hoc genere accidit, anno poſt Chriſtum natum 1359. in Armacano Hyberniæ Primate, qui primum in Anglia, deinde Auenione, vbi tum Pontificia ſedes morabatur, in publico Cardinalium conuentu, multa contra mendicantium ſtatum euomuit: Quám cauſam cum obſtinatè, vrgeret, non multo poſt è via ſublatus eſt, & vnà cum ipſo ipſius quoq; criminationes ſepultæ.

VI. Epi-

VI. *Epiſcopo contendenti Franciſcanorum Ordinem extinguere caput amputat D. Franciſcus.*

Idē ibid. ex Lipſ. Chro. Fr. Minorū l. 9. c. 36. § 2.

Viſio cuiuſdā æditui de imaginibus S. Pauli & S. Franciſci.

Imagines ſacræ in templo inſignia ſua miraculosè cōmutant.

ANnis ferme viginti poſt hoc factum, aliud etiam euenit admodum memorabile. Prælati quidam, neſcio quo ſpiritu inducti, de Franciſcano Ordine abolendo conſilia inter ſe contulerunt, & ad eam rem perficiendam quoddam aliquot Epiſcoporum conuenticulum coegerunt. Erat autem in eadem vrbe eccleſia præcipua, & in eccleſiæ feneſtris vitreis duæ imagines pictæ, vna ſancti Pauli, qui enſem, altera S. Franciſci, qui crucem manibus tenèbat. Nocte æditus viſus eſt ſibi Paulum audire hæc dicentem; Quid agis Franciſce? cur tuam nō defendis familiam? cui ille, Quid faciā, nihil habeo præter crucem, & hæc ipſa me admonet de patientia ſeruanda. Tum Apoſtolus hortari, ne tantam ferret iniuriam, ſuumq; ei offerre gladiū. Tertius æditus, ſimul ac illuxit, accurrit in templum, certoq; vidit vtramq; imaginem inſignia inter ſe cōmutaſſe, atque in Pauli dextera crucem adhuc eſſe, Franciſcum verò habere gladium cruore ſtillantem; quod dum ſecum tacitus miraretur, increbuit rumor, Epiſcopum illum qui eius conſilij auctor fuerat, repertum eſſe mortuum, præciſis ceruicibus. At ipſe quoque nocturnum viſum narrare cœpit, ac pro eius fide ipſas imagines omnibus oſtentare.

VII. *Calumniatores B. Ignatij, & ſociorum eius puniuntur.*

Idem in prœmio eiuſdem libri primi.

Hæreſeos calūnia in B. Ignatium & ſoc.

SIcut dæmon ſuperioribus Ordinibus infeſtus fuit, ſic alijs omnibus, ſic poſtremò Societati noſtræ, quam non ſolum per partes varijs in locis, vario præliorum genere exercuit, ſed Romæ quoque fundamenta eius vix iacta ſumma vi demoliri conatus eſt, cum fictis per quoſdam ſuos miniſtros criminibus Ignatium caput noſtrum, eiuſq; ſocios in ſummam hæreſis, aliorumque flagitiorum infamiam adduxiſſet. Verum hic quoq; Dei ſe numen oſtendit, cuius certa atque illuſtri prouidētia effectum eſt, vt noſtri primùm honorifica iudicum ſententia ab omni ſuſpicione eximerentur; deinde omnes illi tam turpis calumniæ auctores ſua quiſque pœna mulctarentur: vnus in exilium actus; alter paulo poſt morbo conſumptus, cum magna teſtificatione doloris ob hoc factum; tertij, cum malè ſibi de hæreſi conſcius fugiſſet, ſtatua publicè combuſta: quartus item ob hæreſim perpetuo carceri addictus: vltimus ad Lutheranos, quod ipſum fūit ſupplicium grauiſſimum, ſeſe recepit.

Statua fugitiui calūniatoris combuſta.

VIII. *De Sacerdote inſectatore Societatis Ieſu ſubita lethali ægritudine correpto.*

Ex lit. ann. Soc. an 1585 In Prou. Rhen.

FVldæ in Germania anno Chriſti 1585. fuit Sacerdos magni nominis concionator, ad quem tota ferme ciuitas confluebat; quod & ſpèm faceret communionis Dominicæ ſub vtraque ſpecie reſtituendæ (eam enim ſub initium Collegij noſtri ſuſtulerat Teuthonici ordinis Magiſter, & Abbas probitate præſtans, fundator noſter) & familiam noſtram inſectaretur; vt tantum non ad hæreſim vergere eius mēs & oratio videretur. Hic dum de ſacrilegis nuptijs magnorum virorum patrocinio nixus, nō minùs liberè, quàm impudenter agit, repente, æquiſſimo Dei iudicio, mortifero correptus eſt morbo. Noſtri vt ſuas iniurias benefactis remunerarentur, ægro corpori animoque ſuccurrendum putarunt; hortantur vt ſe ipſe reſpiciat, & meditatum facinus deteſtetur: Quod ille & fecit, & qui tandem ſinceri amici numerarentur, agnouit. Agenti quoque animam præſto fuerunt, funus curarunt oratione funebri mortuum, vt ſolet, ornarunt, vt admirari ſe vehementer dicerent Lutherani, quod noſtri & viuis noſſent inimicis benefacere, & vita extinctis.

Hoſtiū beneficio vincitur & reſipiſcit.

Charitas erga aduerſarios Lutheranis admirationi.

TIT. XCIII. De pœnis infeſtantium familias Religioſorum.

EXEMP. I. *Vaſtantes monaſteria puniuntur.*

Greg. Turon. li. 4 de geſtis Francorũ c. 47. & 48 Baro. to. 7. an. o Chriſti.

ANno Domini 576. Chilpericus per filium ſuum Theodobertũ magnam intulit cladem, ſuperato Gundebalo Duce, Turonenſibus, Pictauiẽſibus, atque aliarum ciuitatum eccleſiis: quam paucis his Gregorius ipſe Turonenſis Antiſtes ita perſtringit: Commoto autem exercitu Lemouicinum, Cadurcinum, vel reliquas illorum prouincias peruadit, vaſtat, euertit, eccleſias incendit, miniſteria detrahit, clericos interficit, monaſteria virorum deiicit, puellas deludit, & cuncta deuaſtat, fuitque illo in tempore peior in eccleſiis gemitus, quam tempore pſecutoris Diocletiani, &c. Quid de Latta monaſterio referam, in quo B. Martini habentur reliquiæ? Cum ad eum vnus cuneus hoſtium aduentaret, & fluuium, qui propinquus eſt, tranſire diſponeret, vt monaſterium exſpoliaret: clamauerunt monachi dicentes: Nolite barbari, nolite huc trãſire: beati enim Martini iſtud eſt monaſterium. Hęc audientes eorum multi cõpuncti à Dei timore ingreſſi ſunt. Viginti tamen ex ipſis, qui non metuebant Deum, neq; beatum confeſſoré honorabant, aſcendentes nauem illuc tranſgrediuntur, & inimico ſtimulante, monachos cædunt, monaſterium euertunt, reſq; diripiunt, de quibus facientes ſarcinas, naui imponũt: ingreſſique fluuium protinus vibrante carina, huc illucq; feruntur. Cumque amiſſo auxilio remorum, haſtilibus lancearum in fundo aluei defixis, remeare conarentur, nauis ſub pedibus eorum dehiſcit, & vniuſcuiuſque ferrum quod contra ſe tenebat, pectori defigitur: tranſuerberatique cuncti à propriis iaculis interimuntur. Vnus tantum ex ipſis, qui eos increpabat, ne iſta committerent, remanſit illæſus.

Reliquiæ S. Martini in monaſterio Latta appellato.

Monaſterij violatio.

Violatorum monaſterij pœna crudelis.

Quod ſi quis hoc fortuitu eueniſſe dicat, cernat vnum inſontem plurimis euaſiſſe de noxijs. Quibus interfectis, monachi ipſos, & res ſuas alueo detrahentes, & illos ſepelientes, res domi reſtituunt.

II. *Tyrannus vexans Religioſos à S. Aurelio eorum patrono verberatur, atque ad pœnitentiam adigitur.*

POſtquam Reginbodo vir eruditus in Abbatem monaſterij Hirſaugienſis electus eſſet, Eduuidus tyrannus multum inquirere cœpit monaſterium dictum, & fratres S. Aurelij, dicens, ſibi deberi ſummam non paruam pecuniarum, quam Gerungo Abbati quondam mutuaſſet. Qui cum multa minaretur incommoda, fratres, qui mendacium hominis nouerant, Diuinum cœperunt implorare auxilium, ſanctoq; Aurelio monaſterij ſui cauſam tuendam contra improbitatem tyranni cõmiſerunt. Et ecce quadam nocte, cum in craſtinum dies placiti ab vtraque parte conſtitutus eſſet, apparuit tyranno ſanctus præſul in ſomnis, dicens: Impie tyranne, quid tibi & fratribus meis, quos iniuſtè bonis ſuis ſpoliare diſponis? Non tibi cedet impune. His dictis diuus Aurelius baculum paſtoralem leuans, quam manu geſtabat, percuſſit in ſomnis tyrannum, dicens; Accipe meritorum tuorum in me primitias, breui ſuſcepturus grauiora, niſi mihi & fratribus meis mox ſatisfacere curaueris. At verò tyrannus Eduuidus, tam pauore, quam verbere experrectus, totam tam inſolito clamore domum repleuit, vt omnes verteretur in ſtuporem. Poſtero autem die lecto decumbens, fratres S. Aurelij ad ſe vocauit, & coram vxore ac filijs iniuriarum veniam petijt. Quos, vt pro ſe orarent ad Dominum rogauit, promittens ſe magna facturum monaſterio bona ſi intercedentibus ipſis conualeſceret. Qui non poſt multos conualuit dies, & ſanctum Chriſti præſulem Aurelium multis obla-

Sanctorũ inuocatio.

S. Aurelius baculo paſtorali percutit in ſomnis Eduuidũ tyrannum.

Eduuidus reſipiſcit & veniã à monachis petit.

Monachorum precibus conualeſcit.

oblatis muneribus ſibi reddere placabilem ſtuduit.

III. *Inferentes vim religioſis diuinitus puniuntur.*

Ditmarus Epiſ. Merſeburgius l.4. Chr. ſub fine.

NEc ſilebo, inquit Ditmarus, quoddam miraculum temporis præfati Cæſaris (Ottonis tertij) Romæ cælitus exortum. Nam cum ducis Hermanni milites monachorum S. Pauli prata vi ſua comprehenderent: ſuppliciter & ab his ſæpe rogati, diſcedere noluerunt: & continuo nubes variæ aſcendunt, fulmina micant, terrorem Dominicum monſtrantes. Tonitru terribile protinus ſubſequitur, ac ex eorum numero optimos quatuor occidens, cæteróſque fugans, pauperes Chriſti in hoc mundo non eſſe contẽptibiles oſtendit. Protector enim talium miſericors Dominus, & hos honorantes, & in neceſſitate ſua exaudientes digna retributione prouehit, eorumque perſecutores, aut hic (quod lentus habetur) aut in futuro (quod grauius) punit. Ita Ditmarus.

Pauperes Chriſti nõ cõtemnẽdi.

IV. *Iuuenis quidam bona monaſterij Hirſaugienſis auferens, præter alia incommoda, etiam amentiam incurrit.*

CIrca annum Domini 1102. iuuenis quidã nobili poſſeſſiones monaſterij in villa Almendingen, à quodam Vnnithero Conuerſo, quondã ſuo Abbati Vvillielmo monaſterij Hirſaugienſis legitima donatione traditas, poſt mortem, vtriuſq; tanquã proximior hæres inuadens, cum die quadã duas inde carratas vini, & alia quædã abduceret, ſub eiuſdẽ hæreditatis prętextu, temerario auſu, ſubitò vnius boum, qui prædã trahebant, confractus eſt pes: ipſe quoq; raptor, de equo, cui inſidebat, repente cecidit, & amiſſa loquela & viribus totis amentiam incurrit. Inde manibus ſublatus alienis, cum poſt aliquot dies ad mentem reuerſus flagellũ Dei metueret, ad ſictum monaſterium deferri ſe iuſſit, ibique mutato cum mente habitu ſæculari, Deo fideliter ſe mancipauit, & poſt paucos annos in ſancta requie fideliter obdormiuit.

Inuaſor honor ũ monaſterij fit monachus.

V. *Imponentes onera Religioſis, commodi ſui cauſa, maioribus multantur incommodis.*

IN oppido Columbarũ in Baſilienſi diœceſi hoc ipsũ quod in præſenti refero, accidit. Fuit, & eſt cõſulatus ibidem nonnumquã ſatis grauis, & immiſericors cõuentibus & monaſteriis, ac clero intra muros ciuitatis eiuſdem reſidentiam habentibus. Venit igitur in mentem ciuibus & conſulatui, & concluſerunt, vt murus ciuitatem ambiens per nouum antemurale muniretur per circuitũ totius ciuitatis velut chlamyde quadam, quod opus diuiſim debebat perſolui à ſingulis artificum ſocietatibus, quas Zunſtas vocãt. Sed cũ magnæ expenſæ ad hoc exigerentur opus, coarctauit oppidũ ipſum monaſteria & conuentus omnes tam mendicantium ordinum, quam poſſeſſionatorum, vt pro ſua rata partem murorum, ſicut Zunſtę perſoluere deberent. Et exinde vt quiſq; ſciret per quantum tractu ſpatii murus per eum erigi deberet, depingebantur in muro maiori ex oppoſito antemuralis erigẽdi certa ſigna pro ſingulis Zunſtis, & monaſteriis, vt ſic palam videretur, in quo loco cuiuſlibet ſolutoris terminus & finis eſſet. Ciuitas autẽ ipſa ſeu oppidum de republica artifices, & materiã muri, ac miniſtros illius operis conducebat, & expenſas primo horum omnium ſoluebat, ſed poſtmodum paratam pecuniam à ſingulis recepit. Videntes hoc fratres noſtri, & ordinum Minorum, ac Eremitarum ſancti Auguſtini, quia hi Conuentus ibi habentur, allegabant ſe pauperes eſſe, & ineptos ad ſoluendũ tale opus, etiam pro ſua rata, immo canonicas ſanctiones in contrarium ſuæ coactionis allegauerunt; ſed apud ruſticam gentem nihil profecerunt. Ere-

Religioſi coguntur ope pecuniaria publicis operibus ſubuenire.

Religioſi excuſant ſe à tributo perſoluẽdo.

ctum eſt itaque antemurale, & ſigna primo poſita, ac termini ciuibus ſunt præfixi, & pro reddituatis monaſterijs ſeu poſſeſſionatis, vt prædictū eſt, deinde pro trium mendicantiū rata: poſtremo vero pro Zunſtis ſecularium, ſeu artificum. Et poſtquā opus fere in circuitu perfectè erectum eſt (vt creditur) diuino & iuſto Dei iudicio antemurale vſq; ad fundū cecidit vna hora, ſolū pro illa præcisè parte, quæ nomine mendicantium religioſorū erecta fuit, omnia verò quæ in antemurali prędicto per ciues poſſeſſionatos antea, & per Zunſtas ſoluta fuerunt, ſteterūt illibatè & illæsè, prout ipſe vidi, & multorū intuitus oculorum de hoc obſtupefacti ſunt. Oportuitq; vt nollent, vellent, ciues lapſa de ſuo ærario refrigerent cōfuſione ducti. Et ita duris hominibus pro fruméto tribuli, & hordeo ſpinæ ante corporis oculos palam creuerunt. Atq; in eo in quo peccauerunt, rei puniti ſunt non minori, ſed longè deteriori pęna. In eadē ciuitate, eodem tempore plures diuinitur puniti ſunt morte tēporali. Nam vinitores omnes, ſeu cultores vinearum dictæ ciuitatis tabernam habuerunt in latere muri conuētus fratrū noſtrorum, in cuius tabernę area puteum fodere vinitores pro ſuo ſolatio affectabant; ſed locum pro puteo habere nequiuerunt congruum, niſi angulum quendam dicti muri ſibi vſurparent quem angulum conuentus noſter tāto tempore poſſederat, quod de eius contrario non erat memoria. Renuentibus igitur fratribus dare locū anguli prædicti cōſules dictæ ciuitatis ſe iudices conſtituerunt, in propria cauſa ſuſpecti contra conuentum pro vinitoribus dictum angulum ſententiauerunt. Quo gauiſi vinitores puteum fodiebant in eodem loco cū lætitia magna, & marginibus lapideis ab imò in ſummū perfecerunt. Cumq; læti in taberna vinitores iam die altera biberēt, mancipium quoddam aquam haurire volens, negligentia ſua de manuhydriam perdidit, quæ deorſum in puteum ceciderat, inuocatis igitur vinitoribus per funē vnus eorum in puteum ſubmittebatur, vt hydriā reportaret, ſed diuina permiſſione ibidem ſtatim ſubitaneè ſuffocatus expirauit, quo extracto, ſecūdus vice prioris pro vrna capienda promittitur: & ſicut primus ſuffocatus eſt ſtatim. Cum verò tertius per funem moderatè vſq; ad medium putei ſubmiſſus eſſet, tanto horrore concuſſus eſt, vt clamans in fune retrahi ſe deſideraret, & vitam is vix retinuit. Ex his autem ciues territi cladibus, quid mali egiſſent tardè ſatis in ſuis funeribus didicerunt.

Tutū op⁹ in quod coferre coacti fuerant religioſi, cū tam perfectū eſſet, funditus cōcidit.

Vſurpātes illic tē bona religioſorum puniuntur morte.

Vinitoribus in latina de malo repentinus

ſuperm. niſi interius.

VI. *Monaſteria non ſunt grauanda inhabitationibus externorum.*

INnter alios, quos diuina vindicta tetigit, defunctus eſt in Italia Thergādus Treuirenſis Archiepiſcopus, de quo hæc Ioannes Diaconus eius tēporis auctor, qui præſens cuncta perſpexit: Alio quoque, inquit, tēpore Thergandus quondam Treuirenſis Epiſcopus, qui cū Gunthario Agrippinę Coloniæ Epiſcopo à reuerēdæ memoriæ Nicolao fuerat ſacerdotali priuatus officio, liberalitate Hadriani Pōtificis in eodem monaſterio (S. Gregorij, ad Cliuum Scauri) manſionem ſuſcepit. Cui B. Gregorius in ſomnis apparens, maximum terrorem, quod de ſuo monaſterio egrederetur incuſſit. Ille perpendens, viſum fuiſſe phantaſticum, oratione facta, ruſſus dormire cœpit, cui Gregorius Pontificali habitu redimitus apparens: Nonne (inquit) dixi tibi, vt à monaſterio meo, quod in rebus proprijs per inuocationem S. Andreæ Apoſtoli Domino dedicaui, recederes, quia diuerſorium fieri nullo modo licuiſſet? Cumque Thergandus hoſpitandi ibi licentiam ſuſcepiſſe ſe à Pontifice reſpondiſſet: Gregorius ait: Et tu, qui petiſti, & ille, qui dedit, vtriq; contra Deum feciſtis, cuius vindictam citiùs incurres. Euigilans Thergandus intremuit, & facta

Io. Diaconus in vita Gregorij Magni Papæ l. 4. c. 49.

Apparitio S. Gregorij Magni Papæ.

Monaſterium Gregorij dicatum S. Andreæ Apoſtolo.

Ora-

oratione, ſopori ſe reddere voluit, cum repente venientium ſonitum audiens, vehementer expauit, ſeq; dormire ſimulauit; Appropinquans ergo Gregorius, ſanctū Andream Apoſtolum per dexteram tenens, præcepit ſubdiacono, qui ſe præibat cum lumine, dicens: Corripe illum. Qui dum correptus in lectulo clauſis oculis reſediſſet, Gregorius ait: Aſpice in nos. Intuitus in eos Thergandus, magis intremuit; eumq; ſibi taliter cōminantem audiuit: Quia ſecundo commonitus verbis oris mei credere noluiſti, & me tua inobedientia adeo prouocaſti, vt hunc Apoſtolū Dei huc fatigare ſtuduerim: citò cognoſces, quia niſi hodie ab hoc monaſterio meo receſſeris, futura hebdomada cum tuis omnib. vita priuaberis. Si verò receſſeris, ab hac quidē momentanea ſententia liberaberis; ſed neque tū, neq; aliquis hic tecum degentium ſuā patriam reuidebit. Mox Thergandus lectulo ſe proripuit, & primo ſuis, deinde monaſterij monachis, poſtremò quibuſcumq; potuit, ſomnium reuelauit. Et quia aliud hoſpitium citiùs à Pontifice impetrare nō potuit, apud Sabinos concedens, eodem anno cum ſuis omnibus vita priuatus eſt.

Apparitio noua S. Gregorij cū S. Andrea Apoſtolo Minæ ſā Bonū efficaces.

Thergādus vna cum ſuis omnibus vno anno extinguitur.

TIT. XCIV. Abbatias, vel monaſteria, laicis non tradenda, neque aliter inſectanda.

EXEMP. I. *Otto Magnus Imperator, idem eſſe cenſet, monaſteria dare laicis, & dare ſanctum canibus.*

ANno Chriſti 939. quo Otto Rex in Alſatia circumdaretur potentiſſimo exercitu aduerſatiorum, Comes quidam tunc prædiues cum eo erat, cuius multitudo militum Regis aciem condecorabat. Hic itaq; videns quam plurimos ex Regis acie deſertores ac transfugas fieri, non interiorem, ſed exteriorem conſiderans hominem tacitus hæc ſecum loqui cœpit: Quidquid à Rege in hac perturbatione conſtituto petiero, ſine dubio impetrabo, præſertim cum, & acre bellum immineat, ac ne ſe deſeram, timeat. Nuntijs itaque directis, Regi ſupplicat, vt Abbatiam quandam Lauresheim dictam, prædijs ditiſſimam, ſibi concedat cum ſuis poſſeſſionibus, vt quod ſibi deerat, militibus ſuis miniſtrare præualeat. Rex autem columbina non ſolùm, ſed vt erat viperina calliditate ſuffarcinatus, nō hoc quod portēderet, minimè aduertere potuit, vnde & his nuntijs apologeticum dedit dicēs: Illi quid ſuper hac rē ſentiā, verbis potiùs explicabo, quàm nūtijs. Quod qui eos direxerat audiens, immenſa eſt affectus animi lætitia, ſperās quod popoſcerat impetraſſe. Vnde & moræ impatiens Regē adiit, eumque ſententiam ſuper hac re promere poſtulauit. Cui Rex populo circumſtante: Obedire, inquit, magis oportent Deo, quam hominibus. Quis enim ſanum ſapiens, ignorat, te hæc non humilitate petitionis, ſed comminationis auctoritate dixiſſet; Scriptum eſt enim: Nolite ſanctum dare canibus. Quod quamuis de Doctoribus ſpiritualiter intelligēdum eſſe predicetur: ego tamen ſatis me dare canibus ſanctum cēſeo, ſi monaſteriorum prædia, quæ à religioſis viris Deo ſunt militātibus tradita, tulero, & ſæculo militātib. dedero. Tibi verò tam procaciter iniuſta petenti, ſub teſtimonium totius populi, nec hoc, nec aliud vnquā te à me accepturum eſſe teſtificor: ſi cordi tibi eſt cum cæteris infidelibus auolare, quanto citiùs tantò meliùs. His auditis (quia facies ſpeculum eſt mentis) cordis verecundiam vultus rubore nudauit, concituſque Regis ad pedes corruens, ſe peccaſſe, ſe grauiter deliquiſſet, confeſſus eſt.

Cōradus Abbas Vrſpergenſis in Chronico, vbi agit de Ottone primo Imp.

Dux militū petit ab Ottone Imp. Abbatiam.

Imperatoris reſponſum memorabile.

Petēs iniuſta ſinè necere petēdo Correptio poſtulanda eſt pœnitentiam

II. *Ragenarius dux de vaſtatione monaſterij S. Germani gloriabundus punitur diuinitus.*

GEns Northmanica Galliam irrumpens Pariſios vſq; peruenit, monaſteriumq; beati Germani Ponti-

vaſtatorū S. Germanica. 11. apud Sur to 7. Iulij 25. *al. Horich. Iactantia de malo grauiter punita. Monaſterij violatores dyſenteria pereunt.

tificis depopulata eſt. Quorum dux Ragenarius nomine ſub Principe *Borico hanc deuaſtationē peragens, dum antè dictum principem ſuum ſe iactaret, opulentiſſimum Regnum Caroli acquiſijſſe, & monaſterium almi Germani deuaſtaſſe, & quod ibi maiorem mortui, quam viui virtutem haberét, nullumq; ſibi reſtitiſſe præter Germanum ſenem mortuum, continuò virtutem beati viri expertus concidit, ac poſt triduum expirauit; non ſolùm ipſe, verùm etiam & cæteri raptores & violatores ſancti loci dyſenteriæ morbo perierunt.

III. *Gaidulphus Rauennas de Foſſatenſi monaſterio à ſe vſurpato ac profanato triumphans ac iactabundus, mox cœleſti plaga feritur.*

Monaſteriū Foſſatenſe profanatur & ſolo æquatur.

CVm propter monaſticam diſciplinam ſolutam ipſa iam monaſteria laicorum manib. traderentur, Gaidulphus Rauennas acceptū à Rege Francorū Foſſatenſe monaſterium, eiectis monachis, ſolo ęquatū ac profanum redditum vſurpauit; ſed non impune, vti rei geſtæ hiſtoriā Odo, qui hoc ſæculo vixit, omni fide optimè teſtatam reliquit. Poſtquā, inquit, cuncta, quæ animo conceperat, iuxta Dei permiſſionē, de eodem exercuit loco Gaidulphus, conuocatis amicorum atq; affinium turmis ad cōuiuium apparatioris prãdij ſcelerate à ſe geſta poſt inſatiabilem lautiorum edacitatem ciborum, & meri nimiam potationem, cūctis qui aderant, iactantiæ deſperabiliter barathro demerſus, referre cępit: Ne, inquiens, teterrimum genus monachorum per ſuccedētia tempore locum hunc vanis ſpebus animatum, repetere, aut vendicare valeat, cum domorum euerſione teſtaméta ſunt ablata prædiorum, quibus ſe opinari poterant poſſeſſiones tantorum recuperaturos fundorum. Necdum verba compleuerat, cum ecce contra ſe ſuper menſam, ad quam laſciuiens reſidebat, aſtare vidit venerandi mona-

Iactantia de ſacrilegio punita exēplo.

Viſio terribilis.

chum habitus, virum, cuius facies igneo reſplendebat aſpectu, canities verò cóptiſſimi dignitate honoris ſuper niuem micans candebat, qui ferulam manu geſtans, toruiſq; aliquantiſper reſpiciens luminibus, eum forti conamine calce quidem in vētre, ferula autē in capite validè percuſſit. Qui illico amens effectus, atq; caput huc illucq; ſuper ſcapulas crebrò iactans, eiulando clamare cępit: Maure, tu me interficis. Maure, tu me interficis. Cumque hæc & alia, cunctis qui aderāt audientibus, oculis iam cæcatus, quos capitis percuſſione amiſerat, frequenter repeteret, Arij mulctatus damnatione, effuſis inteſtinis, infelicem (vt erat dignus) finiuit vitam, particeps dæmoniorum effectus.

Gaidulphus Rauennas monachorū beſtis interimitur.

IV. *Michael Chæroſpactes vexator Monachorum graui infirmitate & morte mulctatur.*

NOn minùs pauendum eſt quod ſequitur Michael ille Chæroſpactes, vir ſcilicet illuſtris, nulliq; inter Lacedęmonios noſtros honore, gloria, opibus ſecundus; ad hæc facundia, indole, forma, ſuauitate morū, ſapientia aliaq; omni laude præſtans erat, adeo vt in ore omnium cum ſuauiſſimo ſenſu verſaretur. Sed quam difficile eſt humanæ naturæ hoſtis inſidijs numquam ſuccumbere, recteque iter vſq; ad finē inoffenſo pede decurrere? Deflexit vir incomparabilis, & inuidiæ face accenſus contra monaſterium impudenter exarſit, leuiſſimo cuiuſdam agri prætextu, quem lædere monaſterij pecora dicebantur. Ergo collecta facinoroſorum hominum manu, cum ad locum veniſſet, primū quidem Zoſimum monachum annis grauē, qui monaſterij res procurabat, nihil eius canos, nec virtutem veritus, veſte ſua ſpoliatum, atq; in terrā proſtratum, pugnis, fuſtibuſque ita vexauit, vt tantum non exanimatum reliquerit; deinde Syracuſanum illum Dionyſium imitari volens, in agreſtes etiam

Zoſimus ſenex monachus indignè tractatur.

etiam operas, famuloſq; ſæuire parabat, niſi fuga ſaluti ſuæ conſuluiſſent. Tum verò monaſterij res omnes Myſorum prędę expoſuit, non caulis ipſis, pecorumque ſeptis parcens, quibus etiam flammas, ſubiecit, ne quid eſſet, quo tegi captæ, oueſq; & à furũ, ferarumq; inſidijs defendi poſſent. Ita demum, quaſi parta victoria, ouans, in equo miſer exultabat, cum ſubitã illatæ ſancto iniuriæ vindictam expertus eſt. Nocte inſecuta, terribili, vt in his ſolebat, aſpectu dormienti S. Nicon ſe obijcit, grauiſſimiſq; & acerrimis verbis increpans: Quid tibi mecum, ait, vt tantum audaciæ, furoriſque concipere, & contra nos, Deumq; ipſum inſurgere non formidares? Sed diuturni arrogantiæ huius conatus non erunt, ſentieſq; tandem haud optabilem exitum fore, ac docebit experientia, quãtum mali ſit temeritas, & proiecta in Deum, eiuſq; ſeruos arrogantia. Atq; his dictis receſſit. Michaelem verò ardentiſſima illico febris inuaſit, & cum febre paralyſis. Ita domum relatus mortem expectabat. Cum iterum ipſi tamquã in mentis exceſſu oblatus Nicon, ſuccenſebat porro, eademq; cum minis exprobrabat. Vnde ad conſanguineos, qui aderant, conuerſus: Non videtis, ait, monachum iſtum, qui mihi dira omnia minitatur? Tum expelli & abigi eum rogabat, atq; iubebat. Verùm illi quia neminem videbant, amplius morabantur. Paulo poſt cum ad ſe quodammodo redijſſet: ex vtriuſque viſi argumentis mali ſui ad cauſam coniectans, ſtultitiam ſuam reprehendere, calamitatemq; lamentari cœpit: Heu, heu, inquit quia mihi nunc contra quam Iob contigit: Timor enim, quem non timebam, euenit mihi, & quod non verebar, accidit. Deinde ſceleris emendationem pœnitentia promittens, & quod tum cætera, quæ inconſultò egerat, corrigere, tum caularum cancellos Ferreis repagulis obuallaret; morbi finem vnicè deprecabatur. Cæterùm eius

Monaſterij res diripiũtur.

Apparitio S. Niconis & zelus pro monachis.

Michaelis ſacrilegi punitio.

Apparitio 2. S. Niconis.

Michael, tametſi reſarturũ ſe damna monachis illata promittat, nõ exauditur

preces à Deo exauditæ non ſunt. Dominus enim qui finxit ſigillatim corda noſtra, paruum fictumq; hominis animum intuens, qualis in pleriſq; ſolet eſſe mortalium; qui tpe quidem afflictionis Dei recordantur; aſpernantur autem, cum exempti malis fuerint, irritam atque inanem abire eius orationem paſſus eſt. Quare, ingraueſcente vi morbi in luctuoſis illis vocibus oppreſſus eſt; graui ferocibus, ſuperbiſque documento, vt ira ſua moderatè vti diſcant, Deiq; iudicia reformident.

Pœnitentia infructuoſa.

TIT. XCV. Religioſorum familias ſingulariter ſub patrocinio Deiparæ Virginis eſſe.

EXEMP. I. *Patrocinium B. Virg. circa familiam Carthuſienſem.*

IN primis de Carthuſienſi familia antiqua, & nobili, hoc memoriæ traditum eſt, cũ adhuc recens, & tenera eſſet, in Gratianopolitana diœceſi, vbi nata eſt, & multa, vt ſit, inſtigante dæmone aduerſus illud inſtitutum vbique iactarentur, abſente præſertim Brunone fundatore, quem Vrbani II. Imperium Romæ retinebat, puſillum illum gregẽ magna tempeſtate iactatum eſſe: Itaq; eum ex vna parte vitæ auſteritas, loci horror, & vaſtitas, ipſamet inſuper paucitas moleſta, & odioſa, ex altera interior Dei ſpiritus, ſtellæ duces, Iuris illius conſulti Pariſienſis tam dirus exitus, alternantes in eorum animis cogitationes efficerent, conſtitiſſe inter eos virũ quendam ſenio venerabilem, caluo capite, capillo criſpo, qui omnipotentis Dei nomine polliceretur, ſacratiſſimam Dei Matrem ipſos in loco illo deſerto ſemper conſeruaturam, eiſque aduocatam, & cuſtodem futuram, ſi in eius honorem horarias preces quotidie perſoluerent. Quibus dictis cum euanuiſſet, remanſit tamen in omnium mentibus noua lux quædam ſpei, gaudijque ingentis, nihilque addubitantes,

Hie. Platus de bono ſtatus relig. li. 1 cap. 34.

Apparitio S. Petri promittens Carthuſianis patrociniũ D. Virginis.

Preces horariæ in honorẽ diuæ Virginis

quin ſenex ille eſſet Apoſtolus Petrus, ſtatim communi conſenſu illam Dei, & fidelium omnium parentem ſibi patronam delegerunt; quæ quidem quã fideliter promiſſa præſtiterit, ét nullo monente res ipſa declarat. Nam ab eo tempore ita ſemper ſolitudinem illam tenuerunt, vt etiam magnopere illuſtrarint, ipſique & numero, & nomine magnopere aucti ſint.

Carthuſiani B Virginẽ ſibi patronam deligunt.

II. *Patrocinium B. Virg. circa familiam Ciſtercienſem.*

Idẽ Pla. ibi. cõſequenter. Ciſtercienſis ordinis auctores Robertus & Bernardus.

DE Ciſtercienſibus verò æque certo idem affirmare poſſumus. Cum enim eius Ordinis auctores duo fuerint, Robertus, qui initium dedit, & Bernardus, qui adeo amplificauit; de Bernardo quidẽ quis, modo eius ſcripta legerit, vel de eo aliquid audierit, dubitare poteſt, quin familia illa huic Virgini vel in primis cara fuerit, in qua hic eius tantus amator extiterit, & cui ipſa hunc ſuum amatorẽ, & famulum donarit? Robertus autẽ fundator vt dixit, eius familiæ etiam antequã naſceretur, à Dei Matre ad opus illud deſtinatus videtur. Sic .n. ſcriptũ eſt: eam prægnanti matri apparuiſſe, cum aureum teneret annulum, itaque locutam: Eugardis (id enim mulieri nomen erat) filium quem geris, hoc mihi annulo deſponſati volo. Hæc igitur cum experrecta rem gaudens notaſſet, iterum deinde ad eam confirmandam eadem eſt obiecta viſio eiuſque veritatem exitus demonſtrauit. Ea enim deſponſatio per religionem fuit: annulus, votum Caſtitatis.

Robertus Ciſtercienſium fundator deſpõſatus D. Virgini antequã natus.

III. *Deipara commendat Honorio IV. Pontifici Ordinem Carmelitanum.*

Plat. li. conſequenter.

EAdem licet dicere de Ordine Carmelitano; quod potiſſimum oſtenſum eſt Honorij IV. tẽpore, quo cum de illius inſtituto approbando ageretur, aſtitiſſe ei ferunt de nocte Dei param, quæ cum impulerit, & planè iuſſerit, vt & inſtitutum, & homines benignè complecteretur.

IV. *De ordine Seruitarum.*

Idẽ ibi. Hieronz. Plat. li. 1. de bon. ſtat. relig. c. 34

DE Seruitarum ordine nihil attinet dicere, qui ſe totũ huius Virginis numini, ac nomini dicatũ profitetur, idq; ipſa eorum origo oſtendit. Sic .n. fertur, Sodalitatem quandam fuiſſe in ipſius honorẽ congregatam, qui cũ ipſo die illius Aſſumptioni ſacro preces, & laudes ei perſoluerẽt, admonitos cœleſti voce ſeculum ſtatim reliquiſſe; ſeq; ad vnius Dei obſequiũ contuliſſe, retentò ſemper B. Virginis famulatu: ideo enim Seruitas appellatos, quaſi ipſius ſeruos. Quin etiam poſt annos ſeptem, eadem Dei Mater nocte quadam ſingulis ſeparatim per quietem apparuiſſe dicitur, cum magno, & illuſtri Angelorũ exercitu, quæ vnà manu pullam tunicam, altera librum apertũ teneret iubens eos deinceps illa veſte vti, & illa regula, quam S. Auguſtini eſſe aiebat. Itaq; ſimul ac illuxit, congregati patres, alter alteri viſionem ſuam exponentes, cum magno gaudio decreuerũt omnia exequi quæ cœleſtis Regina præceperat.

Seruitarum origo & appellatio. Apparitio D. Virg.

Seruitarũ regula, eadẽ quaſ. Auguſtini.

V. *Patrocinium B. Virg. circa ordinem Dominicanum & Franciſcanum.*

Ibi. cõſequẽter.

SEd nihil illuſtrius, & notabilius, quã quod in genere hoc de Dominicano ſimul, & de Frãciſcano ordine commemorauit præclara quadam viſione ipſi B. Dominico oſtenſum eſſe. Etenim cum ipſo tempore, quo de inſtituti ſui fundamentis iaciendis cogitabat Romæ in Apoſtoli Petri templo orans pernoctaret, viſum eſt ei pandi totum cœlum, Chriſtumque Dei filium exurgere irato, atque inflammato vultu, ternas manus lanceas vibrantem ad perdendum genus humanum, vnam in ſuperbos, alteram in auaros, tertiam contra laſciuos. Cuius iræ cum nemo ſubſiſtere auderet, ſola Mater miſericordiæ ad pedes eius accedens, rogauit, vt ignoſce-

Viſio S. Dominici.

Virgo Deipara pro mũdo intercedit.

ſceret ijs, quos ſanguine redemiſſet: quin etiam cum à Chriſto reſponſum eſſet, non eſſe iam iuſtitiæ ſuæ, vt tanta orbis terrarum peccata impunita relinqueret, addidit illa, habere ſe famulos duos, fideles, ac probos, qui in mortalibus ad pœnitentiam reuocandis ſtrenuam operam impigrè poſituri eſſent. Quibus verbis placatus Dominus, cum illos videre voluiſſet, productus eſt Franciſcus, & Dominicus ipſe, qui hæc videbat: cui etiam cum die poſtera Franciſcus fortè occurriſſet, quem nunquam antea aſpexerat; tamen ex nocturno viſu ſtatim agnouit, & arctè complexus, vt fratrem, tantique operis, ac muneris ſocium, expoſuit ei quid ſibi de vtroque à Domino eſſet indicatum.

Franciſc⁹ & Dominicus offerũtur Domino, vt mundũ emendaturi.

VI. *Circa eoſdem ordines idem patrocinium.*

Plat. eodem lib 1. c. 34.

ATque hoc quidem patrocinium tum aliàs ſæpe Virgo re ipſa præſtitit, tum maximè Innocentio IIII. Pontifice, qui cum neſcio quibus cauſis eſſet in vtrumque ordinem nulla eorum culpa incitatus, & quibuſdam etiam edictis eorum priuilegia, ac facultates impediſſet; ij quidem ad cœleſte auxilium implorandum inter alias preces, litanias etiam quotidianas indixere, quæ dum Romæ à fratribus Dominicanis in eccleſia recitarentur, vni ex ipſis contigit, vt ipſam Virginem videret ſuper altari ſtantem vnà cum filio, ita vt ipſo vultu eius familiæ mœrorem, ac lacrymas, quas vberiùs fundebant, miſerati videretur, & ad filium conuerſa hæc verba, vt in litanijs ſolet, iterare: Fili exaudi eos. Nec multo poſt ipſum etiam Innocentium ferunt, cum Neapoli decumberet, morte iam imminente grauiter pœnituiſſe, illaque verba ex pſalmo protuliſſe; Propter iniquitatem corripuiſti hominem, & tabeſcere feciſti ſicut araneam animam eius: ſtatimque ex hac vita migraſſe.

Apparitio Virgis Deiparæ filiũ orantis pro ordinibus Frãciſcanorum et Dominicanorũ.

VII. *In ordinem Oliuetanum.*

Idem ibid.

IDem Deiparæ ſtudium apparuit etiam in Oliuetanum ordinem, cum primùm emergeret, anno circiter 1319. Nam cum tres primi eius ordinis fundatores in Senenſem quendam montem eius nominis (ex quo ipſa quoq; familia Oliuetana nominata eſt) conueniſſent, pluresq; etiam quotidie eorum ſanctitatis bono odore illecti ad ipſos confluerent, nõ defuere, qui eos deferrent ad Pontificem, qui Auenione degebat, quaſi nouarum rerum auctores: ſed ab illo acciti, ac benigniſſimè accepti, & ad Guidum Aretinum Epiſcopum remiſſi, dum in Italiã redirent, apparuit Epiſcopo B. Dei Mater, Angelorum choro ſtipata, quæ ei viros illos commendans, cãdidum inſuper habitum, & regulam ſancti Benedicti porrigeret, qua deinceps vterentur. Cuius rei monumentum hodieq; extare dicitur Aretij, in templo ſanctiſſimæ Trinitatis, in parietibus pictum, quo in templo, & veſtis, & regula illa ab Epiſcopo eis ritè tradita eſt, ſub Virginis tutela.

Oliuetani ordinis origo, habitus & regula.

VIII. *Circa ordinem S. Hieronymi.*

Hieron. Plat lib. 1 de bono ſtatus religioſi c. 34.

HAnc etiam tutelam eadem Virgo ſpopondit, & exhibuit ordini S. Hieronymi, qui, vt in eius hiſtorijs legimus, cum recens eſſet in Hiſpania, nec pluribus adhuc, quam tribus, aut quatuor conſtaret monaſterijs fratres aliquot paucitatem illam moleſtè ferentes, communicato inter ſe cõſilio, ad aliũ ordinem tranſire decreuerant. Iamque abibant, cum in ipſa via hæc Dei mater viſibili ſpecie occurrit, monens, atq; adeo etiam imperans, vt in ſuſcepto inſtituto permanerent; breui enim fore, vt id valde propagatum viderent, ſe verò ordinem illum totum in ſuum famulatum recipere. Quæ cũ dixiſſet, non ſolùm illi in ſuo propoſito confirmati ſunt, ſed ad hunc ipſum famulatum Virginis conteſtandum, ea tota familia reliquis veſtibus

Virgo Deipara conſolatur Hieronymianos.

Hieronymiani albã tunicam geſtant in teſtimonium ſui erga Deipa. Virginem famulat⁹.

 albam

albam tunicam adiunxiſſe dicitur, quam adhuc retinent.

IX. *Cura B. Virg. circa Societatem Ieſu.*

Idē Pla. eod. c.

IN hunc quoque numerum referenda videtur noſtra hęc Societas Ieſu. Primùm enim Ignatius ipſe eius fundator, & auctor, quantuſcunque fuit, non eſt ambigendum, quin Virginis opus fuerit. Sic enim accipimus, cum adhuc in paterna domo ſecularis ageret hanc ei aſtitiſſe clariſſimo lumine collucentem, ſeque ei ſpectandam aliquamdiu præbuiſſe; quo aſpectu, ac colloquio totum ſe mutatum, ac in alterum virum conuerſum, paulo poſt etiam caſtitatis voto in eius honorem ſe obſtrinxiſſe. Quin etiam cum ſpiritualem militiam ingredi decerneret, eam in ipſius potiſſimum nomine auſpicari ſtatuit, idq; in illa nobili montis Serrati eccleſia, vbi totam noctem ante eius aram inſomnis excubauit, veterem quendam militarem morem imitatus, quo ſe ei in perpetuum diceret, ac traderet. Vt igitur qui glandem ſerit, totam arborem ſerit; ſic Dei Mater, dum Ignatium peperit, in cuius pectore, vt in Abrahæ lumbis eius poſteritas, nos omnes continebamur; nos quoque, & totum hunc noſtrum ordinem peperiſſe credenda eſt.

B. Virgo Deipara B. Ignatio de Loiola apparet.

Idem Ignatius B. Virgini ſe dicat.

X. *Circa eandem ſocietatem.*

Idē Pla. Ibid cōſequēter.

Martini Gutteri viſio.

DEnique hoc quidem ipſum ſacerdoti cuidam noſtræ Societatis inſignis religionis, & ſanctitatis viro diuinitus monſtratum eſt. Hic erat Martinus Gutterus Hiſpanus, qui tum aliàs multas viſiones, & reuelationes conſecutus eſt, illamque inter cæteras, quod per Galliam iter habenti, & ante Virginis ſacellum equitanti, diuino lumine oſtenſum eſt, eum intra octo dies moriturum; quod euenit, cum ille paulo poſt ab hæreticis captus eſſet, inter quorum manus in ſummis omnium rerum incommodis breui deceſſit. Is igitur tum alia, vt dixi multa, præſertim autem de B. Virgine diuinitus reuelata accepit, tum illud etiam, quod nos omnes attingit. Vidit enim aliquādo illam eximia admodum ſpecie micantem, veſte præterea in magnam latitudinem expanſa, ac ſub ea veſte Societatem noſtram vniuerſam collectam contineri, quam illa materno affectu complecteretur, eoq; quaſi ſuæ gratiæ, & charitatis tegumento confoueret.

Beatiſſima Virgo Deipar. Societatē Ieſu tuetur, ac protegit.

FLO-

FLORVM EXEMPLORVM, SIVE CATECHISMI HISTORIALIS

CAPVT OCTAVVM.

DE IIII. HOMINIS NOVISSIMIS. MORTE, IVDICIO, INFERNO, & Cœleſti gloria.

Dicuntur autem nouiſſima, quod inter cętera omnia, quę homini accidere poſſunt, extremum planè locum ſibi vendicent.

TIT. I. De morte.

Mors nihil aliud eſt, quam terrenæ huius peregrinationis & ærumnarum mortalis vitæ terminus, ſomnus quietus, & ſecura obdormitio, veræ vitæ principium, & optabilis tranſitus ad beatam immortalitatem, ijs quis ex virtute vixerunt.

EXEMP. I. *Mors ineuitabilis.*

ANaſtaſius Imperator, quia fatale ſibi eſſe ex oraculo didicerat, vt fulmine interiret: Tholotum ædificium conſtruxit, in eoque degit, ſed fruſtra. Nam cum aliquando tonitrua horrendum in modum reſonarent, & fulgura multa eliderentur, atque ipſe perterritus è cœnaculo in cęnaculum deſcenderet, & alios atq; alios thalamos ſubiret; in quodam regio cubiculo mortuus eſt inuentus. Cedrenus etiam hæc addit: Anaſtaſius cum oraculo edoctus eſſet, igne ſibi pereundum fore, ciſternam in palatio, quæ frigida dicitur, multis meatibus aperuit, quorum cuiq; cadus appoſitus eſt, conatus hoc pacto oraculum irritum reddere. Verum id abs re fuit, fulmine enim diuinitus eſt ictus.

Io. Zonar. to. 3. Ann. in Anaſt. Dicoro, cum Cedreno apud Baro. to. 6. an. 518.

I I. *Inanis aduerſus mortem ſolertia & ars omnis.*

DOmitianus Imperator, qui longo tempore Anaſtaſio prior, cum mortis inſtare tempus putaret, à Mathematicis prædictum, quod nulla diligentia deuitare potuit, eius porticus in qua deambulare ſolebat, Sphengitico marmore parietes incruſtauit, vt ei lapidis illius fulgore, veluti in ſpeculo, nõ minùs eorũ qui à tergo, quam qui à fronte ſe offerrent, imagines eodem tempore repræſentarentur.

Fulg. l. 9. c. 14.

Marmoris Sphengitici fulgor inſtar ſpeculi.

I I I. *Mors omnibus indifferenter naturale debitum.*

IOſaphat Auuenniri Indiæ Regis filius, aliquando è palatio, quod ipſi extructum fuerat, vt à nemine adiri poſſet, foras progrediens in capularẽ quendam ſenem incidit, rugata facie, fractis ac diſſolutis tibiis, curuo corpore, capite prorſus cano, qui pręterea dentibus carebat, atq; conciſum quiddam & interruptum loquebatur. Stupore itaque correptus, cum hominem eum propriùs ad ſe adduci iuſsiſſet, eos qui tum aderant, interrogabat. Ecquid-

Io. Dam. de rebus geſt. SS. Barlaã. & Ioaſaphat c. 5.

Ecquidnam tam inſolens ſpectaculum eſſet. Illi autem dixerunt: Hic ætate valde prouectus, ac paulatim decedentibus ipſi viribus, membriſque imbecillitatẽ contrahentibus, ad hanc quam cernis ærumnam peruenit. Et quiſnam, inquit ille, ipſius finis eſt? Nihil aliud, inquiunt illi quam mors ipſum excipiet. Omnibuſne hominibus, inquit ille, hoc propoſitum eſt, an quibuſdam duntaxat contingit? Reſpõderunt illi: Niſi mors anteuertens aliquem hinc abducat, fieri non poteſt, quin temporis progreſſu ſtatus huiuſce periculum non faciat. Tum Adoleſcens: Quoto anno hoc cuipiam contingit? atque prorſuſne mori neceſſe eſt? neque ars vlla eſt, qua mortem effugiamus, atq; in hanc calamitatem minimè incidamus? Dicunt ei: Octogeſimo, aut centeſimo anno ad hãc ſenectutem homines perueniunt, ac deinde moriuntur: nec aliter fieri poteſt. Debitum enim naturale mors eſt, hominibus ab initio impoſitum; neq; vlla ratione ipſius aduentus vitari poteſt. Hæc omnia, vt ſagax ille ac prudens Adoleſcens audiuit, atque intellexit, intimo corde ingemiſcens, dixit: Acerba hæc vita eſt, atque omni dolore, ac mœſtitia plena, ſi res ita ſe habet. Et quonam modo quiſpiam in incertæ mortis expectationem, cuius aduentus non modo vitari non poteſt, ſed etiam, vt dixiſtis, incertus eſt, ſecuro animo erit? Abijtq; hæc ſecum voluens, atque aſſiduè conſiderans, mortiſque memoriam identidem animo repetens, ac deinceps in doloribus, animiq; conſternatione viuens, atque in perpetuo mœrore degens. Atque apud ſe dicebat. Ergone mors me aliquando corripiet? Et quiſnam erit, qui mei poſt mortem meminerit, cum tempus omnia obliuione contriuerit? Num præterea morte functus in nihilum diſſoluar? an contra; altera quædam vita eſt, & alter mundus? Hæc, & his ſimilia perpetuò cogitans pallore conficiebatur.

Dialogiſmus de ſenio & morte.

Mors naturale debitũ eſt.

Mortis cogitatio adimit ſenſũ terrenarum voluptatum.

IV. *Morti tempeſtiue occurrendum.*

CVm eſſemus (inquit Auguſtinus) apud oſtio Tiberina matre charitatis ſociati, expectantes tẽporis tranquillitatem, cauſa remeandi ad Africam, & gratia illius, cui terra & mare obediunt, cõpulſi à Pontiano pręfecto viro clariſſimo, qui de Roma ad nos videndũ venerat, cum eodem iterum reuerſi ſumus Romã, ad intuendum diligentiùs magnifica ædificia & opera Paganorũ: & ductus ſum cum cęteris ad videndũ cadauer Cæſaris in ſepulchro, & vidi quod omnino eſſet liuido colore ornatũ; putredine circumdatum, ventrẽ eius diruptum, & vermium per illum cateruas tranſeuntes proſpexi. Duo quoq; bufones famelici in foueis oculorum paſcebantur crines eius non adhærebant capiti, dẽtes eius apparebant labijs conſumptis, & reuelatum erat narium fundamẽtum. Et intuens matrem Chriſtianiſſimam dixi: Vbinã eſt Cæſaris corpus præclarũ, vbi magnitudo diuitiarum, vbi apparatus deliciarũ, vbi multitudo dominorum, vbi caterua bronum, vbi acies militum, vbi canes venatici, vbi equi veloces, vbi aues cãtantes, vbi thalamus pictus, vbi lectus eburneus, vbi thorus regalis, vbi thronus imperialis, vbi mutatoria veſtimentorum, vbi capilli ſolares, vbi facies decora, vbi omnia quæ ſub cœlo ſunt? Te namq; verebãtur homines, te timebant principes, te colebant vrbes, te timebant omnes. Vbinam quæſo ſunt hæc omnia? à quo receſſit tanta iactantia? quò iuit tua magnificentia? Et reſpõdit mater pietate plena: Fili, omnia ſibi pariter defecerunt: quando defecit ſpiritus eius, & reliquerunt eum captiuatum in ſepulcro trium brachiorum plenum fœtore & putredine. Eia ergo fideles Chriſti, conſiderate quid ſumus: animaduertite ad quid venimus: proſpicite, quid iã ſumus. Agite ergo pęnitentiã filioli mei, quos iterũ parturio, donec reformetur in vobis Chriſtus.

D. Aug. ad fratres in eremo ſer. 48 ſiue quiſquis eiũ ſer. eſt auctor.

Cæſaris cadauer quale?

Mors omnium bonorum mũdi ſpoliatrix.

Agi-

Hora mortis incerta ſuadet ſemper eſſe in procinctu.

Agite ergo pœnitentiam, antequam mors inimica naturæ vos aggrediatur. Statuatis vos ſimplicem; humilem, vtilem, ſecretam, frequentem, promptam, amaram, lacrymoſam, & feſtinã confeſſionem, cum etiam hora mortis omnino ignoremus. Nam cum in extrema ægritudine fueritis, fratres, ò quam forte, ò quam durum, ò quam pęnoſum, ò quam lacrymabile erit vobis pęnitere, & dolere de malis cõmiſſis, & de bonis omiſſis: Quare hoc erit, niſi quia illuc rapitur tota intẽtio mentis, vbi eſt vis doloris? Multa.n.occurrunt impedimenta cordi. Nam corpus dolet, pœna affligit, quia mors appropinquat, intrare filios quos patres ſumme dilexerunt, pro quibus etiã ſe damnatos exiſtimant, tenebroſo oculo aſpiciunt, vxores iam lacrymantes cõſiderans mundus adhuc eis fiduciam præſtat, diabolus, ne de peccatis doleant, fidem tribuit, & chirographum infirmantibus præbet, caro nõ deficere adhuc ſatis ſperat, medici adhuc, vt lucrentur ipſum, cõfortant, parentes applaudũt, ſacerdotes alliciunt, & ſic diuites moriuntur in inferno. O homo, audiſti quid locutus ſum, omnino crede, quod hæc omnia cito experieris. Obſecro igitur te, vt antequam infirmitate graueris, agas pęnitentiam, diſponas domum tuam. Fac quod faciendum eſt, fac teſtamentum, dum ſanus es, dum ſapiens es, dum tuus es. Nam ſi expectaueris infirmitatem, omnino minis vel blandimentis duceris, quo tu non vis.

Quæ impediãt in extremo morbo conatus pœnitentiæ.

Pœnitentia mature faciendi.

v. *Peccatum eſſe cauſam mortis corporalis.*

Cõc. Mileuit. Can. 1.

CVm Sapiẽtię primo cap. habeatur, quod Deus mortẽ non fecit, rectè Concilium Mileuitanũ canone primo definit: Quicunque dicit, Adam primum hominem mortalem factum, ita vt ſiue peccaret ſiue non peccaret, moreretur in corpore, hoc eſt, de corpore exiret, non peccati merito, ſed neceſſitate naturæ, anathema ſit.

TIT. II. De vario & incerto mortis genere & tempore.

Pharao Ægyptius cum ſexcentis curribus Aegyptiorũ electiſſimis, magnaq; manu Iſraelitas duce Moſe, abeuntes perſecutus, cum illi per mare rubrum diuina vi ſicco pede tranſiiſſent, ipſe fluctibus coeuntibus oppreſſus cum toto ſuo exercitu miſerandum in modum perijt. Exod. 14

EXEMP. I. *Pontificis mors fœda, ſed pretioſa in conſpectu Domini.*

Plat. in vita eius Breuiar. Ro. Concil. Trid. ref. 16. Ianuar.

MArcelli Romani hortatu Lucina matrona Romana bonorũ ſuorum Dei Eccleſiam fecit hæredem. Viginti quinque titulos in vrbe inſtituit, quaſi diœceſes quaſdam, & ad baptiſmum pœnitentiamque eorum, qui ex infidelibus Chriſtianam religionẽ ſuſciperent, & ad Martyrum ſepulturã. Quibus rebus ira incenſus Maxentius, Marcello grauia ſupplicia minatur, niſi depoſito Põtificatu, idolis immolaret. Qui, cum inſanas hominis voces negligeret, miſit eum in catabulum, vt beſtiarum, quæ publicè alebantur, curam ſuſtineret. Vbi Marcellus aſſiduis ieiunijs & precibus nouem menſes vitã duxit, parochias, quas præſens non poterat, viſitans per epiſtolas. Inde ereptus à clericis, hoſpitio recipitur à B. Lucina: in cuius ædibus eccleſiam dedicauit, quæ hodie titulo S. Marcelli nominatur: in qua & Chriſtiani orabant, & ipſe B. Marcellus prædicabat. Quibus cognitis, Maxentius in eam eccleſiam catabuli beſtias transferri, & à Marcello cuſtodiri iubet: vbi loci fœditate, multiſque ærumnis afflictus obdormiuit in domino.

Marcellus Pontifex adducitur curandis beſtijs.

Eccleſia S. Marcelli.

Marcelli mors & martyrium.

II. *S. Martinus V. moritur apoplexia.*

Plat in vita eius & alij.

MArtinus V. vir in omni vita integer, pontificatus ſui anno quartodecimo, menſe tertio, Romæ apople-

poplexia moritur ætatis ſuæ ſexageſimo tertio, ſepeliturque eius mandato in baſilica Conſtantiniana ante capita Apoſtolorum, ſepulcro æneo, comitante populo Romano, comitante clero non aliter flente, quam ſi Eccleſia Dei, ſi vrbs Roma vnico atque optimo parente orbata fuiſſet.

Exequiarũ honos.

III. *Caſimirus II. in conuiuio moritur.*

Mart. Cromer lib. 6.

Reliquiarũ ſacrarũ translatio & honos.

CAſimirus II. Poloniæ princeps impetrarat à Pontifice Maximo Lucio reliquias Floriani martyris: eaſque allatas, ad ſeptimum milliariũ à Cracouia cum ingenti omnis generis hominum caterua, & ſolemni ſacerdotum pompa obuiam progreſſus, reuerenter exceperat. Inſequenti die grande conuiuium inſtruxit: proceres omnes, qui tunc aderant, inuitauit. Feruente conuiuio, exhilaratis conuiuijs, & multa de præteritis bellis atq; periculis inter ſe conferentibus, & principis res geſtas & felicitatem celebrantibus, ipſe nonnulla de immortalitate animi, atq; cæſitum beatitudine, non inepta in medium propoſuit. Deinde hauſto mediocri poculo, ſubito concidit, & paucis horis animã exhalauit.

Sermones cõuiuales.

IV. *Omnes apparatus magnificos mors eludit.*

An. Bonfin lib 8. Dec 3.

LAdiſlaus Vngarorum, & Boemiæ Rex, præſtantiſſimam ad Galliæ Regem Carolum legationem qua filiam Magdalenam Ladiſlao deſponſatã adduceret, miſit. Huius princeps fuit Vdalricus Pontifex Paſſauienſis. Ex principibus Vngarorum ducenti, ex Auſtralibus quoque ducenti, ac totidem ex Boemis delecti ſunt: qui forma, habitu, nobilitate apparatuq; pollerent, & quiſque regno dignus videretur. E Patauienſibus centum delegit Vdalricus. Quare ſeptingenti equites in Galliam purpura, auro, gemmiſque ornatiſſimi abierunt: item virgines, & matronæ, quæ regiam ſponſam ducerent, quadringentæ, ſplendidiſſimo cultu ac venuſtate, omnes præterea quadrigæ auratæ, gemmatęque, inaudita inſuper veſtium, donorumq; luxuria. Eo autem die, quo Pariſios legatio illa ingreſſa eſt, antequam conſideret, de repentino regis Pragę mortui interitu à tabellario admonetur. Quo nuncio conſternata, cum clam Carolo regi generi necem ſignificaſſet, tãto principem illum dolore correptum fuiſſe aiunt, vt neque reſponſum dare, neq; illam triſtiſſimam abeuntem alloqui potuerit. Soluta hoc modo legatione, ſuam quiſque domum mœſtus redijt.

Põpa ad regales nuptias

Mors in pompa ſplẽſum abripit.

Lætitia in triſtitiã trãſit.

V. *Baſilius Imperator venando moritur.*

Io. Zonar in Baſilio.

BAſilius Imperator cum venatum exiſſet, in ceruum incidit, inuſitata magnitudine, elata in altum cornua geſtantem, quem perſequẽdo aſſecutus, cum ſtricto gladio percuſſurus eſſet, bellua ſe defendit, & ramo vno cornuum zonæ Baſilij Macedonis Imperatoris infixo, illum ſublimem fert cornibus ſuſpenſum. Cornu itaque percuſſus, conuerſiſque inteſtinis, ſuperuixit quidem ſed non diu, mortemque obijt.

Ceruorũ venatio periculoſa.

VI. *Moriuntur laruati, caſu mirabili & miſerabili.*

Bap. Fulgoſ. li 9. c. 12.

NOn minùs inopinata atq; incommoda fuit eorum mors, qui in Pariſiorum vrbe cũ Carolo ſexto Gallorum Rege, perſonati ſilueſtrium virorum totum villoſum corpus & formas ſumpſerant: Nam cum Regis frater Aurelianenſis Dux, qui in eos forte inciderat, familiariter agnoſcere eos vellet, accenſum funale perſonatis admouit, vt eos diligentiùs intueretur. Itaque cum flamma vnius velum, quod tenui lino pice illitũ erat, corripuiſſet, & ignis ob picẽ repente ſæuiret, ab eo in alios, qui prope erant, flãma trãſiuit, atque ex perſonatarum numero duobus tum flamma oppreſſis, vix eo periculo eripi Rex potuit.

Mors in igni fortuito.

VII. Ca-

VII. *Carolus Rex Nauarrenſis comburitur, ſolum filum igne abrumpente.*

Idem li. 9. c. 12.

MAgis nouum, ſæuiuſq; etiam mortis genus illud fuit, quo Carolus Nauarrenſis Rex, Chriſti anno 1386. interijt: Nam cum ſenio cōfectus, neruorum quoq; dolore laboraret, medicis ita ſuadentibus, aſſui toto corpore linteum aqua, quę viua dicitur, perfuſum iuſſit: cum autem qui linteum cōſuerat candelæ igne abrumpere filum peracto opere vellet, & parum conſiderate linteum lumine contigiſſet, ſtatim totum concepto igne exarſit, neq; ante ferre opem quiſquam potuit, quā Carolus Rex nimis propere ſæuiente flamma combuſtus eſt. Cum ad repentinas ignis vires accederet, quod pedes ac manus lintei inuolutione vinctus, vna tantum lingua moueri poterat.

Mors ex igne fortuito.

TIT. III. De mortis memoria.

EXEMPL. I. *Vera Philoſophia, mortis meditatio.*

DVo Philoſophi venerūt ad ſenem, & orabant eum, vt eis verbum ædificationis diceret: Senex verò tacebat. Rurſum philoſophi dixerunt; Nihil reſpōdes nobis, Pater? Tunc ſenex dixit eis; Quod ſtudioſi quidem ſitis eloquentiæ, ſcio: quod autem non veri ſitis philoſophi, affirmo: quādiu enim loqui diſcitis, quaſi loqui neſciatis. Sit ergo philoſophiæ veſtræ opus, ſemper meditari mortem; ſilentioq; & quieti vos aſſuefacite.

Pra. ſpir. c. 156.

Silentio aſſueſcendum.

II. *Solertia pro mortis memoria.*

D. Ioannes Eleemoſynarius Archiepiſcopus Alexandrinus, vt mortis memoriam ſuę cogitationi profundè imprimeret, & eam perpetuò haberet præſentem & ante oculos, quid fecit? Iubet ſibi extrui monumentum: ei autem finem non imponi, ſed ſemper fectū ſic relinqui: deinde eos, qui præfecti erant operi, cum eſſet feſtum aliquod inſigne, accedentes in conſpectu omnium, qui conſidebant, apertè dicere: Monumentum tuum in hodiernam vſque diem eſt imperfectum, domine; iube ergo, vt id finem accipiat: incertum eſt enim, qua hora fur ingrediatur, nempe mors.

Leont. Epi. Neapoleos in vita eius apud Sur. 23. Ian.

In epulis et feſtiuitatib. ſalutaris eſt mortis & ſepulcri recordatio.

III. *Salutaris mortis admonitio in magnis poteſtatibus.*

D. Bernardus vbi audiuit certo nuntio de ſui Abbatis Eugenij in Sūmum Pontificem electione, aureas ad ipſum litteras dedit; in quib. poſt multa, hæc habentur: Confortare, & eſto robuſtus, manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum. Vindica tibi animi tui conſtantia & vigore ſpiritus partē, quam dedit extra fratres tuos tibi omnipotēs Pater, quam & tulit de manu Amorrhęi in gladio & arcu ſuo. In omnibus tñ operibus tuis memento te eſſe hominem; & timor eius, qui aufert ſpiritum Principum, ſemper ſit ante oculos tuos. Quantorum in breui Romanorum Pōtificum mortes tuis oculis aſpexiſti? Ipſi te prædeceſſores tui, tuæ certiſſimæ & citiſſimæ deceſſionis admoneant, & modicum tempus dominationis eorum paucitatem dierum tuorum nunciet tibi. Iugi proinde meditatione inter huius præſentis gloriæ blandimēta memorare nouiſſima tua, quia quibus ſucceſſiſti in ſedem, ipſos ſine dubio ſequeris ad mortem.

D Bern. epi. 237. ann. Do. 1145.

Mortalitatis recordatio ſaluberrima.

IV. *Cum Imperator coronaretur, mortis ſimul admonebatur.*

CVm olim coronaretur Imperator, ſepulcrorū constructores quatuor aut quinque ad eum deferebant marmoris fruſta, varij coloris, inquirentes ex quo vellet ſibi conſtrui ſepulcrum: quo ſuæ mortalitatis admonebatur, & vt prudenter imperaret.

Leont. Ep. Neapol. in vita Io. Eleem. in vitis Patrum.

V. *Meditatio mortis aſſidua quàm ſalutaris.*

S. Guarinus Epiſcopus Præneſtinus, & Cardinalis, Canonicus regularis mor-

Aug Ticinenſis

In vita eius apud Sur. 6. Febr. Eccl. 7. Meditatio mortis quid conferat

mortem ſibi quaſi quotidie imminentem intentus meditabatur: quæ quidẽ meditatio eſt peccatorũ omnium peremptoria, iuxta illud quod ſcriptum eſt: In omnibus operibus tuis meditare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Vbi enim non eſt timor mortis, ibi diſſolutio vitæ; vbi verò diſſolutio vitæ, ibi peccatorum abundantia, vbi denique peccatorum abundantia, ibi & perditio animæ. Timor enim ſemper emẽdat, tollit ſecuritatem, parit ſollicitudinem, ſuperbiam deijcit, humilitatem nutrit, charitatẽ auget, & virtutes multiplicat. Timens Deum abdicat peccata in verbo, facto, cogitatione, & in omnibus motibus ſuis peccatorum occaſiones euitans, ſe, corpus totamq; animæ ſuæ vitam à malo cuſtodire ſtudes illæſa.

VI. *Mortis meditatio vera ſapientia.*

In vita eius apud Su. 4. Fe.

S. Quoque Rembertus Archiepiſcopus Bremenſis, orationib. ceteriſq; bonarum rerum ſtudijs intentus, intra paucos annos oĩ maturitate & ſcientia virtutum emicuit; atq; iam tum iuxta pſalmi vocem; Cõcaluit cor eius intra ipſum, & in meditatione eius exarſit ignis. Cumq; perſcrutaretur, quid ipſi in hac vita degenti potiſſimum expediret, occurrit illi qđ à quodam ſapiente dictum eſt, primam philoſophiæ difinitionẽ, mortis eſſe meditationem: idq; toto pectore amplectens, toto vitæ ſuæ ſpatio eo connitebatur, vt hanc ſapientiæ ſummã apprehenderet, ne aduentãte morte mɇrore poſſet affici, ſi eam nõ eſſet ante præmeditatus; ſed potius ex impletione ſcripturɇ dicẽtis: Memorare nouiſſima tua, & in ɇternũ nõ peccabis; quantũ humana fert cõditio, de peccatorũ vel euitatione, vel remiſſione ſecurus, gaudio perfundi mereret.

Mortis meditatio verã ſapientiam cõparat.

VII. *Memoria mortis ad virtutem comparandam optima.*

Ex Meo cap. Sur. 11. Ianuar. t. 1

CVm ille magnus Theodoſius Cœnobiarcha intellexiſſet ex ijs, qui Deo ſeruire elegerant, nihil ɇque conducere ad parandam virtutem, & ad eam partam conſeruandam, ac mortis memoriam, quæ etiam vera philoſophia & dicitur & creditur, quid facit? Sepulchrum iam conſtruere his ſuis iubet diſcipulis; ſimul quidem vt eius eſſet monumẽtum finis; & ſic eos magis excitaret ad decertandum & diligentiùs ſtimularet ad virtutem: ſimul & mortuos reciperet.

Sepulcri conſtructio, mortalitatis eſt admonitio, & virtutis ſtimulus.

VIII. *De adoleſcente, qui diſſolutè viuens, cogitatione mortis redijt ad frugem.*

Gui Baldeſan l. 1. ſtim. virt. c 19

POſt lapſum reſipiſce, miſer; non expectes tempus: cum tempus habes, tum tempus eſt: qđ ſequetur, nondum eſt tempus; & cum erit, fortè tibi non erit. Excita te his cogitationibus, & imitare nobilem adoleſcentem quendã è ciuitate ampla & potẽti Italiæ natũ. Hic, vt accepi à viro grauiſſimo, cũ immerſus eſſet voluptatibus corporis, vſque adeo noua & terribilia putabat, quæ à confeſſario de pɇnitentia audiebat vt multis modis à confeſſario propoſitis, negaret vllũ ex his ſe poſſe pati & perferre. Quid faceret pater ſpiritualis; monet, vt quartã ſaltem horæ partem poneret in hac cogitatione: Iacere ſe in lecto mortuum brachijs in crucis formam compoſitis: ad caput appoſito ardente cereo, ad pectus crucifixi imagine. Paruit adoleſcens, & adfuit diuina gratia; ſic repẽtè illuſtratus eſt, vt cõſpecta peccati fœditate, totus ſolueretur in lacrymas; & poſtridie bene mane ad eũdem patrem accedens, miro cum dolore peccata ſua defleret: & de vitæ emendatione ſerio cogitans, pro ſatisfactione, & impoſitas ſibi acciperet, & vltro maiores aſſumeret corporis pœnas. Itaque initium fecit ſanctius viuendi in poſterum.

Pia ratio componendi ſe ad mortem.

IX. *Gregorius Thaumaturgus in vita, & morte voluit eſſe non dominus, ſed tantùm inquilinus.*

Gre. Niſ. in vita eius apud Bar. to. 2. an. 266.

POſtquã cognouit Gregorius Thaumaturgus, ſuum inſtare obitum, totam

totã circumcirca regionem & ciuitatẽ eſt perſcrutatus, cupiens ſcire, an eſſet aliqui reliqui extra fidem. Vbi autem cognouit, oẽs qui permanſerant in antiquo errore, nõ eſſe dolendũ (ad Deũ reſpiciens) quod aliquid deſit ad plenitudinem eorum qui ſaluantur; verumtñ iure magnas eſſe agendas gratias, quod ſuo in eccleſia ſucceſſori tot relinqueret ſimulacrorum cultores, quot ipſe accepiſſet Chriſtianos. Cum iam precatus eſſet, vt & qui iam crediderant, creſcerent in perfectionem, & infideles conuerterentur: ita ab humana vita migrauit ad Deum, mandans ſuis neceſſarijs, vt nullum proprium locũ ei cõparent ad ſepulturam: Si. n. viuus, inquit, non ſuſtinui vocari alicuius loci dñs, ſed inquilinus vix in alienis; neq; poſt mortem pudebit eſſe inquilinum. Sed hoc (inquit) narretur poſteris, quod Gregorius neque viuus alicuius loci poſſeſſor eſt nominatus; & poſt mortẽ fuit inquilinus alienorum ſepulcrorum, ſe ipſum ſeiungens ab omni in terra poſſeſſione, adeo vt nec in proprio quidem loco voluerit ſepeliri. Solam enim eam poſſeſſionẽ indicauit pretioſam, quæ in ſe auaritiæ non ſuſcipit veſtigium.

S. Gregorij Thaumaturgi ne locũ quidem ſepulturæ vult habere proprium. Ea ſola pretioſa poſſeſſio eſt, quæ loc⁹ auaritiæ nullus eſt.

x. *B. Auguſtini exemplaris ad mortem præparatio.*

D. Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus dicere nobis inter familiaria colloquia cõſueuerat, inquit Poſſidius in vita eius, poſt perceptum baptiſmũ etiam laudatos Chriſtianos & ſacerdotes abſq; digna, & cõpetenti pœnitentia exire de corpore non debere. Quod ẽt ipſe fecit vltima, qua defunctus eſt, ægritudine. Nam ſibi iuſſerat pſalmos Dauidicos, qui ſunt pauciſſimi, de pœnitentia, ſcribi, ipſoſque quaterniones iacens in lecto contra parietem poſitos diebus ſuæ infirmitatis intuebat̃, & legebat, & iugiter ac vbertim flebat. Et ne intentio eius à quoquã impediretur, cauebat. Ante dies ferme decem quàm exiret de corpore, à nobis poſtulauit præſentibus, ne quis ad eum ingrederetur, niſi ijs tm̃ horis, quibus medici ad inſpiciendum intrarent, vel cum ei inferretur refectio. Et ita obſeruatum ac factum eſt, & omni illo tempore oratione vacabat.

Poſſidius in vita S. Auguſt. c. 31.

Pſalmi pœnitentiales opportuni morituris.

Ante vicinã mortem turbæ nõ admittẽdæ, ſed ſoli uo do ad preces op. ãdã eſt.

x i. *De B. Fulgentij Ruſpenſis Epiſcopi ad futurum tranſitum præparatione.*

QVibus præuijs pietatis exercitationibus ſe ad præuiſum vitæ exitum præpararit S. Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus, ſic deſcribit eius vitæ auctor. Ante annum ferme q̃ de iſto ſæculo raperetur, profunda cordis compunctione permotus, reliquit ſubito Eccleſiaſticas occupationes, & de ipſo quoq; monaſterio ſuo ſecreto recedẽs, ad inſulam Circinam, paucis comitantibus fratribus, nauigauit. Vbi in quodã breui ſcopulo, cui nomen eſt Chilmij, ubi iam monaſteriũ fabricari mãdauerat, lectioni & orationi, ac ieiunijs uacãs, veluti ſciret appropinquare ſibi nouiſſimum diem, ſic ex toto corde ſuo pœnitentiam geſſit. Et quis tota uita eius, ex quo monachorum profeſſionem conuerſus ex toto corde ſuſcepit, pęnitentię fuerit tempus: in hac tñ inſula multo ampliùs, ac multo diligentius, inchoanti ſimilis, mẽbra ſua mortificauit, & in cõſpectu ſolius Dei fleuit. Inde iam plurimis de abſentia ſacerdotis murmurantib. caritatis neceſſitate conſtrictus, iterum deſcendit in monaſterium ſuum, conſueta hominibus religioſis exhibere ſolatia, laboresq; duriſſimos pro utilitatibus proximorũ lõganimiter ſuſtinere. Nõ multi aũt fluxerãt dies, & ecce ſeruum fidelem bonus Dñs requirebat. Incidit enim repente in corporalis infirmitatis acerrimas paſſiones: ubi ſeptuaginta propè diebus ægritudine fatigatus, hoc ſolum frequẽter dicebat: Dñe da mihi modo hic patientiam, poſtea indulgentiã. Nec ab iſto ſermone aliqñ ceſſauit, ſiue dolor affligeret, ſiue febris ĩtẽderet, ſiue laſſitudo diſſolueret.

Ex reb. ab eo geſtis per eius diſcipulũ ſcriptis Bar. to 7. An. Eccl ad an 529. 23 et Surium 1. die Ian.

Ad mortẽ B. Fulgent præparatio.

Fulgẽtij ægrotantis verba

Per-

Perſuadētibus aūt medicis, vt lauacris balnearibus vteretur: Numquid balnea, inquit, facere poterunt, ne homo mortalis, expleto vitæ ſuæ tpe moriat? Si verò proximam mortem nec aquarum calidarum poſſunt fomēta repellere: cur mihi, obſecro, perſuadetis, vt rigorem diu ſeruatæ profeſſionis in fine diſſoluam? Sic ſalutem ſuā ſupernę volūtati fideliter credens, poſtq̃ ſe ſenſit ſine aliqua dubitatione diſſoluendum, vocans vniuerſos Clericos ſuos, præſentib. monachis allocutus eſt eos, dicens: Ego, fratres, animarum veſtrarum ſaluti proſpiciens, moleſtus apud vos forſitan & difficilis extiti, & ideo obſecro uos, ut ignoſcatis mihi, q̃ſquis aliquid dolet: et ſi forſitā ſeueritas nr̃a modum tranſgreſſa eſt debitum, orate ne mihi hoc Dominus imputet ad peccatum. Cumq; talia B. Fulgētio lacrymoſis ſingultibus exponēte, cuncti ſimul ſuper genua eius caderent, ſemper bonum, ſemper affabilem ꝓ oīum ſalute, ſicut decuit, inuigilaſſe clamantes: Prouideat ergo, ait, uobis Dn̄s Deus meus paſtorem dignū ſe, &c. Sic data oībus benedictione, beatum ſpiritū feliciter in manibus Dn̄i tradidit.

Balneorū vſum recuſat S. Fulgētius.

Humilitas beati Fulgent.

Mors S. Fulgent.

XII. *Vt ad mortem ſe præpararit Radbodus Epiſc. Vltraiectenſis.*

CVm S. Radbodus Epiſcopus Vltraiectenſis diu præſciuiſſet obitum ſuum, dubitare nemo poteſt, quin ardenti lucerna præparauerit ſe Dn̄o ad nuptias redeunti. Vigilauit planè, ut confeſtim aperiret pulſanti, triticique menſuram Dn̄i ſuæ familiæ tantò diligentiùs erogauit, quantò certiùs nouerat ſe breui rationem illi redditurum. Nec formidabat mortem, cui mori lucrum, & uiuere Chriſtus eſt ad pacis, concordiæ charitatiſq; ſtudium, à terrenis alienum, cæleſtibus familiarem, quantum humana ſinit imbecillitas, efficere connitebatur. Ieiunẏs, pſalmodiarum delicijs, uigilijs, eleemoſynis magna animi contentione mortem ſuam communire curauit.

In vita eius cap. 12. apud Sur. Nouēb. die 29. Luc. 12. S. Radbodi Ep. ad mortem diſpoſitio.

XIII. *Præclara Ferdinandi Regis ad mortem præparatio.*

SErenisſimus Ferdinandus Caſtellæ Rex & Legionis, qui Catholicè regnum gubernauit, & ſeipſum preſsū pudicitiæ fræno funditus eruditū reddidit, illuceſcente Natiuitatis die Filij Dei, ſe artubus deficere proſpiciēs, Miſſam cantari petijt, ac percepta corporis & ſanguinis Chriſti participatione, ad lectum manibus deducitur ſuſtentantium. In craſtinum vero luce adueniēte, ſciens quod futurum erat, vocauit ad ſe Epiſcopos & Abbates quoſcunq; religioſos viros, exitum ſuū confirmarent. Vna cum eis ad eccleſiā defertur ornatus cultu regio, & corona aurea impoſita capiti. Deinde fixis genibus ad altare S. Ioānis, & corā ſanctorum corporibus, ſ. Iſidori Confeſſoris, & Vincentij martyris, clara voce ad Dn̄m dixit: Tua eſt poteſtas, tuū eſt regnum, tu es ſuper oēs Reges: tuo īperio oīa regna cæleſtia & terreſtria ſubduntur. Regnū, quod te dominante accepi, & quādiu liberæ tuæ voluntati placuit rexi, ecce reddo tibi: tm̄ aīam meam de voragine ipſius mundi ereptam vt ipſam ad te ſuſcipias, deprecor. Et hæc dicens, exuit regalem chlamydem, qua induebatur corpus, depoſuit & gemmatā coronā, qua caput ambiebatur, atq; cum lacrymis ſolo proſtratus, pro delictorum venia Dn̄m attentiùs exorabat. Tunc ab Epiſcopis accepta pęnitentia, extremę vnctionis ſacramento perunctus induitur cilicio pro ornamento regali, & aſpergitur cinere pro aureo diademate, cui uitali pœnitentia permanenti coram prædicto altari, duobus diebus à Deo uiuere datur. Sequenti autem die, quæ eſt feria tertia, hora diei ſexta, in qua S. Ioannis Euangeliſtæ feſtum celebratur, inter manus pontificum, cælo (ut credimus) tradidit ſpiritum. Sicque in ſenectute bona plenus dierum perrexit in pace, æra 1103. eſt annus Redemptoris 1065.

Ex Luca Tudenſi Diacono in Ann. Bar. t. 11. an. 1065. 61. 62.

Verba Ferdinādi regis in morbo lethali.

Eiuſdē regis pœnitentia & habitus.

XIV. *Pœnitentia publica Erneſti Ducis ante mortē & confeſſio voluntaria.*

Ex Ditmar Baro. to. 11 an. 1015 4.

SVbijciam ex Ditmaro Erneſti Alemanniæ Ducis filij Luitpoldi obitū, qui caſu in venatione ſagitta emiſſa vulneratus, ſūmę pietatis ſpecimen memoratu dignum cunctis fidelibus exhibuit. Hic, inquit Ditmarus, quia mortē ſibi imminere perſpexit, ſocios [illegible]t, &, vt reo parcerēt ſupplicat. Et [illegible]hic tunc presbyterū, cui ſua con[illegible]tur peccata, non habuit, vnū ex [illegible]tibus huius vice proprius accedere iuſſit. Quem cū adeſſe perſpiceret, per eum vocauit alios: Omnes, inquit, accedite, & commortalis veſtri peccatoris facta aure cordis percipite, & qualiter curētur vnanimiter ſuccurrate, abſentibusq; cunctis fidelibus peccatricem meimet animā quæſo commendate, & vxorē meam, vt honorem ſuum ſeruet, & mei non obliuiſcatur, admonete. Hæc dicens, in quoſcumq; vnquam ſe aliquid deliquiſſe recordari potuit, cūctis preſentibus innotuit, & mox de hac hīcē XI. Kalend. Iunij diſceſſit, ſepultus VVirceburgi iuxta patrem ſuum Marchionem Luitpoldū, vt ipſe rogauit. Hic iuuenis, vt ſpero, felicē habet animam, cui (ſicut ipſe viuens teſtatus eſt) plus placuit coram multis hic erubeſcere, quam coram omnipotenti Deo latere. Mirandum plane, inquit Baronius, exēplum contriti hominis corde, vt peccata ſua cunctis propalare non veritus ſit hominibus, cum, qui ſecretò confiteretur, presbyterum non inueniſſet. Eiuſmodi erubeſcentiam, ceu gratum Deo ſacrificium ſponte pati voluit ob delictorum ſuorum pœnitentiam & remiſſionem: cum tamen ne id fieri debeat, decreto S. Leo vetuerit.

Erneſti Ducis verba ante mortē.

Confeſſi & confuſio voluntaria.

X V. *Sub mortem priùs diſponendum eſſe de anima, quàm de corpore.*

Conc Later. ſub Innoc 3 c. 22.

COnciliū Lateranenſe ſub Innocentio tertio id determinat. Cū, inquit, infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat; dicente Dño, lāguido, quem ſanauerat: Vade, & ampliùs noli peccare, ne deterius aliquid tibi cōtingat: decreto præſenti ſtatuimus, & diſtinctè præcipimus medicis corporū, vt cum eos ad infirmos vocari cōtigerit, ipſos ante omnia moneant, & inducant, qđ medicos aduocent animarum, vt poſtquam infirmis fuerit de ſpiritali ſalute prouiſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubriùs procedatur, cum cauſa ceſſante ceſſet & effectus. Hoc quidē inter alia huic cauſam dedit edicto, quod quidā in ęgritudinis lecto iacentes, cum eis à medicis ſuadetur, vt de animarum ſalute diſponant, in deſperationis articulū incidunt, vnde faciliùs mortis periculū incurrunt. Si quis autem medicorum huius noſtræ conſtitutionis, poſtquam per prælatos locorum fuerit publicata, tranſgreſſor extiterit, tādiu ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, donec pro trāſgreſſione huiuſmodi ſatiſfecerit competenter. Cæterùm cū anima ſit multò pretioſior corpore, ſub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorū pro corporali ſalute aliquid ægroto ſuadeat, quod in periculum animæ conuertatur.

Aiæ priùs medēdū, q̄ corpori. Medicorum obligatio circa ęgros. Nō licet medico pro ſanitate infirmi corporali, ſuadere aliquid noxiū aiæ.

XVI. *Mortis memoria quam efficax ſit ad hominem ab omni carnali ſolatio auocandum.*

Io. Clim. in ſcala cæli gr. 61

PRobatus quidē ille eſt, qui mortem diebus ſingulis expectat; ſed ille ſanè ſanctus, qui hāc horis ſingulis deſiderat. Vnde monachus quidam Ægyptius mihi aliquando narrauit, quod cū in intimo cordis mortis memoriam penitus fixiſſet, velletq; aliquādo, neceſſitate vrgēte, carnis huius luto ſolatij aliquid indulgere, ab huiuſmodi memoria veluti à quodā iudice prohibitus ſit: quodq; mirabilius eſt, cū vehemēter vellet hanc memoriā repellere à ſe, nō potuerit. Alius quidā iuxtà huic cōmanens loco, qui Tholas dicitur, ex huiuſmodi ſępe cogitatione repēte obſtupeſcebat, & animo deficiēs,

Mortis memoria Iſtar eſt ſeueri iudicis.

veluti inſen[illegible]lis fiebat repertuſq; à fratribus nonnunquam, vt qui fere efflaſſet animam, baiulabatur ab eis.

XVII. *Caroli V. Imperatoris ad mortem præparatio.*

Iuſ. Lipſ lib. 2. Monit. & exempl. c. 14. P. Greg. 6 à repno c 3 Honoris contemptu.

CArolus V. Imperator, memor cōditionis ſuæ humanæ, diu ante mortem adminiſtratione Reip. ſe ſponte ſubmouit: & cum in filium iam validū æui & animi, curas contuliſſet, ſeceſſit in Hiſpaniā, & in D. Iuſti monaſterio, ſeptem à Placentia miliaribus, ſe abdidit, cum duodecim dumtaxat familiaribus, Deo & quieti vacaturus; interdixit autem, aliter ſe quam Carolū appellari, Cæſaris atq; Auguſti illa noīa, cum rebus aīo exuens, & totū hoc honorari contemnens. Imò hoc ampliùs ferunt, diu ante imperium à ſe abdicatum, ſarcophagum ſibi cōſtrui iuſſiſſe, cū funebri ſuppellectile deportandū, clanculum tñ, quocunq; iret, quem paratum habuit apud ſe quinq; annis, vbicunque locorum eſſet, ſecretiſſimè etiam, dum Mediolanum contra Gallos proficiſceretur, illudq; diligentiſſimè ſingulis noctib. conſeruari atq; reponi iuſſit. Arbitrabantur autem quidā qui circa eum erant, theſaurum aliquem illic detineri & conſeruari: alij nonnihil librorum, quibus hiſtoriç veteres continerentur: alij aliud quidpiā magni. Cæſar verò ſibi conſcius in quē vſum ſecum conferret, ſubridendo, in rei cuiuſdā ſibi oīum chariſſimæ vſum id ſeqū deferri dicebat: ſic aſſiduè mortē ante oculos ſibi repoſuit, & ſibi ſemper capulum funebrem adeſſe voluit, vt perpetua mortis cogitatio eximeret à corde vanum huius mundi faſtum, ſanctas autem actiones agendas, dum viueret, admoneret.

Catulus funebris ſemper comes Caroli V.

XVIII. *Maximilianus Imperator mortis, & ſepulcri memoria rerum vanitatem excutit.*

Idē Lipſ ibid.

AB eodem etiam facto celebratur eiuſdem Caroli auus, Maximilianus I. Imperator Auſtriacus, qui inſuper hoc teſtamēto cauit, vt exanimum corpus ſuum rudi linteo inuolutū, ſine vlla exenteratione, ſarcophago, quod quadriennio ante mortem parari curarat, imponeretur, naribus ore, auribuſque uina calce oppletis. Quid ſibi uoluit magnus uir? niſi monumentum illud aſſiduè in oculis habere, quod diceret: Cogita mori: & quod ampliùs diceret: Quid te dilatas & extendis? Quid multa poſſides plura appe[illegible] Quem tot prouinciæ & regna no[illegible] piunt, loculus iſte capiet. Cur a[illegible] & calcem cauis illis partibus imm[illegible] An aromata, quibus condirentur; Sed hoc ſpectauit, ut corpus putredini natum, ea quoque conſumente & exedente materie, citiùs conſumeretur, & iret in ſuam terram. Maximiliane magnus fuiſti? & res tuæ dicunt, tum & hæc circa mortem.

Loculus [illegible]

TIT. IV. De morte prænunciata.

Dum Claudius Imp. V. imperaret annum, immaculata Dei verbi mater ſexageſimum agēs annum mortem oppetitura, nuncium à filio per Angelum de migratione & aduentu ad ſe eius, ita vt antea cum ipſe ad eam venturus fuerat, accipit.

Niceph. li. 2. hiſt. eccl. c. 21

Simeon iuſtus oraculum acceperat à Spiritu ſancto, non priùs ſe moriturū, quam Saluatorem Chriſtum Dominum vidiſſet. Eum igitur à Maria matre in templo oblatum vlnis excepit, & præclarum illum hymnum, Nunc dimittis, &c. *cecinit.*

Luc. 2.

EXEMPL. I. *De morte Iuliani Apoſtatæ Didymo reuelata.*

CVm quodam die beatus Didymus de uita miſeri Iuliani Imperatoris, utpote perſecutoris ſollicitus eſſet, & animo angeretur, accidit ut propter hanc ſollicitudinem ad ueſperam uſq; ſeram nihil comederet, & cum in ſedili ſederet, ſomno oppreſſus uidit in extaſi equos albos cum inſeſſoribus percur-

Pallad. hiſt. Lauſ. c. 4.

S. Athanaſ. mors Iuliani ex iuſſu celeſtis nunciatur.

currentes, & annunciantes; Dicite Didymo: Hodie hora ſeptima mortuus eſt Iulianus: Surge ergo & comede, & quod tu ſcis, domum mitte ad Epiſcopum Athanaſium, vt ille quoque hoc ſciat. Notauit autē & horam & diē & hebdomadā et menſem, & ſic inuenit.

II. *Cudbertus Antiſtes fit certior de ſua morte, et impetrat idem tempus pro amico ſuo fideli.*

Beda l. 4 hiſt. Eccleſ. c. 29

ERat quidam presbyter & eremita vitæ & morum probitate venerabilis noīe Herebertus, qui iuxta Inſulā ſtagni vitā ducens ſolitariā, annis ſingulis Cudbertum epiſcopū viſitare, et monita perpetuæ ab eo ſalutis audire ſolebat. Hic cum audiret eum ad ciuitatē Lugubaliam deueniſſe, venit ex more cupiens ſalutaribus eius exhortationib⁹ ad ſuperna deſideria magis magiſq; accendi. Qui dum ſeſe alterutrum cęleſtis vitæ poculis ebriarent, dixit inter alia antiſtes: Memento, frater Hereberte, vt modo q̄dquid opus hēs me interroges, mecū; loquaris: poſtq̄ enim ab inuicem digreſſi fuerimus, nō vltra nos in hoc ſeculo carnis obtutibus inuicem aſpiciemus. Certus ſum nāque, quia tempus meæ reſolutionis inſtat, & velox eſt depoſitio tabernaculi mei. Qui hæc audiens, prouolutus eſt eius veſtigijs, & fuſis cū gemitu lacrymis: Obſecro (inquit) per Dn̄m, ne me deſeras: ſed tui memor ſis fideliſſimi ſodalis, rogeſq; ſupernam pietatē, vt cui ſimul in terris ſeruiuimus, ad eius videndā gr̄am ſimul tranſeamus ad cœlos. Noſti enim, quia ad tui oris imperium ſemper uiuere ſtudui, q̄dquid ignorantia uel fragilitate deliq̄, æque ad tuæ uoluntatis examen mox emendare curaui. Incubuit precibus Antiſtes; ſtatimque edoctus in ſpiritu impetraſſe ſe quod petebat à Dn̄o: Surge inquit, frater mi, & noli plorare, ſed gaudio gaude, quia q̄d rogauimus ſuperna nobis clementia donauit. Cuius ꝓmiſſi & prophetiæ ueritatem ſequens rerum aſtruxit euentus, quia & digredientes ab inuicem non ſe ultra corporaliter uiderunt; ſed uno eodēq; die, hoc eſt Kalen. Aprilium xiij. egredientes è corpore ſpiritus eorum, mox beata inuicem uiſione cuncti ſunt, atque angelico miniſterio pariter ad regnum cæleſte tranſlati. Sed Herebertus diutina priùs infirmitate decoquitur, illa, ut credibile eſt, diſpenſatiōne Dn̄icæ pietatis, ut ſi quid minus haberet meriti à B. Cudberto, ſuppleret hoc caſtigans longæ ægritudinis dolor, quatenus æquatus gratia ſuo interceſſori, ſicut uno eodemque tempore cum eo de corpore egredi, ita etiam una atque indiſſimili ſede perpetuæ beatitudinis meruiſſet recipi.

S. Cudbertus p̄dicit futura.

Herebertus eremita optat mori eodem tēpore quo Cudbertus.

S. Cudbertus & Herebertus eodē die moriuntur. Herebertus lōga infirmitate præparatur ad mortem.

III. *Quomodo Eugenius Epiſcopus Carthaginenſis mortis ſuæ præſcius hanc vitam cum altera cōmutarit.*

Gre. Tur. l. 1 mir. c. 58 apud Bar. t. 6 an. Chriſti 495.

QVomodo in loco exilij in Albigēſi ciuitate Eugenius Epiſcopus Carthaginenſis diē prænouerit extremum, ita Gregorius narrat: Hic cum magnis in ſæculo polleret uirtutibus, & iam uictor de tormentis martyrialibus exilijſſet: tempus uocationis ſuę, quo accerſiretur ad gloriam, Domino reuelante, cognouit: illud præcipuè, quod populis occultabat, manifeſtum noſcens, ſe martyri Amarātho ſocium eſſe futurum (colitur iſte martyr in ea, ubi ſepultus eſt, ciuitate) ad eius ſepulcrum dirigitur, proſtratuſq; ſolo diutiſſimè orationem fudit ad Dominum. Deinde expanſis ſuper pauimentum brachijs, ſpiritum cælo direxit. Qui à Chriſtianis collectus, in quadam crypta ſepulturæ mandatus eſt.

S. Amaranthi martyris ſepulcrū.

IV. *Deus aliquando roborat mentes trepidantium mortem.*

Gregor. Mag li. 4. Dial. cap. 47.

HOminum uerò oīpotens Deus trepidātium mentes quibuſdā priùs reuelationibus roborat: ut in morte minimè pertimeſcant. Nam quidam mecum in monaſterio frater Antoni⁹ nomine uiuebat, qui multis quotidianis lachrymis ad gaudia patriæ cæleſtis

VI. *Vt B. virgo Epiſcopo Feſulano obitus ſui diem denunciauerit.*

In vita eius apud Sur. 6 Ianuarij.

S. Andreas Epiſcopus Feſulanus ordinis Carmelitarum, anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo primo, in nocte Natiuitatis Domini, in eccleſia cathedrali, dum rem ſacram faceret, ei Virgo glorioſa apparuit, nuncians ei obitus ſui diem proximo mẽſe videlicet viij. idus Ianuarij: quo die Epiphania Dñi celebratur. Qua quidem reuelatione tanto gaudio atq; lætitia repletus eſt, vt qui priùs ob victus parcitatem macilentus, & ſquallore perfuſus erat, Seraphico pene colore perfuſus ſit. Non ſecus vt B. Virgo prędixerat, morbo correptus Antiſtes, eo die naturæ conceſſit, anno ab incarnatione Domini 1073. octauo Idus Ianuarij.

Reuelatio mortis à D. Virgine, & inde gaudiũ.

VII. *Qua ratione B. Virgo prænunciarit Muſæ puellæ, vt ſe prepararet ad mortem, cũ virginibus regnaret.*

Greg. l. 4 Dial. c. 17.

SEd neque hoc ſileam, quod probus Dei famulus de ſorore ſua, nomine Muſa, puella parua narrare conſueuit dicens: Quod quadam nocte ei per viſionem ſancta Dei Genitrix Virgo Maria apparuit, atque coæuas ei in albis veſtibus puellas oſtendit. Quibus illa cum admiſceri appetijſſet, ſed ſe his iungere nõ auderet, B. Mariæ Virginis eſt voce requiſita, an velit cum eis eſſe, atq; in eius obſequio viuere. Cui cum puella eadem diceret, Volo: ab ea protinus mandatum accepit, vt nihil vltra leue aut puellare ageret, & à riſu, ac iocis ſe abſtineret, ſciens per oĩa quod inter eaſdem virgines, quas viderat ad eius obſequium, die triceſimo veniret. Quibus viſis in cũctis ſuis moribus puella mutata eſt, omneſque à ſe leuitates puellaris vitæ magna grauitatis deterſit manu. Cumq; eam parentes eius mutatam eſſe mirarent, requiſita rem retulit, quid ſibi B. Dei Genitrix iuſſerit, & quo die itura eſſet ad obſequium eius, indicauit. Tũc poſt viceſimumquintum diem febre correpta eſt. Die autem triceſimo cũ hora eius exitus propinquaſſet, eandẽ beatam Genitricem Dei cum puellis, quas per viſionem viderat, ad ſe venire conſpexit. Cui etiam vocanti reſpõdere cœpit, & depreſſis reuerenter oculis aperta voce clamare: Ecce Domina venio, Ecce Domina venio. In qua etiam voce ſpiritum tradidit, & ex virgineo corpore abitura, cum ſanctis virginibus exiuit.

B. V. Mariæ apparitio.

Puellæ futura cũ D. Virgine quales eſſe debeant.

Morũ ſubita mutatio ex viſis cæleſtibus Virgini Muſæ venienti occurrunt virgines & Virgo Virginũ.

TIT. V. De morte proborum.

EXEMP. I. *Præclara mors S. Nicolai Tolentinatis.*

In vita eius ca. 11 & 13 apud Laur. Sur. t. 5. Sept. 10

NIcolaus Tolentinas, ſex totis ante obitum menſibus, paulo ante nocturnas preces ſingulis noctibus ſuauiſſimum Angelorum concentum audiuit, qui illi quaſi prægustationem futuræ vitæ præbebat. Itaque quò illum eius vitæ deſiderio arſiſſe credimus, ad cuius iucunditatem tam iucundè inuitabatur? Declarauit ipſe, qui frequenter illud Apoſtoli dictum in ore habebat: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Quin idem etiam, cum reſolutionis tempus inſtaret, in extremo ſpiritu voces fundere cœpit lætantis, atque geſtientis: cuius inuſitati gaudij cum fratres, qui aderant, cauſam quęſiſſent, attonitus ille, vixque ſui compos præ magnitudine rei, Dominus meus, Ieſus Chriſtus, inquit, ſanctiſſimæ Matri ſuæ, & Auguſtino patri noſtro innixus, dicit mihi; Euge ſerue bone, & fidelis, intra in gaudium Domini tui: in quibus verbis expirauit.

Angelorũ concẽtus auditur à S. Nicolao ante mortem.

Gaudiũ in morte. Apparitio Chriſti Ieſu cũ Deipara & S. Auguſtino lætiſſima.

II. *Arnulphi Epiſcopi exitus prædictus, & quam glorioſus.*

Ex Io. Liſiardo eius ſucceſſore Ba. to. 10. 11. an 1037 24 25.

ARnulphus Sueſſionis Epiſcopus vigeſima die poſtquã diſcubuit, qui tum erat feria ſexta, ſub noctis medio, cella, in qua iacebat, mirabili tremore & horribili fragore tertio cõcuſſa eſt, ita vt à fundamẽtis euerti videretur, & monachi cum famulis, qui apud illũ excubabãt, intolerabili per-

Viſitatio cæleſtis præcedit ſtrepitus, tremor, &c.

calſi timore, cællæque ruinam formidantes aufugere percuperent. At illos vir Dei verbis conſolans, hortabatur, vt ſe quieti darent, certè nihil ipſos incommodi eſſe paſſuros. Ait autem ad eum Euerolphus presbyter: Dñe mi, terra contremiſcit, cella colliditur, oſtium à me iam tertio obſeratum pate ſcit, turbarum murmure locus circũſonat, & quomodo nam inter tot terrores nos poſſumus ſomnium cadere? Reſpondit vir Dei: Ne paueas dilecte frater, ſunt .n. hæc omnia diuinæ maieſtatis ſigna. Porro poſt paululum dicam tibi, quæ vis cellam quaſſauerit, & hunc terræ motum effecerit. Proximo inde ſabbatho ſentiens mortẽ imminere, dixit fratribus: Parate iam funeri neceſſaria, nam ſub noctis initium decedam, vt mihi Dñs, cui pro viribus ſeruire conatus ſum, heſterna nocte reuelauit, cum ille terræ motus, & aeris concuſſio fragorẽ cellæ excitaret. Sub prima .n. quaſſatione B. Petrus Apoſtolus ad me venit, ſignificãs mihi peccata remiſſa, & vitæ ianuam patere, aderat beatorũ frequens cœtus laudes diuinas continenter modulantiũ. Sub altera quaſſatione cum multis angelicis ſpiritibus S. Michael me inuiſit, pollicens ſe duce me ad beatam vitam ingreſſurum. Tertia concuſſione adfuit Domina noſtra veræ miſericordię Mater, multis ſtipata ſanctarum virginum agminibus, benigniſſima me voce certiorem efficiens de anima mea inter Aſſumptionis eius gaudia in cœlos transferenda.

Reuelatio vicina mortis.

B. Petri Apoſtoli apparitio Remiſſionis peccatorum reuelatio.

S. Michaelis appa ritio.

B. Virg. Deiparæ apparitio

III. *Sancti in morte viſitantur viſionibus beatorum, vt ſine formidine moriantur.*

Gre. li. 4. dial. c. 11 Gaudiũ in morte.

GRegorius libro quarto dialogorũ mortem Vrſini presbyteri deſcribens, ſic refert: Cum magna cœpit lætitia clamare, dicens: Bene veniãt Dñi mei, bene veniant Domini: qui ad tãtillum ſeruulum veſtrum eſtis dignati conuenire? Venio, venio. Gratias ago, gratias ago. Cumque hoc iterata crebrò voce repeteret, quibus hoc diceret, noti ſui qui illum circumſteterant, requirebant. Quibus ille admirãdo, reſpondit, dicens: Nũquid hic conueniſſe S. Apoſtolos non videtis? B. Petrum, & Paulum primos Apoſtolorum non adſpicitis? Ad quos iterũ conuerſus, dicebat: Ecce venio, ecce venio: atque inter hęc verba animam reddidit: Et quia veraciter S. Apoſtolos viderit, eos etiam ſequendo teſtatus eſt. Quod plerũq; cõtingit iuſtis, vt in morte ſua ſanctorũ pręcellentium viſiones adſpiciant, ne ipſam mortis ſuę pœnalẽ ſententiam pertimeſcant; ſed dũ eorum menti internorum ciuium ſocietas oſtẽditur, à carnis ſuæ copula ſine doloris & formidinis fatigatione ſoluatur.

BB. Petri & Pauli Apoſtolorum apparitio.

Iuſti fruuntur viſionibus beatorũ vt ſecuriùs moriantur.

IV. *Caroli Magni in morte benefacta præponderarunt malis admiſſis.*

Io Turp. Archiep. Rhemẽ. ĩ hiſt. de vita Caroli Magni. c. 2.

CVm apud Viennam in eccleſia ante altare, die quadã raptus in extaſi, precibus inſiſterẽ, pſalmumque, [Deus in adiutorium &c.] cantarem, tetrorũ agmina innumerabilia militum ante me præterire, ac verſus Lotharingiam tendere agnoui. Qui cum oẽs pertranſirent, intuitus ſum quendam illorũ Æthiopi conſimilem, retro lento gradu alios inſequentem: Cui dixi: Quo tenditis? Aquiſgranum, inquit, ad Caroli mortem tendimus, vt eius ſpiritũ ad tartara rapiamus. Cui dixi; Adiuro te per nomen Dñi Dei noſtri Ieſu Chriſti, vt peracto itinere tuæ diſpoſitionis, ad me reuerti nõ renuas. Tunc modicum commorati, vix expleto pſalmo, eodem ordine ad me redierunt, & dixi nouiſſimo, cui priùs locutus fueram: Quid egiſtis? & dæmon: Gallicianus, inquit, ſine capite, tot ac tantos lapides ac ligna baſilicarum ſuarum in ſtatera ſuſpẽdit, quod magis appenderunt bona, quam eius mala, & idcirco eius animam à nobis abſtulit; Et his dictis dæmon euanuit. Itaq; intellexi eadem die Carolum ex hac luce migraſſe, & ſubſidijs B. Iacobi, cuius eccleſias multas ædificauerat, ad

Dæmonum ad aĩas rapiendas cõſpiratio & conatus.

B. Iacob. Apoſtolus Ioannis frater opitulatur Carolo Magno Imp. morienti.

Templorũ conſtructio, aliſq. vbi & aeſt plurimum.

Caroli Magni pietas &

Liberalitas. ad ſuperna meritò regna ſubuectum. Tranſactis poſt eius mortem diebus quindecim, per nuncium didici, ab ipſo tempore, quo ab Hiſpania receſſerat, vſq; ad diem mortis ſuæ illum aſſiduè ęgrotaſſe, ac pro ſalute, quorumdam defunctorum eadem die, qua ipſi martyrium pro diuino amore ſuſceperunt, ſcilicet decimo ſexto Kalendas Iulij duodecim millia vnciarum argēti, totidemque talenta aurea, veſtes etiam & cibaria annuatim in omni vita pauperibus ſolitum erogaſſe, totidemq; pſalteria, miſſaſque & vigilias cantari feciſſe, atque eadem die & hora, qua viſionem ego videram, ſcilicet quinto Calendas Februarij, anno Dominicæ incarnationis 814. ab hac vita migraſſe, & apud Aquiſgranum in B. Mariæ baſilica rotunda, quam ipſe ædificauerat, honorificè ſepultum illum fuiſſe.

Eiuſdē mors & ſepultura

V. *Amonis anima videtur ab Antonio in cælum deduci.*

Niceph Call. lib. 8. hiſt. Eccl. c. 41. QVum Amon ille Ægyptius decederet, animam eius Antonius dicitur in cælum deduci vidiſſe, diuinis virtutibus eam comitantibus, venerationeque & ſtipatione multa, atque etiam ineffabili quodam hymnorū carmine proſequentibus. Et cū, qui tum cū Antonio erant, per conſternationē in aerem ſuſcipiente, & rei tantæ faciem admirante cauſam ab eo requirerent: ille viſum id haudquaquam occultum habuit. Et verba eius re ipſa ſunt confirmata. Poſtquam enim à Sceti multi venere, & tempus obitus Amon indicauere, illud ipſum tempus eſſe cognitum eſt, quum Antonius ſtupore correptus in cœlos ſuſpexit. Vterque ſanè merito beatus habendus: Amon quidem, quod ſic è vita præſenti ſubductus: Antonius verò, quod eum Deus viſione ea ſit dignatus, quum quidem inter vtriuſque habitationis locum magnum interuallum atque dierum aliquot intercederet iter.

S. Ant. Magni viſio.

VI. *Puella religioſa ieiunijs, & orationibus quotidianis ſe ad mortem præparat.*

FErtur fuiſſe Aruerni puella quædam religioſa atque deuota Deo: quæ in rure commanens, quo ab vrbica populatione ſummota liberiùs dignas Deo laudum hoſtias exhiberet, quotidie ieiuniis & orationib. inſiſtebat. Factum eſt igitur, vt migrans ab hoc mundo, ad baſilicā oppidi, cauſa ſepeliendi portaretur: Verùm vbi leuato feretro corpus per viam ferri cœpiſſet, adueniens grex magnus colūbarum ſuper eā volare cœpit, atq; huc illuc volitando ſequi, quo hæc à proximis ferebatur. Qua in baſilicā delata, grex totus ſuper tectum ędis ipſius viſus eſt conſediſſe: Illaq; ſepulta, ad cœlos euolauere columbę. Vnde non immeritò Georgia nuncupata eſt, quæ ſic exercuit mentem cultura ſpirituali, vt adepto virginitatis ſexageſimi fructus prouentu, egrediens de ſæculo cæleſtibus honoraretur exequiis.

Greg. de Glor. Conf. c. 34. Extat Baro. to. 6. an. 480. Viſio Hierogliphica Colūbarū ad puella Virginis ſere tum conuolātium. Virginitas per colubas deſignata.

TIT. VI. De morte improborum.

Benadab Rex Syriæ, qui multa mala intulit filijs Iſrael, fuit demum ab Aſabel filio iugulatus. 4. Reg.

Iehu videns impiam Ieſabel, quæ fuerat multorum cauſa malorum, iuſſit eam præcipitari deorſum, & fuit ita equorum vngulis conculcata, quæ licet eſſet filia Regis non fuit tradita ſepulturæ. Tm.n. caluaria capitis ſupererat. 4. Reg.

Athalia mater Ochoziæ interfecit omne ſemen regium, vt poſſe regnare ſuper populum, & poſtmodum turpiter interfecta fuit, iuſſu Ioiadæ ſacerdotis. 4. Reg.

Baltazar Rex Babylonis non eſt correctus per exemplum Nabuchodonoſor patris ſui, qui ante eum fuerat mutatus in beſtiam. Et in conuiuio vidit ſcripturam in pariete: Mane, Thecel, Phares. Eademque nocte interfectus Dan. 3.5

ctus eſt, & regnum eius ad Medos, & Perſas, tranſlatum.

2. Mach. *Antiochus, qui multos torſerat, paſſus durum dolorem viſcerum, mirabili obitu in montibus vita defunctus eſt.*

EXEMPL. I. *Hunnericus perſecutor Catholicorum putredine, & vermibus conſumitur.*

Ex li. 2. & 3 Victor Vti. Bar. to 6 an. 476. & 484. HVnnericus Vãdalorum Rex Genſerici filius & ſucceſſor, primordio regni, vt habet ſubtilitas barbarorũ, cœpit mitiùs & moderatiùs agere, & maximè circa religionem noſtrã: vt etiam vbi antea ſub Genſerico Rege præiudicatum fuerat, ne ſpirituales fierent conuentus, conuenticula concurreret populorum. Et vt ſe religioſum oſtenderet, ſtatuit ſollicitiùs requirendos hæreticos Manichæos ex quibus multos incendit, plurimos autem diſtraxit nauibus tranſmarinis: quos pene omnes Manichæos ſuæ religionis inuenit, & pręcipuè presbyteros & diacones Arianæ hęreſeos. Vnde magis erubeſcens, ampliùs in illos exarſit. De quibus repertus eſt vnus nomine Clementianus monachus illorũ ſcriptum habens in femore, Manichæus diſcipulus Chriſti Ieſu. Propter quod magis laudabilior memoratus Rex videbatur: in vno diſplicẽs, quia cupiditati inſatiabili vehemẽtiùs inhiabat, & prouincias regni ſui variis calumniis atq; indictionibus onerebat, vt de illo pręcipuè diceretur, Rex egens, magnus eſt calumniator. Sed mente mutata factus eſt deterior: plurimùm .n. ſęuiit in Catholicos. Interim excitatus tamquam dormiens Dñs, vermibus tradidit conſumendum eum, qui robuſtorum militum agminibus vallabatur. Anno enim Domini 487. cum de proſtrata fide Catholica amens ille putaret parãdum ſibi triumphum, diuinam cogitur experiri vindictam, & mortem miſerrimam. De quo ſic idem Victor: Tenuit ſceleratiſſimus Hunnericus dominationẽ regni annis ſeptem, menſibus decem, meritorum ſuorum mortem conſummans: nam putrefactum & ebulliens vermibus, non corpus, ſed partes corporis eius videbantur eſſe ſepultæ. His addit Gregorius Turonenſis quę ſequuntur: Tunc & ſol teter apparuit, ita vt vix ab eo pars vel tertia eluceret: credo namq; pro tantis ſceleribus & effuſione ſanguinis innocentis. Hunnericus verò poſt tantum facinus arreptus à dæmone, qui diu de ſanctorum ſanguine paſtus fuerat, propriis ſe morſibus laniabat: in quo etiam cruciatu vitam indignam iuſta morte finiuit.

Manichæos & Arianos perſequitur. Hunnericus. *Hunnerici auaritia & calũniandi libido.* *Hic perſequitur Chriſtianos.* *Punitio Hunnerici.* *Li. 2. de geſtis Fr. cap. 3.*

II. *Auſtregildis regina crudelis in vita & in morte funeſto obitu punitur.*

Gre. Tu. l. 5. hiſt. Franc. c. 39 & Bar. to 7 an. 583. DE funeſto Auſtregildis coniugis Guntheramni Frãcorum Regis obitu ita ſcribit Gregorius Turonẽſis: His diebus Auſtregildis Guntheramni Principis Regina ab hoc morbo cõſumpta eſt. Sed priuſquam nequã ſpiritum exhalaret, cernens quod euadere nõ poſſet, alta trahens ſuſpiria, voluit lethi ſui habere participes, agens vt in exequijs eius aliorũ funera plangerentur. Fertur enim Herodiano more Regem petijſſe dicens: Adhuc ſpes viuendi fuerat, ſi nõ inter iniquorum medicorum manus incidiſſem: nam potiones ab illis acceptæ mihi vi abſtulerunt vitam, & fecerunt me hanc lucem velociter perdere. Et ideo ne mors mea multa prætereat: quæſo, & cum iuramenti interpoſitione coniuro, vt cum ab hac luce diſceſſero, ſtatim ipſi gladio trucidentur; vt ſicut ego ampliùs viuere non queo, ita nec illi poſt meum obitũ glorientur, ſed ſit vnus dolor noſtris pariter & eorum amicis. Hęc effata, infelicem animã tradidit. Rex verò peracto ex more iuſtitio, oppreſſus iniquæ coniugis iuramento, impleuit præceptum iniquitatis: nam duos medicos, qui ei ſtudium adhibuerant, gladio feriri præcepit.

Medicos ſuos pene Auſtregildis in ſua morte interfici. Medici duo Auſtregildis interimuntur.

III. *Nantinus Comes perſequens ſanctos funeſta morte punitur.*

Idẽ Gre. ibi. c 36. & Baro. ibid.

FVneſta quoq; morte ex hac vita abreptus eſt Nantinus Comes Engoliſmenſis: qui cũ in ſancta loca Deique miniſtros mala multa patraſſet, vltimo ipſe elogio, quid pateretur ob ſcelera perpetrata, teſtatur Gregorius. Poſt paucos mẽſes à morbo Nantinus Comes corripitur: Qui nimia exuſtus febre, clamauit, dicens: Heu, heu, ab Heraclio Antiſtite exuror: ab illo crucior: ab illo ad iudicium vocor. Cognoſco facinus; reminiſcor iniuſtè iniurias me intuliſſe Pontifici: mortem deprecor, ne diutius crucier hoc tormento. Hæc cum maxima in febre clamaret, deficiente robore corporis, infelicem animam fudit, indubia relinquens veſtigia hoc ei ad vltionem beati viri veniſſe: nam exanimum corpus ita nigredinem duxit, vt putares eũ prunis ſuper poſitum fuiſſe combuſtum. Ergo omnes hæc obſtupeſcant, admirentur & metuant, ne inferant iniurias ſacerdotibus: quia vltor eſt Dominus ſeruorum ſuorum ſperantium in ſe.

Heraclius Antiſtes à Deo vindicatur.

Cadauer Nantini Comitis in morte nigreſcit.

IV. *Chryſaorij mors terribilis.*

D. Greg hom. 12. & lib 4. dialog. cap. 38.

REm fratres chariſſimi refero, quã ſi intentè audire vult charitas veſtra, ex cõſideratione illius vehementer inſtruitur. Quidã vir nobilis in Valeria prouincia nomine Chryſaorius fuit, quẽ lingua ruſtica populus Chryſorium vocabat, vir valde idoneus ſed tantum plenus vitijs, quantũ rebus: ſuperbia tumidus, carnis ſuæ voluptatibus ſubditus, in acquirẽdis rebus auaritiæ facibus accenſus. Sed eũ tot malis Dñs finem ponere decreuiſſet, ſicut à religioſo viro quodã, qui nunc ſupereſt, propinquo illius didici, corporis languore percuſſus eſt. Qui ad extremum veniens, eadem hora, qua iã de corpore erat exiturus, apertis oculis vidit terros & nigerrimos ſpiritus corã ſe aſſiſtere, & vehementer imminere, vt ad inferni clauſtra ſe raperent. Cœpit tremere, palleſcere, ſudare, & magnis vocibus inducias petere, filiũque ſuum nomine Maximum, quem ipſe iã monachus monachum vidi, minis & turbatis clamoribus vocare, dicens: Maxime curre, Maxime curre, nunquam tibi aliquid mali feci, in fidem tuam me ſuſcipe. Turbatus mox Maximus affuit, lugens & perſtrepens familia conuenit. Eos autem quos ille inſiſtentes ſibi grauiter tolerabat, ipſi malignos ſpiritus videre non poterãt, ſed eorum præſentiam in confuſione, in pallore ac tremore illius qui trahebatur, videbant. Pauore autem tetræ eorũ imaginis, huc illucq; vertebatur in lectulo. Iacebãt in ſiniſtro latere, aſpectũ eorum ferre nõ poterat: vertebatur ad parietem, ibi aderant. Cũque conſtrictu nimis relaxari ſe non poſſe deſperaret, cœpit magnis vocibus clamare, dicens: Inducias vel vſq; mane, inducias vel vſq; mane. Sed cum hæc clamaret, in ipſis ſuis vocib. de habitaculo ſuæ carnis euulſus eſt. De quo nimirum conſtat, quia pro nobis iſta, nõ pro ſe viderit, vt eius viſio nobis proficiat, quos adhuc diuina patientia longaminiter expectat, Nã illi tetros ſpiritus ante mortem vidiſſe, & inducias petijſſe quid profuit, qui eaſdem inducias petijt, non accepit? Nos ergo fratres chariſſimi, nunc ſollicitè iſta cogitemus, ne nobis in vacum tempora pereant, & tunc quæramus ad bene agendum viuere, cum iam compellimur de corpore exire.

Viſo Chryſaorij horrẽda in morte.

Dæmones moribundo Chryſaorio infeſti.

Fruſtra in morte petitur tẽpus pœnitentiæ quod rejectũ eſt in valetudine. Facienda nũc, quæ in morte facta eſſe vellem⁹

V. *Ioannis Caluini mors horrenda.*

His Bolſecus medic⁹ Lugdunenſis in vita Io. Caluin. ca. 22 apud Bredib. l 7 c 14

AD extremos (inquit Bolſecus) Caluini annos veniamus, quã varijs ante obitũ morbis afflictus conſumptuſque fuerit. Scribit Beza, phthyſio colica, aſthmate ſeu reſpirãdi difficultate, calculo, podagra, hæmorrhoidibus vexatum fuiſſe, præter ſibi familiarem hemicraniam & acres capitis dolores, quibus plerumque torquebatur. En tibi varia & diuerſa, quæ ſimul in ipſum ingruerunt morborum genera,

& cum

& cum quibus valde miſerè per multos annos, imò verò vſq; dum ſpiritum exhalaret, conflictatus fuit, certum & expreſſum diuinæ aduerſus eũ iræ indiciũ ac teſtimonium. Qđ ſi quis multos etiam ſanctos hoĩes, dum in hac vita eſſent, dira multa & in corpore, & in bonis perpeſſos alleget & de Iob ſatis cognitum oĩbus exemplum proferat; Reſpondebo, ſic Deo viſum fuiſſe, vt tanquam illuſtre patientiæ exemplum futurus, in bonis hic atq; in corpore affligeretur, ſed ad fiduciam in nobis ſtabiliendam confirmandamque, numquam ſe iuſtum, ſibi ex aĩo, ac verè fidẽtem deſerturum, omnibus eundem Iob calamitatibus liberatum, omni felicitate, & multis rurſus, magniſq; muneribus cumulaſſe. Quod S. Iacob. c. 5. epiſtolæ ſuæ canonicæ pulchrè in hæc verba explicauit: Sufferentiam, inquiens, Iob audiſtis, & finem dñi vidiſtis, hoc eſt; exitum atq; finem, quem eius afflictioni Dñs impoſuit: Et vidiſtis, inquit, qm̃ miſericors eſt Dñs & miſerator. Quibus verbis ſententias nobis Dauidis proponere, & in memoriam reuocare Apoſtolus voluiſſe videtur, quæ ſunt 33. Pſalmo, quibus ſuo exemplo ad Deum laudandum, timendum, eiq; fidendum, eius gratia & benignitate erga bonos; ſeueritate erga malos propoſita, inuitat: Oculi Dñi, inquiẽs, ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem Dñi ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriã eorum. Clamauerunt iuſti, & Dñs exaudiuit eos, & ex omnib. tribulationibus liberauit eos: Iuxta eſt Dñs his, qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſaluabit: Multę tribulationes iuſtorum, & de his oĩbus liberabit eos Dñs. Et ſequitur: Mors peccatorũ peſſima, qui oderunt iuſtum, delinquent. Sic prioris ad Corinth. c. 10. D. Paulus Dei filijs & electis, ſi in hoc mundo in calamitates & miſerias incidere ipſos contingat, certam liberationẽ, felicemq; exitum promittit. Fidelis, inquiens, Deus eſt, qui non patietur vos tentari

Iacob. 5. *Pſ. 33.* *1 Ad Cor. c. 10*

ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere. Sed ad Caluinum noſtrum, & ad grauiſſimos eius, varioſq; morbos, quibus miſere ad extremum vſq; ſpiritum excruciatus fuit, reuertamur: quẽ præter eos, quos Beza referente, commemorauimus, eo quoq; morbi genere afflictum conſtat, quo iuſto Dei iudicio quoſdam manifeſtos & apertos Dei hoſtes, qui diuinumhonorem atq; gloriam inuaſerant, ſibiq; vſurparant, vexatos, punitoſq; legimus, is eſt pedicularis: nam & hi vermes totum eius corpus peruaſerunt, & fœtidiſſimo, ac virulentiſſimo vlcere circa verenda, vermibus has ſic fęde vlceratas partes miſerrimè corrodẽtibus, percuſſus eſt. Sic quondam Honorius II. Vandalorum Rex poſtquam Eccleſiam orthodoxam annos octo perſecutus fuerat, pediculari tandem morbo cõſumptus eſt: Sic Arnulphus Imperator Caroli Craſſi ſucceſſor, magnus templorũ violator, vaſtatorque, ſic Maximianus immaniſſimus Chriſtianorum hoſtis: Sic Antiochus Epiphanes homo ſummè nefarius, impius & magnus veterator, qui templo Hieroſolymitano nefariè expoliato ad veri Dei cõtemptum, Iouis in illo ſimulachrũ ſtatuit & erexit: Sic crudelis Herodes, qui Innocentes pueros ſuſtulit, ſibiq; Dei honorem, & titulum vſurpauit: Sic inquam hoĩes nefarij & ſcelerati à vermibus corroſi, extincti ſunt. Sic demũ alij plures hypocritæ Deiq; hoſtes, qui prætextu & colore ſanctitatis atq; zeli aſſumpto, veritatem oppugnauerant; iuſto Dei iudicio & vindictæ in hac vita à pediculis grauiſſimè vexati, & à vermibus miſerè corroſi, poſt longum & diuturnum cruciatum exterminati ſunt, morteq; extincti, & poſt hãc in alteram illam longè miſerrimam mortem ad æternas illas infernales pęnas in perpetuum cruciandi, ſunt præcipitati. In quos illud pſalmiſtæ veriſſimè quadrat: Duplici contritione afflixit illũ. Quo modo ſane duplici cõſumptione

Caluini morb. pediculari. *Honorij II. Vandalorum r. gis morbus pedicularis. Item Arnulphi. Item Maximiani tyranni. Item Antiochi Epiphanis. Item Herodis.* *Eccleſiæ Dei hoſtes fœdiſſimo morbo percuſſi.*

Cal-

Caluinus dici poteſt cõſumptus. Nam quidquid ſcribit Beza, quantumuis ſe illis, qui mortem eius impiè traductæ vitæ amplum ſatis teſtimonium tuliſſe cẽſent, opponat; & Caluinum filiorum Dei more ex hac vita exceſſiſſe cõtendat, veriſſimum tñ eſt, quod grauiſſimos dolores, & aſperrimos cruciatus, quibus Dei in illum ſeuera, grauiſſimaq; manu ingruẽte excruciabatur, non ferens, dæmonibus inuocatis, iurans, execrans & blaſphemans, miſer expirauerit. Idcirco neget, quantum volet Beza, negentque alij, ſatis ſic ſe rem habere exploratum eſt: immo hoc etiam, qđ diem atq; horam deteſtatus ſit & execrarit, quam vnquam ſtudijs vel ſcriptionibus impendiſſet, cum ex vſceribus totoq; corpore grauiſſimi fętores emanarunt, ob quorum graueolentiam & ſibiipſi grauis, & quæ eum circumſtabat, familiæ erat. Quam cauſam fuiſſe etiam hi eius domeſtici narrarunt, quod viſitari ſe nollet.

Caluini in morte blaſphemiæ & execrationes.

VI. *Apoſtata monachus factus hæreticus moritur deſperabundus.*

ERat torpati circa annum Dñi 1554. quidam Lutheranæ doctrinæ præco, Hermannus, mirè verſutus & facũdus in abducendis hoĩbus à Catholiciſmo ad Lutheraniſmum, anniſq; triginta ſummum egerat illius doctrinæ præconem. Hic, pellione Vvittenbergenſi Lutherana dogmata primũ docente, monachus erat Minorita, iuuenis at pro ætate in concionib. non inexercitatus: accedit pellionem, offert illi ſuã in propagandis Lutheranis dogmatibus opem, monaſticum cucullum in publica concione abiecturũ. Pellio eum in cooperarium ſuſcipit, negotiatores nouo habitu eum donant, virginem monaſticam in vxorẽ adiungunt, pręficitur vaſis argenteis Eccleſię in vſum pauperum cuſtodiendis. Pellione ex vrbe ſecedente, paulatim magnam auctoritatem apud omnes ſibi conciliat, vt ſolus nobilium infantes baptizaret. Magnam opum diuitiarumque vim cõgerit, mercatur prædia, domos, agros, in liberorũ ſubſidium: primaq; atq; itidem ſecunda vxore demortua, tertiam ducit. Verum anno 1554. graui morbo corripitur, & ſex diebus elapſis horrenda voce exclamat, ſe dãnatum, nullam ſalutis cõſequendæ ſpem reliquã, & quotquot iſti voluptuariæ Lutheranorũ ſectę ſeſe dederant, damnationi obnoxios atq; ita toruo aſpectu, & oculis horribiliter flammarũ in modum lucẽtibus, deſperabundus extremum ſpiritum exhalauit, oĩb. Chriſtianis exemplum ac documentum relinquens, quã periculoſum ſit ab Eccleſię vnitate ad nouas doctrinas deficere.

Ex hiſt. belli Liuonici bredib. l. 7. Collat ſacr. c. 12.

Apoſtatarũ in temperantia, & libidines.

Apoſtatæ deſperatio.

TIT. VII. De immodico mortis metu.

EXEMP. I. *Quidam deſperabundus obtinet precibus ſancti trium annorum dilationem.*

VErè terribile eſt, inquit S. Nilus ad Agathium, mortis myſterium, qñ eorũ qui aĩam repetunt terribilis pręſentia, cum cõtendit horreſcentem ad exitum, terroreſq; & figurę terribiles; qñ etiam dæmones peccatum exprobrantes, ipſam quoq; ad ſe trahunt in iniucunda, & aſpectu triſtia loca; vt etiam ante tormentum ſufficiat timor ad cruciatum, qñ conſcientia conuerſa ad ſcelera quæ ſunt admiſſa, cõtremiſcit, expectans dignũ pro peccatis ſupplicium. Tunc.n. iacet corpus ſudore madefactum, oſtendens ſigna interni laboris, & obſcurę perturbationis præbens aperta, quę vñr, indicia. Hic, quõ qui amara guſtant medicamenta, pp amaritudinem vultum cõtrahunt; aĩa, ad eam quam ex viſis illic moleſtijs habuit affectionem, oculis imprimente characterem, & ex figura eius qđ apparet, ſuum occultum aperiente dolorẽ. Cuius rei fidem faciunt exẽpla, ac primũ illud ex vitis Patrum: Cum.n. Mutius Abbas viſitaret aliqñ fratrem lectulo affixum, vbi vidit eum quietem mortis difficulter arripere, & grauiter con-

In quæſtio D. Anaſta. Ep. Nicæni to. 1. Bibliot. SS.PP.

Cõſcientiæ teſtimonium.

Li. 1. p. 3. c. 4.

conſcientiæ ſuæ metu redargui, ait ad eum: Cur imparatus es, fili, ad profectionem? Accuſatrix, vt video, ignauiæ tuæ tecum pergit conſcientia. Tunc ille exorabat eũ, dicens: Obſecro te, pater, intercede pro me apud Deum, vt mihi paruũ ſpatium temporis largiatur, quo poſſim emendare vitam meã. At ille dixit ad eum: Nũc ſpatium pœnitentiæ requiris, vbi vitæ ſpatium impleſti? Quid faciebas in oĩ hoc vitę tuę tpe? Non potuiſti vulnera tua curare? Quinimo & recentiora ſẽper addebas. At ille cum permanſiſſet orans, ait ad eũ ſenex: Si vltra non addas malis tuis mala, orabimus pro te Deũ. Bonus.n. eſt & patiens, & indulget tibi parum aliquid tẽporis vitæ, vt omnia debita tua perſoluas. Et cum poſt hæc oraſſet Deum ſurgens de oratione, ait ad eũ: Ecce tres annos tibi Dominus cõceſſit in hac vita, tantum vt ex animo ad pœnitentiam conuertaris. Et apprehenſa manu dextera eius, eleuauit eum de lectulo. At ille ſurgens ſine aliqua dilatione ſecutus eſt eum ad eremum.

Multi ſpatiũ pœnitentiæ requirũt cum vitæ tẽpus impleuit.

Precibus Mutij Abbatis obtinet moribũdus tres annos ad pœnitentiã

II. *Mors propinqua reddit ſollicitos & anxios.*

D. Auguſtinus ſolebat ad hanc rem referre exemplum cuiuſdam Epiſcopi, de quo B. Cyprianus ita ſcribit: Cum quidam de collegis & conſacerdotibus nr̃is iam infirmitate defeſſus, & de appropinquãte morte ſollicitus, cõmeatum ſibi precaretur, adſtitit deprecãti: & iam pene morienti iuuenis honore & maieſtate venerabilis, ſtatu excelſus & clarus aſpectu, & quem aſſiſtentẽ ſibi vix poſſet humanis aſpectus oculis carnalibus intueri niſi qd talem videre iam poterat ſæculo receſſurus; Atq; ille non ſine quadam aĩ & vocis indignatione infremuit, & dixit: Pati timetis, exire non vultis, quid faciam vobis? Increpãtis vox eſt, & monentis, qui de perſecutione ſollicitis, de accerſione ſecuris, non conſentit ad præſens deſiderium, ſed contulit in futurum. Audiuit frater noſter & collega moriturus, quod cæteris diceret. Nam qui moriturus audiuit, ad hoc audiuit, vt diſceret: Non ſibi audiuit ille, ſed nobis: Nã quid diſceret iam receſſurus?

Poſſidius in vita S. Aug. ex Cypr li de mortalitate.

III. *Sancti etiam in morte formidant.*

CVm diuinus ille Arſenius eremita ex hac vita migraturus eſſet, licuit videre illum ipſum, qui erat paulo ante vel Angelis virtute ſimilis, metu pulſari & opprimi, & ad lacrymas effundendas moueri. Rogantibus ergo diſcipulis, Et tu pater times mortẽ? Reuera, inquit, hic metus, quo nunc me videris affici, nunquam oĩno à me receſſit, ex quo factus ſum monachus. Hoc cũ dixiſſet, & præſentibus patribus quam fieri potuit iucũdiſſimè, quę in exitu dici ſolent, verba eſſet elocutus, ſanctorum Angelorum manibus verè beatam tradidit animam, cum vixiſſet quidem inter monachos quinquagintaquinq; annos, omnes autem centum & viginti, nulla parte corporis vllo morbo mutilatus.

Ex Metap Sur. in vita Arſenij c. 27. Iulij 19.

Arſenius monachus ſemper metu pauidus.

Vita longa.

IV. *In agone mortis ſubinde terrent dæmones.*

D. Bernardus Gualdricum auunculum defunctum poſt aliquot dies noctu vidit. Sciſcitatur, quo in ſtatu ſit? reſpondet auunculus, In proſpero. Quærit iterum Bernardus, quid cauſæ fuerit, vt in agone infremeret, & corpore terribiliter moueretur? Eadem (ait ille) hora duo nequam ſpiritus me in puteum profundiſsimum præcipitare nitebantur, vnde ita contremui, verum accurrente B. Petro, euaſi.

Auctor vita D. Bernar. l. 1. c 10.

B. Petri Apoſtoli apparitio & auxilium.

V. *Sancti in morte patiuntur anguſtias aliquando.*

S. Elzearius Comes illuſtris, ſed vir ſanctiſsimus, & qui cum vxore nobili perpetuam virginitatem coluit, in mortis articulo poſitus iubebat ſibi Chriſti Dñi paſsionẽ legi: lingua eius à diuinis nõ ceſſabat laudibus, crebro repetens illum verſum. Dñs opem ferat

In vita eius c. 23 apud Sur. 27. Sept.

rat illi ſuper lectū doloris eius: vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius. Sumpto autē Dominico ſacramento, cū ſacro oleo vngeretur & verſum illum dicerent; Per Crucē & paſſionem tuam, libera eum Dne: Ipſe eūdem tertiò repetiuit, & addidit: hęc eſt ſpes mea, in hac volo mori. Ad extremum iam in agone poſitus, vultum præ ſe tulit valde terribilē, vnde colligi liceret, eum in magno verſari labore ob quædā ille obiecta: atq; ſub eiuſmodi conflictu exclamauit: Magna eſt dæmonum vis, ſed eam penitus enervarunt virtus, & merita ſacroſanctæ incarnationis & paſſionis Ieſu Chriſti. Et poſt paululū rurſus exclamans: Planè, inquit, vici. Poſt aliquantulum temporis ſpatium, cum ingēti clamore dixit. Totum me diuino iudicio cōmitto. Atque his dictis, reparatus eſt vultus eius, & quodam rubore atque ſplendore, multaque elegantia perfuſus, atque ita reddidit ſpiritum.

Eucharistia, & extrema vnctio morientium sūt præsidia.

Dæmonū in morte violētia.

VI. *S. Simeon Salus timet extremum diem vitæ.*

Leont. in vita eius c. 44. Metaphr. & Sur. 1. Iulij.

S. Simeon dictus Salus, quia ſub ſtulti ſpecie ſanctiſſime vixit, iā hora mortis appropinquante, ſic vnicum quem habebat amicum, ſuę ſanctitatis conſcium Ioannē Diaconum alloquitur: Totis viribus curam gere animæ tuæ, vt poſſis tranſmittere abſque vlla tempeſtate principes tenebrarum harum: Scit. n. Dominus me magno vexari metu & ſollicitudine, donec ab eorū ſæuitia fuero liberatus: hic eſt enim dies malus, de quo dicebat Apoſtolus: quoniam dies mali ſunt. Quamobrem rogo te, fili, omni ſtudio eſto miſericors: miſericordia enim tunc plus iuuabit, quam ceteræ virtutes: dicit enim pſalmiſta: Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.

Misericordia fortissimum in morte subsidiū

TIT. VIII. Pro morientibus vel periculosè ægrotantibus preces fundendæ.

EXEMP. I. *Iuſtorum preces morientibus ſunt defenſioni & leuamini.*

ANno Dñi 1058. Stephano decimo Papa Florentiæ ægrotanti contigit vltimū Deo reddere ſpiritum; præſente S. Hugone Abbate Cluniacenſi, & à prauo dæmone eum defendente, vt in eius actis ſic deſcribitur: Stephano Papa apud Florentiā decumbente, dū Hugo eum viſitaturus accederet, eumq; ſanctis conſolationibus, & oratione releuaret: dæmon, qui morituro manifeſtus aduenerat, territus exijt, ſanctoque à Papa recendente, iterum redijt. Qua de cauſa ſæpius ad ſe patrem Papa reuocauit: ſæpiuſq; dæmonem reuocatus abegit, ſicut ipſe Pontifex præſentibus reuelauit, qui poſtmodum ſancti ſe precibus commendans, in eius manibus ſpiritum reddidit, ſancta confeſſione præmunitus.

Apud Surium die 9 April. to. 2. & Baron. to. 11. an. 1058 6.

Dæmon non patitur sanctorū præsentiam & pios.

II. *Preces aſtantium impetrant morituro quadriennium induciarum.*

CVm S. Vvilfridus Epiſcopus Eboracenſis Roma in Britanniā rediret, contigit eū graui morbo in itinere corripi, vnde Meldū delatus, quatuor diebus ac noctibus quaſi mortuus iacebat, halitu tantū pertenui, quia viueret, demonſtrans. Cūq; ita ſine cibo & potus ſine voce & auditu quatriduo perſeueraret, quinta demū illuceſcente die, quaſi de graui expergefactus ſomno, exurgēs reſedit, apertiſq; oculis, vidit circa ſe choros pſallentiū ſimul & flentiū fratrum: ac modicum ſuſpirans, interrogauit, vbi eſſet Acca presbyter: qui ſtatim vocatus, intrauit: & videns eū meliùs habentē, ac loqui iam valentem, flexis genibus gratias egit Deo cum omnibus, qui aderant, fratribus. Et cum parū conſediſſent, ac de ſupernis iudicijs trepidi aliquātum fabulari cœpiſſent, iuſſit Pontifex cæteros ad horā egredi, & ad Accā preſbyterū ita loqui exorſus eſt: Viſio mihi modo tremēda apparuit, quā te audire ac ſilētio tegere volo, donec ſciā, quid

Beda l. 5 hist. Angl. c 20. apud Surium 11. Octob.

Visio S. Vvilfridi Epi.

Michaelis Angeli appari tio. quid de me fieri velit Deus. Adſtitit enim mihi quidam candido præclarus habitu, dicens ſe Michaelem eſſe Archangelum, & ob hoc, inquit, miſſus ſum, vt te à morte reuocem. Donauit *Vita Vulfridi precibus Religioſorum producitur ad quadriennium.* enim tibi Dominus vitam per orationes ac lacrymas diſcipulorum & fratrum tuorum, & per interceſſionem ſuæ B. Genitricis, ſemperque virginis Mariæ. Quapropter dico tibi, quia modo quidem ab infirmitate hac ſanabe ris: ſed paratus eſto, quia poſt quadrienniũ reuertens, viſitabo te. In patriam verò perueniens, maximam poſ- *Reuelatio futurorum à Michaele Archãgelo.* ſeſſionum tuarũ, quæ tibi ablatæ ſunt, portionem recipies, atq; in pace tranquilla vitam terminabis. Conualuit igitur Epiſcopus, cunctis gaudentibus, & Deo gratias agentibus, cœptoque itinere in Britanniam venit.

III. *Eduinus Rex Angliæ precibus S. Dunſtani, quem afflixerat, liberatur à damnatione.*

Osbertus monacus in vita Dunſtani apud Baro. ad an. 960. 7. ANno Chr̃i Dñi 960. Eduinus Rex Angliæ precibus S. Dunſtani Epiſcopi, quẽ afflixerat, ne penitus ad inferos damnaretur, ereptus eſt, vt ſcribit Osbertus in eius vita. Interea Eduinus è vita præſenti ſubtractus eſt, & anima ipſius Dunſtano in orationibus occupato, à quibuſdam teterrimis *S. Dunſtani pro inimico orantis charitas à Deo exaudita.* hominibus curſim è veſtigio eſt præſentata, Cuius miſeriã miſeratus ſuarum iniuriarũ immemor, pro liberatione eius immenſos omnipotẽti Deo lacrymarum imbres effudit, nec ab eis deſtitit, donec ſe pro eo exauditum agnouit. Facto igitur non grandi interuallo, Mauri illi ad Dunſtanum ſua præda vacui redeunt. Et quia ſuas iniurias vlciſci ſuperuacuè venerant, calumnioſa voce depromunt, quorũ ille furores nihil penſans, Deo ſuper ineffabili miſericordia eius gratias egit.

IV. *Orationes aſtantium impediunt, ne dæmones noceant morienti.*

Hie Bla. l. 1. c 31. de bono ſtat. rel. HVic ſimile eſt quod traditur de Cunone Malburchenſis oppidi domino, qui cum quadraginta annis in ſeculo ſecularibus planè moribus vixiſſet, religioſam deinde ſecutus diſciplinam, triennio poſt piè dei unctus eſt. Quo tempore narrauit dæmon, qui *Dæmonũ multitudo morientis inſidians.* energumenã obſidebat, ſe & alios ex ſuis quindecim millia (tot. n. fuiſſe faſſus eſt) in morientis cellam cõueniſſe: *Religioſorũ preces fugant à moriente dæmones.* ſed tamen tãtũ abfuiſſe, vt ei nocuerint, vt ne propriùs quidem accedere potuerint, repulſi, vt aiebat, clamoribus validis, quos tonſurati illi (ſic. n. Dei hoſtis famulos Dei eorumq; orationes ludibrio appellabat) lectulo aſ- *Seruire Deo quã pretioſũ.* ſiſtentes fundebant. Adiecit etiã magnam querelã, ex qua ipſa querela religionis vis cõſtare nobis poſſit, de inſigni iniuria à Deo ſibi facta; quod cũ Cuno ille annis quadraginta ipſis dæmonibus, Deo autem tantummodo tribus ſeruijſſet, eum tamen inferni pœnis ereptum, in cœlum euexiſſet.

V. *Morienti aſtantes & orationi incumbentes, eum liberant à morte animæ & corporis.*

QVia nonnumquam animæ adhuc in ſuis corporibus poſitæ pœnale *Gregor. hom. 38.* aliquid de ſpiritualibus vident, quod quibuſdam ad ædificationem ſuam: quibuſdã verò contingere ad ædificationem audientium ſolet, qua ratione adiuuentur exemplum de Theodoro ſubijciam. Ante biennium, inquit Gregorius, frater quidã in monaſterium meum (quod iuxta beatorum martyrum Ioannis & Pauli eccleſiam ſitum eſt) gratia conuerſationis venit: qui diu regulariter protractus, quandoq; ſuſceptus eſt. Quem frater ſuus ad monaſterium non conſeruationis ſtudio, ſed carnali amore ſecutus eſt. Is autem quid conuerſationem venerat, valde fratribus placebat. At cõtrà frater illius longe à vita eius ac moribus diſcrepabat. Viuebat tñ in monaſterio *Intentio praua monachi eã vitam aggredientis, nihil* neceſſitate potiùs, quam voluntate. Et cum in cunctis actib. peruerſus exiſteret, pro fratre ſuo ab omnibus æquanimiter tolerabatur: erat enim leuis elo-

Hypocriſis monachi vita. eloquio; prauus actione, cultus veſtibus, moribus incultus: ferre verò non poterat, ſi quiſquam illi de ſancti habitus conuerſatione loqueretur. Facta autem fuerat vita illius cunctis fratribus valdè grauis: ſed tamen, vt dictum eſt, pro fratris ſui gratia erat cunctis tolerabilis. Aſpernabatur valde, ſi quis ſibi aliquid de prauitatis ſuæ correctione loqueretur. Bona non ſolum facere, ſed etiam audire non poterat, numquam ſe ad ſanctæ conuerſationis habitum venire iurando, iraſcendo, deridendo, teſtabatur. In hac autem peſtilentia, quæ nuper huius vrbis populum magna ex patre cõſumpſit, percuſſus in inguine, eſt perductus ad mortem. Cumque extremum diem ageret conuenerunt fratres vt egreſſum illius orando protegerent. Iam corpus illius ab extrema fuerat patre præmortuum, in ſolo tantummodo pectore vitalis adhuc calor anhelabat. Cuncti autem fratres tantò pro eo cœperunt enixiùs orare, quantò eum iam videbant ſub celeritate diſcedere. Tum repente cœpit eiſdem fratribus adſiſtentibus anniſu quo poterat clamare, & orationes eorum interrumpere, dicens, Recedite, recedite, ecce draconi ad deuorandum datus ſum, qui propter veſtram præſentiam deuorare me non poteſt: caput meum iam in ſuo ore abſorbuit, dare locum vt me ampliùs non cruciet, faciat quod facturus eſt, ſi ei ad deuorandum datus ſum, quare propter vos moras patior? Tunc fratres cœperunt ei dicere. Quid eſt quod loqueris frater? Signum tibi ſanctæ crucis imprime. Reſpondebat ille, vt poterat dicens, Volo me ſignare; ſed non poſſum quia à dracone premor: cumque hoc fratres audirent, proſtrati in terra cum lacrymis cœperunt pro ereptione illius uehementius orare. Et ecce ſubito cœpit melioratus ęger quibus ualebat uocibus exultare, dicens, Gratias Deo: ecce draco, qui me ad deuorãdum acceperat, fugit, orationibus ueſtris expulſus eſt, ſtare non potuit: pro peccatis meis modo intercedite, quia conuerti paratus ſum, & ſecularem vitam funditus relinquere. Homo ergo, qui ſicut iam dictum eſt, ab extrema corporis fuerat parte præmortuus, reſeruatus ad uitam, toto ad Deum corde conuerſus eſt.

[Margin: niſi tribulos viciorũ gignit. — Vnanimes fratrum preces quantum poſſint, etiã pro deſperato. — Signũ S. Crucis cõtra damonẽ val. t. — Damõ à moribus de preci. bus religioſorum propulſatur. — Monachi diſſoluti conuerſio.]

VI. *S. Catharina Senenſis impetrat, vt pater moriens recta eat ad cœlum ſine purgatorio.*

IAcobus S. Catharinę Senenſis uirginis pater, poſtea quam uidit eam toto pectore incumbere in cultũ Dei, ſemper eam & reuerenter & amanter tractauit, nec permiſit quemquam è familia ei impedimento eſſe, in ijs quę uellet facere. Itaq; inter illũ & filiam in dies augeſcebat charitas: illa aſſiduè pro patris ſalute precabatur, iſq; filiæ rectè factis & uirtutibus gratulabatur. Appropinquante autem tempore, quo decreuerat Deus illum euocare ex hac uita; cœpit ex morbo decumbere, moxq; filia pro ſalute patris Chriſtum deprecari: ſed ut audiuit adeſſe eius uitæ præfixum terminum, ualde rogauit Dominum, ut ſine pœnis purgatorij illum ad ſe reciperet. Sed hac in re diuina iuſtitia diu difficilem ſe præbuit, quod non eſſet Iacobus ſine maculis, quas excoqui ad purum oporteret. At tandem uicit ſancta uirgo; ſed ita uicit, ut pœnas parentis ipſa in ſe reciperet. Obijt ergo uir pius, & ut certo conſtaret eum recta migraſſe in cœlum; eodem puncto temporis, quo ille abijt è corpore, uirginem ſanctam iliaci dolores inuaſerunt, ijſq; laborauit ſine intermiſſione uſque ad ſupremum uitæ ſuæ diem.

[Margin: Raimun. Capuanus in vita eius, apud Su. 29. Apr. — Purgatorij pœna. — Filia in patrẽ pietas memorabilis.]

TIT. IX. De morte è quibuſdam confidenter tolerata.

EXEMP. I. *Confidentia in Deum optima in morte conſolatio.*

POſſidius in uita S. Auguſtini ſcribit: B. Ambroſium Archiepiſcopum

[Margin: Poſſid. in vita S. Auguſt. c. 27.]

pum Mediolanenſem iam moribundum vltimum vitæ ſpiritum minimè exhorreſcere. Indicauerat, inquit ille, nobis, ſe prædicti beati viri Ambroſij in vltimo vitę conſtituti audiſſe ſapiétiſſimum & pijſſimum reſponſum, & multũ laudabat ac prædicabat. Nam cum ille, inquit, venerabilis vltima iaceret ægritudine, & à fidelibus honoratis lecto eius adſtantibus, & videntibus eum de ſeculo migraturum ad Deum, & ob hoc mœrentibus, tanti ſcilicet, ac talis Antiſtitis morte Eccleſiam poſſe priuari verbi & ſacramenti Dei diſpenſatione, & rogaretur cum lacrymis, vt ſibi à Domino vitæ poſceret commeatum, eum illis dixiſſe: Non ſic vixi, vt me pudeat inter vos viuere: ſed nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus. Et hęc noſter Auguſtinus ſenex elimata ac librata admirabatur & laudabat verba. Ideo enim eum dixiſſe intelligendũ eſt. Nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus; ne crederetur præfidens de ſuis purgatiſſimis moribus præſumpſiſſe. Non ſic vixi, vt me pudeat inter vos viuere: hoc enim dixerat ad illud, quod homines de homine noſſe poterant. Nam ſciens examen æquitatis diuinæ, de bono Domino ſe dicebat magis, quam de meritis ſuis confidere. Cui etiam in oratione quotidiana dicebat: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

Pulcrum elogium D. Ambroſij morientis.

II. *Cuiuſdam Epiſcopi dictum confidentia plenum, ſi aliquando moriendum, quare non modo?*

Idẽ Poſſidius ibi.

IDem Auguſtinus cuiuſdam Coepiſcopi & familiariſſimi ſui amici in extremis vitæ de talibus frequentiſſimum referebat dictum. Ad quem cũ viſitandum iam morti propinquãtem venitaſſet, & ille manuum geſtu ſe de ſeculo exiturum ſignificaret, atque à ſe illi eſſet reſponſum, adhuc eum eccleſiæ neceſſarium viuere poſſe: illum, ne putaretur huius vitæ teneri cupiditate, reſpondiſſe ei; Si nunquam, bene: Si aliquando, quare non modo? Et talem ſentẽtiam mirabatur & laudabat hominem protuliſſe, Deum quidem timẽtem, verumtamen in villa natum & nutritum, ſed non multa lectionis eruditum ſcientia.

Morituri æquanimitas.

III. *D. Martini reſignatio vitæ & mortis.*

CVm nimio luctu & mœrore exceſſum B. Martini Epiſcopi Turonenſis eius diſcipuli deplorarent, ille fletibus ſuorum motus: Domine, inquit, ſi adhuc populo tuo neceſſarius videor, nõ recuſo laborem. Fiat voluntas tua. Inde aliquot diebus vi febrium exercitatus, in cinere cilioq; recubans, cum aſſiduo orationis ſtudio exitum ſuum muniret, forte adſtantem prope vidit diabolum. Tum verò fiducia plenus: Quid hic, inquit, adſtas, cruenta beſtia? Nihil in me funeſtè reperies. Abrahæ me ſinus recipiet.

Seuer. Sulpit. in vita eius an. Do. 397.

Diabolus S. Mart. morienti ad ſtans ab eo increpatur.

IV. *Odilo confidenter increpat dæmonem per nomen tremendi iudicis, vt abſcedat.*

CVm vir Domini Odilo Abbas Cluniacenſis iam in extremis ageret, per quinquennium fere compulſus eſt grauiſſimi languoris moleſtia cruciari. Mox itaq; beatorum Apoſtolorum limina feſtinat inuiſere, vt quaſi ſub eorum pedibus (ſi ſibi daretur, quod ſemper in votis habuerat) poſſet ex hoc mundo tranſire. Verumtamen quia non eſt in homine via eius. aliter ſibi contigit, quam ſperauit. Per quatuor plane menſes illic ægritudine detentus elanguit: deinceps contra ſpem aliquantulum conualeſcens, ad propria remeauit. Cluniacum itaq; deueniens, per annum fere totum in oratione permanſit, ſeſeq; quantum ægritudo permiſit, ieiunijs, ac vigilijs, vehementer afflixit. Decreuit autem, vt antequam debitum conditioni humanæ perſolueret, quæq; monaſteria ſua circuiens, ſanctæ admonitionis ſtudio viſitaret, Expeditione igitur ſanctæ huius

Ex Petro Damia. Surius 1. Ian. & Baro. to. 11. ann. 1018. 11. 12.

Odilonis abbatis lau.

huius ædificationis incepta, Siluiniacum deuenit, ibiq; ſe circa feſtiuitatē Dominicæ circumciſionis ex hoc ſeculo migraturum manifeſte dixit: Porrò autem, cum in agonis eſſet anguſtia, conſtitutus, diabolum adſtare conſpexit, eumq; per nomen tremendi Iudicis, vt abſcederet, terribiliter increpauit. Anno itaq; Dominicæ Incarnat. 1048. ætatis autem ſuæ 87. ordinationis etiam 56. ea nocte, quæ Dominicæ circumciſionis ſolemnia præcedebat, ſalutaris Euchariſtiæ ſacramenta percepit, ſicq; beatum Deo ſpiritum reddidit.

Diabol⁹ Odiloni morienti adſtat

v. *S. Hilarion morì paratus cætera non metuit.*

D. Hier. in vita S. Hilarion.

DE B. Hilarione eremita ita ſcribit S. Hieron. Cum habitaret adhuc in tuguriolo annos natus decem & octo, latrones ad eum nocte venerunt, vel exiſtimantes habere aliquid, quod tollerent, vel in contemptum ſui repu tantes fieri, ſi puer ſolitarius eorum impetus non pertimeſceret. Itaq; inter mare & paludem à veſpere vſq; ad ſolis ortum diſcurrentes nunquam locum eius cubiculi inuenire potuerunt. Porro clara luce reperto puero, quaſi per iocum; Quid, inquiunt, faceres, ſi latrones ad te venirent? Quibus ille reſpondit: Nudus latrones non timet. Et illi certe aiunt; Occidi potes. Poſſum, inquit, poſſum, & ideo latrones non timeo, quia mori paratus ſum. Tunc admirati conſtantiam eius & fidem, confeſſi ſunt noctis errorem, cęcatoſq; oculos, correctiorem deinceps vitam pollicentes.

Cæcitas ex tempore valu miraculoſa

Viri fortis & intrepidi vox.

vi. *Fortitudo animi S. Dominici mortem non timentis.*

In vita eius apud Sur. 4 die Auguſt.

S. Dominicus p... paratus

NOn abſimile eſt exemplum B. Dominici apud Theodorum de Apoldia. Cum Dominicus multo tempore apud Toloſanos hęreſim expugnaſſet, ſcelerati dęmonū ſatellites de nece ei inferenda conſilia captarunt. Itaq; poſitis certo loco inſidijs aduentū eius præſtolabantur. At ille, cognita eorum malitia, cantans & alacer iter refecit, eorumq; furorem vltro etiam ad necem prouocauit. Quare ſtupefacti carnifices: Annon, inquiunt, mortem pertimeſcis? Quid facies, ſi nos te ad necē abripiamus? Quibus ille: Rogarem, inquit, vos, ne mortem mihi celerem afferretis, ſed paulatim ſingula membra ferro præſcinderetis, atque ad extremum euulſis luminib. ſineretis ita mutilatum corpus in ſuo ſanguine volutari, vel prorſus pro veſtro arbitratu vita omni priuaretis. Huc referri poſſunt innumerabilium martyrū exempla, qui atrociſſimam etiam mortem non timuerunt.

...ratis inſidijs, & earū gnarus tamē cantat.

Magnanimitas S. Dominici.

VII. *Vana eſſe huius mundi omnia, & proinde mortem minùs eſſe timendam.*

Ex Lucio Marinæo l. 8. rer. Hiſp. Simon Maiol. p. 2. Dierū canicul. Colloq 7

IOannes Aragonum Rex, pijſſimus ſenex, imperiorum ac Principatus vanitatem, ac fluxam rerum humanarum conditionem in ipſo mortis articulo nimis patheticè deplorauit. Febri enim anno 1479. correptus, poſt vſum cœnæ Dominicæ, dum lectioni Euangelicæ & recitationi Pſalmorum intēdit, ſubito languore concidit, ita vt clauſis luminibus, manibus, pedibuſque rigeſcentibus defeciſſe iam, & animam efflaſſe crederetur. Verùm reſpirans, & recluſis oculis, omnes qui aderant, aſpiciens, exclamauit: O vanas hominum cogitationes? O miſeros homines, qui ad Principatus aſpirant, qui diuitias, opes & nimios honores affectant? O felicem pauperum conditionem, & ſecuram illorum vitam atque beatam, qui panem comedunt cum ſudore ſui vultus; qui viuunt labore manuum ſuarum? Nam mihi miſero quid regnum, quid honores, quid obſequia plurimorum contulerunt? Quid? labores ſcilicet magnos & multa corporis & animæ pericula ſubiui, nec vnquam, ætate tam longa, potui mihi dies aliquot videre bonos. O me miſerum, & infelicem,

Ambitionis reprehenſio.

Regni infelicitas.

Regis moribundi precatio

qui tam ſero fallacem mũdum cognoſco? Qui vitam certè vixiſſem multo meliorem, ſi non Rex, ſed agricultor fuiſſem. Conuerſus autem ad imaginem Chriſti crucifixi, defixis, in cœlum oculis; O piĕtiſſime Redemptor, inquit, parce mihi indigniſſimo ſeruo tuo, miſerere mei clementiſſime Ieſu, & à peccatis meis auerte faciem tuã: non meis meritis, Domine, quæ nulla ſunt, ſed illa tua ineffabili pietate, & infinita miſericordia motus, qua homines à morte redimere per crucem tuam voluiſti. Atque inter hæc verba, quæ cum magna animi commotione protulit, extinctum eſſe Marinæus commemorat.

VIII. *Fortitudo animi aduerſus mortem Caroli V. Imperatoris.*

Guil. Zenocarus l. 5. de vita Caroli V.

HVc referri poteſt illud, quod de Carolo V. Imperatore in vita eius legitur: Is audaciſſimus fuit in omnib. expeditionibus ſuis, ſic vt mortem planè contemnere videretur. Ita ſe ad omnia pericula impauidum offerebat, vt nuſquam ad bombardarum ictus caput inclinaret, nuſquam pedem moueret, nuſquam expalleſceret. Et tñ cum armabatur laminis thoracibuſq; ferreis, initio inter armandum pauſulum horrebat corpus, ac toto vultu albeſcebat, quaſi paueſcẽs; ſed cum armatus, & loricatus, & galeatus erat, iam nullus leo illo fortior erat, aut animoſior, minuſque aliquid expaueſcens.

Carolus V. armatus ... ẽ ... prelium.

IX. *S. Martinus intrepidus aduerſus mortem.*

Sulp. Seuerus in vita eius c. 4.

B. Martinus inter Alpes deuia ſequutus incidit in latrones. Cumque vnus ſecurim eleuatam in caput eius libraſſet, ictum ferientis dexteram ſuſtinuit alter. Vinctis tamen poſt tergum manibus vni ſeruandus & ſpoliandus traditur. Qui cum eum ad remotiora duxiſſet, percontari ab eo cepit, quiſnã eſſet; Reſpondit, Chriſtianum ſe eſſe. Quærebat etiam ab eo, an timeret? Tum verò conſtantiſſimè, profitetur, nunquam ſe fuiſſe tam ſecurum, quià ſciret miſericordiam Domini maximè in tentationibus affuturam: ſe magis illi condolere, qui Chriſti miſericordia, vtpote latrocinia exercens, eſſet indignus. Ingreſſuſque Euangelicam diſputationem verbũ Dei latroni prędicabat. Quid longiùs moror? Latro credidit, proſequutuſque Martinum viæ reddidit, orãs, vt pro ſe Dominum precaretur; idemq; poſtea religioſam egit vitam. De eodem Martino poſtea Epiſcopo ſubiungit auctor: In pago Æduorum, dum templum B. Martinus euerteret, furens gentilium ruſticorum in eum irruit multitudo. Cumque vnus audacior cæteris ſtricto eum gladio peteret, reiecto pallio, nudam ceruicem percuſſori præbuit. Nec cunctatus ferire gentilis; ſed cum dexteram altiùs extuliſſet, reſupinus ruit, conſternatuſque diuino metu veniam precabatur.

Securitas iuſtorum maximã in periculis maximis.

Latronis ad fidẽ & vitã bonã conuerſio.

B. Mart. percuſſurus ſubito cõſternatur.

TIT. X. De oratione ab ipſiſmet migrantibus facta.

Chriſtus Dominus Saluator noſter pendens in Cruce animam Patris redditurus ſic orauit: Eloi, Eloi, lammaſabacthani? quod eſt interpretatum; Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Et clamans voce magna Ieſus ait: Pater, in manus tuas commendo Spiritum meum.

Marc. 15. 34. Luc. 23. 46.

EXEMPL. I. *D. Antonini præclara morientis elogia.*

D. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus, vir intrepidus, & Martino ſimilis, amico viſitanti eum in poſtremo morbo, & promittendi bonam valetudinẽ & celerem, nihilq; eſſe periculi, nõ deliberans, vtra ſibi & oib. commodior vita foret; Fiat reſpondit, voluntas Dei: & ſtatim diuino quodã ſpiritu illuſtratus, Dies, ait, annorum noſtrorum ſeptuaginta, quaſi ſummam in vitę diem pręcinens, cum iam ſe-

Vincit. Mainar. in vita eius apud Sur. 2. Maij to. 3.

Extremæ unctionis vſus.

ſeptuagenarius eſſet. Sacro itaque Eucharistiæ, & morbo ingraueſcente extremæ vnctionis clypeo munitus, integram illam peccatorum condonationem, quam indulgentiam vocamus, liberalitate Pontificia acceptam, ſibi legi, ac impendi poſtulauit. Deinde verba illa; Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam neſcio, frequenter iterabat. Et cum fratres adſtātes pſalterium percurrerēt, & ad verſum pſalmi vigeſimiquarti, Oculi mei ſemper ad Dominum perueniſſent, ille tunc ſublatis in cœlum oculis ac manibus eadem verba repetens: Oculi mei, ait, ſemper ad Dominum; quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos. Tum poſtremum pſalmum: Laudate Dominū de cœlis &c. videbatur iterare: quo in omni vitæ curſu, vt cœnobitæ afferebant, oblectari ſolebat. Si quid à pſallendo ceſſaſſet, complexus crucifixi effigiem, quā fratres obtulerant, tanto ardore oſculabatur, vt qui aderant non poſſent à lacrymis temperare.

S. Antonini precatio. — *Pſal. 24.* — *Pſal. 148* — *Imaginis Chriſti crucifixi veneratio.*

I I. *Pulcherrimæ orationis S. Eligij morientis.*

B. Audoenus Rothomag. Ep. in vita eius l. 2. c. 34. apud Sur. 1 Decēb. to 6. — *Luc. 2.* — *Ioan 10.* — *Pſal. 142*

D. Eligius Epiſcopus Nouiomenſis in extremis poſitus, oſculatus eſt diſcipulos ſuos, & per ſingulos plorās, Iam non vltra, inquit, loquar vobiſcū: Valete iam in pace, & me deinceps ſinite quieſcere. Redeat terra in terrā. Tum ille oculis, manibuſq; in cœlum erectis, diu mente precabatur. Deinde in vocem prorumpens: Nunc dimittis, inquit, ſeruum tuum Domine, ſecundum verbū tuum in pace. Memento queſo, quod ſicut lutum feceris me: & non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Memento mei, qui ſolus ſine peccato es, Chriſte mundi redemptor, & educens me de morte corporis huius, ſaluū me fac in regnum tuum cœleſte: Tu ſemper fuiſti protector meus: In manus tuas cōmēdo ſpiritum meum. Scio me non mereri conſpectum tuum: tā tu ſcis, quia ſemper ſpes mea fuit in miſericordia tua, & fides mea in tua credulitate pmanſit. Et nunc quoq; in confeſſione ſancti nominis tui moriens, extremū, Chriſte, anhelitum afflabo. Suſcipe ergo me ſecundum magnam miſericordiam tuam, & non confundas me ab expectatione mea. Aperi mihi properanti ianuam vitę, & principes tenebrarū non occurrant mihi, nec conturbent me poteſtates aeris huius: ſed clemens dextera tua protegat me, & tua potentia me defendat, manuſque tua deducat me in locum refrigerij, & vel in vltimam manſionem ex ijs, quæ præparaſti ſeruis tuis timentibus te. Sub his verbis reddit ſpiritum.

Spes & fiducia S. Eligij ſēper in Domino. — *Humilitas Eligij.*

I I I. *Gerardi fratris D. Bernardi mors iucunda.*

D. Bern. ſer. 26 in Cantic. Pſal 48 — *Gaudium in morte*

DE Gerardo fratre ſuo teſtatur D. Bernardus quod media nocte moribundus in illam ex pſalmo vocem eruperit; Laudate Dñm de cœlis, laudate eum in excelſis. Iam tibi, inquit, frater mi, nocte adhuc media dieſcebat, nox ſicut dies illuminabatur. Accitus ſum ego ad id miraculi, videre exultantem in morte hominem, inſultantem morti. Vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus? iam non eſt ſtimulus, ſed iubilus. Iam cantando morit homo, & moriēdo cātat.

I V. *Lætitia S. Franciſci morientis.*

Ex D. Bonauent. ī vita eius.

S. Franciſcus Aſſiſias cum grauiſſimis arderet totius corporis doloribus, nullum aliud fomentum habebat eorum dolorum, quam vt & ipſe diuinas laudes caneret, & alios canentes audiret. In quo cum ab Helia pene obiurgaretur, quod potius præſtaret extremum illud tempus lacrymis, & pęnitentiæ impendere, reſpondit; Nō licere ſibi aliter facere, cum ſciret ſe breui cum Deo fore.

Spes eximia D. Franciſci.

V. *B. Antonij morientis preces.*

In vita eius cap 37. apud Sur. 13. Iun. to 3.

B. Antonius de Padua ſentiens ſui diſſolutionē imminere, increſcen

te paulatim ægritudine, ad extrema feſtinans, ſuſceptis eccleſiæ ſacramentis, hymnum illum de beata Maria: O glorioſa Domina, excelſa ſupra ſidera, &c. canere cœpit. Deinde ſublatis oculis, aliquamdiu ſurſum diligentiſſimè intentos eos tenuit. Cum autem interrogaretur, ecquidnam ita aſpiceret, reſpondit: Video Dñm meum. Sic feliciſſimè obdormiuit in Domino, anno à Chriſti incarnatione 1231.

Chriſtus Domin9 ſe uidendum offert ſancto Antonio à Padua moribundo.

VI. *Animi alacritas quorundam morientium in Societate Ieſu.*

Hier. Pl. à be. ſta. relig lib 1. cap 3.

IN hoc noſtro Ordine, quamuis vltimo, & minimo, partim mihi ipſi plurima videre, inquit Hieronymus Platus, partim ab ijs, qui viderant, audire contigit vt eius, cui cum denunciatum eſſet, inſtare diſceſſum, ter præ gaudio illum, qui hoc denunciabat, arctè complexus eſt. Alter cum idem audiſſet, quicquid habuit voculæ infirmæ pene conſumptæ, id totum collegit ad recitandum hymnum: Te Deũ laudamus, &c. cum maxima lætitiæ ſignificatione. Alium etiam ſcimus, fugiente iam anima, inflexa in cantum voce pronunciaſſe verſiculum illum: Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus; & in eo ipſo verſu expiraſſe.

Gaudiũ & cãtus in morte

TIT. XI. De immortalitate.

2. Mach. 7.

Cum ſeptem fratres Machabæi vnà cum matre ab Antiocho apprehenſi co gerentur edere contra fas carnes porcinas, & flagris & taureis cruciarẽtur, mater ſupra modum mirabilis, & bonorum memoria digna, quæ pereuntes ſeptem filios ſub vnius diei tempore cõſpiciens, bono animo ferebat, propter ſpem quam in Deo habebat: ſingulos illorum hortabatur voce patria fortiter, repleta ſapientia: & fœmineæ cogitationi maſculinum animum inſerẽs, dixit ad eos: Neſcio qualiter in vtero meo apparuiſtis, neque enim ego ſpiritum & animam donaui vobis & vitam, & ſingulorum membra non ego ipſa compegi; ſed enim mundi creator, qui formauit hominis natiuitatẽ, quique omnium inuenit originem, & ſpiritum vobis iterum cum miſericordia reddet & vitam, ſicut nunc voſmetipſos deſpicitis propter leges eius.

Mulier fortis.

Hortatur filios ad martyrium.

Dum ab aduerſarijs Euangelij lapidaretur Stephanus inuocabat Chriſtũ dicens ò Domine Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meum. *Act. 7. 59*

EXEMP. I. *Quomodo Gennadius edoctus ſit immortalitatem animarum.*

NOn abs re erit hoc loco recenſere hiſtoriam, quam habet D. Auguſtinus in epiſtola ad Euodiam ſcripta, de Gennadio rerum naturalium ſcientia apprimè imbuto, de immortalitate tamen animæ dubitante, his verbis: Frater noſter Gennadius, notiſſimus fere omnibus, nobiſque chariſſimus medicus, qui nũc apud Carthaginem degit, & Romæ ſuæ artis exercitatione præpolluit; vt hominem religioſam noſti, atq; erga pauperum curam impigra miſericordia, faciliimoque animo benigniſſimum: dubitabat tamen aliquando (vt modo nobis retulit) cum adhuc eſſet adoleſcens, & in his eleemoſynis feruentiſſimus, vtrum eſſet vlla vita poſt mortem. Huius igitur mentem & opera miſericordiæ quoniam Deus nullo modo deſereret; apparuit illi in ſomnis conſpicuus iuuenis & dignus intendi; eique dixit: Sequere me. Quem dum ſequeretur, uenit ad quandam ciuitatem, ubi audire cœpit à dextera parte ſonos ſuauiſſimæ cantilenæ ultra ſolitam, notamque ſuauitatem. Tunc intento quidnam eſſet; ait, hymnos eſſe beatorum atq; ſanctorum. Siniſtra autem parte quid ſe uidiſſe retulit, non ſatis memini. Euigilauit, & ſomnium fugit; tantumque de illo, quãtum de ſom-

Aug Ep. 100 apud Baron. to. 5. Annal. ad ann. Chriſti 411.

Miſericordia operũ fructus. Viſio Gennadij.

Spiritus Dei ſuauiter docet Gennadiū animæ immortalitatem.

ſomnio cogitauit. Alia verò nocte ecce idem ipſe iuuenis eidem rurſus apparuit; atque ab illo vtrum cognoſceretur, interrogauit. Reſpondit iſte, qđ eum bene planeq; cognoſceret. Tunc ille quæſiuit, vbi ſe noſſet: nec memoriæ defuit quid iſte identidem reſponderet: totumq; viſum illud, hymnoſq; factorum, ad quos audiendos eo duce venerat, qua recentiſſimos recordabatur, facilitate narrauit. Hic ille percunctatus eſt: Vtrumnam id quod narrauerat, in ſomnis vidiſſet, an vigilās? Reſpondit, in ſomnis. At ille, bene, inquit, recolis: Verum eſt, in ſomnis illa vidiſti: ſed nunc ēt in ſomnis te videre ſcias. Hæc cum audiret iſte, ita eſſe credidit, atque id reſponſione firmauit. Tunc qui hominem docebat, adiecit, & ait: Vbi eſt modo corpus tuum? Ille reſpondit: In cubiculo meo. Sciſne, inquit ille, in eodem corpuſculo nunc illigatos eſſe & clauſos, & otioſos oculos tuos, nihilq; oculis te videre? Reſpondit: Scio. Tunc ille: Qui ſunt ergo, inquit, iſti oculi, quibus me vides? Ad hoc iſte non inueniens quid reſpóderet, obticuit. Cui hæſitāti, ille quod his interrogationibus, docere moliebatur, aperuit: & continuo, Sicut, inquit, illi oculi carnis tuæ vtiq; in dormiente atque in lectulo iacente nunc vacant, nec aliquid operantur; & tamen ſunt iſti, quibus me intueris, & iſta vteris viſione: ita cum defunctus fueris, nihil agētibus oculis carnis tuę, vita tibi inerit qua viuas, ſenſuſque quo ſentias. Caue deinceps ne dubites vitam manere poſt mortem. Ita ſibi homo fidelis ablatam dicit huius rei dubitationem: Quo docente, niſi prouidentia & miſericordia Dei?

Quibus oculis ipſa videātur in ſōnis.

II. *Philoſophi docentes animi immortalitatem poſt hanc vitam.*

Bar. t. 5. Ann. ad an. Chri. ſti 411.

PAtere quęſo lector, inquit Baroni⁹, vt exemplo Euangelici patrisfamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera, veteribus recentia cōiungamus. Erit enim, vt ex his, quæ breuiter dicturi ſumus, magnam capias animi voluptatem. Haud namque inexplorata referam, ſed quæ cōplurium eruditorum virorum ſcimus aſſertione firmata, imò & à religioſis viris ad populum pro concione ſæpe narrata. Ego verò à quo accepi, auctorem proferā, nempe integerrimæ fidei virum, Michaelem Mercatum Miniatenſem, S.R.E. Protonotarium, probitate morum atque doctrina ſpectatum. Ipſe enim narrauit de auo ſuo, eodem quo ipſe nomine nuncupato, Michaele Mercato Seniore, cui cum Marſilio Ficino nobiliſſimi ingenij viro ſumma intercedebat amicitiæ cōſuetudo, parta & aucta philoſophicis facultatib. in quibus Platonem ambo aſſectabantur actorem. Accidit autem aliqñ, vt ex more, quidnam poſt obitum ſuperſit homini, ex eiuſdem Platonis ſentētia, ſed non ſine tñ trepidatione deducerent, quæ labantia, Chriſtianæ fidei ſacramentis ſuffulcienda eſſent: eo.n. argumento extat eiuſdem Marſilij ad ipſum Michaelem Mercatum erudita quidem epiſtola de animi & Dei immortalitate. Cum verò inter diſſerendum eorum progreſſa longiùs fuiſſet diſputatio, eam ad calcem perductam illo clauſerunt corollario, vt iuncta ſimul dextera pacti fuerint, uter eorū ex hac uita prior decederet (ſi liceret) alterum de alteriùs uitæ ſtatu redderet certiorem. Quibus inter ſe conuentis, ambo iurati ab inuicem diſceſſere. Interlapſo autem haud breui temporis ſpatio, euenit vt cū ſummo mane idē Michael Senior, in philoſophicis ſpeculationib. vigilaret, ex inopinato ſtrepitū velociter currentis equi, eiuſdēq; ad oſtium domus curſum ſiſtētis audiret, vocēq; ſimul Marſilij clamātis: O Michael, ò Michael, vera, vera ſunt illa. Ad vocē amici Michael admiratus, aſſurgens, feneſtramq; aperiēs, quem audierat, vidit poſt terga, ad curſum iterum acto equo candido candidatum: proſecutus eſt eum voce, Marſilium, Marſilium inuocans;

Michaelis Mercati la⁹. Marſilij Ficini cōmendatio.

Pactū inter viuos vt prior mortuus reuēniet ſuperſtitē de ſtatu alteri⁹ vita Marſilius Ficinus poſt mortē redit, & ex pacto renunciat viſa.

accedens, anguſtum ſanè limen auro argentoque fulgidum, funalibus per gradus miro ordine collucentibus, adſpexit locum circum vndiq; puelli gratioſiſſimi, qui officium recitabant, obſederant: è quibus cum vnum agnouiſſet, qui quinto ætatis annò rebus humanis iam primum exceſſerat, puero locutura ad gradus ſe propiùs tulit: quos cum aſcenderet, tres obuios ſacerdotali habitu ſuccinctos habuit, qui ex ductore pueroque quærnā hæc ceſſet, ſciſcitati, locum illum impuris, ſordidiſque vmbris ingredi nefas eſſe reſponderunt. Interea dum Clara ſibi reſtituitur, euanuit viſa ſpecies, quam conſtantiſſima narratione ſæpius recenſuit poſtea: veramque fuiſſe, non vanam ſomni, morbiue ludentis imaginem; commutata deinde in meliùs, morum vitæque ratio demonſtrauit: quippe priſtinæ conſuetudinis relicta libertate, maior in dies fœminæ virtus pietaſque euaſit.

TIT. XII. De teſtamentis.

EXEMP. I. *Tria documenta præclara loco teſtamenti S. Bernardi.*

Io. Nau. volum 2 Chronog. genera 39. an. 1153.

Charitas Humilitas Patientia.

ANno 1153. S. Bernardus Abbas obijt anno ætatis ſuæ 63. fertur autem in teſtamento fratribus tria documenta reliquiſſe: imprimis ſcilicet, Nemini in vita mea ſcandalum dare volui, & ſi aliquando incidi, ſedaui vt potui. Secundum, minùs ſemper ſenſui meo credidi, quam alterius. Tertium, læſus numquam vindictam expetiui. Ecce hominis charitatem, humilitatem & patentiam.

II. *S. Dominici teſtamentum.*

Theodoric. de Apoldia l. 5. de vita eius cap. 1.

SAnctus Dominicus Fratrum Prædicatorum anteſignanus, Diuina reuelatione monitus ſibi ex hac vita migrandum eſſe, fratribus coram ſe congregatis teſtamētum fecit, quod nulli mutare fas eſt. Teſtatoris enim morte confirmatum eſt. Hæc ſunt inquit, fratres & filij chariſſimi, quæ vobis hæreditario iure poſſidenda relinquo: Charitas ſit in vobis: humilitatem ſectamini, paupertati voluntariæ ſtudete. Non erat illic argentum, & aurum, aut quæuis terrenæ facultates, vnde teſtamentum conderet. Quod autem habuit fide locuples, hoc illis legauit, nempe, diuitias ſalutis, theſauros cæleſtes, & opes numquam perituras, quibus illum abundaſſe vita ſanctiſſima teſtatur, docent exempla, miracula confirmant.

Charitas Humilitas Paupertas.

III. *D. Ioannis Eleemoſynarij teſtamentum.*

Leontius. Epiſc. in vita eius apud Su. 23. Ian.

DIuinus ille Patriârcha Ioannes Eleemoſynarius, hanc vitā cum altera commutaturus, iuſſit ſcribi teſtamentū in hunc modum: Ioannes humilis quidē ſeruus ſeruorum Dei; propter autem mihi impoſitā Pontificatus dignitatē, gratia Chriſti liber, Ago tibi gratias Dne Deus meus, quod me dignum cenſueris, qui tua tibi offerrē: & quod ex mundi bonis nihil aliud ſit mihi reliquū, niſi tertia pars nummi, quam ipſam iubeo quoq; dari pauperibus, qui ſunt mihi fratres in Chriſto. Quando enim Dei permiſſione creatus fui Epiſcopus Alexandriæ, inueni in meo Epiſcopatu circiter octo millia librarum auri: ex oblatione autem piorū collegi denis millibus plures his pecunias. Quas cum cognoſcerem eſſe Chriſti, Chriſto etiam dare volui: cui nunc quoq; trado animam. Cum hoc teſtamentum ſui feciſſet ille magnus homo Dei, depoſuit ſpiritum in manus Dei viuentis.

Liberalitas Alexandrinū in pauperes.

IV. *Iacobi Regis Aragonum teſtamentum.*

Lu. Ma. de rebus Hiſp li. 10. ſub finem.

IAcobus octauus Aragonum Rex, vehementiori febre morboq; grauatus, cū ſe moritum pene cognouiſſet, vir Chriſtianiſſimus, omnibus negotijs, & humanis rebus omiſsis, animæ ſtatim prudentiſsimè conſuluit: accito enim ſacerdote, magna contritione confeſſus, omnia Eccleſiæ ſacramenta

accito enim ſacerdote, magna contritione confeſſus, omnia Eccleſiæ ſacramenta deuotiſſimè recipit. Poſtero die non minori diligentia teſtamentũ condidit, in quo Petrum filium natu maiorem in regno Aragonum, Valentiæ, &c. & Iacobum filium minorem inſtituit in regno Maioricarum, &c. Hoc modo teſtamento celebrato, Petrum filium ab exercitu vocari, & ad ſe venire iuſſit: cui coram multis nobilibus, cum ea quæ teſtamento ſcripta fuerant, recitaſſet, primum Dei cultum & res omnes diuinas; & deinde fratrem Iacobum, & omnes æquales, domeſticos, familiares & populos diligentiſſimè commendauit. Petrus autem genibus flexis patris manus & pedes oſculatus, eius omnia iuſſa libentiſſimè ſe facturum reſpondit. His rebus confectis, Rex, vt qui rebus humanis renunciat, ſibi Ciſtercienſis ordinis habitum induit, & de rege ſe monachum & religioſum fecit, atque Deo ſeruire maximè cupiens Populetũ proficiſci ſtatuit, ibiq; permanere. Cæterum cum ex Algezira Valentiam delatus eſſet, ibi grauiùs ægrotans vitam finiuit, anno 1276. octauo Idus Auguſti, ætatis autem 72.

Pietatis et religionis commẽdatio Iacobus Rex Aragoniæ fit monachus.

V. *Quam voluerit eſſe certam teſtatoris legationem D. Auguſtinus, vt eam admitteret pro eccleſia.*

Fulgoſ. et Egnat. l. 7. c. 7.

IAnuarius cum religioni initiaretur apud Auguſtinum Hipponenſem Epiſcopum, duos filios marem ac fœminã in diuerſis habebat monaſterijs. Itaq; cum bona ſua in pauperũ vſum diuideret, partẽ eius pecuniæ ſub filij noĩe retinuit, vt eam vſq; in maturum ætatis tempus illi reſeruaret. Contigit autem vt is mortem obiret. Itaq; ante teſtamentum condidit, detexitque, pecuniam quam habebat ſuam eſſe, & vt ſuam monaſterio relinquere. Auguſtinus, in cuius manu monaſterij adminiſtratio erat, eam pecuniam ceu fraudulentam accipere recuſauit; ſed filijs teſtatoris tradi iuſſit: affirmans, quod nõ rectè ei poſſet credi, qui cõtra religionis profeſſionem pecuniam priuatam poſſederat: atq; in re dubia ſatius eſſe, filijs teſtatoris eam dari, qui grauiora propter eam pecuniam, quam eccleſia, pati poterant, cum eccleſiæ longè pluris bonum nomen, quam pecunia cum auaritiæ nota, faciendum eſſet. Hoc Auguſtini iudicio, quis non videat, quæ modeſtiæ formula religioſis viris in parandis per legata à ſecularibus viris opibus proponatur?

Monacho proprietario nõ facilè creditur. Bonũ nomẽ pluris eſt, quã pecunia.

VI. *D. Gregorius legatum teſtamento relictum eccleſiæ, quia dubium, relinquit hæredibus.*

Ex lib. 7. Regiſtri B. Greg. c. 23.

STephania cum Calixeno filio ſuo paruulo apud Gregorium Romanũ Pontificem de paupertate nimia conqueſta, ab eo exigit, vt domũ poſſeſſionis in Ciuitate Catinenſium, quã Ammonia quondam ſocrus eius, Calixeni auia, eccleſiæ titulo deuotionis obtulerat, eidẽ Calixeno reſtitui curaret; aſſerens illam memoratã Ammoniam alienandi eam non habere licentiam; ſed Calixeni filij ſui per oĩa iuris eſſe. Itaque ne mulieris lacrymas inanes relinqueret, & ne plus rigoris viam, quã pietatis cauſam videretur complecti, mandat memoratam domum, ſimul & donationem ab Ammonia factam de domo, quæ in Sicilia erat, reddendã eſſe, dicens; meliùs eſſe in dubijs non diſtrictionem exequi, ſed ad benignas potiùs partes inflectere, præſertim dũ ex paruæ rei ceſſione nec eccleſia grauatur, & orphano atque pauperi miſericorditer ſubuenitur.

In dubijs nõ ad rigorẽ, ſed ad benignitatẽ deflectendum.

VII. *S. Ephræm vltima voluntas.*

Simeon Metaph. in vita eius 1. Febr.

CVm S. Ephræm Syrus laborum omnium finẽ ſibi, iam imminere exiſtimaret, pro extrema voluntate ſerio cunctis præcepit, ne veſte aliqua pretioſa, corpus eius terræ mandarent: Quinimò, inquit, ſi quis hoc pietatis erga me amore flagrat, is potiùs iam in egenos cõferat. Interea vir quidam diuitijs opumq; magnificẽtia illuſtris,

Pauperũ amor.

veſtem

veſtem vnam magnis exornatam ſumptibus corpuſculo eius parauerat; ſed intellecto viri ſanctiſſimi mãdato propoſitum mutauit, ſtatuitque tantundem auri potiùs, quam veſtem pretioſam egenis pendere. Sed cum de die in diem opus differret, ſuamq; voluntatem voto præponeret acerbas protinus inobedientiæ pœnas luit. A malo namq; dæmone correptus, diuina prouidẽtia ei traditus eſt ad diſciplinam, cui parens, patrium contempſit mãdatum. Intellexit ergo vir Dei, morbum illum, fructum eſſe peccati. Quid à te, inquit, ò homo, factum eſt, quod non oporteat, quod te in tantum protruſit periculum? Ille autem ſceleris ſui reatum pronuncians aperit inobedientiã, panditque cogitationum ſuarum fluctuationem. Diuinus verò Ephræm miſericordia motus, ſola manuum impoſitione cum precatione coniuncta dæmonem expellit, hominemq; promiſſum ſuum implere parantẽm liberum dimittit.

Peccati fructus obſideri à dæmone.

8. Ephræm impoſitione manus & oratione pellit dæmonẽ.

TIT. XIII. De cœmeterijs.

EXEMP. I. *Quæ olim Chriſtianis cæmiteria.*

Ex Euſ. l. 7. hiſt. Eccl. ca. 10. Onuph. ca. 11. de cœmeterijs.

COemeteria olim erant Chriſtianis (quod & nũc ſunt) veluti templa, & orationum loca, in quibus Epiſcopi ſynodos cõgregabant, ſacramenta adminiſtrabant, verbum Dei concionabantur. Hinc illud ſcitu dignum: cum Imperator quiſpiam perſecutionẽ in Chriſtianos inſtaurare conſtituiſſet, ante omnia eos à cœmiteriis arcere ſolebat ne in vnum conueniendi eis facultas eſſet. Itaque legimus apud Euſebium Cæſarienſem hiſtoriæ eccleſiaſticæ libro ſeptimo, Æmilianum iuridicum Ægypti, in Valeriani perſecutione ita Dionyſium Epiſcopum, preſbyteros, & Clericos Alexandrinos, & alios Chriſtianos in Chriſti fide conſtantes alloquentem: Video vos, & ingratos eſſe, & non ſentire manſuetudinem Auguſtorum, quapropter Alexandriæ non eritis, ſed in Libyam relegabo vos, & vobis, alijſque non licebit ampliùs ſynodos colligere, vel ad cęmeteria, ſicut vocant, ingredi. Quod qui facere comprehenſus fuerit, capite plectatur.

Perſecutio Valeriani.

II. *Olim cœmeteria quanti fiebant.*

Ex eod. Euſeb. l. 9. cap. 4. Onuphr. ibidem.

LEgimus Galerium Maximinum aliquando conatum cœmeteria rurſus Chriſtianis adimere, cum eos diſſipare, atque peſſundare vellet: Itaque, inquit: Nihil non ad ſubuerſionem noſtram molitus, primùm nobis libertatem in cœmeterijs conueniendi prætextu quodam adimere conatur.

III. *Reſtitutio cœmeteriorum magnum beneficium.*

Onuphr. Panuin. de cœmeterijs ca. 11.

EXtat Gallieni Auguſti edictũ, quo Chriſtianis cœmeteria ſua reſtitui iuſſit, vt ad ſua ſacra coire poſſent, quibus à patre ſuo Valeriano Imperatore paulo ante impiis edictis prohibiti fuerant. Eius rei ita Euſebius libro ſexto meminit: Valeriano Imperatore capto, filius eius Gallienus monarchiam nactus, moderatiùs imperio vtitur, ac confeſtim publicis edictis perſecutionem contra nos motam remiſit, & vt doctrinæ noſtræ præſides cuncta liberè pro conſuetudine ſua obirent, dato reſcripto præcepit. Extat eius conſtitutio, quam ad Epiſcopos miſi, permittens illis illa loca recipere, quæ cęmiteria vocamus.

Gallienus Auguſtus perſecutionẽ ſedat.

IV. *Pontifices curam habent magnam circa cœmeteria.*

Onuphr. c. 12. de cœmeterijs.

PAulus Papa magnam ſollicitudinis curam erga ſanctorum cœmeteria indifferenter gerebat, Vnde cernens plurima eorumdẽ ſanctorum cęmeteriorũ loca neglecta, ac deſidia antiquitatis maxima demolitione, atq; iã vicina ruinæ poſita, protinus eadẽ ſanctõrũ corpora de iſtis dirutis abſtulit cœmeteriis, quę cum hymnis & canticis ſpi-

meum eſt, cum vſuris. Gregis mei te poſui paſtorem, exercituſq; Eccleſiaſtici ducem: lactis eorum vbertate famem, lanarumque tegmine frigoris repellere conſueuiſti algorem. Præſentes ergo neceſſe eſt eorũ ſalutationem, quorum te præpoſui præſulem.

II. *Quidam ad modicum tempus è vita digreſſus, poſtque ad vitam reuocatus viuit auſteriſſimè.*

Io. Clim. li. de 30. Gradib. grad. 6.

NOn omittam hic ſolitarij illius, qui in Choreb habitabat referre hiſtoriam. Hic cum diutius negligentiſſimè vixiſſet, nullamq; animæ ſuæ curam penitus haberet, morbo tãdem comprehenſus ad extrema deductus eſt. Cumq; iam corpore perfectè migraſſet, poſt vnam horam in ſeipſum redijt, orauitque nos omnes, vt inde protinus abſcederemus, & cellæ aditu lapidibus obſtructo, permanſit intus annis duodecim, nulli omnino quidquam loquens, nec aliud quidquam præter panem & aquam deguſtans. Sedens autem ea tantum, quæ in exceſſu viderat, attonitus voluebat, atq; in his adeo fixo ſemper erat cogitatu, vt nunquam iam vultum immutaret; ſed ſemper ſic attonitus perdurans vim lacrymarum feruentium tacitus profunderet. Cum verò iam morti eſſet proximus, rupto ac patefacto aditu, ingreſſi ſumus. Cumque ab illo doctrinæ verbum ſupplices inquireremus, hoc ab illo tantummodo audiuimus: Ignoſcite mihi. Nemo, qui reuera mortis memoriam agnouerit, peccare vnquam poterit.

Viſio eorum quæ poſt mortem expectanda ſunt viuæ meliorũ ſtimulus acerrimus.

Mortis memoria.

III. *Cuiuſdam admirabilis vitæ exitus, quaſi in iudicio conſtituti.*

Idẽ Climac. ib. gradu 7.

HVic aliam mirabilem ad animarũ ædificationem adijciam hiſtoriã. Stephanus quidem hoc in loco habitans, ſolitariam & quietam vitam adamauerat. Hic cum annos plurimos in monaſtico certamine egiſſet, ieiunijſque maximè, & lachrymis eſſet ornatus, alijſq; præterea virtutum priuilegijs floreret, cellulam ad radicem montis, in quo ſacram illam, diuinamq; viſionem ſpeculatus olim fuerat Helias, ſibi conſtruxerat. Hic igitur tam venerandus moribus intentione maioris, laborioſiorisq; pœnitentiæ profectus eſt ad Anachoretarum locum, cui Fides nomen erat. Quo in loco cum annos aliquot arctiſſimo vitæ inſtituto peregiſſet, (erat enim is locus ab omni cõſolatione mortali penitus remotus, omnibuſque fere hominibus inuius: ſeptuaginta enim fere millibus paſſuũ ab omni humana habitatione diſiunctus erat) rurſus extremo vitæ tempore redijt, cupiens in cellula ſua priore ſancti illius montis habitare. Erant autem ibi duo ex Palæſtina diſcipuli admodum religioſi, qui etiam pridie obſeruabant cellulam ſenis. In qua cum paucos egiſſet dies, languorem incurrit, ex quo & mortuus eſt. Igitur ante vnum exitus ſui diem repente animo obſtupuit, apertiſq; oculis ad dexteram atque ad ſiniſtram partem lectuli circumſpiciebat, & quaſi rationẽ quidam à ſe exigerent, cunctis qui adſtabant audientibus, aiebat aliquando quidem; Ita ſane, Sic reuera eſt, ſed pro hoc tot annis ieiunaui. Aliquando verò: Non certè, ſed mentimini, hoc non feci. Deinde rurſus: Ita verè eſt, hoc ita eſt; ſed fleui, ſed miniſtraui. Ac rurſus: Verè me accuſatis. In quibuſdam etiam aliquando aiebat: Ita ſanè, & quidem ad hęc quid dicam non habeo; ideo miſericordia eſt.

Anachoretæ ĩ vita auſteritate eminent.

Dæmones in morte ſũt hominũ accuſatores.

Rõ villicationis exigitur.

IV. *Exemplum terribile de iudicio Doctoris Pariſienſis tempore S. Brunonis.*

HVic iudicio particulari fidem facit ſpectaculum anno 1092. exhibitum. Scribit Franciſcus Puteus in vita Brunonis auctoris Carthuſianæ familiæ, floruiſſe eo tempore virum doctrina inter omnes eximiũ, & quod quidem ex externis moribus iudicari poterat, virtute & ſanctitate præditũ, quibus rebus celebritatem nominis

Frãciſc. Put. in vita S. Brunonis, apud Pet. Chyr de iud. partic. c. 6.

præter

prӕter cӕteros aſſecutus ſit. Hic igitur tantus vir in morbum incidit, munitur ſacramentis, moritur. Confluunt ad funeris honorem, vt par erat in homine, qui magnum ſui deſiderium relinqueret, variarum artium doctores, & ſtudioſi: alijs prӕterea magno numero mortales. Effertur longa põpa: deponitur in medio templo, circumſtat, qui exequias Chriſtiano more decantet. Vbi ad eam lectionem ventum eſt, cuius prima ſunt verba, Reſponde mihi, &c. cum omnium admiratione & horrore cadauer aſſurgit, & clarè, vt à tota circumfuſa coronâ exaudiretur, exclamat. Iuſto Dei iudicio accuſatus ſum. Hoc dicto iterum recumbit. Tã admiranda res, omnes qui aderant ingenti terrore compleuit. Itaq; viſum eſt differre ac poſtridie inſtaurare funus. Interim fama tam nouӕ rei vulgata, vt in ampla & populoſa vrbe, infinitam vtriuſq; ſexus multitudinem vndiq; exciuit. Poſtridie inſtaurantur exequiӕ. Circumſtãt omnes exſpectabundi. Atque ecce ibi, cum iterum illa verba pronunciata eſſent, iterum cadauer ſe erigens exclamat: Iuſto Dei iudicio iudicatus ſum, iterumq; reclinat caput. Tum verò incredibilis omnibus inceſſit pauor. Sed quod nõdum etiam, quӕ de ipſo ſententia lata eſſet, appareret; (ſuſpicari enim poterat accuſatum illum falſò à criminatore diabolo, iudicatũ quidem a Deo, ſed abſolutionis ſententia) viſum eſt tertiò proferre diem funeris. Tum verò tota ciuitas ad tam inuſitatum ſpectaculum concurrere. Peragitur, quod vocant, Officium defunctorum. Ad eundem locum lectionis, hic tertiò infelix ille caput erigens, horribili boatu diuini tribunalis ſententiam proclamat: Iuſto Dei iudicio condemnatus ſum. Quis fuerit tunc omnibus prӕſentibus animorũ ſenſus, qui pallores, qui tremores, qui metus: verbis explicari non poteſt. Vnum hoc conſtat, Brunonem adoleſcentem, ſtudentem litteris, cum ſex eiuſdem ſtudij, & ӕtatis ſodalibus, ex tam horribili iudicio hominis, omnium opinione probi, & ſancti tantum pauoris concepiſſe; vt relicto ſeculo, in mõtes Sabaudiӕ, & Delphinatus ex templo aufugerint, atque in ſyluas, quӕ ipſo horrore inferos ſemper reprӕſentarent, ſe abdiderint. Teſtantur in hodiernum diem terroris illius magnitudinem toto orbe extructa, & mira ſanctitate florentia Carthuſianorum monaſteria, quorum ille ordinem, inuſitata corporis aſperitate, tum primum cum ſex illis ſodalibus inchoauit.

Exequiarũ ritus. — *Viſio terribilis* — *Accuſatio in diuino tribunali* — *Iudicij Dei.* — *Sententia Dei, & condemnatio.* — *Brunonis auctoris Carthuſia cõuerſio.* — *Origo ordinis Carthuſiani.*

V. *Terribile iudicium Vdonis Epiſcop.*

CVm Vdo Epiſcopus, ne ſignis quidem, ac diuinis vocibus commonitus, ab impudicitia ſibi temperaret, viri religioſi Deum, vt Epiſcopum, aut corrigeret, aut tolleret, rogauerunt. Inter eos cũ noctu in eccleſia S. Mauritij Fredericus Canonicus eiuſmodi, precibus operam daret, vehementioris ventis afflatu omnia, quӕ in templo erant lumina, extingui perſpexit; nec multò poſt, duos iuuenes venire duo candelabra accenſis cereis ferentes, & Chriſtum, cum parente eius, atque Apoſtolis ſubſequi. A quibus cum eſſent vocati ſancti homines, quorum corpora in templo quieſcebant, viſus eſt inter eos Mauritius venire, qui lõga atq; graui oratione Vdonem Epiſcopum accuſauit, quem haud multò poſt Chriſtus nudum adferri à duobus iuſſit, atque damnauit. Is autem pugno ab ipſorum altero, qui eum portarunt, grauiter in medijs renibus ictus, Chriſtianam hoſtiam, quam in communione eius diei pridie ſumpſerat, reuomuit in calicem, qui altari impoſitus fuit, atq; ſecuri percuſſo Vdone, rerum illarum omnium viſio euanuit. Quare vehementer territus Fredericus, cum ad altare acceſſiſſet, calicemque in eo eſſe cum Chriſtiana hoſtia, inſpexiſſet, & ſimul Epiſcopum mortuum, humi iacentem, alios religioſos viros excitauit, qui abla-

Fulgoſ. l. 9 cap. 12 Naucle. vol. 2. gener. 37. S. Antonin. — *Viſio horribilis.* — *S. Mauritius Vdonẽ Epiſcopũ coram Deo accuſat.* — *Vdo Epiſcopus in agro ſepelitur.*

tum

ſtum inde Epiſcopi corpus in agro ſepeliuerunt.

VI. *Chilperici Tyranni horrendum iudicium.*

Greg. Turon. li. 8. hiſt. Fr. cap. 5.

CIrca annum Domini 587. Guntrãno Regi de Chilperico, peſſimo Francorum Tyranno, viſio huiuſmodi fuit oſtenſa; quam ipſemet Rex apud Gregoriũ Turonenſem ſic narrat. Vidi & ego aliam viſionem, quæ huius interitum nunciauit. Adducebatur .n. in conſpectu meo à tribus Epiſcopis vinctus catenis: quorum vnus Tetricus, alius Agricola, tertius verò Nicetius Lugdunenſis erat; è quibus dicebant duo: Soluite eum, quæſo, & caſtigatum abire permittite. Quibus è cõtrario cum amaritudine Tetricus Epiſcopus reſpondebat: Non fiet ita, ſed igne concremabitur pro ſceleribus ſuis. Et cum diu multumque altercantes, quaſi hæc inter ſe verba conferrent, conſpicio eminus ahenum ſuper ignem poſitum feruere vehementer. Tunc me flente apprehenſum infelicem Chilpericum, confractis membris, proijciunt in æneum. Nec mora, inter vndarum vapores ita diſſolutus, ac liquefactus eſt, vt nullum ex eo penitus indicium remaneret.

Tetrici Epiſcopi ſeuera de Chilperico ſẽtentia.

VII. *Alterius impij iudicium metuendum.*

Cromer. li. 9 hiſt. de rebus Polonorũ

NOn libet autem & miraculum ſilentio præterire, inquit Martinus Cromerus, quod illo tẽpore multis teſtibus accidit. In Polonia homo quidam ſplendidus equeſtris ordinis, ſed violẽtus & rapax, & ſuis iuxta ac alienis grauis, cũ grauiter ægrotaret, admonitus crebro à religioſis quibuſdã viris, vt ad Dei clementiã confugiens animæ ſuæ ſaluti cõſuleret, negauit ſibi veniæ locum relictum eſſe; iam .n. diuino iudicio traditum ſe eſſe dæmonũ poteſtati. Nec mora, audiuntur à circũſtantibus vehementium verberum & percuſſionũ ſtrepitus: apparent in corpore ægroti fœdi liuores atq; vibices, ita vt omnes obſtupeſcerent. Inter hæc ille infelix nullam vocem, nullumque gemitum edens, ter infelicem animam exhalauit, hic exorſus ſupplicia, quæ deinde apud inferos æternum expenderet, vt eſſet exemplo ijs, qui ex aliorum incommodis ſtudent ſua commoda parare. Annus tunc agebatur 1276.

Deſperatio hominis raptoris & violenti.

VIII. *Interdum ſuſpenditur iudicium ſeu eius executio, vt reſipiſcant male morientes, ſanctorum precibus.*

S. Greg. Magn. l. 1. Dialog. c. 12

IN Prouincia Valeriæ erat vir quidã vitæ valde admirabilis, nomine Seuerus, eccleſiæ B. Mariæ Dei genitricis, & ſemper Virginis ſacerdos. Hunc cum quidam pater familias ad extremũ veniſſet diem, miſſis concitè nuntijs rogauit, vt ad ſe quanto ocyus poſſet, veniret ſuiſq; orationibus pro peccatis eius intercederet, vt acta de malis ſuis pœniẽtia, ſolutus culpa de corpore exiret. Qui videlicet ſacerdos, inopinatè contigit, vt ad putandã vineã eſſet occupatus, atq; ad ſe venientibus diceret: Antecedite; ecce, ego vos ſubſequor: cũq; videret ſibi in eodem opere parum aliquid ſupereſſe, paululum morã fecit, vt opus quod minimum, reſtabat expleret, quo expleto cœpit ad ægrũ pergere. Eunti verò in itinere occurrentes hi, qui priùs venerant, obuiam facti ſunt, dicẽtes: Pater, quare tardaſti? noli fatigari, quia defunctus eſt. Quo audito ille contremuit, magniſq; vocibus, ſe interfectorẽ illius, clamare cępit. Flens itaq; peruenit ad corpus defuncti, ſeq; corã lecto illius cum lacrymis in terram dedit: cumque iam vehementer fleret, in terram caput tunderet, ſeque reum mortis illus clamaret: repente is qui defunctus fuerat, animam recepit. Quod cum multi, qui circumſtabant, adſpicerent, admirationis vocibus emiſſis, cœperunt amplius flere præ gaudio. Cumque eum requirerent, vbi fuerit, vel quomodo rediſſet, ait:

Sacerdotibus ad agros vocatis mora trahẽda nõ eſt

Mortuus reuixit.

Tetri

Tetri valdè erant homines, qui me ducebant, ex quorum ore, & naribus ignis exibat, quem tolerare non poteram, cumque per obſcura loca me deducerent, ſubito pulchræ viſionis iuuenis, cũ alijs nobis euntibus obuiam factus eſt, qui me trahentibus dixit: Reducite illum, quia Seuerus presbyter plangit. Eius enim lacrymis Dominus eum donauit. Qui ſcilicet Seuerus, protinus de terra ſurrexit, eiq; pœnitentiam agenti opem ſuæ interceſſionis præbuit. Et dum per dies ſeptem de perpetratis culpis pœnitentiam æger rediuiuus ageret, octaua die, lætus de corpore exiuit.

Preces & lacrymæ Seueri presbyteri mortuo ſalutares.

IX. *Quidam mortuus ſeruatur precibus B. Cæſarij.*

In vita S Aimonis Archiepiſ. Coloniẽſis l 1 c. 35 apud Su. 4 Decemb.

S Cæſarij martyris cultus.

Mortuus reuiuiſcit.

IN vrbe Roma vir quidam Andreas, nomine non opere; diuitijs, & vitæ delicijs affluens, laxæ conuerſationis amplam terebat viam animam oneri, corpus habens voluptati; cui præter nomẽ Chriſtianitatis, & emortuam fidem Chriſtianæ religionis nihil videbatur ineſſe, excepto quod B. Cæſario martyri deuotus, eccleſiam eius cum cereis frequentare ſolebat. Hic generali mortis conditione præuentus, ſerò ſui pœnitens, vltimum efflauit ſpiritum. Nec mora, corpus in feretro compoſitum flentium & plangentiũ amicorum triſti ambiebatur obſequio, ſepulturam eius, ob quædam impedimenta, in diem alterum differentium. Itaq; protractis ad medium noctis excubijs, alto ſilentio cunctis, altoq; ſtupore perfuſis, repente feretrum moueri cœpit; eleuanſque caput qui iacebat exanimis, cum vndiq; circumſpiciens, ampliorem videntibus terrorem incuſſiſſet, fugę præſidium nonnullis arripientibus, omnibus verò pariter mẽte conſternatis, in feretro reſedit. Interim prudentiores fiducia nonnihil ſumpta, procul quibuſdam ſubſiſtentibus, propriùs acceſſerunt, & inſpecto diligenter homine, quid rei contigiſſet, ſciſcitati ſunt, vtrum phantaſijs diaboli illuderentur, an inſueta mortalibus lege ab inferis rediuiuus emerſiſſet, vel (quod magis erat in ſuſpicione) languoris immanitate pro mortuo habitus, oculos tantum intuentium fefelliſſet, cæterum vitam non planè amiſiſſet. Ad hæc ille grauiter ſuſpirans: Non, inquit, ſimulatè, ſed verè mortis incidi ſortem. At verò perpetuæ mortis ſententiam, & in anima & corpore (proh dolor!) luerem, ſi Cæſarij martyris digna Deo non interceſſiſſet ſupplicatio. Subiungenſq; ſecundum tenorem interrogantium. Vbi fuiſſet, quid vidiſſet, & vt redijſſet, ita ait: E corpore violenter eiectus ad terribile, nimiſque pauendum Chriſti ſolium ducebar: Ibi circumſtantibus cũ tremore millibus Angelorum, ego miſerrimus conſcientiæ reus, nec oculos in quemquam illorum ſupplex attollere præſumebam, ſolummodo diſtricti iudicis triſtem ſententiã accipiens, à teterrimis, & horrore plenis dæmonibus, ad æternæ damnationis loca trahebar abſq; miſericordia; pectuſq; feriens, ac nimis flebiliter ingemiſcẽs. Illius inquit, horæ miſeria, nullis dignè exponenda verbis, mei cordis memoria numquam elabitur. Cumque me flentem procaciſſimi dæmones cachinnantes, meiſque caſibus inſultantes, ad perditionem atrociter impellerent: pretioſus martyr Cæſarius meis calamitatibus piè commotus, cum fauore ſanctæ Dei Genitricis, ſanctorũque Apoſtolorum, & Martyrum procidit ante Dominum, vulnerum ſuorum ſtigmata demonſtrans, & dicens: O clementiſſime Domine, tremendi nominis tui cauſa, hæc quondam libenter excepi, nec erat in his perferendis, licet caro gemeret, vlla reluctatio mentis, dummodo temporalium tormentorum aſperitate corpus ſemel enecatum, nullis deinceps triſtitiæ ſtimulis vel animam, vel carnem, te præſide afficeret. Quid itaque te, qui pius es, inſpiciente, nouis in corde doloribus denuo premor? Ecce qui meo credu-

Sanctorũ patrocinium clientibus ipſorũ ſalutare.

Martyris preces pro ſuo cliente, & cultore.

dulus patrocinio, vitam ſuam mihi commiſit ex integro, præceps impellitur ad inferos, iamq; meritò ſtultitiæ arguitur, qui vana ſpe ſeductus me coluerit, vt vitæ ſuæ gubernatorem, quem in alleuandis ſaltem ſuppliciis habere non poſſit interceſſorem. In his vocibus eo coram Chriſto iacente, piiſſima Dei genitrix virgo Maria cũ reliquis ſanctis ſe adiungens, filium & Dominum ſuum ad voluntatem martyris ſui flexit: per cuius imperiũ peſſimis dæmonibus ereptus, iam veniæ ſecurus & vitæ, corpus ad hoc reinduere iuſſus ſum, vt his cognitis vnuſquiſq; ſalutis ſuæ ſollicitior reddatur. Hæc homine perorante, cum adſtantes ſtupor inuaderet, collegit ſe ſuper feretrum, & obiit. Tali concluſione rem doctor egregius finiens, omnes ſuſpiriis, & compunctione, quod audierãt, commendantes mox allocutus eſt: Et vos, fratres, voſq; ſorores, huius conſiderationem facti in cordium veſtrorum ſecreta admittentes, ad quemcumque deuotionis, & ſeruitii cultum vos ipſos ſanctis Dei offerte, vt extremæ tribulationis anguſtiis arctati, quemlibet ſanctorum tanto lætior quiſque veſtrum illic patronum experiatur, quanto deuotior hic in eius vixit obſequio.

B. Virg. Mariæ & ſanctorũ patrocinium pro anima periclitãte

Patronos ſibi è ſãctis adſciſcere per quã ſalutare

TIT. XV. De iudicio vniuerſali.

Iob 14. *Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus?*

Sophon 1 *Iuxta eſt dies Domini magnus: iuxta eſt & velox nimis: vox diei Domini amara: tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & anguſtię: dies calamitatis & miſerię, &c.*

Matt. 12 *Dico autem vbis quoniam omne verbum otioſum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij.*

Luc. 21. *Et erunt ſigna in ſole, & luna & ſtellis, & in terris preſſura gentium, præ confuſione ſonitus maris & fluctuum, areſcentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi. Nam virtutes cælorum mouebuntur: & tunc videbant filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna & maieſtate.*

Voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis iam non relinquitur pro peccatis hoſtia: terribilis autem quædam expectatio iudicij & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios. *Ad Hebræs 10*

EXEMPL. I. *Sanctus Hieronymus vehementer horruit extremum Dei iudicium.*

SCribit Dionyſius Carthuſianus, viros ſanctos eorum quæ in nouiſſimo iudicio futura ſunt, conſideratione frequenter compunctos, viriliter omnibus tentationibus reſtitiſſe, & præſertim S. Hieronymum eiuſdem iudicii terrore perculſum fuiſſe. Horum, inquit, conſideratione ſancti viri frequenter compuncti fuerunt ac territi, reſiſtentes fortiſſimè omni tentationi ac prauitati. Vnde ſanctus fatetur Hieronymus: Quoties diem illum conſidero, toto corpore contremiſco. Siue enim comedo, ſiue bibo, ſiue aliud aliquid facio, ſemper mihi videtur turba illa terribilis ſonare in auribus meis: Surgite mortui, venite ad iudicium.

Dionyſ. Carthuſ. lı de remedijs tentationum art. 12.

II. *S. Auguſtinus timore nouiſſimi iudicij retractus identidem à voluptatibus.*

DE ſe fatetur ipſe S. Auguſtinus, nullum fortius ſibi fuiſſe retinaculũ à præcipitio carnalium voluptatum, quam mortis & iudicii vltimi recordationem. Nec me, inquit, reuocabat à profundiore voluptatum carnalium gurgite, niſi metus mortis & futuri iudicii tui, qui per varia quidem opi-

D. Aug. lib. 16. Cõf. c.16

opiniones, numquam tamen receſſit de pectore meo.

III. *Bogoris Dux Bulgarorum conſiderato in pictura dumtaxat Dei iudicio, ad fidem Chriſti conuerſus eſt.*

Georgius Cedrenus in compendio hiſtoriarũ Ioannes Curopalates

NArrat Cedrenus, tempore Michaelis Imperatoris, qui Theophili item Imper. filius fuit, Bogorim, Bulgarorum Ducem ſic ad fidem fuiſſe conuerſum: Supra modum, inquit, venationibus delectabatur, quibus cupiens non modo cum venatũ iret, perfrui, ſed etiam in otio; noua ædificata domo Methodium quendam monachum genere Romanum, & arte pictorem, iuſſit eam hiſtorijs exornare. Diuino autem inſtinctu factum eſt, vt nõ diceret nominatim, qualia ibi animalia depingi vellet; ſed iuberet, qualia pictor ipſe vellet, dũ terribilia modo eſſent. Hic verò nihil ſciens terribilius ſecundo Chriſti aduentu (ſiue extremo Dei iudicio) eum ibi depinxit. Dux verò videns inde iuſtorum turbam, hinc gregem peccatorum punitum, atq; à pictore intelligens picturę ſenſum, extemplo ſuam abiurauit ſuperſtitionem, atque à ſancto Epiſcopo catechizatus intempeſta nocte diuinum ſuſcepit baptiſmum. Cõtra eum proceres Bulgarorum ac populus propter mutatam religionem inſurrexerunt, eumque interficere conati ſunt: quos ille parua ſuorum manu, ſigno Crucis prælato fudit, req; inopina ſtupefactos ad fidem Chriſti perduxit.

Pictura rum ſacrarum vtilitas.

Crucis ſignum castris prælatum.

IV. *S. Ceadda Merciorum in Anglia Epiſcopus ſolitus ſæpenumero extremum iudicium in memoriam reuocare, lætus moritur, Angelis ad cælum comitantibus.*

Vener. Beda li. 4. hiſt. gẽtis Anglorum cap. 3

SCribit Venerabilis Beda, ſanctum Ceaddam ſemper, dum viueret, diem Domini ſollicitum expectaſſe, & quoties tonaret, aut fulguraret, aut vehementior aliqua procella ingrueret, ſolitum eſſe in memoriam reuocare extremum iudicij diem, & miſericordiam Domini inuocare, atque eam humano generi propitiare. Itaque paratum expectaſſe horam tranſitus ſui, immo & mortis diem ei prænunciatam ab Angelis, quibus quoque comitantibus ad cælos emigrauit. Promiſerant enim Angeli, ſe poſt dies ſeptem ad eum redituros, ſecumq; vnà ad cælum adducturos. Quod quidẽ, inquit Beda, ita vt ei prædictum erat, opere completum eſt. Nam confeſtim languore corporis tactus eſt, & hoc per dies ingraueſcente, ſeptimo, vt promiſſum fuerat, die, poſtquam obitum ſuum Dominici corporis & Sanguinis perceptione muniuit, ſoluta ab ergaſtulo corporis anima ſancta, ducentibus, vt credi fas eſt, Angelis comitibus ęterna gaudia petiuit. Non autem mirum ſi diem mortis vel potiùs diem Domini lætus aſpexit, quem ſemper vſq; dum veniret, ſollicitus expectare curauit. Namq; inter plura continentiæ, humilitatis, doctrinæ orationis, voluntariæ paupertatis & cæterarum virtutum merita, in tantum erat timori Domini ſubditus, in tantum nouiſſimorum ſuorũ omnibus operibus ſuis memor, vt, ſicut mihi quidam frater de iis qui me in ſcripturis diuinis erudiebant, & erat in monaſterio ac magiſterio illius educatus, vocabulo Trũbert, referre ſolebat, ſi forte legente eo vel aliud quid agente repente flatus venti maior aſſurgeret, continuò miſericordiam Domini inuocaret, & eã generi humano propitiari rogaret.

Viaticũ ſpiritus ante mortem.

Nouiſſimorum memoria.

Trũbertus venerabilis Bedæ magiſter.

TIT. XVI. De inferno.

EXEMPL. I. *Petrus monachus conſpectis inferni ſupplicijs auſteriſſimè vixit.*

QVidam Illyricianus monachus, qui in hac vrbe in monaſterio mecum viuebat, inquit S. Gregorius, mihi narrare conſueuerat, quia quodam tempore cum adhuc in eremo moraretur, agnouerit quod Petrus quidam monachus ex regione ortus

S. Greg. Magn. l. 4 dial. cap. 36.

Hi-

Hiberiæ qui ei in loco vaſtæ ſolitudinis, cui Iuaſa nomen eſt, inhærebat, ſicut ipſo narrante didicerat, priuſquã eremum peteret, moleſtia corporis interueniente defunctus eſt, ſed protinus corpori reſtitutus inferni ſe ſupplicia atq; innumera loca flammarum vidiſſe teſtabatur. Qui etiam quoſdam huius ſeculi potentes in eiſdem flammis ſuſpenſos ſe vidiſſe narrabat, qui cum iam ductus eſſet, vt in illas & ipſe mergeretur ſubito Angelum coruſci habitus apparuiſſe fatebatur, qui eum in ignem mergi prohiberet: qui etiam dixit: Regredere & qualiter tibi poſthac viuendum ſit, cautiſſimè attende. Poſtquam vocem paulatim recaleſcentibus membris ab æternæ mortis ſomno euigilans, cuncta, quæ circa illum fuerant geſta narrauit: tantiſque ſe poſtmodum ieiunijs, vigilijſq; conſtrinxit vt eum inferni vidiſſe & pertimuiſſe tormenta, etiamſi taceret lingua, conuerſatio loqueretur.

Pœnarũ inferni cõſideratio ad bonum vergit.

II. *Stephanus vir nobilis ad inferos raptus viſis multis quæ non crediderat, vitæ reſtitutus eſt.*

Idẽ ibid.

ILluſtris vir Stephanus, inquit S. Gregorius, quem bene noſti, de ſemetipſo mihi narrare conſueuerat, quia in Conſtantinopolitana vrbe pro quadã cauſa demoratus moleſtia corporis ſuperuenenienre defunctus eſt: cũque medicus atq; pigmentarius ad aperiẽdum eum atq; condiendum eſſet quæſitus & die eodem minimè inuentus, ſubſequente nocte corporis iacuit inhumatum. Qui ductus ad inferni loca, vidit multa quæ priùs audita non credidit. Sed cum præſidẽti illic Iudici præſentatus fuiſſet, ab eo receptus nõ eſt, ita vt diceret: Nõ hunc adduci, ſed Stephanum ferrariũ iuſſi. Qui ſtatim reductus in corpore eſt, & Stephanus ferrarius qui iuxta eum habitabat, eadem hora defunctus eſt: ſicque probatum eſt vera fuiſſe verba quæ audierat: dum hæc effectus mortis Stephani demonſtrauit. Ante triennium quoque in hac peſtilentia, quæ hanc vrbem (Roma) clade vehementiſſima depopulauit, in qua etiam corporali viſu ſagittæ cælitus venire & ſingulos quoſque ferire videbantur, ſicut noſti, Stephanus idem defunctus eſt.

III. *Militis cuiuſdam viſio de locis inferis admirabilis.*

Ibid.

PErgit idem D. Gregorius his verbis: Quidam miles in hac vrbe noſtra (Roma) percuſſus, ad extrema peruenit. Qui eductus de corpore, exanimis iacuit, ſed citius rediit, & quę cum eo fuerant geſta, narrauit. Aiebat .n. (ſicut tunc res eadem etiam multi innotuit) quia pons erat ſub quo niger atq; caliginoſus, fœtoris intolerabilis nebulam exhalans fluuius decurrebat. Tranſacto autem ponte, amœna erant prata atque virentia, odoriferis herbarum floribus exornata, in quibus albatorum hominum conuenticula eſſe videbantur: tantuſque in eodem loco odor ſuauitatis inerat, vt ipſa ſuauitatis fragrantia, illic deambulantes, habitanteſque ſatiaret. Ibi manſiones erant diuerſorum ſingulæ magnitudine lucis plenæ. Ibi quædam miræ potentiæ ædificabatur domus, quæ aureis videbatur laterculis conſtrui; ſed cuius eſſet, non potuit agnoſci. Erant vero ſuper ripam prædicti fluminis nonnulla habicula: ſed alia exurgentis fœtoris nebula tegebat, alia autem exurgens fœtor è flumine minimè tangebat. Hæc verò erat in prædicto ponte probatio: Vt quiſquis per eum vellet iniuſtorum tranſire, in tenebroſum fœtentemque fluuium laberetur, iuſti vero, quibus culpa non obſiſteret, ſecuro per eum greſſu, ac libero ad loca amœna peruenirent.

Loca amœna et odorifera.

Pons probationis iuſtorum & iniuſtorum.

IV. *Ioſaphat Regis admiranda viſio de locis inferis.*

Ioa. Damaſ. in hiſt. ss Barlaã & Ioſaphat. c. 30.

CVm Ioſaphat adoleſcens, Auenniri Indorum Regis filius, ac Barlaam diſcipulus, per aliquot horas cũ lacrymis preces fudiſſet, genuaq; perſæpe flexiſſet, in terram ſe proſternens, vt ſpiritũ carnis ſuperaret, paululum obdormiſcens ſeipſum à quibuſdam horrendis viris arripi videt; regionibuſq; quibuſdam, quas numquam viderat, peragratis, in ampliſſimum cãpum perduci, pulchris floribus, atque ingenti ſuauitate præditũ vbi & plantas omnis generis cernebat, inuſitatis quibuſdam & admirandis fructibus, tum viſu iucundiſſimis, tum perceptu ſuauiſſimis redundantes. Arborum porro folia, ex tenuiſſima quadam aura dulcem ſonum edebãt: ac dum impellerentur inexplebilem odoris fragrantiam emittebant. Quin etiam ſedes illic ſitæ erant, auro atq; ingentis pretij lapidibus ſtructæ, luculentum ſanè ſplendorem afferentes, lectique item illuſtres, miris quibuſdam ſtragulis, atque elegantia, omnem orationis facultatem ſuperante coornati. Adhæc aquæ profluebant, perquam limpidæ, oculoſque ipſos oblectantes. Tum autem per ingentem atq; admirandum hunc campum, horrendi illi viri, eum in vrbem quandam introduxerunt, inenarrabili ſplendore rutilãtem, ex pellucido quidem auro muros, ex lapidibus autem à nemine vnquam viſis, pinnas, ac propugnacula exſtructa habentem. Et quis tandem eſt, qui vrbis illius pulchritudinem, ac ſplendorem ſermone conſequi poſſit? Lux porro ſupernè radijs identidem micans, omnes ipſius vicos implebat, atq; alati quidam exercitus lucidi omnes in ea morabantur, eiuſmodi cantum edentes, quem numquam mortalis auris audiuit, vocemque dicentem audijt: Hæc eorum qui iuſtitiam coluerint, eſt requies: Hoc eorũ, qui Domino ſuæ vitæ rationes probarint, oblectamentum. Hunc autem ex illo loco eductum, terribiles illi viri retrorſum ducere velle dicebant: At ipſe iucunditate illa, lætitiaq; animi omnino raptus, Ne me quæſo, inquiebat, ne me, inquam, hac lætitia, quæ nullis verbis exprimi poteſt, priuate: verùm hoc mihi concedite, vt in vno ampliſſimæ huiuſce ciuitatis angulo degam. Illi autem ad hunc modum reſpondebant: Fieri nunc minimè poteſt, vt hic ſis. Hoc autem multis laboribus, ac ſudoribus tandem conſequeris, ſiquidem tibi ipſi vim intuleris. Hoc ſermone habito, ac maximo illo campo rurſus peragrato, cum in tenebroſa loca, omniſque mœroris plena, atque cum eo ſplendore, quem priùs conſpexerat, ac lætitia illa, è diametro pugnantia, duxerunt. Etenim obſcura prorſus ac tenebroſa caligo erat, atque afflictione ac tumultu totus ille locus redundabat. Illic ignis fornax accendebatur, & carnificum vermium genus ſerpebat, vltriceſq; virtutes fornaci imminebant. Ac nonnulli miſerum in modum igni conflagrabant: voxq; huiuſmodi audiebatur: Hic ſceleratorum locus eſt: hic eorum cruciatus, qui fœdis flagitijs ſeipſos contaminarunt. Poſt autem ab his, qui eum illuc introduxerant, ex eo loco eductus eſt. Statimque ad ſe rediens, toto corpore contremiſcebat, lacrymæque fluminum inſtar ex ipſius oculis fluebant: atque omnis impudicitiæ turpitudo, quouis cœno & ſanie fœtidior ipſi viſa eſt: memoriaque ea quæ viderat, recolens, tum bonorum illorum cupiditate, tum dolorum illorum metu correptus, in lecto iacebat, ſic affectus, vt nulla ipſi exſurgendi poteſtas eſſet.

Loca amœniſſima.

Ciuitas nobiliſſima, ac pretioſiſſima.

Iuſtorũ requies.

Inferni imago.

V. *Stupenda alterius viſio inferorum.*

Ex Annal. Soc. an. 1596 ſub Collegio

REcentius eſt illud, quod in Mexicana Prouincia contigit anno Domini 1596. Erat in oppido quodã medicus indigena, tanta morbi preſſus gra-

Mexic. ad ædes S.Greg. grauitate; vt die quadam ſenſibus omnibus deſtitutus, pro mortuo haberetur, iacuit exanimi ſimilis horas multas: ad eum vocatus noſter ſacerdos, qui loca illa peragrabat, ægrotos leuandi cauſa, cum explorato venarum pulſu, nullum in eo vitæ reſiduum ſenſiſſet, ratus illum eſſe mortuum, quando nihil aliud ſupererat, funebrem illi ex forma eccleſiæ pſalmodiam, cærimoniamque perſoluit: vt, cum maturum eſſet, terræ mandaretur. Interim alios eiuſdem oppidi ægrotos adit, cum ecce tibi poſt duas horas, exanimis ille ægrotus, quaſi ſomno expergeſtus, ſacerdotem, cui peccata cōfiteatur, accerſi poſtulat, aduenit pater admirationis plenus ægroti excipit confeſſionem: qua peracta, rogat ſacerdotem ægrotus, vt quę in eo mentis exceſſu viderit, audire ne grauaretur. *Viſio me dici cuiuſdam Mexicani.* Narrauit ſe in latam quandam viam, & ſpatioſam eſſe deductum, per quam innumerabiles homines iter facerent: hanc autem quo longius tenderet, eo magis in arctum coarctari, dones in vaſtum quēdam hiatum, immenſamque voraginem deſineret, quo cum deſcendiſſet, in eas anguſtias deueniſſe, vnde ſe non poſſet expedire, omni tum progrediendi, tum regrediendi adempta poteſtate. *Inferni imago vmbratilis.* Coniectis inde oculis in obiecta præcipitia, vaſtam quaſi calcariam fornacem vidiſſe ingenti igne ſuccenſam, inde has voces accepiſſe ſe: (ad verbum refero.) Nunc ſcelerati ebrietatis, turpitudinis, & rapinarum pęnas luetis: nūc illatas pauperibus iniurias vlciſcemur. Harum vocum terrore perculſum ſeſe à viro admiranda ſpecie in manu apprehenſum, ex anguſtiis illis, impeditiſque ac confragoſis ſalebris ereptum, in ſummum montis iugum, indeque aſpera, & lapidoſa ſemita in latiſſimam, amęniſſimamque planiciem, perpetua viriditate, gratiſſimaque florum ſpecie vernantem eſſe deductum; inde in locum clariore lumine lucentem deueniſſe, ibi portam maiore adhuc ſplendore fulgentem, intrare conatum à duce ſuo retentum eſſe, monitumque iterum rediret in vitam: animique ſordes confeſſione perpurgaret, tunc ipſi intra eam portam ingreſſum expeditum fore. *Paradiſi quædam adumbratio.* Admone igitur, ſubiecit ille, veneficam illam popularem turbam horum ſuppliciorum, quæ vidiſti: mortem propere illi imminere, æternaque ſupplicia fornacis, quam ſpectaſti, niſi animum malæ actæ vitæ pœnitudo ſubeat. *Audita in exceſſu mortis* Caciquium quoque (hoc titulo indigenæ Dynaſtæ opidorum Domini afficiuntur: & hic Chriſtiana ſacra iam ſuſceperat) in venerem, adiecit, & crapulam effuſum, qui quo procaciùs in omnium turpitudinum cęno volutetur, veſtes induit muliebres; mone vt maturè ſibi conſulat; & per confeſſionem peccatorum vim irati numinis à ſe auertat. Quæ cum narraſſet, omnium ſacramentorum præſidio munitus, triginta tantùm vixit horis.

VI. *Infernalium pœnarum conſideratio compunctionem, & lacrymas ciet.*

IOannes Climacus narrat ſe in viſitatione Monaſteriorum Fratrem quendam, qui culinæ curam habebat, reperiſſe ſingulari lacrymarum gratia præditum; à quo cum ſedulo ſciſcitatus fuiſſet, qua ratione tantum donum eſſet adeptus, demùm precibus inductus Frater reſpondit; Se nunquam arbitratum in culinæ miniſterijs ſeruire hominibus, ſed in ſuis Fratribus de Apoſtolis bene mereri; & ex ignis, quem perpetuo cernebat, conſpectu, vaſta ignis inferni incendia animo verſaſſe. Quæ conſideratio vberes ex oculis lacrymas ſolebat elicere. *In ſcala ſpi. gr. 4* *Ignis inferni ex noſtri ignis conſideratione lacrymas elicita.*

TIT. XVII. De pœnis inferni.

EXEMP. I. *Viſio de Epiſcopo repente mortuo, & damnato.*

Th Cantipr. li. 1. c.p. 3. 84

IVuenis quidam in Theutoniæ partibus, ex ſanguine principum, pleniſſimè generoſus, ſed moribus & vita degener, Epiſcopatum, malè functus, accepit. Qui rapinis, & luxurijs verecundè primò: ſed inuerecundiſſimè poſtmodum, operam dedit, Caſtigauit autem eum Dominus flagello multiplici. Sed cum abuteretur eo in ſuperbiam, dedit eum Dominus in reprobam mortem. Qua in hora venerabilis Conrardus, Deo dignus Hildemenſis Epiſcopus, ad matutinas intempeſtæ noctis ſilentio ſurrexerat, illiſque dictis, reſedit ad ſtudium, facturus in die ſermonem. Nec mora, raptus in ſpiritu, videre ſe viſus eſt Epiſcopum quemdam; velata facie, ſed infulis inſignitum, ad tribunal Iudicis, rapi. Mox adſunt truci vultu ſatellites, accuſant Epiſcopum: vnus in rapina, alius in cæde hominum: atq; alij in luxurijs lubricantem. Tunc Iudex aſſeſſoribus ſuis: Accuſata diſcutite, librate iudicium, ferte ſententiam. Nec mora aſſeſſores parent Iudici, ferunt in commune ſententiam. Iudex approbat latam, accedunt miniſtri ſuper fuliginem nigriores, qui ablata mitra de capite, Anulum, Caſulam, Dalmaticam, ac reliqua Epiſcopalia veſtimenta detracta, ad pedes Iudicis ponunt, nudumque relictum, cum clamore rapiunt eiulantem, & à facie Iudicis trahunt ad tartara, nihil ſecum, præter peccata, portantem. Mox aſſeſſores Iudicis ſurgunt, & cum tantu canoro ſubiungunt. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. His viſis in ſpiritu, dictus Hildemenſis Epiſcopus, reuerſus in ſe cogitare cœpit, quiſnam fuerit ille miſerabilis præſul, & ecce quidam ad oſtium pulſans, intromiſſus eſt, clamans cum lacrymis talem Epiſcopum, in proximam villam veniſſe de veſpere, & ſub eadem noctis hora, repentina morte ſubtractum. Quo audito ſanctus præſul, miſerrimo illi defuncto condoluit, & licet inaniter quo ad ſubuentionem, pro pietate tamen, lacrymas amariſſimas fudit.

Cõrardi Hildemẽſis Epiſcopi laus & viſio.

Galat 6

Epi diſſoluti mors repētina.

II. *Vvalterus de Mere ex viſione certi Archiepiſcopi damnati vitam, corrigit & fit Franciſcanus.*

Tilmannº Bred. collat. ſacrar. li. 8 c. 12.

VValterus de Mere, vir nobilis, ſatelles Caroli V. Imper. cum aliquando nauigaret ad partes Boreales. Is landiam verſus, ſecundo vento, vidit nauim ex aduerſo ferri, itidem ſecundo vento, atque in puppi illius, quoddam monſtrum, inſtar hominis nigerrimi, tamquam nauarcham conſtitutum. Cumque nauta huius Vvalteri, pro more acclamaret, quid mercium veherent, & quorſum tenderent, reſpondit dæmon, alterius nauis detector, Nos vehimus Archiepiſcopum N. nominando ciuitatem in qua fuerat Archiepiſcopus, & tendimus ad montem Heclam. Quo audito, Vvalterus iſte totus contremuit, & vitæ ſuę rationes ſubducere incipiens, cum primum Leidam Hollandiæ reuerſus eſt, amplexus eſt inſtitutum D. Franciſci, ibidem ſub patre Vvilhelmo Delphenſi profeſſus, (qui hæc domi meæ, in plena menſa, multis honeſtis viris aſſidẽtibus, exacte narrauit) & poſtmodum Dordraci ſepultus eſt.

Dãnati damnũ ſuvt ludibrium.

III. *Damnatio Theodorici Regis.*

S. Greg. li 4 dialog. c 30. Colloquia pia.

IVlianus huius Romanæ Eccleſiæ, cui, Deo auctore, deſeruio, ſecũdus defenſor, qui ante ſeptẽ fermè annos defunctus eſt, ad me adhuc in monaſterio poſitum, crebro veniebat, & mecũ colloqui de animę vtilitate conſueuerat. Hic itaq; mihi quadã die narrauit, dicens; Theodorici Regis tẽporibus, pater ſoceri mei, in Sicilia exactione canonis egerat, atq. iam ad Italiã redibat. Cuius nauis appulſa eſt ad inſulã

quæ

quæ Lipatis appellatur. Et quia illic vir quidam ſolitarius magnæ virtutis habitabat, dum nautæ nauis armenta repararent, viſum eſt prædicto patri ſoceri mei, ad eumdem virum Dei pergere, ſeque eius orationibus commendare. Quos vir Domini cum vidiſſet, eis inter alia colloquens, dixit: Scitis quia Rex Theodoricus mortuus eſt? Cui illi protinus reſponderunt: Adſit, nos eum viuentem dimiſimus, & nihil tale ad nos de eo nunc vſq; perlatum eſt. Quibus Dei famulus addidit, dicens: Etiā mortuus eſt: Nam heſterno die hora nona inter Ioannē Papam, & Symmachū Patricium diſcinctus, atq; diſcalciatus, & vinctus manibus deductus, in hanc vicinam Vulcani ollam iactatus eſt. Quod illi audientes, ſollicitè conſcripſerunt diem, atque in Italiam reuerſi, eo die Theodoricum Regem inuenerunt fuiſſe mortuum, quo de eius exitu, atque ſupplicio Dei famulo fuerat oſtenſum. Et quia Ioānem Papam affligendo in cuſtodia occidit, Symmachum quoque Patricium ferro trucidauit, ab illis iuſtè in ignem miſſus apparuit, quos in hac vita iniuſtè iudicauit.

Iniuria affecti ēt poſt mortem ſuā pęnas ab iniquis expoſcūt. Reges in ſta iudicate.

IV. *Ebroinus defertur ad Tartara.*

EBroinus magnæ impietatis homo, clericaturam abijciens, à Luxouio cœnobio egreſſus, ſeductus ſine dubio à ſpiritu mēdacij, qui dixerat ei, quod duodeuiginti annis viueret, copijs vndecumq; ſibi aggregatis, principatum vi, ſub Theodorico Rege obtinuit, & continuo S. Leodegarium diuerſis pęnis affectū gladio percuſſit. Gerinum quoq; fratrem eius diu excruciatū peremit multos cogens in exilium, ablatis facultatibus. Sed Ebroinus crudelitate nimium ſæuus, ab Hermenfrido Franco interfectus eſt. Sed quomodo eius animam excepit locus infernus, Adonem Viennenſem iſta narrantem audi. Erat, inquit, tunc temporis vir oculis cœcatus, vnus de illis, quibus Ebronius effoderat lumina, in Inſula Lugdunenſis prouinciæ, quæ Barbara dicitur: Qui cū nocturno tempore ſuper ripā Sicannæ fluminis orandi gratia reſideret, audiuit nauigantium impetum, & magna vi brachiorum contra impetum fluminis inſurgentium. Cumque interrogaret, quò nauigium illud tenderet, vox in auribus eius per crepuit Ebroinus eſt, quem ad Vulcaniam ollam deferimus: ibi enim facti ſui pœnas luet. Hoc idem vir audiuit ad conſolationem ſui, vt ſciret quam pœnam perſecutores iuſtorum, ſentirent, ſecundum illud Dauidicum. Lætabitur iuſtus, cum viderit vindictam.

Ado in Chr. ætat. 6.

Damonis fraus promittētis longā vitam.

Ebronius defertur ad tartara.

TIT. XVIII. De apparitione damnatorum.

EXEMPL. I. *Terribilis apparitio Pontificis damnati.*

HVius generis terribile, horrendūque Dei iudicium, ſuper hominē, qui non poſuit Deum, adiutorem ſuū, ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarū, & præualuit in vanitate ſua, ſcribit Petrus Damiani, quod ſe accepiſſe teſtatur, à viro præſtantiſſimo, ſcientia & integritate notiſſimo Humberto Epiſcopo Siluæ candidæ, perfuncto hoc eodem anno (vt audiſti) legatione Cōſtantinopolitana In epiſtola igitur, quā ſcribit ad Fratres eremi hæc habet: De equiuoco quoque: eiuſdē Benedicti Senioris Papæ, nepote, qui poſt eū tertius, Ioanni verò ſecundus, in Romanæ Eccleſiæ inuaſione, ſucceſſit, idē mihi narrauit, Humbertus: Quia Vaclus quidam, dum iter ageret, accidit vt iuxta molendinū equo inſidens, pertranſiret: ecce repente monſtrum immane conſpexit. Quo viſo, ſubitò eū terror inuaſit, & ſtupefactus, intremuit. Videbatur autem monſtrū illud in aures aſelli, caudamque deſinere, cętera vrſus erat. Cumq; viator, ad hoc portentū territus, obrigeſceret, fugamq; præcipitem, formi-

Pet. Damia. Ep. ad fratres Eremi. Hūberti Epi laus.

Monſtrū horridū.

Beſtialiter viuens meritò beſtia aſſimulatur. doloſus iniret: informe prodigium, humanæ vocis verba formauit: Noli, inquit, ò vir, expaueſcere, hominem me olim fuiſſe, ſicut & ipſe nunc es, procul dubio crede; ſed quia beſtialiter vixi, poſt finem vitæ beſtiæ præferre ſpeciem, merui. Porro, cum ille perquireret, quis fuiſſet: Ego ait, ſolo nomine Benedictus fui, qui nuper Apoſtolicæ Sedis apicem indignus obtinui. Inquiſitus autem, quidnam retributionis haberet: Nunc, inquit, vſque ad diem iudicij, per dumoſa, atque ſqualentia, per ſulphurea loca, atque fœtorem exhalantia, atq; incendis cõflagrata rapior, atque pertrahor. Poſt extremum verò iudiciũ, corpus meum ſimul, & animam, irremediabilis cruciatus, & gehennalis barathri, me irreuocabilis olla degiutiet, ita vt nulla mihi recuperationis ſpes, in poſterum reſtet. Poſt hæc verò, & huiuſmodi verba diſparuit. Petrus autem, ſuper oſtẽſa viſione philoſophatus, cur videlicet eo modo viſus ſit apparere, effigieque formari, iſta mox ſubijcit, dicens: Sed cum ego cur ille in hac ſpecie conſpectus ſit, indagare quæro, nõ deeſſe myſterium ab eo quod viſum eſt, deprehendo. Nam quia miſerabilis ille, ab ipſo Pontificatus primordio, vſque ad finem vitæ in luxuriæ cœno conuerſatus eſt: non incongruè viſus eſt, & ab auribus incipere, & in caudam aſini terminare. Aſinus quippe, luxurioſum eſt animal, ſicut Propheta deſignat, cum de carnis immunditiæ deditis, ait: Et carnes aſini carnes eorum. Quod autem per cætera membra vrſi tenebat ſpeciem, vitam in omnibus docetur, duxiſſe carnalem. Nam ſicut à Phyſicis traditur, vrſa cum parit, nõ catulum, iuxta conſuetudinem beſtiarum, ſed fruſtum, carnis effundit: mox quequod effuſum eſt, crebriùs lingendo, & lambendo componit, ſicque ad ſui ſimilitudinem, lingua formante, perducit. Iure igitur, quia luxurioſe, & carnaliter vixit, in aſini ſimilitudine, & vrſi figura comparuit.

Pontificis damnati pœna.

Aures & caudæ Aſini, luxuriæ hieroglyphicum.

Vrſa vitæ carnalis hieroglyphicũ

11. *Cuiuſdam Clerici damnati apparitio pro ſalute ſui ſocij, & amici dum ſimul viuerent.*

Ex ſpeculo hiſt. Vinc. li. 25. c. 89.

Circa annos Domini mille nonaginta, vt refert Vincentius, in ciuitate Nannetis duo clerici nondum patientibus annis presbyterij, literis affatim inſtructi, inter ſe multum amici, hoc pactum inierunt, vt qui prior eorum moreretur, alteri vel vigilanti, vel dormienti appareret, infra triginta dies Data acceptaq; corporali fide, non multo poſt tempore, vnus eorum obijt. Trigeſimo autem die, adſtitijt alteri vigilanti, & neſcio quid operis molienti mortuus vultu exangui, & pallido, qui prior viuum compellens. Agnoſcis me? inquit, Agnoſco, reſpõdit ille, & miror, quod ita tardè apparueris. Ille priùs moram excuſans, tandem veni, inquit, & aduentus meus ſi volueris, tibi fiet commodus, mihi autem omnino infructuoſus: nam ſempiternis datus ſum ſupplicijs. Ego, ait alter, iuuabo te orationibus multis, ieiunijs, & eleemoſynis. At ille, reſpondit. Sine pœnitentia ſunt iudicia Dei, in inferno, [dum rotat aſtra polus: dum pulſat littora pontus,] pro criminibus meis puniar, ſi totus mundus mihi remedia exquireret, æterna tamen, & innumera pœnarum genera patiar, & vt aliquam ex meis rationabilibus pęnis cognoſcas, en vna, Protendit manum ſanioſo vlcere ſtillantẽ. Videturne tibi, ait ille, leuis? Cumq; ille leuem ſibi videri referret ipſe mortuus curuatis in volá digitis tres guttas defluentis tabis ſuper eum iaculatus eſt, quarum duæ tempora, tertia frõtem contingentes, cutẽ ſicut ignito iaculo penetrauerunt, foramẽ nucis capax efficientes. Illo magnam pęnã eſſe doloris clamore proteſtante: Hoc, inquit mortuus, erit tibi, quãdiu vixeris, & pœnarũ mearum graue documẽtum, & niſi neglexeris, ſalutis tuæ ſingulare monimentum. Vade ergo, dum licet, muta habitum ſimul & animum, & eſto mo-

Pactum inter ſodales de apparendo poſt mortem.

Apparet vnus alteri & ſua damnationis certitudinẽ facit.

Vna è pęnis damnati.

Damnatus ſuadet ſtatũ religionis.

monachus Redonis apud ſãctum Melanium. Cumq; ad hoc viuus, reſpondere nollet, mortuus eum oculi vigore perſtringens, Si dubitas, inquit, miſer conuerti, lege literas iſtas, & hæc dicens, manum protendit tetricis notis inſcriptam, in quibus ſatanas, & oẽ inferorum ſatellitium, eccleſiaſtico cętui gratias de tartaro emittebãt, quod cum ipſi in nullo ſuis voluptatib. deeſſent, tantum numerum animarũ ſubditarum paterent ad inferna deſcendere prædicationis incuria, quantum numquam viderint retroacta ſecula. His dictis, loquentis adſpectus diſparuit. Et audiens, omnia vendens & dás pauperibus, ſãctum Melanium adijt, & monachus ibi factus, optimè conuerſatus eſt.

Eccleſiaſticorum in procuranda ſalute animarum tepiditas dæmonibus è gaudio.

III. *Apparitio hæretici damnati fit alijs hæreticis cauſa ſalutis.*

Chriſtianus Maſſaus l. 20 Chr. Bredemb li. 7. collat. cap 11.

Lutherani ex viſo ſocij damnati reſipiſcunt ab hæreſi.

ANno Domini 1528. 20. Iulij, Henricus quidam, Lutheranus Tornaci combuſtus eſt. Sequenti nocte ſocijs in carcere totus ardens apparuit. Illis præ timore clamantibus ait: Niſi ab errore ceſſetis, mecum peribitis in æternum. Excitatus clamore carcerarius conſules vrbis aduocauit. Dicunt illis vincti: Facite de nobis quod volueritis, modo priùs confiteamur, ne cum Henrico pereamus.

IV. *Hæreticus apparens matri poſt mortem oſtendit ſe damnatum.*

Tilmannus Bred. l. 7. coll. ſac. c. 46

D. Martinus Dũcanus, Decanus Hagenſis, vir doctrina & vitæ integritate commendatiſſimus retulit ſe adhuc apud Harlemiam agente ibidẽ contigiſſe circa annum Dñi 1557. vt Anabaptiſta quidam, nomine Adrianus, matrem ſuam adhuc Catholicam conaretur in ſuam ſectam pellicere. Accidit autem Anabaptiſtam illum in carceres conijci, vltimoque ſupplicio adiudicari; ad quod cum iam deducendus eſſet, acceſſit ad eum mater rogans vt poſt obitum ſibi appareret, ſeque de ſtatu ſuo certiorem redderet, quem ſi felicem cognoſceret, ſe in eandem doctrinam conceſſuram. Filius ſupplicio affectus paulo poſt matri apparuit in forma teterrimi, nigerrimique canis, aiens ſe eſſe filium ſuum, ac perpetuò damnatum.

Anabaptiſta dãnatus inferno apparet in ſpecie teterrimi canis.

V. *B. Maria Oegniacenſis etiam in matre damnata iuſtum Dei iudicium benedixit.*

Th. Cantipr. li. 2. Apum c. 54 p. 18. & Iac. de Vitriac. l. 3 S. Maria de Oegniac. c. 11.

BEata Maria Oegniacenſis erga animas quæ in purgatorio torquebantur, valde compatiens, ſuper anima quoque matris ſuæ defunctæ ſollicitabatur in ſpiritu: Hanc itaque propter eleemoſynas, & propter honeſtũ quendam vitæ modum, quo inter mũdanos, ipſa quoq; mundana vixerat, ſperabat quidem poſſe ſaluari, ſic tamen quaſi per ignem. Super hoc tamẽ dubio, cum ipſa timeret, quia iudicia Dei abyſſus multa, rogauit Dominũ, vt eam certa reddere dignaretur. Cũque multas in hoc lacrymas funderet, accidit die quadam, vt ad miſſam in eccleſia iuxta altare, quaſi ad pedes Domini, Maria ſederet, & ipſa horrore concuſſa, videret prope ſe, ſpiritum tenebroſum adſtare. Quæ mox, ſigno crucis timore fugato, audacter quis eſſet, interrogat. Et ſpiritus. Ego ſum, inquit, mater tua. Cui illa. Quomodo, inquit, tibi eſt mater? Tunc illa: Malè, inquit. Nihil me tuæ iuuare poterunt preces, cum me quidem damnatã perpetuò, inferni clauſtra detineãt. Mox itaque filia, illato gemitu: Heu, inquit, mater, quæ cauſa damnationis tuæ? Cui illa: Enutrita, inquit, fui, & vixi in his, quæ per iniuſta mercimonia, & vſuras, acquiſita fuerunt, & cõſcia mihi mali, ablata reſtitui non curaui, nec aduertere volui, quid contra Deum, in meo hoſpitio, & à meis ſubditis ageretur, ſed tortuoſas mundi vias ingreſſa, indignum, miſera iudicaui, progenitorum meorum veſtigia, declinare. Spreui arguentem te ſuper his, & alijs malis meis, nec in vllo pœnitui, & ideo infructuoſam vitam,

Mater apparet.

Dãnata quia enutrita per iniuſta mercimonia, vſuras & de his conſcia non reſtituit.

Filia benedicit iuſtū Dei iudiciū etiam in matre dānata.

morte commutans, à futura ſeculi vita, deperij. Hæc dicens, Mater, repente diſparuit. Ancilla verò Chriſti, conſideratis per ordinem omnibus, etiam in matre dānata iuſtum Dei iudiciū, benedixit, nec fleuit ampliùs, perpetuæ morti, matrem traditam, per quā carnis initia ſumpſerat: quia ratio intellectualis animę, quam ſolus creauit omnipotens, iudici vniuerſorum Deo ſubdita, concordabat.

TIT. XIX. De Purgatorio.

EXEMPL. I. *Paſchaſius Romanæ Eccleſiæ Diaconus miræ ſanctitatis luit pœnas purgatorij, quia in parte fuerat Laurentij contra Symmachum Papam.*

Li.4.dialog. c 40 Paſchaſii Diaconi la^s.

CVm adhuc eſſem, inquit Gregorius, iuuenculus, atque in laico habitu conſtitutus, narrari à maioribus, atque ſcientibus audiui, quod Paſchaſius huius Apoſtolicæ ſedis diaconus, cuius apud nos rectiſſimi & luculenti, de ſancto Spiritu, libri exſtant, miræ ſanctitatis vir fuerit: eleemoſynarum maximè operibus vacans, cultor pauperum, & contemptor ſui. Sed hic, in ea contentione, quæ marceſcente zelo fidelium, inter Symmachum, atque Laurentium facta eſt, ad Pontificatus ordinem, Laurentium elegit: & omnium poſt vnanimitate ſuperatus, in ſua tamen ſententia, vſque ad diem ſui exitus, perſtitit illū amando, atque præferendo, quem Epiſcoporum iudicio præeſſe ſibi eccleſia refutauit. Hic itaque, cum temporibus Symmachi, Apoſtolicæ ſedis præſulis, eſſet defunctus, eius dalmaticam feretro ſuppoſitam, dæmoniacus tetigit, ſtatimque ſanatus eſt. Poſt multum verò tempus, Germano Capuano, Epiſcopo, medici pro corporis ſalute dictauerant, vt in angularibus thermis, lauari debuiſſet: qui ingreſſus eaſdem thermas, prædictum Paſchaſium diaconum ſtantem, & obſequentem, in caloribus inuenit, quo viſo, vehementer extimuit & quid illic, tantus vir faceret, inquiſiuit. Cui reſpondit. Pro nulla cauſa in hoc pœnali loco deputatus ſum, niſi quia, in parte Laurentij, contra Symmachum ſenſi, ſed quæſo te pro me Dominum deprecare, atque in hoc cognoſces, quod exauditus ſis, ſi huc rediens, me non inueneris. Qua de re uir Domini, Germanus, ſed in precibus ſtrinxit, & poſt paucos dies redijt, & iam dictum Paſchaſium, in loco eodem minimè inuenit: quia enim non malitiæ, ſed ignorantię errore peccauerat, purgari poſt mortem, à peccato potuit. Quod tamē credendum eſt, quia ex illa eleemoſynarum ſuarum largitate, hoc obtinuit, vt tunc poſſet promereri veniā, cum iam nil poſſet operari.

Obſtinatio eius ī ſententia. Miraculū ex attactu dalmaticæ eiuſdem Paſchaſii licet in purgatorio detenti.

Obſtinatio eius punitur purgatorio.

Preces proſunt mortuis.

Eleemoſynarum utilitas.

II. *Vdalricus Epiſcopus luit pœnas in purgatorio quia nepotem ſuum commendarat ad Epiſcopatum poſt ſe.*

Berno Abbas in vita S. Vdalrici apud Suri. 4. Iul.

VDalricus Epiſcopus Auguſtanus, vir ſanctus Ottonem Imp. X. cum auxilio Imperatricis flagitare cœpit, vt filio ſororis ſuæ Adalberoni procurationem ſui Epiſcopatus, regimenq; ſuper familiam & omnia ſecularia ad eum pertinentia fideliter firmiterque commendaret, & ut à celſitudine eius imperialis potentiæ promiſſum conſolationis accipere mereretur, vt poſt eius diſceſſum cathedram Epiſcopalis poteſtatis ei donaret, vt ſibi maioris otij ad ſtudium orationis & Eccleſiaſtici regiminis & Chriſtianitatis ſtabilitatem facultas concederetur. Cuius petitioni glorioſus & beneuolus Imper. aſſenſum præbens, ſecularium negotiorum commertia Adalberoni commendauit, & Epiſcopalis honorem cathedræ poſt vitam Epiſcopi, ſi Deus vellet, ei donare permiſit, & inſuper multis libris auri Epiſcopum donatum amabiliter abire permiſit, &c. Hæc autem Vdalrici erga nepotem in ſucceſſore promouēdi ſtudia, nec Deo nec Eccleſiæ placuiſſe docuerunt euēta. Ipſe enim & in ſeipſo iam proximè

Propinquorū & cōſanguineorū ...

moderatus amor Deo exosus. mè moriturus factum deteſtatus, ad ſupremum iudiciũ raptus per viſum, accepit ea de cauſa ſe pœnis mancipandum purgatoriis. Auctor enim vitæ rem ita proſequitur: Altera verò vice, quadam die, quaſi de quodam graui ſomno expergefactus, ei aſſidentibus, & hæc audientibus ait: Heu, heu, quod illum nepotem meũ Adalberonem vnquam vidi: quia pro eo, quod ei ſecundum ſuum deſiderium conſentiebam, nolunt me impunitum in ſuum recipere conſortium. Et his dictis ſtatim tacuit.

III. *S. Lyduina mouebatur commiſeratione animarum in purgatorio.*

In vita S. Lyduinæ p. 3. c. 2. apud Sur. 14. April. Viſio S. Lyduinæ de Purgatorio. PEnſitare ſolebat Lyduina, virgo ſane admirandà, quam ſanctum & ſalubre ſit orare pro mortuis, qui ſunt in regione expiationis, non ad perditionem, ſed ad purgationem: non ad deſtructionem, ſed ad caſtigationem. Itaque arreptis armis ſpiritualibus, eis ferre ſuppetias connitebatur. Nocturno tempore, rapta in ſpiritu ad loca pœnarum, videbat non abſque ſumma commiſeratione, torqueri animas, & ingentes ignium globos in ſublime efferri. Roganti autem quandoque Angelo, num animam, quam digito monſtrabat, iuuare vellet, ſe per quam velle, reſpondit. Tum Angelus, Oportet igitur, inquit, per medias tranſire flammas. Ego verò, ait, libens id faciam. Tranſiens igitur per flammas, vidit illic tortores ſeſe contrahentes, indignèque ferentes, humanitatem eius, qua cupiebat ſubuenire animabus. Cumque iam pertranſiſſet, vidit animam ab Angelo indicatam è pœnis eripi, & poſtea exultabundam ad cœlos proficiſci.

IV. *Virgo religioſa poſt vitam peractam in virtutibus adhuc purgatur.*

QVum quædam virgo monaſterij beatæ Gertrudis, poſt iuuenilem ætatem in virtutibus ſanctę religionis peractam, defuncta eſſet, vidit eam ipſa Gertrudis in magna luce, & vario ornatu adſtare Ieſu Chriſto: quæ tamen tamquam ſponſa verecunda, vultum dimittens, nitebatur ſe ſubducere, non auſa leuare oculos ad gloriam diuinæ maieſtatis. Hinc Gertrudis zelo pietatis ducta, dixit ad Dominum: Eia benigniſſime Deus, quare hanc filiam tuam non ſuſcipis inter ſuaues amplexus tuos, ſed eam, tanquam alienam tibi aſtare permittis? Ad quæ verba Dominus videbatur blandiſſima ſerenitate extendere dexteram ſuam, tanquam amplexaturus animã. At illa, cum delicata quadam reuerentia, ſubtrahebat ſe. Quod multum admirans Gertrudis, ait animæ: Quare ſubducis te amplexibus ſponſi tam amabilis? Cui illa: Quia nondum purgata ſum; ſed adhuc maculæ aliquæ me incompoſitam reddunt. Etiamſi omnino liber ad cœlum acceſſus mihi pateret; ego tamen (dictante iuſtitia) memetipſam ſponte ſubtraherem, cũ ſciam me tam glorioſo ſponſo nõdum conuenire. Tum Gertrudis: Et tamen videris iam quaſi glorificata. Ad quod anima. Illam, inquit, beatitudinis gloriam, quam ſancti, ex viſione, & fruitione diuinitatis cum plena remuneratione obtinent; nulla anima meretur accipere donec ab omni macula perfectè purgata intret in gaudium Domini ſui.

Ludouic. Bloſius in monili ſpir. c. 13. Viſio S. Gertrudis.

Aīa nõdũ ſatis purgatorio expiata refugit diuinos amplexus.

TIT. XX. De pœnis purgatorij.

EXEMP. I. *De quodam, qui expertus eſt, quam graues & acerbæ ſint pœnæ purgatoriæ.*

CVm quidam ſceleratè viueret; viſitatus à Domino, vt ad ſe rediret, incur-

D. Antonin. 4 p. Sum. tit. 14 c. 10 §. 4 Pet. Ribad. l. 1. de tribul. c. 7.

incurrit grauem infirmitatem, & diuturnam. Tædio autem affectus ex prolixitate languoris, rogabat frequenter Dominum, vt de carcere corporis educeret eum. Apparens autem aliquãdo ei Angelus Domini fecit ei optionem, vtrum mallet, an per duos annos illam infirmitatem tolerare, & poſtea ad cœlum euolare, an tunc moriendo, per tres dies in purgatorio permanere? At ille attendens ad breuitatẽ temporis, quo erat manſurus in purgatorio, & longitudinem dierum, quibus infirmitatem iam diu expertam adhuc erat paſſurus, elegit potius morari in purgatorio per triduum, & mori. Exauditur ergo de hac luce migrauit, ad ignem purgatorium pergens anima eius. Inde ad horam ab exitu ſuo de hoc mundo, apparuit ei in purgatorio Angelus, confortans eum, interrogauitque, ſi eum agnoſceret; reſpondit, Minimè: At ille: Ego ſum Angelus, qui hanc tibi optionem feci eligendi, vtrum malles an triduo moram in hoc loco facere, an in tua infirmitate biennio permanere. Cui ille: Nequaquam vales eſſe Angelus Dei, quia ille mentiri non poteſt; ſed qui hoc dixit, per triduum ſolummodo me hic moraturum, magnum mẽdacium expreſſit; ego iam manſi in his maximis pœnis per plurimos annos. Angelus verò ad eum: Tu hic, non fuiſti, niſi per horam, atque ita toto illo reſtante tempore debes hic manere. At ille: Roga Dominum meum, vt non reſpiciat ad inſipientiam meam hoc eligendo, & tu pro me intercede apud eum, vt reducar ad vitam priorem; & ego nedum per duos annos, ſed quantum placuerit ei, paratus ſum tolerare infirmitatem illam, quod & obtinuit. Vnde vitæ reſtitutus, patientiſſimè, & lętanter omnem dolorem tolerabat, expertus pœnis purgatorij.

Morborũ huius vitæ, & pœnarũ alterius cõparatio.

Purgatorij pœnæ ob ſuam grauitatẽ videntur longiſſimæ.

II. *Quidam diutius fuit in purgatorio; ſed maior in gloria quam alter, qui citiùs liberatus fuit à pœnis purgatorij.*

Idē ibid. § 5.

Refert idem Antoninus, in conuentu Colonienſi vno & eodem die duos fratres vita functos fuiſſe, alterum nouitium, alterum concionatorem. Tertio autem die à morte eorum, apparuit nouitius infirmario, dicens, ſe tunc à purgatorio liberatum, propter feruorem conuerſionis, & tũc cœlum petere. Poſt menſem verò, apparuit concionator ille glorioſus, monile habens in pectore, veſtem pretioſis lapidibus ornatam, caputq; aureo diademate coruſcum, quem agnoſcẽs infirmarius, quia tunc à pœnis purgatorij liber ad cœlum erat migraturus, interrogatur, cur tardiùs fuerit purgatus, quam nouitius. Reſpondit: Ego propter familiaritatem, quam cum ſecularibus habui, & interlocutiones ſolatio, & lepore plenas, detentus in purgatorio fui, ſed maiorem gloriam accepi. Monile ſignificat rectam intentionem, lapides pretioſi, animas conuerſas mea prædicatione, diadema ineffabilem gloriam.

Feruor cõuerſionis.

Familiaritas cũ ſecularibus noxia religioſis.

Intentio recta.

III. *Quidam religioſus pius, & deuotus, nihilominus patitur purgatorij pœnas.*

Anton. Senenſis in Chro. Fr. Ord. Prædic.

In conuentu Zamorenſi fuit religioſus pius, & deuotus, neceſſitudinis iunctus vinculo cum quodam religioſo Minorita, qui ambo dum aliquando ad inuicem amicabilia miſcerent colloquia, ſibi inuicem polliciti ſunt, quod qui eorum priùs vita fungeretur (ſi Dominus id illis permitteret) inde rediret ad eum, qui in viuis maneret, vt eum ſui ſtatus admonitum redderet. Obijt itaque primò religioſus Minorita, & poſt dies aliquot, dum noſtri ordinis religioſus in refectorio foret, ibi comparuit Minorita defunctus,

Pactũ de cõparitione poſt mortem.

ctus, & aliquamdiu fuerunt confabulati, & nonnulla illi retulit miranda de futura vita, ac demùm quomodo in pœnis ageret purgatorij, & cruciatibus miris, & in veritatis comprobationem illius, quod narrabat, manum ſuper vnam refectorij tabulam, & mox illic manſit manus igneæ impreſſum veſtigium. Quod hodie adhuc ibi inuiſitur, & hoc pacto diſparuit præfatus defunctus.

Pœnarũ purgatorij ſignũ in tabula expreſſum.

IV. *De anima Ludouici II. Imperat. Pœnis purgatorij detenta preces à filio poſtulante.*

Ex Annal. Fr. Pithæi Baro. to. 10. an. Chriſti 874.

ANno Chriſti Domini 874. Redemptoris, apud Veronam narratur viſio diuinitus facta Ludouico Germaniæ Regi, verbis iſtis: Diebus Quadrageſimæ, cum negotijs ſecularium rerum diſpoſitis, orationi vacaret, vidit quadam nocte in ſomnis genitorem ſuum Ludouicum Imperatorem in anguſtijs conſtitutum, qui eum hoc modo Latino affatus eſt ſermone: Adiuro te per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt me eripias ab his tormentis, in quibus detineor, vt tandem aliquando vitam poſſim habere ęternam. Hac ergo viſione perterritus, epiſtolas per cuncta regni ſui monaſteria deſtinauit, obnixe poſtulans, vt pro anima in tormentis poſita poſt annos triginta & ampliùs ab obitu ipſius, ſuis apud Deum precibus interuenirent. Vnde datur intelligi, quod quamuis memoratus Imperator multa laudabilia & Deo placita feciſſet, plurima tamen legi Dei contraria in Regno ſuo fieri permiſit. Si enim (vt cætera omittam) hæreſi Nicolaitarum firmiter & viriliter reſtitiſſet, & monita Gabrielis Archangeli, quę Einardus Abbas duodecim capitulis comprehenſa ei obtulit legenda, obſeruare curaſſet, forſitan talia non pateretur; ſed quia, vt ſcriptum eſt, Deus nullum peccatum remittit impunitum, & iuxta Apoſtolũ; Non ſolùm qui faciunt, ſed qui cõſentiunt facientibus, digni ſunt morte; meritò pœnas luere viſus eſt, qui dum potuit, ſibi commiſſorum errata vel admonitus corrigere noluit.

Lud. Pi Imp. filio apparet preces petens.

Purgatorio cur addictus Lud. Im.

Rom. 1.

V. *De militum apparitione ſubſidio viuentium è pœnis purgatorijs eripi poſtulantium.*

Io. Trithe. in Chron. an. 1078

CIrca annum Domini 1078. nõ longe à Vvormatia, multis diebus & noctibus, maxima multitudo armatorum equitum, & peditum apparuit, tanquam ad placiti colloquium ſeu bellum proceſſura, & nunc huc, nunc illuc, quaſi per turmas diſcurrentes, circa nonam horam noctis, ad vicinũ montem, ex quo prodire conſueuerãt; reuertebantur. Tandem nocte quadam monachus quidam Lunxurgenſis cęnobij, non procul à monte diſtantis, de quo exire ſolebant, aſſumptis ſecum quibuſdam alijs, ad locum montis acceſſit, munienſque ſe ſignaculo ſanctæ crucis, exeuntes de monte, qui eſſent, per virtutem ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, vt dicerent, fortiter adiurauit. Cui vnus ex turma reſpondit: Non ſumus fantaſma, nec militum viuentium turba, ſed animæ hominum quondam in hoc mundo Principi terrenorum militantium, non ante multos annos in hoc loco interfectorum. Arma, habitus & equi, quæ nobis, dum viueremus, inſtrumenta erãt peccati, etiam nunc poſt mortem in nobis ſunt quædam indicia tormenti. Omne quod iam cernitis circa nos, totum ignitum eſt nobis, quanquam vos ignem noſtrũ minimè videatis: Cumq; monachus, vtrum iuuari ab hominibus poſſent, inquireret, ſpiritus reſpondit. Ieiunijs, & orationibus, & maximè oblatione corporis & ſanguinis Chriſti adiuuari poſſumus, & rogamus. His dictis, omnis illa multitudo ſpirituum quaſi vna voce clamabat trina voce: Orate pro nobis, Orate pro nobis, Orate pro nobis. Mox omnes in ignem reſoluti videbantur: ſed & mons

Mortuorũ exercitus circa Vvormatiam noctu viſus.

Inſtrumenta peccati inſtrumenta ſunt ſupplicij.

Aies defunctorũ petũt preces.

mons

mons ipſe quaſi arderet ignem & maximum fragorem arborum & ſtrepitum emiſit.

VI. *Quidam ob prætermiſſa officia defunctorum patitur in purgatorio.*

Franc. Gonzaga de Origine Seraphicæ relig. par. 4 in prouincia Canaria n. 7. Viſio Aſcenſii nouitij.

IN conuentu Conceptionis B. Virginis Palmæ, mortem obijt ſub annū Dñi 1541. admirandæ religionis pater Ioãnes de Via, cuius perdeuotus quidã frater nouitius nomine Aſcenſius curã geſſerat. Cumq; is nouitius, poſt aliquot dies à præfati patris Ioannis tranſitu orationi feruentius inſtaret, maxima ſe claritate circumdari, atq; fratrē quendam ſummopere reſplendentem ſibi approximari proſpexit. Quod cũ ſibi tertiò accidiſſet, reſumptis vtcumque viribus, in prima ſiquidem atq; ſecunda viſione, tãto fuit timore correptus, vt nec verbum proferre potuerit, ab huiuſmodi fratre, quid ſibi vellet, & quiſnam eſſet, petijt. Cui ille, frater, inquit, Ioannes de Via ego ſum, qui ex maxima Dei miſericordia cælicolis annumeratus exiſto: Verum tamen ne id ſtatim aſſequar, impedimento ſunt quędam defunctorum officia, à me obliuioni tradita. Quamobrem à te obnixè peto, vt ea quam primum ex charitate perſoluenda cures, ſtatimq; huiuſmodi viſio euanuit. Cũ igitur frater Aſcenſius viſionem loci Gardiano retuliſſet, illeq; præfata defunctorum officia fratribus perlegenda curaſſet, apparuit denuo eidem fratri Aſcenſio pręfatus pater Ioannes de Via, multo maiori claritate perfulgidus, ſibiq; maximas ob præſtitũ beneficium gratias egit: inſuper & ſignificauit eorum alterũ, qui ei à dextris adſtaret, (aderant ſi quidē illo duo viri graues, Minoritico habitu amicti) eſſe Seraphicũ patrem Franciſcum, alterum verò beatum patrē Bernardinũ.

Officia pro defunctis non negligenda.

S. Franciſci & S. Bernardini apparitio.

VII. *Anima apparet petēdæ opis cauſa.*

In vita S. Catharina Suedica.

HIs ſubiungendũ illlud de Catharina Suedica. Hæc n. cũ aliquando Romæ oraret ante aram S. Ioannis Euangeliſtæ, in æde maiori D. Petri, apparuit illi fœmina peregrina, alba induta veſte, præcincta baltheo, albũ ferens in capite velamē, & pallio atro operta. Acceſſit autem celeriter ad illam, ſalutanſq; eam nominatim, ſupplex rogauit, vt oraret pro anima Noricæ. Sciſcitante autē Catharina, cuias eſſet, reſpondit, ſe Suedam eſſe, vxoremq; fratris eius Caroli obijſſe. Tum illa rogauit, vt veniret ad ædes matris ſuæ. Illa verò ait, id ſibi non licere: porro breui ipſas habituras non parũ ſubſidij è patria. Nam Noricam legaſſe eis auream capitis ſui coronam, iterũque repetebat, vt fideliter precarētur pro anima illius: ſicq; diſparuit. Admirans autem Catharina, rogabat ancillas, quonam abijſſet matrona illa. Reſponderunt illæ, ſe quidem audiuiſſe vocem cum ipſa loquentis, ſed neminem vidiſſe. Stupens igitur indicauit matri ſuæ, cui oranti reuelatum fuit migraſſe è corpore Gidham vxorem Caroli, eiuſq; animam, petendæ opis cauſa, filiæ apparuiſſe. Non multo poſt venit è Suedia Ingeualdus Amundiſſon familiaris Catharinæ, qui ei & obitum indicauit Gidhæ, & coronam attulit auream, quam pro more patriæ in capite ferre ſolebat. Erat n. ex nobiliori Noricorum ſtemmate orta.

dicta e io apud Su. ri. 22. Martij. Viſio Catharina Suedica.

TIT. XXI. Miſſæ ſacrificio & operibus miſericordiæ, & pietatis iuuari animas in purgatorio.

Iudas Machabæus miſſa Hieroſolymam pecunia iuſſit ſacrificia, & oblationes fieri pro ijs, qui in bello ceciderant. 2. Mach. 12.

EXEMP. I. *S. Vincentius Ferrarius petijt fieri miſſas pro vno è ſocijs ſuis in purgatorij pœnis detento.*

Pet. Ranzanus in vita S. Vincētij l. 3 apud Su. 3. Aprilis.

TOta biennio, quo B. Vincentius cognomento Ferrarius, profeſſione Dominicanus, fuit in Britannijs, quēdã ex eius ſocijs vexauit febris. Petijt is benedici & cruce cõſignari à ſancto

viro:

viro: vt poſſet eo morbo liberari. Et manus quidẽ ſuas illi B. Vincentius impoſuit, ſed mox eũ intuẽs, Noueris, inqt, fili, fruſtra te expetere ſanitatẽ: namq; poſt dies octo hora prima Dñicæ diei morieris. Conſule igitur ſaluti aĩæ tuę. Ille paruit viro beato, & eadem hora, qua prædictũ erat, vita functus eſt. Ad eius exequias multi cõuenere ſacerdotes, à quibus vir ſanctus petijt, vt ſinguli pro illius anima ter Miſſas celebrarent, dicens reuelatione diuina ſe didiciſſe, triduo illũ purgatorij pœnas luiturum. Offeruntur ab illis Miſſarum ſacrificia, & à Vincentio gratiæ eis agũtur, indicaturque, Miſſarum & precum ſuffragijs animam à pœnis ereptam ad cœlos euolaſſe.

II. *Efficacia ſacrificij miſſæ pro animabus purgatorij.*

Chron. Antonini 3. p. ti. 24. ca 8. § 15. ex Chron. F. Mino.

CVm Ioannes de Aluerna Frãciſcanus celebraret Miſſam in commemorationem omnium defunctorũ, obtulit cũ tanto charitatis affectu, & cõpaſſione pietatis illud altiſſimũ ſacr̃m, cuius efficaciam ſuper omnia ſuffragia deſiderant animæ defunctorum, quod liqueſiebat totus ĩ dulcedine pietatis, & melliflua dilectione ſuperna. Cum ergo in Miſſa corpus Dñi ſanctiſſimũ leuaret, offerẽs illud Deo patri, vt amore illius, qui in cruce pependit, animas illas ab ipſo creatas & redẽptas de carcere miſericorditer liberaret, vidit quaſi infinitas animas de purgatorio, egredi, ceu multitudinem ſcintillarũ de ignita fornace prodeuntium, & vidit illas ad cœleſtem patriam aduolantes, propter merita Chriſti, qui pro humana ſalute in cruce pependit.

III. *B. Virgo Maria, & B. Ioannes Euangeliſta liberant animam cuiuſdam ſibi deuoti ex purgatorio.*

Th. Cantip. lib 1. de Apib. c. 35. §. 12.

VIdi quendam Canonicum Cameracenſis eccleſiæ inquit Thomas Brabantinus, qui ſe in religioſo Cantipratenſi cœnobio ad ordinem tranſtulit regularem: Hic cum beatiſſimum Apoſtolum & Euangeliſtam Ioannem in vita feruentiſſimẽ dilexiſſet, poſt mortem illius, cuidam concanonico eius in viſione viſum eſt apparitionem huiuſmodi ſe videre. Aceeſſit idem Apoſtolus ad glorioſam Virginẽ Matrem Chriſti, rogans eam ſuppliciter, & ſic dicens: Ecce anima amici noſtri torquetur in pœnis. Venias, obſecro, & liberes eam, quia etſi in vita perfectè non vixit, tamen vitam ſuam pro magna parte correxit. Nec mora, annuit Virgo Virgini, & ad purgatorium deſcendentes animam liberatam adducunt, & ſecum transferũt ad ſuperna. Cognouimus hæc per illum qui hoc vidit, & teſtimonium perhibuit, & ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius.

B. Ioannes Apoſtolus bonus & fidelis eſt patronus.

IV. *Quædam religioſa iuuatur precibus vndecim millium Virginum.*

Idẽ ibid. paragr. 7

HVic ſubiungam aliam de eadẽ re hiſtoriam ab eodem auctore deſcriptam. Bruxella vrbs nobilis eſt, & magna Brabãtiæ. In hac hoſpitale pauperum eſt, præcipuè charitate, ac religione præclarum. In iſto ſororem quãdam multo labore ſatagentẽ vidimus, quæ graui infirmitate detenta, rebus humanis exempta eſt. Cumque ab hora diei tertia vſque poſt veſperas mortua iacuiſſet, reuixit ſubito, & erexit ſe: cõuocatiſque ſororibus, & omnibus qui præſentes erant, dixit: Virginalem illum exercitum Colonienſem viuens quotidie venerata ſum, & earũ precibus nunc à purgatorio liberata, & ob hoc ad vitã redire cõpulſa ſum, vt omnibus earum dignè memoriam habentibus, affutura in morte harũ ſuffragio nunciarem, dummodo de vita tales exeant, quibus oratio valere poſſit. In hoc teſtimonio nunc iterum ſpiritum reddo. Nec mora, ſicut dixit & fecit.

Sanctorũ cu'tus ſalutaris.

V. *Precibus S. Odilonis Abb. Cluniac. à pœnis purgatorijs liberatur Benedictus* VIII. *Papa.*

BEnedictum VIII. Pontificem, maximũ, qui ex hac vita migrauit 3. Calend.

Pet. Damia. in vita s. Odilon. ap. Sur. 1 die Ian. to. 1. & Sigeb. ann. Dn. 998. Baro. to. 11. an 1048

Calend. Martij, anno Redemptoris 1024. poſt pœnas purgatorias ſaluum factu ſcribit Petrus Damiani, his verbis: Si quis autẽ nõn generalitate contentus, ſpecialiter per beatum Odilonem de pęnis vltricibus ſit ereptus, inquirit, quid de reliquis ſentiat, in Papa Benedicto euidenter ædificat, vt in Romanorum Pontifice, qui omnium Chriſtianorum caput eſt, valeat liquidò conijci, quid de cæteris meritò debeat exiſtimari. Apoſtolicus igitur iſte, quem diximus, dũ adhuc viueret, beatum virum affectuosè dilexit, reuerẽter excoluit, & Apoſtolorum limina frequentanti neceſſarij ſumptus optima ſæpe ſubſidia miniſtrauit. Huic planè, mox vt obijt, germanus eius Ioannes in Apoſtolica dignitate ſucceſſit. Iam verò poſtquam humanis rebus exemptus eſt; non parui temporis euoluto curriculo, iã dictus Papa Ioãni Portuenſi Epiſcopo, & alijs duobus quorum nomina nobis nota non ſunt, per ſpeciem nocturnæ viſionis apparuit; eiſq; quia pœnalibus eſſet conſtitutus in tenebris, indicauit, hoc inſuper addens, qualiter beati Odilonis venerabilibus meritis eũ ſuperna cenſura liberare decreuerit à tormentis. Obſecrat itaq; per eos & humiliter flagitat, vt frater eius ad præfatum vnicæ pietatis virum agilem quantocyus veredarium dirigat, eumque ſuppliciter obſecrans pro ſe orare depoſcat. Protinus idem Ioãnes Portuenſis Epiſcopus, auctoritatis Apoſtolicæ fultus Epiſtolis concito gradu Papiã vſq; peruenit, vbi lõgo & immoderatè fortaſſis accelerato fractus itinere, per monachos cœnobij B. Maioli Apoſtolicæ legationis apochas dirigit, omnẽque per eos ſancto viro ſeriem à ſe conſpectæ viſionis exponit. Enimuero diuino factum eſſe conſtat iudicio, vt eum apud Cluniacenſe monaſterium Apoſtolicæ legationis baiulus inueniret. Præcepit itaq; venerabilis Pater pſalmodias & orationes ab omnibus priuatim & publicè fieri, eleemoſynas indigentibus

Apparitio Benedicti vij. Papa poſt mortem.

erogari, ſacrificium Deo myſterij ſalutaris offerri. Nec in illo dumtaxat loco id ſtatuere contentus fuit, ſed & per omnia ſui regiminis monaſteria eiuſdem ſanctionis edicta mandauit. Cum itaque hoc fratres intentiſſima deuotione ſatagerent, & ex ara ſanctorum pectorum fraternæ charitatis flamma proſiliens diuinæ clementiæ ſacrariũ penetraret, iam præfixi temporis terminus propinquabat. Et ecce quidem ſanctæ conuerſationis monachus, Helbertus nomine, qui videlicet hoc obedientiæ fungebatur officio, vt inopes aleret, & indigentibus ſubſidia miniſtraret. Hic itaque per ſoporem vidit, quod quidam pulcher ac ſerenus aſpectu, ac ſolemni quodam nitore conſpicuus, clauſtrum monaſterij, magno candidatorum agmine conſtipatus, ingrederetur. In Capitulum deinde, vbi pater Odilo cum fratribus reſidebat, intrauit, ad eius genua caput humiliter flexit, eique (ſicut in geſtu corporis videbatur) gratias egit. Cumque Frater ille, qui hoc in viſione contemplabatur, inquireret, quiſnam eſſet ille tam decorus ac fulgidus, qui ſancto viro ſalutationis officium exhiberet; reſponſum eſt ei, quia ille eſſet Benedictus ſummæ ſedis Epiſcopus, qui nimirum idcirco viro Dei gratias ageret, quia pijs eius ſanctorumque fratrum precibus, & tartarei cruciatus euaſiſſet interitum, & cum beatis ciuibus quieturus, ſupernæ Hieruſalem meruiſſet ingreſſum. In hoc valet liquidò prehendi, quæ de meritis beati Odilonis opinio iure poſſit haberi, cum is nimirum, qui iuxta priuilegium Apoſtolicæ dignitatis claues Eccleſiæ præ cunctis mortalibus tenuit, qui ligandi atque ſoluendi vires præeminenti quodam iure poſſedit, in illo iam inuiſibili examine conſtitutus, non aliter quam precibus iſtius vel à peccatis ſolui, vel de pœnali potuit ſupplicio liberari.

Inſtitutio feſti animarum.

Precibus Cluniacenſiũ liberatur Papa de pęnis purgatorij.

Gratias agunt & mortui.

Põtificia dignitatis antonomaſia

VI. F. Ber-

VI. *F. Bertrandus, qui non ſolebat pro defunctis rem ſacram facere, quo terrore motus fuerit, vt id præſtaret.*

Theodo-ric. Apoldia l. 3. vitæ s. Dominici c. 8.

FRater Bertrãdus Ordinis S. Dominici vir ſanctus fuit, ſolebatq; quotidie Miſſam pro peccatis celebrare. Sciſcitante autẽ ex eo fratre Benedicto, viro prudente, cur raro pro defunctis, ſæpiſſime pro peccatis ſacrificaret? Ille reſpondit: Vita functi de ſalute certi ſunt; nos autẽ in periculis fluctuamus. Ait illi frater Benedictus: Si ſint duo mendici, alter ſanis membris, alter ijs carens, vtri potiſſimum opitu laberis? Reſpõdit: Sanè illi, qui ſe minus iuuare poteſt. Tũ Benedictus: Nimirũ, inquit, ijs ſunt defuncti, quibus nec os eſt ad confitendum, nec manus ad operandum: ſed opem nr̃am poſtulant: viui autẽ peccatores, & os, & manus habent, & poſſunt ijs ſibi conſulere. Sed cum a ſententia non deduceretur Bertrandus, ſequenti nocte terribilis quidam defunctus apparuit ei, & faſce lignorũ mirè eum cõpreſſit, atq; decies, & eo ampliùs illa nocte eũ excitãs perterruit, & vexauit. Igitur prodeunte aurora fratrẽ Benedictum ad ſe vocat, narrat totius noctis hiſtoriã. Inde religiosè, & lacrymabundus ad aram accedens pro defunctis ſacrificiũ obtulit, idemque ſæpius iterauit.

Defuncti apparitio

VII. *Caſtigatur religioſus, qui dum viueret, neglexerat orare pro animabus defunctorum.*

Chronic. Franc. 2. l. 1. 22. §.

PVlcherrimum quoq; huiuſce rei exemplum legimus in Hiſtoria S. Franciſci de quodã Fratre eiuſdẽ Ordinis, qui in orando pro defunctis, prout regula ipſorũ exigebat, perquã negligens ac remiſſus fuerat. Moritur dictus frater, & à morte cuidã confratrũ ſuorum apparens, reuelauit, quãtas in purgatorio pœnas negligentiæ ſuæ in orationibus pro defunctis perſoluendis commiſſæ lueret; ſubiungẽs etiam, ſe precibus, votis, ac ſacrificijs fratrum pro liberatione & ſatisfactione ſua oblatis nihil iuuari, eo qđ Deus animabus alijs in negligentiæ ſuæ pęnam ille applicuiſſet, vti ſcilicet æquũ eſt, eos nullam ab alijs impetrare miſericordiã, qui nullam animab. proximiõrẽ exhibuere, iuxta illud Matthęi; Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiã conſequentur. Atque hinc videmus, ſatius eſſe vnumquemq; facere in hac vita quod poſt mortẽ ab alijs ſibi fieri exoptet: Præterquam enim quod maiorem merebitur gloriam & ſatisfactionem, hæredes etiam, aut quibuſcumque rerum ſuarum curam reliquerit, à peccãdi periculo liberabit. Matth. 5

VIII. *Quantæ efficaciæ ſit miſſæ ſacrificium pro animabus in purgatorio.*

D. Bern. in vita s. Malachiæ.

HVius rei inſigne quoq; extat exẽplũ in vita S. Malachiæ, de eius ſorore. Mortua eſt, inquit D. Bernardus, Malachiæ ſoror. Nec prætereũdæ viſiones, quas vidit de ea. Huius ſiquidẽ ſanctus vir carnalẽ exhorruerat vitã, & tanto zelo, vt ſe deuouerit non viſurum eam in carne viuentẽ. At illa carne ſoluta, ſolutũ eſt votum; & cœpit videre in ſpiritu, quã in carne noluit. Quadã nocte audiuit per ſomniũ vocem ſibi dicentis, ſororem eius ſtare foris in atrio, & ecce per totos triginta dies nihil guſtaſſe. Qui euigilans citò intellexit, cuius eſcæ inediã arceret: & diligenter diſcuſſo numero dierum, quem audierat, ipſum eſſe reperit, ex quo pro ea panem de cęlo viuum non obtuliſſet. Tunc ille, qui ſororis non animam oderat, ſed peccatum, beneficentiam, quam intermiſerat, rurſum adoritur. Neq; id fruſtra. Non multo poſt viſa eſt illi perueniſſe ad limẽ eccleſiæ; necdum tamẽ poſſe intrare: apparere etiam in veſte pulla. Cumq; ille perſeueraret, curans, ne quo die ſolita ſtipe fruſtraretur, ſecundo vidit eã in veſte ſubcandida, admiſſam quidẽ intra eccleſiam; ſed altare contingere non permittit tertiò tandem viſa eſt aggregari cœtui candidatorum; & in veſte candida. En quantum valeat de-

pre-

precatio iuſti aſſidua. Verè regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Sanè Malachiæ oratio vicem quodãmodo effractoris exhibuiſſe videtur cęleſtibus portis, quando peccatrix mulier fraternis obtinuit armis, quod ſuis meritis negabatur.

IX. *S. Rembertus quadraginta dierum ieiunio liberat Arnulphum preſbyterum purgatorio.*

Lau. Sur. to. 1. in vita S. Remberti 4. Febiuarij.

CVm S. Rembertus (qui poſtmodũ fuit Bremẽſis Archiepiſcopus) adhuc eſſet in miniſterio deceſſoris ſui Dñi Anſcharij, apparuit ei Arnulphꝰ presbyter iam pridem defunctus, & percõtanti, quo in ſtatu res eius eſſent in illo ſeculo, dolenter reſpondit: Ego cum adhuc in corpore eſſem, ſalutem animæ meæ negligenter curabam, nec ſeruabam eam, quæ meam deceret perſonam, morum grauitatem, ocio ſępe vacans, & quandoq; etiam tempore indicti ieiunij carnem comedens, aliaq; ſimiliter vetita in cibo & potu frequenter vſurpans. Ob quas culpas hactenus indignus ſui admitti ad conſpectum Dei. Sed ſi tua fraternitas pane, & ſale & aqua contenta, à cæteris alimentis interim abſtinens quadraginta dierum ieiunium pro me ſuſcipere vellet, credo per Dei miſericordiam, huius repulſæ, quam patior, pęna me abſolutum iri. Cui cũ ille ſe ita facturum, vt ipſi videbatur, eſſet pollicitus, expergefactus, mox vt Epiſcopũ, conueniendi copia oblata fuit, viſionẽ omnem illi expoſuit, acceptoq; ab eo conſilio, per dies quadraginta non niſi pane ſolo & aqua vſus eſt: quo tempore tam immani dolore dentium cruciabatur, vt panem illis manducare non poſſet; itaq; panem manibus contritũ & comminutum aquæ immiſcebat, & pro dentium leuamento inſtar pultis emolliebat: in quo tamen ad abſtinentiæ augmentum ea deerat, quæ in ſimplici panis decoctione eſſe poſſunt, puta ius alimenti, & ſaporis ſuauitas. Expletis autem huius abſtinentię diebus.

Arnulphus Presbyter ante ſacerdotiũ guloſus, poſt mortẽ poſtulat pro ſe ieiunari.

S. Remberti pro eodẽ Arnulpho ieiunium.

Presbyter ille, pro cuius ſalute hæc agebantur, per viſum apparuit cuidam fęminæ diuturna laboranti paralyſi, cui lõgus quidẽ languor membra tenuit, ſed tamen, vt de Seruulo beatus Gregorius dicit, Eadem mẽbra à bono opere non ligauit. Quotidie enim ſe ad eccleſiam deportari faciens, verbum vitę illic delectabiliter audiebat, hymniſque & laudibus Dei diu noctuque vacabat. Huic ergo, vt diximus, in viſione apparens iam dictus Presbyter petijt ab ea, vt gratias ageret ſeruo Dei Remberto pro cibi ac potus parſimonia eius cauſa tolerata, quã vſq; adeo ſibi profuiſſe aiebat, vt prius negatum ipſi Dei conſpectum, & cęleſtis aulę ingreſſum, pp eã iã pmiſſũ ſibi gauderet.

Paralyticæ mulieris pietas & viſio.

Purgatorio liberati erga liberatores ſuos gratiſſimi.

X. *Preces, ieiunia, eleemoſynæ liberant à Purgatorio.*

Io. Vaſæus ad ann. Christi 940.

SAnctius I. Legionis & Aſturiarum Rex rebelles domuit ad Duriũ vſque; cumque Comitem quendam Gũdiſaluum bello periturus videretur, ille rebus ſuis timens ſupplex ad Regẽ venit, ſeq; & ſua omnia illius fidei dedens, ad omnia imperata ſemper præſto ſe fore pollicitus. Sed aliud ore ac fronte præ ſe ferebat, aliud pectore celabat homo impurus. Nam poſtquam illi iam fides apud Regem erat, ſynceræ, veræque amicitiæ, omnis diuini atque humani iuris oblitus, venenũ domino ac Regi ſuo in pomo miſcuit. Quod vbi Sanctius hauſiſſet, mortẽ imminere ſentiens, Legionem properat, ſed tertio poſt die in itinere obijt. Dicitur autem Regina, Guda appellata, maritum in itinere defunctum in ripa Minij honorificè ſepeliuiſſe in monaſterio de Caſtrelo vbi cum ipſa Dei obſequio ſe alijs deuouiſſet, & ſabbatis omnibus Deum pro Regis anima deprecaretur, Sanctium maritum quondam ſuum ante altare proſtratæ apparuiſſe, duabus catenis vinctum totidẽ diabolis hinc inde tenentibus, atque hortatum, vt perſeueraret orare pro eo: rectè enim facere. Poſt quadraginta dein-

Hypocriſis.

Apparitio ſãcti purgatorio addicati.

ta deinde dies, quos ieiunio & fletu & eleemoſynis tranſegerat, rurſus ſabbato die oranti ante altare viſum, albis ornatum veſtibus, & pelle, quam ipſa cuidam ſacerdoti in eleemoſyná pro anima Regis dederat; ac teſtatum iam ſe à dæmonum poteſtate liberum, & nonnulla de paradiſo atque inferno loquutum diſparuiſſe. Quem cum ipſa vellet amplecti, nec poſſet, partem pellis tulit, quæ ad diui Stephani in ripa Sili delata, atque in pelle Sacerdotis deeſſe inuenta, miraculo fidem facit Abbati, & cunctis monaſterij monachis, qui rem occulta fide ſunt experti.

Eleemoſyna vis.

XI. *E locis purgatorijs animam monachi orando eripit S. Oſuualdus Epiſcopus.*

In vita eius apud Sur. c. 9. 15. Octobr.

S. Oſuualdo Epiſcopo Vvigornienſi nunciatum aliquando fuit, monachum Elienſem in eccleſiæ opere occupatum, ruiſſe præcipitem & ſubitò exſpiraſſe. Qua re nō mediocriter fuit ꝑturbatus, quod ſciret, monachum illū non planè inculpatam duxiſſe vitam. Accitis itaque Rameſciæ fratribus, exponit quid ei acciderit, hortatur, vt pro anima defuncti Dominum obnixè deprecentur. Itaque vacant vigilijs monachi illi, pſalmis & lacrymis dant operam, pulſant fores diuinæ miſericordiæ: & ecce nocte quadam Epiſcopo orationi inſiſtenti defunctus ille viſibiliter apparet. Rogatus, quis ſit, dicit eum ſe eſſe, pro quo Dominum ipſe deprecaretur. Tum vero ſuſpirans Epiſcopus; Vt, inquit, Frater, hactenus habuiſti, & etiamnum habes; Reſpondit ille: Hactenus quidem valde malè: at nunc valde bene: tuis enim meritis & precibus è pœnis, quibus cruciabar, per Angelum ſuum me Dominus heſterno die liberauit: Quod tibi nunciatum veni, ſimul & gratias tibi agens, teque admonere cupiens, quam propter hoc & alia Deo gratus eſſe debeas. His dictis euanuit.

Apparitio monachi è purgatorio.

E purg pœnis precibus ereptus monachus Gratias agit pro liberatione.

XII. *B. Elizabethæ precibus mater eius à purgatorio igne liberatur.*

Iac. Montan. Spirenſis in vita eius c. 23. apud Sur. 19. Nou.

De matre S. Elizabeth Regis Vngariæ filiæ hoc inter cætera legitur: Extinctæ matris vmbra noctu dormienti viſa eſt obuerſari, lugubrique vultu ac flexis poplitibus orare, ſui quā primum miſereretur: ob vitam .n. negligentiùs actam, igne ſe pœnas ſoluere, moxque hoc viſo expergefactæ, ac poſt effuſas ad Deū preces lacrymaſq; denuo in ſoporem depreſſę iterum apparere, ac immortales gratias agere pro matura liberatione, diceretq; tanti apud Deum preces eius reputari, vt tam vita functis, quam ijs, qui adhuc ſupereſſent, ſubuenire auxilio poſſint.

Preces piorū efficitur.

XIII. *Quanta ſit efficacia alicuius perſonæ Deo gratæ, apud Deum intercedētis: pro anima in purgatorio.*

Sur. 16. Iun. l. 2. c. 4. in vita eius.

Vir nobilis Simon nomine, natione Teuto, litteris egregiè inſtitutus. Ciſtercienſem ordinem cōplexus, Abbas Poniacēſis factus eſt. Et ſi autē ille ferueret deſiderio, tamē acerbiori zelo in ſubditos inuehebatur, morteq; immatura deceſſit. Habuit is, cum viueret, Lutgardem pro vitæ ſanctimonia chariſſimam, multumq; ei ſua morte mœrorem attulit. Sed vbi defunctum cognouit mox ieiunia & afflictiones pro eo ſuſcepit, rogans Dominum, vt animam eius liberaret. Cumq; multis precibus id à Domino contenderet, reſpōdit ei Dominus: Bono animo eſto tua cauſa benignè faciam ei, pro quo oras. At illa vehementiùs inſtans, ſecūdò audiuit eum propediem liberatū iri. Dixit verò ad Dominum: Quidquid mihi vis impertiri ſolatij, id illi animę in purgatorio largiatis: neque ego vllo pacto ceſſabo à lachrymis, nec tuis conſolationibus vnquam me patiar recreari, niſi illū videam liberatum. Tum verò non eſt paſſus Dominus, eā diutius affligi, ſed apparens illi adduxit ſecum animam è pœnis ereptā, dixitq; ei: Æquo animo eſto dile-

Abbatis anima è pœnis [illegible]

cta: ecce hæc eſt anima, pro qua poſtulas. Ille mox humi proſtrata in faciẽ, pro eius liberatione Dominum benedixit; Anima autem exultabunda & laudans Lutgardi gratias egit, & ad potiora tranſiens, cum magna gloria cœlos penetrauit. Is idem Simon poſtea Lutgardi crebrò apparuit, & inter cętera dixit ei, vndecim annos ſe in purgatorio pœnas fuiſſe luiturum, niſi ipſa ſuis precibus ſibi opem tuliſſet.

Apparitio Simonis Teutonis.

XIV. *De filio per matris lacrymas & ieiunia à pœnis purgatorij liberato.*

Th. Cantipr. l. 2. exemp. c. 53. parag. 21.

Matris pro filij salute cura & solicitudo.

IN villa prope Louanium oppidum Brabantiæ, iuuenis quidam diſſolutus & leuis languore decubuit. Rogatu ergo matris, Lambertus presbyter de proſorũ, vir pius & zelator maximus animarũ, venit ad iuuenem, & eum ad confeſſionem peccatorum, & pœnitentiam ſedulus inuitauit. Quo mox in multa valde contritione confeſſo, & nõ multo poſt mortuo, mater pro eo cõtinuauit interpolare ieiunia, & vſq; ad quinq; annos quaſi irremediabilib. lacrymis protelauit. Ergo vt ipſum tempus expletum eſt, die quadam Dominica dictus Lambertus presbyter mortuus eſt, & ſepultus. Sequenti autem quinta feria prædictus iuuenis manifeſtè apparuit matri ſuæ, dicens: Ecce nunc, mater chariſſima, adiutorio tuo ad requiem tranſeo, de grauiſſimis pœnis, quas pertuli pro peccatis, & mecum dominus Lambertus presbyter, qui me ad cognitionem, & confeſſionem peccatorum meorum ſalubriter prouocauit: pro quo alijs multis, quos ad pœnitentiam ſalutis adduxit, multa mercede cumulabitur præmiorum. Vide ergo lector, quantæ mercedis ſit docere inſcios, viam ſalutis oſtendere, ad confeſſionem & pœnitentiam trahere peccatores. Nec hoc quoq; ſine grandi mercede, viuentes compati mortuis, & eos quomodocumque in orationibus vel ieiunijs adiuuare.

Exhortatio ad confeſſionem peccatori q̃ hortatur ſaluberrima.

XV. *Dagobertus Rex liberatur è purgatorio à ſanctis, quibus baſilicas ædificarat & ornarat.*

Ex Aim. in lib. 4. hiſt. Gall. lor. c. 34. Baro. to. 8. annal. ad an. 647.

REdemptoris noſtri anno 647. quo terminum Dagobertus ſortitus eſt vitæ, quidam illuſtris Autoaldus nomine, Defenſor Pictauienſis eccleſiæ, partes peragrabat Siciliæ. Qui dum euectu reuerteretur nauali appulit ad quandam breuem inſulam, præſentia & meritis cuiuſdam ſolitarij, qui dicebatur Ioannes, redimitam. A quo, dum de ſalute animæ cum eo ſermocinaretur, interrogatus, vtrum Regem Dagobertum cognoſceret, illeque ſe eum optimè noſſe reſpondiſſet: rurſum à ſene rogatus, mores, vitamq; Regis expoſuit. Cui ſenex: Cũ, ait, multa vigiliarum ac ieiuniorum, ſimulq; ſenectutis fatigatione depreſſus, paulatim membra ſopori dediſſem, adſtitit mihi quidam veneranda decorus canitie, monens, vt properè ſurgerem, & pro Dagoberti Regis anima, quæ eadem è corpore exierat hora, Domini exorarem clementiam. Quod cum facere maturatò curaſſem, apparuerũt ſubito haud procul in pelago deformes truculẽta facie dæmones, vinctum Regẽ Dagobertum per ſpatia maris agitantes, inflictiſq; inſuper verberibus ad Vulcania loca trahẽtes. Qui diſtentus cruciatibus, inter agitationes & verbera, quorundã Sanctorũ audiebatur poſtulare ſuffragia. Cũ repente, aperto cœlo, inter fulmina in fluctus cum fragore ruentia, viſi ſunt deſcendiſſe viri decorenitentes mirabili. Requirere cępi ab eis, qui eſſent, qui dixerũt, ſe illos eſſe, quos Dagobertus ad ſuum vocarat auxilium, Dionyſium videlicet ac Mauritium martyres, nec non Martinum confeſſoré. Hi ereptam dæmonibus animam ſecum ad æthera leuauerunt, canentes hunc pſalmum: Beatus, quem elegiſti & aſſumpſiſti, Domine, habitabit in atrijs tuis. Hæc vir illi venerabilis Ioãnes Autoaldo retulit ſe vidiſſe. Qui in Gallias

Viſio cuiuſdã ſenis eremitæ.

Dagobertus Rex Francorum inuocat ſanctos.

Epinicion pro aſſumptione in cœlum.

Gallias reuerſus, ſancto Audoeno narrauit (fuit hic à ſecretis Regi, & poſt ea ſanctitate conſpicuus Epiſcopus Rothomagenſis) qui ea in vna cōſcripta chartula poſteris reliquit in ordinē hiſtoriç redigenda. Ex qua re datur intelligi, nullo modo à ſanctis ornatū contemni, quem ad eorum memorias deuoti conferunt viri. Quamquam.n. quorumdā calumniatorum, & cuncta deuorare cupientium hæc vox ſit: Nil (aiunt) Deo vel ſanctis eius proſunt aurum, ſiue argētum ligno affixum, ſeu parietibus dependentia pallia: nō tamen ſine cauſa vltione puniti ſunt diuina, Balthaſar vaſa de templo Domini rapta in turpes conuertens vſus, vel Heliodorus ærarium Dei diripere conatus, & Antiochus, quia Hieroſolymitanç vrbis templum Altiſſimo conſecratum exſpoliauit, poſtmodum ſcatens vermibus exſpirauit. Dagobertus verò eos ſpecialius ſanctos ſibi auxiliari poſcebat, quorum baſilicas plus cæteris ſe opibus ditaſſe meminerat.

Templorū ornatus & dona in honorē ſanctorum oblata, Deo ſunt gratiſſima.

XVI. *De Gundeſindo Ep. Compoſtellano pijs matris eius operibus ad electorum ſocietatem aſſumpto.*

Chronic. Io. Vaſci an. 920.

SIſnando quarto Epiſcopo Compoſtellano ſucceſſit Gundeſindus Comitis cuiuſdam filius: Qui dum mundo magis, quam Deo deditus eſſet, vitam non ſatis pio fine clauſiſſe dicitur. De qua re mater eius matrona pia graui confecta dolore, & de anima filij vehementer ſollicita, ante aram beatiſſimi Iacobi Apoſtoli diuinam miſericordiam dieſq; noċteſq; non deſtitit implorare, & fletibus, precationibus, ieiunijs, eleemoſynis ſibi demereri, interpoſito diui Iacobi patrocinio, donec quadam nocte in templo eiuſdem Apoſtoli vocem hanc audiuit; Scias filium tuum hac nocte ad electorum ſocietatem admiſſum fuiſſe.

Quam efficaces pces matris pro filio.

S. Iacobi Apoſtoli patrocinium.

XVII. *Viuentium pœnas etiam prodeſſe defunctorum animabus in purgatorio detentis, declaratur in Chriſtina patiente pro quodam Comite dimidiam partem purgatorij illius.*

HVius ſuffragij exemplum in vita venerabilis, nec non & mirabilis Chriſtinç deſcripſimus, Ludouicus Comes Loſſenſis nobiliſſim⁹ inter Theutonicos erat, vir ſagax ingenio, & armis exercitatus ac ſtrenuus. Hic virginem Chriſti Chriſtinam miro cōplectebatur affectu. Qui cū in extremis ageret, Chriſtinam ad ſe vocari fecit, & in conclaui ſecum, ſecedentibus omnibus, remaneret. Nec mora, Comes virtute qua potuit, erexit ſe, & ſupplex ante pedes Chriſtinç toto corpore proſtratus, ei omnia peccata ſua cum lacrymis recitauit, & hoc nō pro indulgentia, quam dare non potuit, ſed vt magis ad orandum pro ſe tali piaculo moueretur, hoc fecit. Mortuus ergo Comes eidem Chriſtinç manifeſtè apparuit, & ſe traditum acerbiſſimis in purgatorio tormentis oſtēdit. Cui pia mulier, non modicè miſerata, reſpondit: Age nunc, & vade hinc, & ſecundum diuinam miſericordiam pœnas pro peccatis exſolue: ego verò in meo corpore exactura ſupplicia, dimidiam purgatorij tui partem excipio. His itaque geſtis, videres Chriſtinam multo poſt tempore, certis horis, ſecundum quod anima Comitis alternis doloribus, torquebatur, flammeis vaporibus, interdum verò frigorum algoribus cruciari: loca verò, in quibus Comes peccare, vel inſanijs falſis gaudere ſolebat, lacrymis irremediabilibus irrigabat. Longo igitur poſt tempore ante mortem ſuam idem Comes ei apparuit, & gratias agens illi, ea cōntemplante ad ſuperna tranſiuit.

Th. Brabant. l. 2 Apum c. 53. 23

Apparitio Lud. comitis.

Charitas admirabilis S. Chriſtina.

Gratias agit aīa purgatorij pro ſua liberatione.

TIT. XXII. De gloria cœleſti.

Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent. Sap. 3.

Non eſurient neque ſitient, & non Iſaiç 49.

percutiet eos æſtus & ſol: quia miſerator eorum reget eos, & fonte aquarum potabit eos.

Matt. 13. *Tunc iuſti fulgebunt, ſicut fulgur in regno patris eorum.*

Luc. 22 *Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus, regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo, & ſedeatis ſuper thronos, iudicantes duodecim tribus Iſrael.*

EXEMP. I. *Animæ beatorum fruuntur cæleſti gloria ante generalem corporum reſurrectionem.*

Pet. Equilin. in catalogo Sanctor. l 7 c. 64.

CVm poſt obitũ B. Hieronymi, Græcorum quædam hæreſis pullulaſſet, aſſerens quod animę beatorum vſque ad corporum reſumptionem æternam non percipiunt gloriam, nec animæ damnatorum ſentiunt gehennæ pœnam; multiſq; fidelibus tali errore inuolutis, cum talis opinio in partibus Hieroſolymitanis reſonaſſet, per Cyrillum Epiſcopus Hieroſolymitanum indictum eſt triduanũ ieiunium, cum aſſidua oratione, cunctis fidelibus, vt Deus ſuæ fidei Catholicæ ſubueniret. Expletis autẽ tribus diebus nocte pręcedente apparuit B. Hieronymus Euſebio (Abbati, & quõdam ſuo diſcipulo) in oratione cum lacrymis conſtituto, dicens, quod Deus fideles ſuos reſpexerat, & quod interuentu ipſius, Eccleſiæ ſuæ ſubuenire decreuerat. Mandauit, ergo, vt trium iuuenũ in ipſa nocte in Bethlehẽ defunctorum corpora ante foſſam, in qua corpus ipſius Doctoris quieſcebat, deferri faceret, vt ſacco cilicino, quo viuus induebatur, tangerentur, & continuo reſurgerent, vt prædictã hæreſim vti teſtes veridici confutarent, qui iterum poſt dies viginti in Chriſto quieſcerent, cum quibus & ipſe Euſebius migrare deberet. Mane autẽ facto, Cyrillo Epiſcopo viſio per Euſebiũ narratur, omniſq; clerus & populus in eccleſia Bethlehem congregatur: trium iuuenum ipſa nocte defunctorum cadauera ad tumbã Hieronymi deferuntur, & per Euſebium ipſius ſacco cilicino tanguntur: moxq; iuuenes quaſi de ſomno euigilantes ſurrexerunt, & quæ viderant in alio ſeculo in gloria & in gehenna, cũctis populis narrauerunt, & ſic Gręcorũ hæreſim confuderunt: per triduum verò ante dies illos viginti, quib⁹ Hieronymus prędixerat, Euſebius ęgrotare cœpit, & per dies tres febre correptus, eccleſiaſticis ſacramentis cõmunitus, apparente ſibi B. Hieronymo, & ipſum ad cœleſtia vocante, in Dño feliciter pauſauit, eademq; hora præfati tres iuuenes iterum à corpore migrauerunt, Corpus autem Euſebij iuxta corpus Hieronymi ſepultum fuit, in cuius ſepultura monachus, qui lumen oculorum dudum amiſerat, cadauer deoſculatus, viſũ recepit. Ita Petrus de Natalib⁹ Equilinus Epiſcopus.

Hæreſis circa gloriam beatorum.

B. Hieronymi apparitio.

Tres mortui et a ſuſcitati ſacco cilicino Hieronymi reſurgunt.

& hæreſim confutant.

B. Hieronym⁹ apparet Euſebio Abbati diſcipulo ſuo & vocat ad gloriam.

S. Euſebij reliquiæ viſum cæco reſtituunt.

II. *Poſt purgationem exiguam animæ leuibus vitijs maculatæ tranſeunt ad cæleſtem gloriam.*

Ex epiſt. Boniface de homine ad vitã reuocato Baro. to. 9 Annal. ad an 716. 24. 25.

INter admirãda, quæ ab homine, qui in monaſterio Milburgæ Abbatiſſæ mortuus reuixit, viſa ſcribit. Vvinfridus, aliàs Bonifacius, in epiſtola ad ſororem; hæc habentur. Vidit quoq; ille defunctus miræ amœnitatis locum, in quo pulcherrimorum hominum glorioſa multitudo miro lætabatur gaudio, qui eum inuitabant, vt ad eorum gaudia, ſi ei licitũ fuiſſet, cum eis gauiſurus veniret, & inde mirę dulcedinis fragrantiã veniebat, quę beatorũ aditus fuit ibi congaudentium ſpirituum, quẽ locum S. Angeli affirmabant famoſum eſſe Dei paradiſum. Nec nõ & ignem, piceumq; flumen bulliens, & ardens mirę formidinis, & teterrimę viſionis cernebat, ſuper quod lignum pontis vice poſitum erat, ad quod ſanctę, glorioſęq; animæ, ab illo ſecedentes cõuentu properabant, deſiderio alterius ripę tranſire cupientes, & quædam non titubantes conſtanter tranſibant, quędã verò labefactaræ

Purgatorij imago quædam umbratilis.

ſtatæ de ligno cadebant in tartareum flumen, & aliæ tingebantur quaſi toto corpore merſæ; aliȩ autẽ ex parte quadam veluti vſq; ad genua media; quædam verò vſq; ad axillas, & tamẽ vnaquæq; cadentium multo clarior, ſpecioſiorq; de flumine, in alteram aſcendebat ripam, quam priùs eſſet, cum in bulliens cecidiſſet flumen: & vnus ex B. Angelis, de illis cadentibus animabus dixit: Hȩ ſunt animȩ, quȩ poſt exitum mortalis vitȩ, quibuſdam leuibus vitijs non omnino ad purum abolitis, aliqua pia miſerentis Dei caſtigatione indigebant, vt Deo dignè offerantur. Et circa illud flumen ſpeculatus mutos fulgẽtes, clariſsimi ſplendoris, ſtupendæ longitudinis, & altitudinis immenſæ, ſanctos Angelos audiuit dixiſſe: Hæc eſt enim illa ſancta & inclyta ciuitas cȩleſtis Hieruſalem, in qua iſtæ perpetualiter ſanctæ gaudebunt animæ. Illas itaq; animas & iſtius glorioſæ ciuitatis muros, ad quã poſt tranſitum fluminis feſtinabant, tam magna immẽſi luminis claritate & fulgore ſplendentes eſſe dixit, vt reuerberatis oculorũ pupillis, prȩ nimio ſplendore, eos nullatenus adſpicere potuiſſet.

Pœnæ purgatorij variæ

Cœli beatorum quædam adumbratio.

III. *Pius II. Pontifex corona triplici, & candido amictu fertur in cœlum.*

QVa die Pius II. Pontifex Maximus atq; hora deceſsit Amonæ in Hetruria Camaldi, quod eſt in Apennino iugo, ſenex Germanus, victu aſpero, ſex & quadraginta annos intra ſacelli clauſtra emaceratus, atq; inter cœnobitas miraculis clarus, egreſsus ad limen primum veſtibuli, videntem ſe exclamauit magnum ſacerdotem, corona triplici, & candido amictu deferri in cœlum, comitantium virguncularum cœtu, & nubecula ſeptum. Attonitis qui aderant, & quid eſſet conijcientibus, quarto poſt die, quantum itineris Amona diſtabat; nuntius de morte eius àffertur, tempore & habitu conuenientibus.

Io. Ant. Căpan. in vita eius.

Apparitio aĩæ in intrătu in gaudiũ Domini.

IV. *Iacobus de Vitriaco Cardinalis fertur in cælum, ſed poſt tres noctes, & duos dies purgatorij.*

VEnerabilis, & Deo dignus Iacobus, Anchonenſis quondam Epiſcopus, tũ verò Romanæ Eccleſiȩ Cardinalis, pridie Calendas Maij Romæ vita functus eſt. Quarto inde die, id eſt, in feſto ſanctæ Crucis, cũ Lutgardis in Brabantia eſſet, triginta dierum itinere procul ab eo loco, in quo ille defunctus eſt, rapta ſpiritu in cȩlũ, vidit eadẽ hora animam eius adduci in paradiſum: eiq; ſpiritu gratulans, dixit: Neſciebam, reuerendiſsime pater, te è corpore deceſsiſſe. Sed quãdo, oro defunctus es? Reſpondit ille, Quarto ab hinc die. Interim tres noctes & duos dies exegi in purgatorio. Tum illa admirans: Et quare, inquit, non ſtatim ab obitu mihi indicaſti, vt ſororũ noſtrarum precibus pȩnæ tuæ ſoluerentur? Dominus, ait ille, noluit te contriſtari pȩnis meis, ſed mea potiùs liberatione, & beatitudine exhilarari. Tu autem paulo poſt me ſequeris. His dictis, Lutgardis redit ad ſe, & diem mortis, itemq; purgatorij eius cruciatus, & in cȩlos migrationem, ſororibus cum ingenti exultatione exponit.

Th Brabant l. 3 vita S. Lutgar. cã 4. apud Sur. 16. Iunij.

Apparitio aĩæ beatæ.

Domini bonitas nolentis famulã ſuã contriſtari.

V. *Cæleſtem Hieruſalem nihil coinquinatum poteſt intrare, vt declaratur exemplo Epiſcopi.*

DImidio fere anno priuſquam vita excederet Archiepiſcopus Anno, viſus eſt ſibi domũ quandam omni decore intus & foris reſplendentem intrare. Et ecce in ſubſellijs iudicialibus, tamquam ad concilium ſolemniter euocati reſidebant, Heribertus Colonienſis Archiepiſcopus, Bardo Mogũtinus Archiepiſcopus, Boppo, & Eberhardus Treuirenſes Archiepiſcopi, Arnulfus Vvormatienſis Epiſcopus, & alij quã plures Galliarum Epiſcopi, quorum alios in carne nouerat, alios fama tantum & lectione compererat; amicti omnes ſtolis pontificalibus,

Lãbert. Scafnaburg. in deſcript. S. Annonis ad an. Do. 1075.

& habentes veſtem inſtar niuis candidam. Ipſe quoque candidis admodum ac pretioſis indutus ſibi videbatur, ſed partẽ candentis veſtimenti, eam ſcilicet, qua pectus tegebatur, ſordida quædã ac fœda caligo obduxerat, ac cæterum cultus eius ſplendorẽ ſua fœditate plurimum obfuſcabat, quam tñ ipſe nimio rubore perfuſus obiecta manu tegere ac celare, ne inſpicientium offenderet obtutum, conabatur. Vidit inter eos ſibi quoq; ſedẽ miri decoris paratã. Quam cum occupare gaudio & exultatione æſtuans procuraret, ſurgens Arnulfus Vvormatienſis Epiſcopus, modeſta voce eũ prohibuit, dicens, reuerendos patres; qui aſſiderẽt, nolle eum in ſuum admittere conſeſſum, propterea quod veſtẽ eius turpis hæc macula fœdaret. Cũq; iuſſus loco cedere, flens confectoq; nimium animo egrederetur, inſecutus eum idem Epiſcopus: Æquo animo, ait, eſto pater, maculam tm hanc, quæ veſtem tuam infecit, maturiùs ablui præcipe, quia non poſt multos dies beatę huius manſionis conſortium, & ſanctorum quos patrũ adſpexiſti, conſeſſum voti compos percipies. Mane facto cum familiari cuidã ſuo viſionem retuliſſet, ille ſapienter rem conijciens, Macula, inquit, hæc veſti tuæ illita, nihil aliud eſt pater, vt æſtimo, quam memoria iniuriæ ciuium, tuorũ; qui te anno ſuperiore Colonia expulerunt, quibus te diuinæ pietatis aſpectu iã olim oportuerat admiſſi huius veniam dediſſe. Hęc, quod bona venia dixerim, pectori tuo ornatiùs, quam æquum ſit, inſidens, & amariſſimo mœrore cõtra fas mentem tuam decoquens, cæterã ſanctiſſimæ tuæ cõuerſationis claritatem moleſta quadam caligine abducit & obſcurat. Archiepiſcopus conſcientiæ ſuæ teſtimonio conuictus, ne inficiaretur quod audiebat, reatum ſuum humiliter agnouit, ſtatimque deſtinatis circumquaq; nuntijs, ciues omnes Coloniæ, quos in vltionem iniuriæ ſuæ excommunicatos vrbe fugauerat, ad ſe euocauit, eiſque proxima feſtiuitate Paſchali, (nam in quadrageſima viſionem viderat) non ſolum communionem eccleſiaſticam, ſed etiam bona ſua omnia, quæ direpta fuerant, benigniſſimè reſtituit. Sic grauis illa tempeſtas, quæ ſpiritu diabolico ſuſcitata totam concuſſerat Coloniam, conquieuit, pater filios, filij patrem recognouerunt: Archiepiſcopus amaritudine, populus metu & ſollicitudine; ciuitas liberata eſt ſollicitudine.

Vita puritas. veſtis hieroglyphico deſignata.

Peccatũ leue i vita; eſt in ſtar macula in tunica.

Iniuria rũ recordatio vitã al a purã ma culat.

Archiepiſcopus patienter audit & obedit monenti.

VI. *S. Gertrudis viſio de cuiuſdam religioſæ imperfecta beatitudine.*

Religioſa quædam virgo cũ in monaſterio S. Gertrudis defuncta eſſet, vidit, ipſa Gertrudis animã eius in loco admodum lucido mirificem exornatam conſiſtere; cui etiam Dñs Ieſus aſtabat, & quinq; vulneribus ſuis ſenſus illius noua ſuauitatis dulcedine recreabat, eamq; blandè cõſolabatur. Dixit itaq; Gertrudis ad Dominũ: Quum tu Deus totius conſolationis huic tã amicabilem ſerenitatem exhibeas, quid eſt quod ipſa mœſtiori vultu grauamen internum prætendit? Ad quod Dñs: Ex hac mea præſentia anima quam cernis, non niſi delectamenta meæ humanitatis percipit. Vnde & plenè conſolari nõ poteſt, ſed vbi à negligentijs præteritæ vitæ purgata fuerit, ego eam in præſentia iucundiſſimę diuinitatis meæ perfectè conſolabor. Et iſta: Numquid Dñe mi, miſeratio tua non præualeret filiã tuam (cui ab infantia dederas pium cor & benignã voluntatẽ erga omnes homines) nunc abſoluere ab omni negligentiarũ impedimento? Reſpondit Dominus: Pietatem cordis eius, benignamq; voluntatẽ abundantiſſimè remunerabo: ſed oportet, dictante iuſtitia mea, vt omnis macula abſtergatur. Et quaſi blandiendo tenens mentum puellę, adiunxit: In hoc ſponſa mea libentiſſimè conſentit iuſtitiæ meæ: quia cum plenè purgata fuerit, gloria diuinitatis meæ iucundiſſimè perfruetur. Ad quæ verba

Ludou. Bloſ. Monil. ſpir. c. 13.

Non tantum ex Xpi humanitate capienda delectatio, ſed etiã diuinitate.

Pij i hac vita i omnimodo mi ſericordia Dei in ſe, ſed & iuſtitiam amant.

verba Domini, illa benigna vultu annuit. Poſtea ſancta Gertrude offerente ſub miſſa pro eadem puella ſalutarem hoſtiam, quæ à ſacerdote eleuabatur, dixit anima: In veritate certum eſſe experior, nullum quantumlibet exiguum bonum in homine carere remuneratione; nec vllam quantumuis paruam culpam eſſe, quæ non purgari debeat ante vel poſt mortem. Quia enim ſacram communionem libenter accepi, quando in terra viuebam, nũc magnum remedium obtineo de Sacramento altaris pro me oblato. Et quia tam benignam voluntatem ad omnes homines habui, modo multò citius iuuat me oratio pro me fuſa. Inſuper etiam æternam remunerationem expecto, quam in cœlo recipiam. Sicq; ſurſum ferri anima videbatur, ſubleuata precibus Eccleſiæ. Sciebat autem (vbi ad ſtatutum terminũ perueniret) Dominum cum corona gloriæ ſibi obuiaturum, ſeque in gaudium æternum introducturum. Licet verò purgandus quiſque iuſtitiæ & voluntati diuinæ conſentiat, non tamen amat pœnas ſuas: ſed cuperet ſe ita vixiſſe, vt iam nihil in ſe eſſet puniendum, & purgandum. Mauult tamen in purgatorio perferre pœnas cum certitudine perueniendi ad Deum quam adhuc eſſe in hac vita cum periculo peccandi in Deum.

Deus fidelis bonorum remunerator. *Idem iuſtus malorum punitor.* *Corona gloriæ.*

VII. *Ut Antonius Magnus Amonis morientis longè ab eo diſſitus animam in cœlum ferri viderit.*

QVum Amõ Ægyptius decederet, animã eius Antonius Magnus dicitur in cœlum deduci vidiſſe, diuinis virtutibus eam comitantibus, venerationeq; & ſtipatione multa, atq; etiam ineffabili quodã hymnorum carmine proſequentibus. Et cum, qui tum cum Antonio erant, per conſternationem in aerem ſuſpiciente, & rei tantæ faciem admirante, cauſam ab eo requirerent; ille viſum id haudquaquã occultũ habuit. Et verba eius re ipſa ſunt confirmata. Poſtquam enim à Sceti multi venere, & tempus obitus Amon indicauere, illud ipſum tempus eſſe cognitum eſt, quum Antonius ſtupore correptus in cœlos ſuſpexit. Vterque ſanè meritò beatus habendus: Amon quidẽ, quod ſic è vita præſenti ſit ſubductus: Antonius verò quod eum Deus ea viſione ſit dignatus: quum quidem inter vtriuſq; habitationis locum, magnum interuallum atque dierum aliquot intercederet iter.

Niceph. Calliſt. li 8. hiſt. Eccl. c. 41. *Amonis aiam vidit Antonius in cœlum ferri.*

VIII. *Diuo Bernardo reuelatur gloria S. Malachiæ Epiſcopi.*

CVm beatus Epiſcopus Malachias, cuius vitam virtutibus plenã ſanctus Pater Bernardus ſtudioſè deſcripſit, iuxta deſideriũ cordis ſui in Clarauallе beatã cœlo animam reddidiſſet, offerens pro eius tranſitu venerabilis Abbas hoſtiã ſalutarem, gloriam eius Dño reuelante, cognouit, & eodẽ inſpirante, ſacrificio iam expleto formam mutauit orationis, & collectam intulit, quę ad ſanctorum Pontificum celebritates, non ad commendationes pertinet defunctorũ, ita dicens: Deus, qui beatum Malachiam Pontificem ſanctorum tuorum meritis coæquaſti, tribue quęſumus, vt qui pretioſæ mortis eius feſta agimus, vitę quoq; imitemur exẽpla. Deinde reuerenter accedens ſacra eius veſtigia deuotiſſimè oſculabatur. Modum tamen aut ſeriem viſionis, nec cuiquam aperire, nec in eiuſdẽ Epiſcopi vita ſcribere acquieuit: hoc tantũ reſpondens, cum plurimũ ſuper hoc rogaretur, nimis ad propriam ſuiipſius pertinuiſſe perſonam. Nec ſanè dubium, plura eum ſimilia occultaſſe ſimiliter, quæcunq; videlicet paſſus eſt Dominus occultari.

Ex lib. 4 vita S. Bernardi apud Lau. Sur. 20. Aug. to 4 *S. Bern. oſculatur veſtigia Malachiæ.*

IX. *Sancta Mechtildis in hora mortis à Chriſto Domino viſitata, & ad gloriã cœleſtem inuitata eſt his verbis: Veni benedicta Patris mei, etc.*

SAncta Virgo Mechtildis, cum feria quarta poſt diẽ Paſchæ ichoaretur iſte

Ludou. Bloſ. in

Appendice de 4. tactu fœminæ. Reuelatur S. Mechtildi ſua prædeſtinatio ad gloriam. Beneficiorũ Dei grata æſtimatio.

iſte Miſſæ introitus: Venite benedicti Patris mei, ipſa ingẽti & inſolita quadam lætitia repleta dixit ad Dominũ: O ſi vnà eſſem ex illis benedictis, qui hanc dulciſſimam vocem tuam audituri ſunt? Et Dominus ad eam; Certò ſcias, te vnam ex illis eſſe. Et, vt nihil dubites, ecce ego do tibi cor meum in pignus amoris, & in domum refugij, vt ſemper maximeque in hora mortis tuæ conſolationem & requiem in illo inuenias. Ab eo tempore cœpit mira deuotione erga cor Ieſu Chriſti affici. Vnde & frequenter in ſimplicitate ſua dicebat: Si ſcribi deberent omnia bona, quæ è benigniſſimo corde Dñi mei accepi, nullo quãlibet grandi volumine comprehendi poſſent: Inſtante autem hora, qua migratura erat ex hoc mundo, Dominus ſummæ maieſtatis Ieſus eam lumine diuinitatis ſuę totã illuſtrans, ſuaui blandaq; voce inuitauit his verbis: Veni benedicta Patris mei, poſſide paratũ tibi regnum à conſtitutione mundi. Tunc nimirũ ipſe Dominus commonefecit eam doni illius excellentiſſimi, quo ante aliquot annos, cum eadem verba ad Miſſam cantarentur, donauerat illi cor ſuum in pignus amoris. Igitur beata illa anima in ipſum cor Ieſu ſuauiſſimum admiſſa, ſempiternæ gloriæ gaudijſque cœleſtibus feliciter fuit ſociata.

Ieſu inuitatio ad gloriam.

X. *Gloria cœleſtis per imaginem conuiuij, & epularum demonſtratur.*

Lau. Sur. to. 2. in vita SS. Mariani & Iacobi mart.

REfertur in vita SS. Martyrum Mariani & Iacobi, ſanctus Agapius martyr apparuiſſe S. Iacobo in carcere exiſtenti, per quietem, velut ſolemne quoddam & lætitia plenũ agitans conuiuium. Quo cũ ipſe & Marianus quaſi ad agapen ſpiritu dilectionis, & charitatis raperentur, accurit illis obuius puer, quem conſtabat eſſe alterum ex geminis ante triduum cum matre paſſis, corona roſea collo circundatus, & in manu dextra palmam viridiſſimam præferens, &, Quo properatis? inquit, Gaudete & exultate: cras enim nobiſcum & ipſi cœnabitis.

Palma inſignæ martyrij.

XI. *B. Ignatius Loiola in Caſinate monte animam Hozij vnius è ſocijs cœlum intrantem videt.*

Petr. Ribad. in vita B. Ignatij li. 2 c. 12. Pet. Maffeius eo. lib. c. 6.

DVm in monte Caſinate Ignatius eſt Hozius (cui Patauiũ vna cum Ioanne Codurio prouinciam obtigiſſe diximus) exceſſit è vita, conſummatuſque in breui expleuit tempora multa. Qui cum viuus nigellus eſſet ac deformis, tantum decoris, eius mortui ori, ſplendoriſq; additum eſt, vt animum Codurius ſatiare illius non poſſet adſpectu, nullũ intuendi illum finem faceret, magna animi lętitia, lacrymarũque abundantia. Huius morte multò antè Ignatij animus diuinabat: qui etiã in monte Caſinate, vbi D. Benedictus vidit Germani Capuani Epiſcopi animam in ſphęra ignea ab Angelis in cœlũ ferri, ipſe & animam illius clariſſima luce circũfuſam, in cœlumq; penetrantẽ vidit, & animam Hozij eſſe cognouit. Deinde etiam cum rei ſacræ daret operam, & in generali confeſſione, quæ ante Miſſam præmittitur, ad illa verba perueniſſet: Et omnibus ſanctis: magnum ſanctorũ numerum fulgẽtem gloria ante oculos poſitum vidit, inter quos & Hozius aderat ſplendidiore, quam reliqui, habitu, gloriaque multo illuſtriore, non quod ſanctior ille cæteris aut beatior eſſet: ſed quod Deus gloriam hominis, per inſigniorem hanc formam compertam Ignatio, vt ipſemet referebat, teſtatãq; eſſe voluiſſet. Qua ex re, tãta animi lætitia completus eius animus eſt vt per multos dies ſuauiſſimum ex recordatione fletum reprimere non poſſet.

Hozij anima in cœlũ penetrat.

Eiuſdem Hozij apparitio.

TIT. XXIII. De Sanctorum è cœleſti gloria apparitione.

EXEMP. I. *Apparet S. Paulus Neroni poſt ſuum martyrium.*

Niceph. Cal. hiſ. eccl. lib. 2. c. 36.

NEro Imperator certior factus à Petro, & Paulo, Simeonẽ peremptum

ptum eſſe; Petrum quidem pedibus ſurſum verſum ſublatis (nā id ita petierat? ſimul quod ſe indignū reputaret, qui itidem vt Magiſter ſuus, recto corporis ſtatu pateretur, ſimul vt leuior expeditiorq; ei in cœlū eſſet curſus) in crucē egit: Paulum verò gladio ferens occidit, eodē tempore, eodemque die. Sepulti autē ſunt in Oſtienſi, quæ dicitur, via, trigeſimo & ſeptimo poſt ſalutiferā Chriſti paſsionem anno. Ferunt autē Paulum Neroni antea teſtatū eſſe, ſe illi tertiò à cæde ſua die viuum repręſentaturum. Quod vbi eſt factū, in conſternationem illum coniecit. Et cū poſt mortē Paulus, ita vt prædixerat, cerò & verè illi adſiſtens libere Chriſtum verū eſſe Deum profiteretur, neq; verā ſalutem in alio quam Ieſu nomine eſſe oſtenderet: illum quidem dicunt conatum eſſe, minimè autem (quod viſio ea repente euanuerit) comprehendere Paulum potuiſſe.

D. Paulus Neroni poſt mortē apparet.

II. *D. Chryſoſtomus diuinitus fit certior de migratione ſua in cœlum.*

Ide Niceph. lib. 13. c. 37.

CVm D. Ioānes Chryſoſtomus exularet ad Pityuntē oppidum ad finē Pontici mari ſitum, ſæuiſsimis barbaris conterminum, & iam ad Deum migraturus eſſet, noctu ei oranti, qui vitæ eius duces fuerant, Petrus & Ioānes adſiſtentes, perquā amicè cum eo ſunt collocuti: eiq; cū aduerſus dæmones victoriam, tum poſtremò migrationē ad Deum, & quæ eum exceptura eſſent, bonorum perceptionē cum lætitia annunciarunt. Dein cœleſti & ineffabili eum eſca pauerunt: ex quo tēpore nihil poſtea cibi ſumpſit. Dicta hęc ab eis ſunt, quib. ille ea ſecum verſantibus concredidit. Hinc etiam ille ad maiore progreſsus eſt certamina. Ad Comanenos autem Armeniæ cum veniſſet, ad tēplū Baſiliſci martyris ductus eſt, qui Epiſcop⁹ fuiſſe & ſub Maximino Nicomediæ martyrij certamē obijſſe dicitur. Ibi in ſomnis ei apparēs martyr; Bono, inquit, animo eſto. Ioānnes frater vtrumq; craſtina dies coniunget. Ille etiam cuſtodi templi, vt locum Ioanni pararet, præcepit.

SS. Petri & Ioannis Apoſtolorum apparitio

S. Baſiliſci mart. apparitio

III. *Præclara apparitio D. Barnabæ Apoſtoli.*

Ex hiſt. ab Alexandro monacho ſcripta, ara. to 6. annal. ad an. 485. § 6. & ſeq.

PEtrus Fullo, qui ſedis Antiochenæ Epiſcopatum vi occuparat, vir impius, Arianus, cū innumeris malis partes Orientis affeciſſet, nō contentus in prouincias etiā illas, quæ nihil ad eum pertinebant, manus iniecit. Cū enim Zenonis Imperatoris, & eorū, qui erant apud Imperatorem gratioſi, lenitatem auro ſibi comparaſſet, ipſius etiam Dei legē deinceps contempſit: & Cyprios homines Dei & fidei amatores, ac recta ſentientes, omni modo vexare cogitauit: quoniā eius inſulæ habitatores pietatē à parentibus ſuis traditam ſeruantes recuſabant cum eius impietate communicare. Itaq; Cypri ſedem ſanctiſsimam, & à principio inde vſq; ab Apoſtolorum tempore liberam, ipſe arripere & ſibi ſubijcere aggreſſus eſt: idq; ad Imperatorē retulit, falſum deferens, ac dicens: Quoniam verbum Dei ab vrbe Antiochia ad Cyprum inſulā manauit: ob id Cypri Eccleſiam ſub Antiochenæ ſedis Patriarcha eſſe oportet, quandoquidē Apoſtolica & Patriarchalis ſit ſedes. Hæc ille rectæ fidei & ſententiæ deſertor contēdebat, cū tamen non ignoraret, ea quæ in vrbe Epheſo ſancta illa Synodus, Cyrillo prędidente, definierat, à ſe violari atq; corrūpi. Sed pietatis pręco, & ſāctiſsimus Apoſtolus Barnabas patriæ ſuæ opportuno tempore ſubueniens, illius Petri ſtultitiam, vel malitiam potius redarguit. Cum.n. Epiſcopus Salaminæ iuſſus fuiſſet ad regiam vrbem ſe conferre, & aduerſus Antiochenos corā Patriarcha cauſam dicere, præ timore torpeſcebat, Fullonis illius inſidias ſuſpectas habens. Erat tūc Salaminæ vrbis Epiſcopus Anthemius, vir cū primis admirabilis, quod ad rectam fidem & vitæ innocentiam pertineret, ſed ad diſputationem cum aduerſarijs ſuſtinendā parum valebat.

Cypriorū pietas & religio.

Petrus Fullo nititur contra Acta Concilij Epheſini.

Synodus Epheſina præſide S. Cyrillo.

Cum

S. Barnabæ Apoſtoli apparitio. 1.

Cũ igitur ancipiti fluctuatione fluctuaret, neq; certum haberet, quid ageret, num videlicet Conſtantinop. proficiſci deberet, necne; nocte in ſomnis aſtitit illi quidam, diuinam quandam ſpeciem præ ſe ferens, & luminis ſplẽdore multo effulgens, lucidaq; veſte indutus, & ſacro habitu decorus; qui & hæc dixit: Cur ita triſtis es nunc, Epiſcope? Quomodo tantus iſte torpor te corripuit? Cur vultus tuus ita cõcidit? Nihil mali ab aduerſarijs tuis patieris. Hæc cum dixiſſet, ab Anthemio diſceſſit. Qui experrectus, & timore perterritus Epiſcopus, in faciẽ ſe proſtrauit, & multis lacrymis ita Deũ deprecatus eſt; Domine Ieſu Chriſte fili Dei viui, adiuua Eccleſiam hanc: ſcio autem quod illã adiuuas. Si viſio hæc à te profecta eſt, fac, quæſo, vt ea iterum ac tertiò mihi oſtendatur; vt te mecum eſſe certò ſcire poſſim. Interea Eps ille diuinis precibus attentius vacabat, ab omnium hominum congreſſione remotus. Nocte autem, quæ deinceps conſecuta eſt, cum aſtitiſſet idẽ ille vir eadem forma & habitu, quo antea viſus fuerat; Iam, inquit, tibi dixi, nihil mali te paſſurum ex ijs, quę tibi aduerſarij minantur. Nihil igitur ſuſpicans prompto animo ad vrbem Conſtantinopolim venias. Hæc cum dixiſſet, diſceſſit. Epiſcopus verò rurſum Dño gratias egit, neq; quicquam alicui dixit, ſed expectabat tamen reuelationem tertiam. Nocte igitur conſequente idem vir apparuit; qui grauius eũ increpans: Quouſque, inquit, non vis credere verbis meis, quæ diebus his complenda ſunt? Proficiſcere in vrbem regiam prompto & alacri animo; illinc enim cum gloria reuerteris, nec quicquam mali ab aduerſarijs patieris; cum Deum ipſum propter me ſeruum ſuum tui propugnatorem habeas. Tunc Epiſcopus: Quæſo, inquit, domine mi, dic, quis es tu, qui hæc mecũ loqueris? Tunc ille ait: Ego ſum Barnabas diſcipulus Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſegregatus à Spiritu ſancto, vt vna cũ Paulo Apoſtolo electionis vaſe munus Apoſtolicum inter gentes exercerem. Huius rei ſignum hoc habeas; Egredere extra vrbẽ Occidentem verſus, ſtadijs quinque, in eam regionem, quæ ſanitatis locus appellatur (per me enim Deus ipſe in loco illo miracula efficit) & ſub arbore ſiliquæ effodias; ſpeluncam enim atq; arcam inuenies, quoniam illic totum corpus meum conditum eſt, & Euangelium propria manu ſcriptum, quod à ſancto Apoſtolo & Euangeliſta Matthæo excepi. Quoniam verò aduerſarij tui ſurſum & deorſum miſcentes omnia & iura quædam obiicientes, tecum diſceptant, Antiochiæ ſedem Apoſtolicam eſſe contẽdentes? & tu cõtra, ius tuum illis opponas: Et mea; inquiens, ſedes Apoſtolica eſt: nam & Apoſtolum habeo in patria mea. His dictis Barnabas diſceſſit. Epiſcopus vero experrectus Deum adorauit; totoque Clero & populo Chriſtianiſſimo congregato, exiit in eum locum, quem per reuelationẽ didicerat, multo apparatu; & cruce ipſa prælata: Cũque preces ad Deum miſiſſet, iuſſit locum effodi: quem poſtquam paulum fodiſſent, inuenerunt ſpeluncam lapidibus obſtructam. Illis autem ſublatis, apparũit arca illa. Qua detecta, inuenerunt venerandas ſancti & venerabilis Apoſtoli Barnabę reliquias ſuauẽ gratię ſpiritualis odorem ſpirantes. Inuenerunt etiam Euangelium ſupra Barnabę pectus impoſitum. Illam verò arcam plumbeo ſigno munierunt. Cumque Deum precati eſſent, diſceſſerunt, viris religioſis in eo loco ab ipſo Epiſcopo conſtitutis, qui veſpertinis & matutinis hymnis Deum collaudarent. Ille ergo inſigniores Epiſcopos ſecum habens, venit in vrbem regiam Cõſtantinopolim, & ad Patriarchę domum deductus eſt. De cuius aduentu cum Imperator audiſſet. Patriarchę ipſi mandauit, vt cum Synodo, quę illuc conuenerat, omnium Patrum controuerſiam audiret, & quod illi

2. appariti eiuſdem.

3. Eiuſdem apparitio.

S. Barnabas ſe manifeſtat.

Euangelium ſecundum Matth. ſcriptum manu S. Barnabæ.

Inuentio corporis S. Barnabæ.

Proceſſio cum cruce.

Euãgelij S. Matthæi inuentio.

illi videretur decerneret. Coacto igitur Concilio, cum cauſa illa tractaretur, aduerſarij afferebant ſua iura, vt ſibi videbantur, quod Antiochena ſedes Apoſtolica & Patriarchica eſſet, ob idque contendebant & alias prouincias ſibi ſubiectas eſſe debere. Beatus verò Anthemius pauſum moratus, contra obijciens: Et mea, inquit, ſedes Apoſtolica fuit, inde vſq; à principio & libertate honorata, qui & Apoſtolum habeo in patria mea integro corpore conſtantem; beatiſſimum, inquam, illum Barnabam ſanctarum laudum præconijs celeberrimum. Hoc cum Anthemius oppoſuiſſet, nihil loci aduerſarijs relictum eſt cum Epiſcopi, qui præſentes erant, ſilentio, Anthemij orationem confirmaſſent. Aduerſarij verò rubore perfuſi, muti remanſerunt, reſponſo illo tam iuſto perculſi. Hæc cum Imperator audiſſet, Epiſcopum Cypri ad ſe accerſiri iuſſit, & de reuelatione ſancti Apoſtoli Barnabæ diligenter ab eo quæſiuit. Ille nihil ex his quæ vera cognouerat occultauit; ſed ordine rem omnem Imperatori narrauit. Ille hæc audiens, valde gauiſus eſt, diuinæ gratiæ diuitias admirans, quod Imperij ſui temporibus tantum miraculum à Deo factum cognoſceret: Tunc Antiochenæ vrbis Epiſcopum illinc expulit, & iuſſit, vt in poſterum Cypri Epiſcopo, quod ad eam cauſam pertinebat, nihil omnino moleſtus eſſet. Beatum verò Anthemium Epiſcopum ita rogauit: Quoniam ſancti Pontificatus tui tẽporibus Domino noſtro Ieſu Chriſto placuit ſanctum ſuum Apoſtolum Barnabam reuelare, iube, quæſo, celeriter Euangelium illud, quod inuentum eſt, nobis afferri. Id ſi feceris, mihi filio tuo gratiſſimum erit: habebis enim & meipſum poſthac tibi, Pater, in omnibus obtemperantem. Aſſenſus eſt eius petitioni Epiſcopus; & quendam ex eis, quos ſecum habebat, vna cum fideliſſimo Imperatoris miniſtro Epiſcopum iuſſit, qui Euangelium illud in vrbem Conſtantinopolim attulerunt: erant autem libri tabellæ thyinis lignis compoſitæ. Euangelium illud Imperator in manibus ſumpſit, & deoſculatus eſt, auroq; multo exornatum in Palatio ſuo repoſuit, vbi ad hodiernum vſq; diem ſeruatur, & in magna quinta Paſchæ feria quotannis in palatij Oratorio Euangelium ex eo libro recitatur. Epiſcopum verò Antemium magnis honoribus proſecutus, pecuniis multis donatum ad inſulam Cypri remiſit, eiq; mandauit, vt ſancto Apoſtolo Barnabæ templum in eo loco erigeret, vbi venerandę ipſius reliquię inuentę fuerant. Multi autem ex optimatum numero pro illius templi ędificatione pecuniam contulerunt. Ille igitur in Cyprum reuerſus artifices atq; operarios collegit, & ędificationi non mediocrem operam dedit, & Apoſtolo Barnabę tẽplum valde magnum tum ędificio, tum multo & vario ornatu inſigne conſtruxit.

An ſedes Cypri ſit, Apoſtolica.

Cauſa Anthemii ad iudicata Petro repulſo.

Euãgelij codex vbi aſſeruatus.

S. Barnabæ templum in Cypro.

IV. S. Thyrſi & quadraginta martyrum militum apparitio.

CÆſarius Conſtantinopolitanus, uir tum temporis potens, conſulari quoque & prefectoria dignitate ſublimatus, empto loco extra muros ciuitatis, in quo ſacrę reliquię quadraginta militum, qui Sebaſtę Armenię temporibus Licinii martyrium perpeſſi ſunt, conditę aſſeruabantur, in honorem Thyrſi martyris magnificum ibi templum extruxit. Locus autem ille priùs fuerat deſertus, & totus ſolo adęquatus, adeo ut nihil ſciretur de martyribus. Apparuit Pulcherię Imperatrici Arcadii Imper. filię, Theodoſii iunionis ſorori, tertiò celebris ille martyr Thyrſus, qui de abſconditis martyribus indicia dedit, iuſſitque eos ad ſe transferri, quò eodem loco collocati, eodem quoq; honore potirentur. Et ipſi quoque quadraginta martyres militaribus veſtimentis ſplendidè induti ſeſe illi manifeſtarunt. Videbatur autem ea res & incredibilis & pror-

Sozom. l. 9. hiſt. c. 2.

Templũ S. Thyrſi martyris.

S. Thyrſus apparet Pulcheriæ Imperatrici.

Apparitio SS. Quadraginta martyr.

in media concione mortua concidit. Verum cum omnibus in preces procumbentibus paulo poſt reuixiſſet, narrauit mortis cauſam, iuſſamque ſe ad corpus redire, vt peccatum illud confeſſione expiaret. Adiecit etiam tum alia multa, quę viderat, tum illud in primis horribile, & dictu etiam mirabile: Cum ipſa ad Dei tribunal apparuiſſet, adducta ſimul eſſe ſexaginta animarũ millia, quę in omnibus mundi partibus fidelium infidelium varijs caſibus exceſſerant ex hac vita, atq; ex his tres tantum addictas purgatorio, reliquas omnes ad ignem æternum damnatas; vnum autẽ ex Franciſcanis Fratribus, eodem ipſum quoq; temporis articulo defunctũ, per purgatorij quidem locum tranſijſſe; ſed tamen non modo ibi diutius non commoratum, verum etiam par animarum, quę præcipuâ cum eo amicitia coniunctæ fuerant, ſecum in cœlum abduxiſſe.

Confeſſio ſacramentalis.

Iudiciũ Dei particulare.

Purgatorium.

II. *Ex triginta millibus animarum ſimul migrantium, duæ in cœlum, tres ad purgatorium, reliquæ eunt in infernum.*

CVm D. Bernardus Abbas Clareuallenſis ab hac vita migraſſet, quod contigit anno Domini 1153. indictione I. 13. Calendas Septembres, anno ætatis ſuæ ſexageſimoquarto, horrenda viſio Lingonenſi Epiſcopo facta eſt. Apparuit ei namque Eremita quidam mortuus, quem viuentem olim nouerat, qui diuino timore compunctus ante aliquot annos, cum eſſet Decanus diues & nominatus, omnia contemnens, eremitorium pro Chriſti amore intrauit. Quem cum de ſtatu ſuo & diuini iudicij diſtrictione interrogaſſet, ille reſpondit: Ea hora, in qua ego de corpore migraui, triginta hominum millia ab hac luce tranſierunt. E quibus Bernardus Clareuallenſis Abbas, qui eadem hora obijt, vna mecum ad cœlos euolauit; tres alij ad purgatorium miſſi ſunt; cæteri omnes per ſententiam iuſti iudicis condemnati, ad infernum perpetuò cruciandi deſcenderunt.

Io. Trith. I Chron. Monaſtery Hirſaug. ad an. 1160.

Eremita ſanctus.

D. Bern. mors & victoria glorioſa.

III. *B. Nilus docet ex decem millibus tunc temporis vix vnam animam ſaluari.*

HIs coronidem adijciet illud B. Nili Abbatis, viri ſanctiſſimi è Calabria, cultoris Dei ab infantia eximij, de rebus geſtis eius græcè ab eius diſcipulo conſcriptis: Venit Metropolita Calabrię Theophylactus, & cum eo Domeſticus Leo, viri litteratiſſimi & doctiſſimi: Sed beatus pater noſter Nilus fugiens populi tumultum, & dilectum ſibi ſilentium ſemper complectens, exiuit à ciuitate ad templum S. Ioannis Baptiſtæ eremi cultoris, cuius etiam vitã imitabatur, & ibi cum Deo conuerſabatur, & meditationi operam dabat. Ingreſſi autem ſunt ad eum alloquendũ Metropolita & Domeſticus & Principes ciuitatis, & multi ſacerdotum, & populi magna pars. Inierunt autem conſilium in via, quiſnã ipſorũ interrogare deberet, quodue ex arcanis ſcripturæ, non tam cognoſcendi cauſa, quam periculum faciendi cupidi. Cum verò ex aduerſa parte ſederet B. Nilus, & vidiſſet eos ad ſe venientes, dicit intra ſe: Cur nunc iſti accedentes, ad vana colloquia nos conijcient? Sed ò Domine Ieſu Chriſte, libera nos à laqueis alienis, & concede nobis intelligere, & loqui quæ oportet, & facere quæ tibi ſunt placita. Et cum oraſſet, aperit quem præ manu habebat librum, & fortè fortuna inuenit reuelationem factam S. Simeoni in admirabili monte. Cũ igitur illi appropinquaſſent, & poſt ſalutationem ſediſſent, B. Nilus tradit librum Domeſtico, vt legeret, vbi erat ſignũ. Ille verò aperiens os ſuum, cœpit valde diligenter & attentè legere. Cum verò veniſſet ad locum illũ, vbi dicit, quod ex decem millibus vix reperitur vna anima his temporibus, quæ ad ma-

Apud Baro. to. 10. Annal. an Xpi 976 2.1

Templũ S. Io. Bapt.

Linguæ cuſtodia in D. Nilo.

Quam pauci ſaluentur.

manum ſanctorum Angelorum perueniat: cœperunt omnes quaſi vno ore dicere: Abſit, hoc non eſt verum; hæreticus eſt, qui hæc dicit. Nos igitur fruſtra baptizati ſumus, & Crucem adoramus, & communicamus, & Chriſtiani dicimur? Hæc & his ſimilia cum omnes obijcerent; cum videret beatus Nilus quod Metropolita & Domeſticus nihil alijs dicunt, humaniter ipſe reſpondit & dicit: Si verò demonſtrauero vobis magnum Baſilium, & Chryſoſtomum, & Ephræm beatiſſimum, & Theodorum Studitam, ſed & Apoſtolum ipſum, nec non ſanctum Euangelium eadem ſentientes, & dicentes: quid patiemini vos, qui inconſultè aperientes ora loquimini, & Spiritui ſancto aduerſamini, & ſanctum Petrum metuenda verba hæreticis tribuitis propter vitæ veſtræ iniquitatem? Dico autem vobis fratres quod ex omnibus quæ feciſtis, nulla erit vobis gratia apud Deum: Quę enim idola, aut quam hæreſim vos reliquiſtis, & Chriſto adhæſiſtis? audetne aliquis veſtrum dicere, quod hæreticus ſum, & ingreſſus ciuitatem non ab omnibus lapidibus obrutus interficietur? Intelligentes, quod niſi virtute præditi fueritis, & magna etiam virtute præditi, nullus vos liberabit à pœnis inferni. Hæc cum omnes audiſſent, valde perterriti cœperunt ſuſpirare, & dicere: Væ nobis peccatoribus, & miſeris. Dicit autem illi Nicolaus Protoſpatharius: Pater, quare dicit Euangelium, quod quicunq; paruum calicem aquæ frigidæ dederit, non amittet mercedem ſuam? Reſpondit illi; Propter hoc dictum eſt illis, qui nihil habent, vt nullus excuſetur, quod nec habeo ligna, quibus calefaciam aquam: quid verò facietis vos, qui pauperibus frigidum calicem aufertis?

Auctoritates ſcriptura & SS. PP. probant paucitatem ſaluãdorũ.

B. Nili doctrina & admonitio.

FINIS PARTIS QVARTÆ.

INDEX HVIVS OPERIS COPIOSISSIMVS,

IN QVO PRIOR NVMERVS CAPVT, ALTER TITVLVM, Tertius paragraphum deſignat.

A

ABbas Paulus ob leue peccatum paralyſi percutitur 6.3.4

Abbas D. Iacobi Leodienſis cõtra Præpoſitum ad diuinum iudicem appellat, & vterque ad diem præſtitutum moritur. 3 122.5

Abbas Ioannes pro imaginũ defenſione multis tormentis diuexatus in exilio moritur. 3.70.2

Abbas Leo ſe pro ſuis captiuum offerendo martyrij gloria coronatur 2 8 4

Abbates Hor & Amos quanto ſilentio vſi in deſerto 3.127 6

Abbatis ignaui mors horrenda. 7.79 2

Abbatis cuiuſdam caſtimonia per ignem probata ſplendeſcit. 5 62 4

Abbatiſſa S. Lutgardi negans communionem diuinitus caſtigatur. 5.17 1

Abbatias laicis non concedendas laudabili Ottonis exemplo declaratur. 3.111 5

Abortionis periculũ aqua benedicta fugatur. 5.5.6

Abſolutio nõ valet niſi ablata reſtituãtur. 3.114.7

Abſtinẽtia Monachorum 3.32.2. Aſellæ virginis. 4.9 3. B Fulgentij 7 36.1 S. Edmundi. 7 36.2. Iona Pachomij diſcipuli. 7.90 8. S. Sabæ. 7 90 9

Acedia peccatum 6.22.1 ad 6 23 1. Acediæ profugandæ remedium 6 22 5 & 6 22.11. & 7 38 1

Acediam quibus exercitijs B. Virgo ſubterfugerit. 6.22 1 D. Antonius Monachorum pater. 6.22 2 Dorotheus Thebanus monachus 6.22 4

Acedioſos dæmon comitatur. 6 22 12

Acephali hæretici olim etiam Euchariſtiam conſeruare ſoliti. 5.19 5

Adalfredus nobilis ob commiſſum furtum qualiter punitus. 3 114 7

Adamus Catheneſis Epi exigẽs decimas à ſubditis in propria culina ab eiſdẽ crematur. 4.14 9

Adimarus Epiſcopus Podienſis vrbis Hieroſolymitanæ poſt mortem defenſor 3.47 2

Adoleſcens interludendum peierãs ac diris ſe deuouens horribili ſpectro terretur. 3 29 4.

Adoleſcens reliquiis S. Germ fi ... à dæmone liberatus 3.53 3. furti accuſatus innocens ſuſpenditur 3 60 8. ſuſpenſus loquitur ibid. mortuus à B. Franciſco Xauerio ad vitam reuocatur. 1 13 4. & 1 53 4.

Adoleſcens ad hæreſim propendens fit mutus 1 18. 11. Indus tormentis à fide ſuſcepta nequit amoueri. 1.21. 14. perditus ad meliorem vitam à Ioanne Euangeliſta reuocatur 2 33 vi precum conuerſus ordinem S. Franciſci amplectitur 3. 11 18. Vagabundus à dæmone tempore orationis auferiur 1 14.2 impura vita conſcientia ſacram hoſtiam deglutire non poteſt 5 15 1

Adoleſcens aulicus ſupplicio ignis innocenter afficiendus, audiendo deuote ſacrum liberatur. 5. 32.2 nimis curioſus à dæmone præfocatur. 6 9 2 diſſolutis moribus qua occaſione ad frugem redierit 8.3 8

Adoleſcentis poſt communionem ardens ad cælum deſiderium. 5.13 22

Adoleſcenti otioſo ſibi videntur in angues conuerti. 6 22 9

Adrianus Lindanus quomodo à claudicatione liberatus. 3 61 4

Adulterij fœdi peccati, puniti exempla. 3.103.1. ad 3 104.1

Adulter & adultera quomodo mutua ſe nece præfocent. 3 103 7

Adulterium apud Romanos & infideles quæ pœnæ. 3.104 5. & 6

Æger oleo ſacro inunctus conualeſcit 5 51.3

B. Ægidius oſtendit ſimilitudinem B. Ioannem Euangeliſtam in ſui Euangelij exordio de Deo ferè nihil dixiſſe 1.15.4 crebros patitur mentis exceſſus. 7 78. 1. triplici miraculo comprobat B. Virginis Virginitatem. 1 30.1

Ægidij de Raxa Gallici regni Mareſcalli & inſignis magi inaudita crudelitas & mors. 3.15 6

Aeris tempeſtates pœnitentiæ ſunt incitamenta. 7. 49 1. litanijs pelluntur. 4.27.9

Affectus & fides vxoris erga maritũ quanta. 5.9 8

Afflictiones fortiter perferendæ. 1. 4.5 6 vnde 1. 45. 1: neceſſaria ad vitam beatam comparandam. 1.45.10

Afflictis præſto eſt Chriſtus. 1 45 6

Afra meretrix Chriſti exemplo ad meliorem vitæ frugem reuocatur. 3 7 4

S. Agatha carcere detenta ab Apoſtolo Petro ſanatur. 3 46 6. illius beneficio mater S. Luciæ ab hæmorroide curatur. 3.46 9

Agapetus Pontifex cum Iuſtiniano imperatore de religione diſputat 1 11 2

Agatho Abbas qua rõne tacere didicerit 3.124.5

Agilulphus dux cur pœnas luat. 3.19.9

Agnis benedictis vi præſtigiæ Dæmonum propelluntur.

tur 3.72.4 & 5. incendia extinguuntur. 3.72. 11.12 & ſeq. larua nocturna diſſipantur. 3.72. 16 eius virtus ab Hæreticis exploditur. ibid.

Agricola die Dominico laborans caſtigatur. 3.73 10

Agricola feſtum B. Mariæ Magdalenæ violantis boues igni abſumuntur. 4 2.12

Aleæ Principibus indigna & indecora. 7.42.6

Aleæ luſum interdixit ſuis ſub graui pœna S. Elzearius comes Arianus 4 6 10

Aleæ ludentium & blaſphemantium horridum exemplum 4 6.3

Aleator blaſphemans diuina ultione corripitur. 4. 6. 1. Dæmonis arte & induſtria ad ſuſpendium adigitur. 4 6.9

Albigenſium hæreticorum falſum miraculum. 1. 14. 6. eorum impudentia noſtri ſeculi hæreticis perſimilis. 7.71 10

s. Aldegundem virginem in aduerſis Angelus conſolatur. 3.45.9

Alexander Conſtantinopolitanus Philoſophum in nomine Ieſu mutum reddit 3 23.2

Alexander iij. Scotorum Rex mortuum in chorea cum ſibus exiguum ſaltantem uidit. 4.4.18

Alphonſi Neapolitani Regis in hoſtes quanta clementia. 3 91 7

Alphonſi vi. Hiſpaniarum Regis impietas in matrem qualiter caſtigata. 3.82.10

Alphonſi x. ſapientiam Dei arguentis ſuperbia, & eius viciſſim agnito errore humilitas. 1.27.9

Alipij error de incarnatione. 1 2.3

Altaria erigenda, & conſecranda 11.71.1. ad 1. 72.2. eorum conſecratorum Angeli curam gerunt. 3.34.3. eis imouendæ reliquiæ. 1.71.5. eis cur reuerentia exhibenda 1 35.7

Altaria ab Hæreticis fœdiſſime conſpurcantur. 1. 71. 10

Altare ab Auguſto Cæſare in capitolio Chriſto collocatur. 1 29 1

s. Ambroſius infantulum mortuum ſuſcitat. 1 13.2. eius ope Maſcezelus inſperatam petitur victoriam. 3. 48. 11. moriturus ſui ſepulchrum relinquit eloquium. 8.9 1

s. Ammonius aurem ſibi præſcidit, ne fieret Epiſcopus. 8. 55. 4. eius animam s. Antonius uidet in cœlum ferri. 8 22.7

Arabs ſpiſſa volens edere miraculum à dæmone ſuffocatus in aqua necatur 1.14 11

Anabaptiſta damnatus inferno apparet in ſpecie tetri mi canis. 8. 18.4

Anabaptiſtarum antesignanus in baptiſmo à dæmone arreptus uſſocatur. 5.6 8. eorum falſa miracula. 1 14.10

Anaſtaſius Imperator Manichæus Catholicum ſe ſimulans, Catholicos defraudat. 1 56.5

Anathematis communicatione Deſiderius Longobardorum Rex quantum terreatur. 1.61.3. diuini contemptores diuini ius puniuntur. 1.61.3 ad 1.62.1

Ancilla Chriſtiana precibus fit miraculum 1.19. 9. eius pro Chriſtianiſmo conſtantia. 1. 21. 15. perfidæ qualis merces. 3 34 5

Ancilla quomodo ab heris ſuis tractanda. 3.95.10

Andreas Corſinus votis parentum quomodo Deo conſecratus. 7 62.1

s. Andreas Epiſcopus in celebrandis primitijs pompam reijcit. 5.52.7

s. Andreas crucis ſupplicio damnatur. 1.44. ad crucem velut ad epulas properat. ibid.

Andreæ Virdunenſis Archidiaconi conuerſio qualis. 7.61.5

Andronicus Imperator Euthymium Epiſcopum de Trinitate diſputantem obiurgat. 1. 26. 14. eius impuritas & impietas. 1.55.1

Anachoretæ cuiuſdam præclarum dictum. 3.125.9

Anglicũ Galli pugnaturi ſpe potiundæ victoriæ ad confeſſionem & communionem conuocant. 5 12.7

Anglia quomodo Pelagiana hæreſi infecta 1.23 8. Vvicleſi ſchiſmatica facta. 1 59 11

Angelus Bonus animam tormentis diuexatam defendit. 3.43.1. eius in albis apparitio 1 27.9

Angeli à quo inſtruantur. 3.35.6

Angeli piorum nomina deſcribunt. 1 74.9. iuuant nos contra dæmones. 2 27.1. Deum timentibus adſtant. 3 32 3 homines docent & inſtruunt. 3. 35.1 & ſeq. carceribus incluſos aliiſque vitæ periculis preſſos mortales eripiunt. 3.37 1. & ſeq. in rebus aduerſis ſolantur, morbis & vulneribus medentur 3.38.1 & ſeq moribundis ſuccurrunt. 7. 23 10. ſceleſtorum hominum ſunt reprehenſores. 3. 40. 1. & ſeq. Baptizatorum patrini. 3 39 4. animarum in purgatorio conſolatores. 3 45. 1. Caſtitatis amatores. 3.39 1. & 7. 34 7 Sacramenti Euchariſtiæ miniſtri 5.21.3 & 4 5.30. 1. ad 5.31.1. Chriſtum in Euchariſtia adorant. 5. 30. 2. colloquijs ſanctis delectantur. 7. 81.3. eorum melodias S. Nicolaus moriturus audit. 2. 18.2. eorum cultus & inuocatio exemplis declaratur. 3 33 1 & ſeq.

Angeli ſunt piorum cuſtodes 3. 34.2. altarium piorum hominum. 7.20. 10.3.34.1. & ſeq.

Angelos in cœlis canentes audit S. Venantius Abbas. 3.32 2. eos à Deo non eſſe creatos dixit Hermannus Riſſuvich. 3.32.6

s. Aniani precibus moribundus curatur. 1.11 9. eius fide mons ſuo loco mouetur 1 15 1

Anima purgatorio nondum ſatis expiata diuitem amplexus refugit 8 19 4

Anima S. Hildæ Abbatiſſæ ad cœlum ab Angelis deportata. 3 41.8. Germani Epiſcopi. 3 41.6 eius morientis interna quæ ſit pœnitentia 3 43 1. dignitatis in ſtatu gratiæ quanta. 3.73.8

Animæ defuncti religioſi ob neglectas miſſas pro defunctis in purgatorio detinetur.5 26.6

Anima peccatrix Deo & Angelis diſplicet.6.1. 3

Animæ beatæ pulchritudo qualis 7 22 6

Animæ ſub mortem potior eſſe cura debet quam corporis.8.3 15. eius immortalitas exemplis declaratur.8.11.1.ad 8.12.1.illius immortalitatem quomodo Gennadius edoctus 8 11.1

Animæ defunctorum viuentium precibus iuuantur.6. 22. 10 miſſæ ſacrificio, miſericordiæ & pietatis operibus.8.21.1

Animæ beatorum fruuntur cœleſti gloria ante generalem corporum reſurrectionem.8.22 1

Anna nobilis vidua monaſticam amplectitur vitam.7.60.17

Anniuerſaria fidelium defunctorum commemoratio vnde.4.1 18. & cur illa inſtituta. 4.1.19

S. Annoris reuerentia & obſequium erga religioſos.7.66.3

Antitheſes de S.Stephano et pdito monacho.5.36.2

Annulum ignitum Catholicus in confirmationem S.Trinitatis illæſus ſuſtinet.1.26.1

Antiochiæ ſeditio propter nouam vectigalium conſtitutionem.6.14.6

Antiochenorum pœnitentia.6.14.6

S. Antonius duos Philoſophos magica arte inſtructos deuincit. 1 6 3 moriens fidem Catholicam ſuis teſtatam relinquit. 1. 24. 6. ab Angelis in agone conſtitutus protegitur. 3.41.4. eius imaginem conculcans igne ſacro corripitur. 3.69 6. eius in pauperes benignitas.7.39.3

D. Antonini Archiepiſcopi præclara morientis elogia.8.10.7

Antichriſti quis futurus præcurſor.3 65 4

Apamenenſium puerorum verba conſecrationis rurì proferentium illuſtre miraculum.5 29.3

Apparitio S.Franciſci.7.10.6.S Sebaſtiani.7.11.7. Hieronymi.7.16 1.Ioãnis Abbatis adhuc viuentis. 7.84.1. Andreæ Apoſtoli. 7 88.6. S.Gregorij Magni. 8. 4. 5. Chriſti Ieſu cum Deipara & S. Auguſtino.8.5.1.Pontificis damnati.8.18.3 militum viuentium ſubſidio è pœnis purgatorij liberari poſtulantium.8.70.5

Apparitio Chriſti in cruce.3 1.7. in nube.1 4.2. eiuſdem cum B.Virgine & S.Petro 3 1.8. Diaboli. 3.44.4. Deiparæ. 3 44.12. D.Io: Baptiſtæ. 3. 45.1. D.Petri Apoſtoli.3.45.2.S.Leonis poſt mortem.3.45.3 Agnetis.3.46.18.Iacobi 3.48.3 Barnabæ Apoſtoli.3.52.5.SS.Bonifacij & Alexij.3. 114.8. Angeli.4.27.6.& 5.5.3. Ludouici pij Regis poſt mortem.6. 26. 2. Apoſtolorum Petri & Pauli in obitu S.Vrſini.6.48.7.& 8.5.3.S Franciſci & S.Bernardini.8.20.6.Benedicti.8.Papæ poſt mortem.8.21.5

Apparitio Sanctij purgatorio adiudicati. 8. 21. 10. Simonis Teutonis. 8.21.13. animæ beatæ.8.22. 3.& 4.S.Thyrſi & 40.martyrum militum.8 23 4. Alexandri cum corona duplicata. 8 23.5

Apes Euchariſtiæ ſacrarium conſtruunt. 5.6. & 7. mellifluo concentu illam circumuolitando recreant.5 6 8.furem adigunt ad pœnitentiam pro delicto agendam.6.2.8

Apum examen in ore Ambroſii adhuc infantis. 5.8.2

Appellatio ad tribunal Dei an metuenda, quando iuſta fuit iudicis ſententia. 3.122.1

Appetitus inanis gloriæ quantus.6.5.6

Apocriſiarij ſedis Apoſtolicæ quid paſſi à Conſtante Imperatore.1.71.7

Apollonius monachus cum ſocijs ope Angelica carceribus liberatur.3.37.2.& 3

Apollinis reſponſum de templo pacis.1.29.4

S. Apollinaris cæcum illuminat.1.9.1.& 1.9.2

Apoſtata SS.cultum negligens ab eiſdem neglectus miſere perit.3.50.7

Apoſtatæ à religione Chriſtiana, eorumq; pœna. 3. 21.1.7.89 1

Aqua fontium baptiſmalium creſcit, dum paſcha in Luſitania celebratur.4 1.5.& 4

Aqua feruentis & ferri candentis iudicium in Eccleſia prohibitum.1.107.15

Aqua benedicta Vis,Vſus & antiquitas 4.20.1.ad 4.21.1 eius inſtitutor quis: ibid. eius virtute catenæ diſſiliunt obſeſſi ab immundis ſpiritibus liberantur.ibid.

Aquæ potum ſitienti dando S.Lyduuina vinum diuinitus recipit. 7.6.2 eius temperantia à S. Auguſtino laudatur. 7.36 9

Ardentium ſodalitas Atrebati inſtituta.3.62 9

Arduini hominis damnatio vnde.7.63.3

Aranearum telæ è laqueari lapſæ quid portendant. 1.28 6

Arius cur à D.Petro excommunicatus.1 58 2

Arianus inſultans Catholicis conuictus Catholicã fidem profitetur. 3 23 3. dat pœnas ſuæ perfidiæ & impietatis.1.58 3 & 1.14.4.eius in cæco ſanando impoſtura. ibid.

Ariani ad tumulum B. Martini cum muneribus accedunt.1.19.5 eorum in Gallia hæreſis. 1.26 4

S Arialdi clerici Mediolanẽſis martyriũ 3 109 12

Arioli neutiquam conſulendi 3.14 4

Arnulphus Imperator Perſarum cum ſuis baptizatur.1.3.1

Arſenius viam ſalutis vbi inuenit 7.82.2

Arſenius Eremita non modo mulierum aſpectum, ſed & recordationem deteſtatus.6.44.8

Armeniorum conuerſio vnde 1.15.4

Aſella virgo ante pubertatis annos Deo dicatur à parentibus 7 62.3

Aſpectus mulierum ſunt arma diaboli.7.71.2

Aſſumptionis B. Mariæ feſtum quanto cultu Romani venerentur.3.62.1

Aſtrologorum prognoſticatione non facile ſtandum 3.14.6.& 7
Athanaſius cœnobita vir inſigni ſpe & ſide 2.2.6 ex eius pectore defuncti cupreſſus naſcitur.ibi.
S. Athanaſius diuinitus ad Epiſcopatum euocatur.5 54 10
Atrebatenſes vexat ardens morbus.3.62 9
Auaritia quantum malum exemplis declaratur. 6.12.1.ad 6 13 1.eius terribile exemplum,quomodo mulier auro vratur 6.12.9.
Auctoritas Eccleſiæ Romanæ quanta 4 17 1.ad 4.18 1. eius poteſtas primaria tantum ad ſummũ Pontificem pertinere non absoluta eſſet. 4 17 7
Audas Epiſcopus Idolorum templum incendit.1 20.4
Aures ſanctis viris factæ ciuures 7 82 3
S. Auguſtinus improbo conſortio improbus, imo deterior factus 3 9 2 & 3 interius ad fidem amplectendam mouetur 1 1 1.eius colloquium cum matre S.Monica de regno cœlorum 2 18.3. victus veſtitus & conuerſatio qualis.5.6 2.5 dolor in morte matris qualis 7 23 2
S. Auitus confeſſionum fidei manifeſtum requirit. 1.26 19
Auarus ſimulans ſe mortuum apud B. Kilianum vere defunctus fuit deprehenſus.3.1 26.7
Aures non accommodandæ verbis turpibus,nec rebus nouis audiendis 6 45 5.& 6
Aurum ab auara muliere collectum in ſepulchrum eius poſt mortem conijcitur. 6 12.9
Auſtriacorum Principum pietas in B. Virginem. 2 36 1
S. Aurelius baculo paſtorali in ſomnis percutit Edvvidum Tyrannum 7 93 2
Auſteritas quorumdam admiranda inter prædicandum.7 79.5
Auſtregildis Regina quo fato extincta 8.6.2
Auxumitæ Indi fiunt Chriſtiani.1 19.2.

B.

Babylonia Regum mandatum Chriſtianis impoſitum.1 4 3 eius conuerſio.ib d.
Babylæ martyris præſentia impeditur Apollinis reſponſa 3.51 6
Balduini Imperatoris pudicitia 1 54.4
Balduini comitis animaduerſio in virum nobilem ob viduam ab eo male tractatam.3.115.2.
Baptiſterium fœdat Vvenceſlaus Rex Bohemiæ 5.12 2 Ethelredus Anglorum Rex.5 12.3 oleto ſubijciens excæcatur ac ſuſpenditur.5.12.6
Baptizati olim veſte alba induebantur.1.1 5 & 5.8.4
Baptizati recens in libro vitæ aureis literis inſcripti.5 6 1.olim chriſmate ſacro inuncti.5.8.9
Baptizandus nemo adultus niſi prius fuerit inſtructus & ieiunauerit.5.9 1
Baptiſmus Hæreticorum abominandus vltione diuina probatur 5.4.5
Baptiſmus omnino ad ſalutem neceſſarius. 5.1.1.ad 5.2 1 eius materia eſt omnis naturalis aquæ genus,maris,fluuij,paludis,putei,fontis 5 2.1.ad 5.3 1.eius mirus effectus.5.2 4 5.1.6. ſpiritualis 5 6 1.ad 5.7.1 corporalis 5.7.1.ad 5.8.1. cæremoniæ 5 8. .ad 5 9 1
Baptiſmus non iterandus.5.9 1 ad 5.10.1. Baptiſmus flaminis & ſanguinis 5.10.1.ad 5.11 1
Baptiſmi contemptor s,eo umqz pœna.5.12.1.ad 5 13.1
Baptiſmi ſuſceptionem renuens Radbodus Rex in paganiſmo moritur 3.1 1 .
Baptiſmi nouorum Chriſtianorum in India Zelus & pompa.5.13 1 ad 5.14.1
Baptiſmi deſiderio quãto exarſerit puella Hebræa. 5 1.7
Baptiſmi formam vitiantibus Arianis aqua euaneſcit 5 3.1.forma ex falſa latinitate non vitiata.5.3.4
Baptiſmum conferentis et ſuſcipientis intentio qualis 6 5.1. ad 5.6.1
Baptizatus ab Hæreticis non eſt rebaptizandus, ſi recte fuerit baptizatus.5.3.4
Baptizati quidã ab Apoſtolis,quidã à Chriſto.5 4.1
Barba S. Petri Apoſtoli in Galliãs delata multa edidit miracula.3.55 13
Barbari à feris ad manſuetudinem alliciuntur.7.10 3 eorum in monachos graſſatio. 3 4.3
Bardæ Imperatoris miſeræ.dam exitus. 3.50.1
S Barnabas Apoſtolus Chriſti cauſa omnia uendit. 7.67.1.Vbi ſit corpus ſuum docet.3 52.5.Vbi & à quibus occiſum 3 76.8
S.Bartholomæi martyrium 1 44 4
S.Barlaam miſſæ priuatim celebrãdæ dat operam. 5.22 4. Ioſaphat adoleſcentem Regium in fide inſtruit 2.29 1
D Baſilij magni in fide conſtantia 1 21.3.eius aduerſus Valentem Imperatorem libertas 1.21 4
Baſiliſcum fugat Leo.4.1.12 1
Baſiliſcus imperator cum ſuis fame perire cogitur. 2 22 4 huic S.Thecla beneficio Zeno ſuperat. 3 40.15
Belluarum plaga cur hominibus diuinitus immiſſa 7 76 8
Belli licite contra hoſtes inferendi exempla. 3.99.1 ad 3.100.1
S.Benedictus procacioris linguæ fœminas excommunicat,eaſque vinculo poſt mortem ſoluit.1.62.3. monachum vagum virgis caſtigat. 2 5 16.eius in Deum ſingularis confidentia.7.68 2. eius regula ſancta & diſcreta.7.77 3
Benedictus de Foez quomodo ad vitam religioſam euocatus.7.61.13
Beneficia Eccleſiaſtica minime coacerauanda. 3.110.1
Beneficiorum Dei memoria carnis extinguit voluptates 7 10.11
Beneficia vinctũ ſancti in gloria agnoſcũt.3 45 3

Benefacta maiorum poſteris proſunt.7.5 4
Beneuolentia Mathiæ Tornini in ſuum præceptorem 3. 93.5. *Leonis Imperatoris Maiorani erga cæcum ſitibundum* 7 6 1. *Ducis Sabaudiæ in pauperibus loco canum venaticorum alendis*.7. 1.21
s.Bernardus qualis futurus in vtero matris prænuntiatur. 5 6 4 *Veſtigia S.Malachiæ oſculatur*.8. 22.8 *Angelo diſcredens fit mutus*.1 74 6. *illius documenta loco teſtamenti qualia*.8.12.1 *mors & victoria glorioſa*. 8 14 2
s.Bernardinus cum ſocio pedibus calcat aquas. 1. 12.7.*quando & à quo in SS.album relatus*.3.44 17 *eius adhortatio ad curam peſte laborantium ſuſcipiendam* 7 9 5.*pueri adhuc in pauperes beneuolentia*.7.5.6
Bigami olim ad ſacros ordines non promouebantur.5.52.11
s.Bennonis caſula & pedo dæmon pellitur. 1 68 7. *eius in legum Eccleſiaſticarum præuaricatores conſtantia*. *ibid.*
Bethunienſium ciuium Chriſtianæ charitatis munus erga ſuos, eorumque ſingulare priuilegium. 7 9 4
Blaſphemia Iuliani Apoſtatæ in Chriſtũ. 3.28.2. 1 27 9
Blaſphemia horrenda Sacramentarij diuinitus punita. 3.18.6. *Olympij Ariani in S. Trinitatem*. 3 28.1 *Hugenotorum in S. Antonij imaginem*. 3 69 8
Blaſphemus in S.Petrum lepra percutitur. 3. 28 6. *in S. Franciſcum Aſſiſiatem ſibiipſi mortem infert*. 3. 50. 6. *in D Ambroſium à Deo punitur*. 3. 50.2. *in reliquias S.Lupi diuinitus corripitur*. 3.55.9
Blaſphemorum duorum conuerſio vnde.7.22 5
Blaſphematores qua pœna mulctandi ex ordinatione Ludouici xij 2 49 8
s.Blaſius lacum ſiccis pedibus permeat.1.12 8
Boarius miles qua ratione blaſphemare didicerit. 3.28 17 *miram percipit in Euchariſtia ſumptione dulcedinem*. 5 9.13
s. Bonauentura quibus rationibus fratres ad examen Cõſcientiæ meridianum cohortatur.5.39.5
Bona eccleſiaſtica quibus diſpartienda. 3. 111 2. *illa non ſunt alienanda*.3.11.1.*ad* 3 112.1.*diripientes non inde diteſcunt ſed pauperiores fiũt*. 3 108 19
Bona aliena non eſſe illicite appetenda miraculo innoteſcit.3 130.2
Bonorum paucitas & multiplicitas malorum viſione quadam oſtenditur.6 1.2
Bonzorum impietas 1 21.15
Borinorius Bohemorum Rex quibus modis ad Chriſtianiſmum ſuſcipiendum adductus. 1 19.4
Boructuarij qua occaſione conuerſi.1 8.3. & 1.19.8
Brachium Gebhardi Abbatis rigeſcit ad tactum pium fœmina 6.48.3
s. Brigida ad virginitatem illibatam conſeruandam vult deturpari. 5 14 7
Brulaus Caluini diſcipulus mortuum ſe ſimulans diuinitus vere mortuus fuit repertus.1 14.9
Buſo adhæret fronti parentibus neceſſaria ſuppeditare recuſantis 3.82 1
Bulgari fame preſſi ad fidem veram conuertuntur. 1.19 3. *eorum Rex regnum deſerit, vt fiat monachus* 3.83.1
Bunzius fruſtra energumenum conatur liberare, qui mox à Chriſtiana femina liberatur 1.14.4
Burgundiones qua ratione Chriſtiani effecti. 1 19. 1 5 7.20
s.Byrinus ad ſedandam maris tempeſtatem Euchariſtiam ad collum ferre ſolitus. 5 10 9

C

Cadauer Valentini hæretici extra Eccleſiam à dæmonibus extrahitur.7.16.5 *in Eccl ſia ſepultum poſtmodum non inuenitur*. 7. 16. 7. *S. Crucis admotum reſurgit*.1.3 3.2. *aleatoris à dæmone raptum*.1.39 5
Cæcitas S. Audomaro viſu carior. 7. 26. 1. *pellitur confeſſione peccatorum*. 7. 10.6. *curatur attactu reliquiarum* 7.1 1 14
Cæcus luto oculis illito à Leone Maiorano curatur. 7.6.1 *ab Eugenio Epiſcopo Carthaginenſi* 1 9 3 *à S.Vedaſto*.1.9.4 *ab alio Epõ catholico* 1 14 3
Cæca à natiuitate in baptiſmatis ſanatur. 5 7 11
Cæcatus videns ab Epiſcopo Ariano.1.14 3
s.Cæcilia Tyburtiũ de Trinitatis myſterijs inſtruit. 1.26 16.*caſtitatem fortiter tutatur* 7 47 1
Ceſarius ob ſuam ſanctitatẽ regio munere donatur. 7.8.8. *verum ſe Catholicum oſtendit*.1 21 6
Cæſar Auguſtus Dominũ ſe vocari non patitur. 6. 27.3.*eius in Remp præclarum ſtudium*.*ibid.*
Cæſaria Imperatrix virum fidei gratia repudiat. 3 1.*baptizatur à Pontifice*.*ibid.*
Cæremoniarum Eccleſiaſticarum exempla.4.16.1. *ad* 4.14 1
Calicis uſum in communione laicis non eſſe neceſſarium miraculum oſtendit.5.14.1
s.Calliopus Chriſtianum ſe eſſe conſtanter fatetur. 1.44.7
Calumnia in Patres ſocietatis Ieſu.2.4 4
Calumniarum & falſarum accuſationum exempla. 3.117 1. *ad* 3.118. 1. *Calumniantium & falſo accuſantium pœna*.3.118 1 *ad* 3 119 1
Caluini oratio miraculum edituri. 1.14 9. *eius inceptum miraculum ibid horrenda mors*. 8 6 5
Caluiniſta prole baptizata mutus efficitur.5 4 6
Caluiniſtæ ob violatas reliquias S. Martini bis à Catholicis im fere cenciſi.3.55.31.*eorum iniqua lex de matrimonio contrahendo*. 5. 11.7
Campanæ ſua ſponte ſonantes.4.25 6.7.& *ſeq. earum*

rium uſus unde & quãdo apud Græcos cœperit & eas conſecrandi unde in Eccleſia ortũ habuerit. 4 25.2.& 3 earũ pulſus dæmoni exoſus. 4 25.4
Campanæ Senonenſis hoſtes territi ſonitu viribus deſtituuntur.4 25 4
Canutius Daniæ Rex quomodo diuinam omnipotentiam expertus. 1 27.3
Captiuorum redimendorũ exempla 7 8.1 ad 7.9 1
Canis ater & horrendus in poluto Caluiniſtarum pane viſus.5.1.16
Caroli Magni pietas & liberalitas morte terminatur. 8.5.4
Caroli V. Pontificis ad filium iam morituri admonitio 1.24.3. eius humilitas.ibid.
Carnes edentis feria ſexta pœna quam crudelis. 4. 10.9. & 20
Caſtitas religioni conſecrata magni apud Deum meriti. 7. 70. 4. mulierum Leodienſium quam conſtans. 7. 34.16. Epiſcopi Coletani miraculo inſigni comprobatur.5 62.3. barbaris eſt admirationi & venerationi.7.54 2
Caſtitatis Eccleſiaſticæ exempla. 5. 5. 62. 1. eam ſeruantes abſciſſis linguis loquuntur. 6 15 1. non ſeruantes eo dono priuantur. ibid. hanc martyrio præfert S. Pelagius puer tredecim annor. 7.34.14
S.Catharina ſepulturam Angelicã impetrat.7.11.4
Catharina Suedia à diabolo vt tẽtata. 3.83.5. eius viſio.8 20.7.& 7.47.1
Catharina Senenſis mirabile ſacræ cõionis deſiderium.5.18 4. eius erga proximos charitas.7 35.3
Catena S. Petri quo miraculo ſplendida. 4.1.16
Catholici unde Romani dicti.1 67.9. eorum ab hæreticis diſcrimen. 1.14.4
Catechiſmus neceſſarius. 1. 2 2. commendatur à Ioanne Gerſonio Pariſienſi cancellario.1.2.5
Catechumenus baptiſmate ablutus pœnis purgatorij addicitur.5 10.3
Catharina Angliæ Regina diuortium fert patienter.5.11.6
Cereus peregrinationis tpe non conſumitur. 3.60.3
Cereorum in templis ad ſepulchra Sãctorum ſolitorum accendi exempla.3.62 1.ad 3 63 1.eorum vis.3 62.8.& 9. miracula. ibid. & 4 24 4. & 3 62.1
Cereis exornata palla ac Rhemis circumgeſtata lues inguinaria depellitur. 3.62.6
S.Ceboni Epiſcopi & aliorum Chriſtianorum fuga vnde.9.58.4
Charitas Epiſcopi Carthaginenſis erga captiuos quanta. 7.8.7 D.Bernardini erga infirmos etiã peſtiferos. 7.9.5. Radegundis Reginæ erga leproſos. 7.9 9
Charitatis fraternæ obſeruatio ad ſalutem ſufficit. 3.3.1
S.Chordula in memoriam Chriſti vulnerum nodis nudum corpus cingit. 1.32 10
Choreæ rixarum cauſa 4.4.10. ad illas diſſipandas quid remedij.4 4 15
Chorizantes 200 in flumine traiecti pereunt, et 50. à dæmonibus abripiuntur. 44.5. & 8. eis quæ pœna ciuibus à Magiſtratu illata. 4 4.12
Chilpericus Rex in ſabellianiſmum declinans S. Saluio Epiſcopo acquieſcit.1.26 22
Chriſmatis vnctio in vertice. 3. 45 1. eius in ampulla miraculum.5.1.2 & 3
Chriſmatis & olei exorcizati in baptiſmo uſus vnde? 4 15.7. & 5 2 6
Chriſtus Dominus poſt aſcenſionem Petro & Paulo Apoſtolis apparet.1 48.1. S.Pantaleoni. 1 48.2. monet S. Kilianum de ſuſtinẽdo breui martyrio. 1.48.3.S.Menam in tormentis conſolatur. 1 48. 4. apparet Alphonſo Portugalliæ Duci. 1.48 5. eum ad bellum contra Saracenos ſuſcipiendum impetit. ibid. apparet B. P. Ignatio Loiolæ Romã aduentãti.1 48.9 S.Vuilhelmo Abbati Roſchildenſi in Zelandia.1.48 7. Elizabethæ Vngaricæ.1.48.10.in monte Oliueti.1 49 1
Chriſtus cur diligendus.3 3.3. manifeſtat ſe viſibilem S.Lyduuinæ Virgini ſub ſacra hoſtiæ ſpeciebus. 5 2 15. monacho cuidam in forma triennis pueri. 7.10.8 Blaſphemis vulneribus obſitus.7. 22 5. illius in nos quantus amor & clemẽtia 3. 1 1. ad 3.2.1. eius diſcipulus quis dicẽdus.7.28.1
Chriſti paſſionem cuidam feruenter recolenti quid accidit.1.32.6.& 7. eius quinque vulnera Alphonſo duci diuinitus impreſſa.1 32.16
Chriſti in nube apparitio.1.4.2. eius aduentum miracula prænuntiant.1 29.2 & 3. natiuitas ſplẽdida 1 29 5. natali die miraculũ in Bethleem contigit, & quale? 1.29.7. aduentus ſimulachrorum in Ægypto dæmonis ad ſubuerſionem 1. 29. 8. gentilibus fuit reuelatus.1 29.9. natiuitatis eius hora D.Bernardo patuit. 1 29.10. paſſionis tempore miracula quæ facta.1 31 1 & 2
Chriſtianiſmus in India occidentali futurus ab Angelo prænuntiatur 3.37.5
Chriſtianus non eſt qui in Eccleſia non eſt. 1.2 2. eius ab Ethnico diſcrimen.1 3 5
Chriſtiani dira tormenta patiuntur. 1. 20.4. quinam vere dicantur. 1.2.4. & 3.7.1. quo honore affecti in exercitu M. Aurelij Imperatoris. 2. 11.10. à quo Galilæi dicti 3 51 6. hoſpitalitatis beneficio vbique terrarum commendantur. 7. 10.11
Chriſtiani obſtinati & heretici flagellis non redduntur meliores.1.18.10
Chriſtiani pauci Mauros innumeros aggrediuntur. ibid. eorum in cruce adoranda laudabilis cõſuetudo 1 21.15. ſuppellex quæ. 3 77 5. praua vita Euangelio in Sina multum obeſt.3.9 6. perſecutores vltio diuina concomitatur. 1. 22. 7. nomen ſuperat omnes hominis dignitates. 1 3. 6.

illius

inobedientibus communio non eſt danda. 5.16.2
B. Chriſtina in carcere diue caſa Angeli præſidio ſanata liberatur 3 38 7. *eius erga animas Defunctorum charitas.* 7.23.1
Cibi in flores & roſas quando mutati 7 54 3
Cinerum ſacrorum vſum irridens quomodo diuinitus punitus 4 25.1
Chryſaorij mors terribilis. 8.6 4
Claudam ſanat Alexander II. Papa. 1.11.2
s. Clara feruenter recolit paſſionẽ Chriſti. 1.32.10. *illius ſãguis vbi et quãdo ebullire ſolitus.* 3 58.9
Claues in iecore piſcis vt inuenta. 5 11.
Clericus inobediens ad ſacros ſuſcipiendos ſe ingerens punitur. 5 52 10. *eius ſine ordinibus celebrandi pœna* 5.28 7. & 8
Clericorum vita qualis eſſe debeat 5 63 1
Clementia Alphonſi Regis Neapolitani in hoſtes qualis. 7.42 5. *ea quantum prodeſt tantum nocet in clementia.* 7.4: 9
Clodoueus Rex in fide ſtabilitur per cæcum illuminatum 1 9 4
Clotarius Rex moriens Dei potentiã agnoſcit 1 27. 5 *illius erga reprehendẽtem moderatio* 7.20 4
Codicilli olim viri pij vſi ad notandos quotidianos defectus 5.39 4
Cogitationes prauæ graui purgatorio puniendæ 7 55 3 *eis cur Deo permittente ſæpe agitemur.* 3.129 2 *eis carere non tam omnino ſatagendũ. quam eis reſiſtendum* 3 129 5 *eis vſq; ad ſanguinem reſtitit P. Franciſcus Xauerius.* 3.129.7 *eis reſiſtendi qui modi.* 7.72.1
Cognationem ſpiritualem cõtrahunt ſuſceptores & ſuſceptrices in bap: iſmo. 5.8.6
s. Columbanus Sueuos ad fidem conuertit. 1 5.3
Columba inſidens capiti Ioannis Chryſoſt. quid deſignet 5.54 3
Coletta quomodo erga Chriſti paſſionem affecta 1. 32 8 *precibus impetrat ſalutem religioſi cuiuſdã diſſoluti.* 7 22.11. *eius in diuino officio perſoluẽdo feruor.* 2 5.17. *charitas in proximos.* 7.23.7.
Commatres non ſunt ducendæ in vxores. 5.3.3
Comites Eccleſiaſtici peculij vſurpatores damnati. 3.114 9
Comes quidam apud Inferos ob commiſſa ſacrilegia cum poſteris punitur 3.108.18
Communionis in genere exempla. 5 7 1. *ad* 5 8.1. *ſub altera tantum ſpecie.* 5 14 1. *ad* 5 15 *frequentis.* 5 17.1. *ad* 5 18 1. *ſpiritualis eiuſque ſuſcipiendæ deſiderium* 5 18 1 *ad* 5.19.1
Communio quibus neganda. 5 16.1. *ad* 5 17.1. *ad firmandam pacem quomodo data Henrico IV. Regi Teutonicorum.* 5 7.4. *ad illam præparatio prærequiſita.* 5.15.1
Communicantium corpora ab Angelis in cœlum deferuntur 5 30 1
Cõicantium indigne exempla 5.11.1 *ad* 5 12.1
Concionatores non tantum verbis, ſed etiam facto alios tenẽtur inſtruere. 3.78.5. *eis illicitum ſanguinem fundere exemplo Iacobi Senenſis Epiſcopi docetur* 3 99 6 *eorum munus à legitime miſſo tantum ſuſcipiendum* 3 79 1
Concionatorem frugem feciſſe in populo, quibus indicijs demonſtratum 3 78 7
Concupiſcentia ob illicitam amorem virgo à dæmone obſeſſa. 3 129.4. *huic adoleſcentula Chriſtiana quam egregie reſtiterit* 3.129 9
Confeſſio ſecreta peccatorum in vſu fuit ab initio Eccleſiæ. 5.38.1. *palliata ſacræ Euchariſtiæ perceptionem impedit.* 5 83 5. *eius integræ præmiũ.* 5 38.8. *ſacramentalis fructus & vtilitas.* 5 39 1. *ad* 5.40.1. *Vſus vbi, quando & per quem primo reſtitutus.* 5 36.5
Confeſſiones mulierum qua cautela & circumſpectione excipiendæ. 5 34 6
Confeſſarius pœnitentium peccata deſtendo confeſſionis ſigillum tenetur ſeruare. 5 34.3
Confiteri frequẽter ob leues etiã culpas vtile. 5.36.3
Confeſſio auricularis miraculo probatur. 1.77.3. *generalis fit à B. Eligio ab adoleſcentia.* 5.35.1. *à s. Engelberto Epiſcopo.* 5.35.2. *eius in genere exempla.* 4.12 1. *ad* 4.13.1. & 5 38 1. *ad* 5.39.1. *eius gratia mori non permittitur, qui erat igni fere conſumptus.* 5.35 6
Confidentibus in Deum nihil vnquam defuturum. 3 34.12
Coniugium in 4. gradu nullum. 2.35 2. *eius concordia magni apud Deum meriti.* 7.55 2
Coniuges vt filios conſequerentur, quomodo à s. Eutychio patriarcha effectum. 5 5 1. *eis licet poſt matrimonium ratum non conſummatum vouere caſtitatem, & ingredi religionem.* 5.12.1. *ad* 5.13.1. *licet etiam poſt matrimonium conſummatum ex mutuo conſenſu.* 5.13.1
Coniugatorum inter ſe officium. 5 9 13
Coniugatæ quædam vitæ maritorũ conſuluerunt. 5.9 11
Confirmationis ſacramentum, tutiſſima animæ cuſtodia. 2 3.3. *eius vſus, neceſſitas, & vtilitas.* 5. 1.1 *ad* 5.2 1. *miniſter.* 5.2 1. *ad* 5.3.1. *effectus ſpirituale.* 5 3.1. *ad* 5.4 1. *corporales.* 5.4.1. *ad* 5.5 1
Conſcientiæ diſcutiẽdæ modum tradit s. Dorotheus s. Bernardus 5.39 2 & 3
Conſcientiarum libri in futuro Chriſti iudicio aperiendi. 1.49.1
Conſilium malum cõſultori peſſimum. 6.24.5. *eius pœna quæ.* 6 2 .2
Conſiliariorum iniquorum pœna 7.21.2 *ad* 7 22 1
Conſecrationis formam corrumpens ab Angelis monetur. 5.30.5
Conſortij bonorum exempla. 3.8.1 *ad* 3.9.1

Conſortium Improborum fugiendum. 3. 9. 1. ad 3. 10. 1. illud ſequentium quæ pericula comitentur. 3. 9. 8

Conſtantinus Imperator ob cultum omnium feliciſſimus 1. 17. 1 à patre ſuo corona aurea condecoratur, & verbis pijs inſtruitur. 1. 24. 1. loca ſacra veneratur. 1. 66. 1. Epiſcopis & ſacerdotibus defert honorem. 5. 60. 2. ſeipſum viuum exemplar fidelibus proponit 1. 25. 5. illius præliorum comes Deus 1. 24. 1

Conſtantinopolitani cur ab infidelibus ſuis ſedibus eiecti. 1. 59. 5 eorũ victoria contra Perſas 3. 36. 3.

Conſtantij Imperatoris prudentia in probandis aulicis 1. 18. 8

Contractus curatur contactu reliquiarum Caroli Comitis Flandriæ 3. 53. 7

Conradi Hildemenſis Epiſcopi laus & viſio 8. 17. 1

Contritio prima pœnitentiæ pars exemplis declaratur. 5. 37. 1. ad 5. 38. 1. eius vera exemplũ. 5. 35. 5. eius lacrymæ apud Deum quid poſſint. 5. 37. 7

Contumeliæ illatæ exempla. 3. 123. 1. ad 3. 124. 1

Conuiuia euitat D. Ioannes Chryſoſtomus. 6. 18. 2. eis indulgens à muribus deuoratur. 6. 18. 4.

Conuiuio pauperes & nobiles accepit D. Ambroſius 6. 18. 1

Conuitiorum flamma apta & eleganti ſimilitudine reprimitur. 3. 123. 2

S. Copres ab igne non læditur. 1. 6. 1. eius & Manichæi cuiuſdam certamen. ibid.

Cor auaritiæ deditum eſt præda diaboli. 6. 12. 1

Cor Ieſu Chriſti defectus in oratione perficit. 2. 14. 8.

Cor peccatoris induratum difficulter emolleſcit. 6. 37. 3

Corporis Chriſti feſtum vbi et quando originem acceperit 4. 1. 8

Correptio debet eſſe cũ charitate correctiua 7. 17. 5

Corui obedientia & geſtus miraculoſi 6. 16. 5

Correctio non debet eſſe intempeſtiua. 7. 25. 7

Crux S. Andreæ in aere viſa. 3. 48. 7

Crux diſcretiua bonorum & malorum. 1. 26. 4

S. Crux geſta à Gregorio Turonenſi miraculo nobilitatur. 1. 34. 4 datur Imperatori Henrico cum globo aureo 1. 34. 5 iniuriam patitur. 1. 33. 8. geſtatur in collo. 1. 34. 1. ad 1. 35. 1. ferrea ex collo S. Macrinæ. 1. 34. 3. aurea in Oreſtis militis Chriſtiani pectore. 1. 34. 2. Oſtenſa in corde cuiuſdam religioſi reperta. 1. 40. 8. ab Angelo contra Dæmones erigitur. 1. 35. 3. & 5 in altari poſita ſanguinem quotannis exſudat. 1. 35. 7 ab Angelo adoratur 1. 35. 8 eius inſigne miraculum 1. 33. 12 adoratio. 1. 33. 9. & 10. eius virtute Boniface ius Epiſcopus è ſummo periculo eripitur. 1. 33. 13. ſplendore hoſtes terrentur. 1. 33. 5. attactu fœmina ſemimortua conualeſcit. 1. 33. 3. exercitus Chriſtianorum in oriente liberatur 1. 33. 7. ignis extinguitur. 1. 33. 7. miracula eduntur. 1. 33. 8. eius ſigna in veſtes Iudæorum decidunt. 1. 58. 1

Crucis ſignum humi non eſt ſculpendum 1. 35. 10 eius lignum rutilat. 1. 33. 4 fluitat oleo. 1. 33. 9. ſumme à Radegunde Regina colitur ibid. ab illo adorando Maria Ægyptiaca repulſa. 1. 33. 11. & cur ibid.

S. Crucis imago in proceſſionibus præferenda, ægris & moribundis proponenda, & defunctorum ſepulchris apponenda. 1. 36. 1. ad 1. 37. 1. eius virtus. 1. 37. 1. ad 1. 38. 1. apparitiones. 1. 38. 1. ad 1. 39. 1. vſus antiquitas, & primarius effectus eſt res ſacrificare. 1. 40. 1. ad 1. 41. 1 vtilitas. 1. 40. 10 effectus contra Dæmones, incantationes, ſerpentes, dracones. 1. 41. 1 ad 1. 42. 1. contra morbos, venena, feras indomitas, flammas. 1. 42. 1. ad 1. 43. 1. eius neglecti ſigni exempla. 1. 43. 1. ad 1. 44. 1. eius irriſor fulmine interit. 1. 43. 8. ſpiritualis exempla 45. 1. ad 1. 46. 1

Cruci qui fuerint pro amore Chriſti adiudicati, & in eam acti. 1. 44. 1. ad 1. 45. 1

Crucis titulus. 1. 33. 1. eius manifeſtatio quomodo facta. 1. 33. 2.

Crucem S. Helena quærit & inuenit. 1. 33. 1. adorat. ibid. hanc ſibi formari curat Procopius. 1. 34. 1. S. Oſuualdus Rex. 1. 35. 2. eam in altaribus apud Indos collocatam vidit P. Franciſcus Xauerius. 1. 35. 6

Cruce ſemper ſignandus cibus ſumendus. 1. 40. 6. menſa benedicenda. 1. 40. 7

Cruces radiantes in veſtibus Iudæorum. 1. 28. 3. olim in templis etiam erigi ſolita. 1. 35. 1. tres Conſtantino Imperatori fabricata. 1. 35. 8.

Cruces variæ S. Coletæ. 1. 45. 4.

Cubicularius Valentis Imperatoris ſuæ temeritatis dat pœnas. 3. 123. 1

S. Cudbertus futura prædicit. 8. 4. 2.

Cultus latriæ creaturis non tribuendus. 3. 11. 1. ad 3. 12. 1

Cupiditas nimia accumulans, eadem eſt cauſa diſſipationis. 6. 12. 5

Curioſitatis pœna quæ? 2. 6. 8. & 6. 9. 1

S. Cypriani Epi Carthaginenſis cõtinentia. 7. 39. 2.

S. Cyrilli in corrigendo magni Anachoretæ errore manſuetudo. 7. 19. 1

Cyrola Arianus Epiſcopus ſtropham ſtruit falſi miraculi. 1. 14. 3

Cyrus Smyrnenſis Epiſcopus cur templum in honorẽ B. V. erexerit. 2. 47. 3

D

DÆmon in habitu monachi cellam cuiuſdam ſenis ingreditur. 1. 26. 8 cantilenis turpibus delectatur. 3. 72. 3. Veritatis oſor. 3. 74. 1. & 3. 75. 3 mendacij auctor. 3. 128. 1. inuidet virginitati. 2. 27. 5. locum capitularem odit. 2. 30. 1 Lutheri humeris inſidet. 3. 16. 3 ab inuocatione

Ange-

Angelorum nos conatur abſterrere. 3. 33. 5. ab adoranda cruce. 1 33. 10. ſomnium cur dictus. 2. 26. 6. male agentes iuuat. 2 26 7 apparet in form i Æ hiopis. ibid. S. Vincent o in ſpecie vene rabilis ſenis. 2 27 4. Stephanum presbyterum cur diſcalciet. 3. 102. 5. S. Brigittæ centimanus. 3. 32 15. inſtar vrſi S. Norberto. 1. 15. 6. illius in agnũ Dei odium. 3. 72. 5. nequitia. 1 26. 27. inſidiæ tempore orationis. 2. 14. 2. illuſio in forma Chriſti appa entis. 2. 26 4. malitia. 2. 30 1. forma quã horrenda. 2 30. 6. fraus diſſipatur. 2. 26. 1. illi nõ obediendum etiam poſt iuramentum illi præſtitum. 3 63 6

Dæmones morientibus inſidiantes vi aqua benedictæ fugantur. 4 20 25. & 1. 14 12. à ſolis Chriſtianis. 1. 6. 2. contentionum & ſeditionum auctores. 6. 20. 2. in ſpecie brutorum animantium frumenta hominis tenacis deuorant. 7. 4 8 blaſphemis adſunt eoſq; exagitant. 7. 22. 5. m ribun dos circumſtant. 7. 23. 10. pijs conatibus obſtant. 1. 26. 23 ſanctis nocere non poſſunt 3 15 4 eorũ ſæuitia in Ketellum Anglum ob neglectum crucis ſignaculum. 1 43 7. eos eij ere non eſt cuiuſuis 1. 8 4

Dæmoniacus à S. Hilarione liberatur 1 8. 2 à S. Daniele 1 8 1 à S. Suuitberto. 1. 8. 3. ab Alexandro II. Imp. 1. 11 2

Dæmonica inſurgit in Doctorem Catholicum. 1. 14. 12. inuocatione nominis Ieſu liberatur. ibid.

Dagobertus Rex quorum auxilio è purgatorio ereptus. 8 21. 15

Daniel Abbas de crimine peſſimo accuſatus à 25. dierum infante purgatur. 3. 121. 3

Damnati dæmonum ſunt ludibrium 8 17. 2

Danorum error circa diuinam Chriſti perſonam 1. 5. 4 ſtrages ob repudiatum Chriſti Euangelium. 1. 18. 2. in Catholicos Anglicanos barbaries. 1. 20 12

Dauid pœnitentiarius latranũ fuit patronus. 1 74 6

Debitor fratrem creditorem periurio deludere contendens cœleſtem ſenſit vltionem 3. 25. 4

Decimas non ſoluentes dira fame necantur. 4. 14. 11. earum antiquitas. 4. 14 3.

Decimarum Eccleſiæ miniſtris ſoluendarum regalis cura 7. 31 2

Defuncti precibus iuuandi 7 23 2. ad 7. 24

Deiparæ Virginis imago inſigni triumpho honoratur. 3. 65 8. eius imaginem violantes ſuæ impietatis meritas pœnas luunt 3. 68 1 ad 3. 69 1. veſtis eius vbi repoſita 3. 54. 7

Demetriadis exemplo numerus Virginum augetur. 7. 64 6

Deſperatio Theophili Imper ex perſuaſione atheiſmi. 6. 34 1. Conſtantini Compronymi. 6. 34 2

Deſperationis peccatum Deo quam diſpliceat. 22. 4. eius & præſumptionis exempla. 2. 2 1 ad 2 3. 1. contra ea remedium 2 2. 6

Detractoris pœna. 3. 87 5 & 3. 12 4 4

Detractio aliorum qua arte deflectenda. 3 124. 9. eius vitium deteſtabile. 3 124 6

Detractores à maligno ſpiritu miſere affliguntur. 3 124 1. vltione diuina percutiuntur 3. 124. 2. poſt obitum etiam famam alterius læſam tenentur reſtituere 3 124 7 eis au es qui præbent, quomodo interdum puniantur. 3. 124 5

Deus vt nunquam ſine ſapientia, ſic neque abſque filio. 1 26. 3. vnus eſt in S. Trinitate 1 26. 16. ſub diſtinctione perſonarum colendus. 1 26 20 rerũ auctor & moderator 1 27 1. omnipotens 1 21. 2. magis timendus quam homines 2 4 1 imperatoribus cæteriſque rebus creatis præferendus 2 5. 3. exequitur voluntatem ſe timentium 2 20 1. ad 2 22. 1. ſolus adorandus, colendus. 3. 10 2 Sanctis præparat ſepulchra. 7. 11 3 eius potentia hominum victoria 1 27. 4. neceſſaria ad res quaſque creandas. 1 27 3 carcere incluſ s liberat. 1. 27. 6. impijs hominibus panditur. 1. 27. 7. illius voluntati ſe in omnibus reſignantium exempla. 2 19 1 ad 2 20 1. illi prius quam ventri ſeruiendum 2 5 15. eum eſſe vnum teſtimonio Syluestri primi Pontificis comprobatur. 1 25. 1. Conſtantini imperatoris publico edicto nunciatur. 1 25 5 miraculo S. Tyburtij. 1 25. 3. martyrio S. Procopij. 1 25 2 eſſe incomprehenſibilem oſtendit S. Ægidius Minorita 1 25 4

Deum ab negare m[illegible] 7. 40. 3

Deuotionis voluntas mercedem facit recipi. 7 38 3

Diabolus S. Norberti fide vincitur & fugatur 1 15. 1. 6 Chriſti paſſione appropinquante ſuam [illegible] præſentis 1 32 2 o[illegible] iuuenem regnum per fœminam tenta 2 29 1

Dies Dominicus pie celebrandus nec in eo laborandũ. 3 73. 1 2 & ſeq.

Dignitates Eccleſiaſticæ precio neque conferendæ neque comparandæ 5 57 1. ad 5. 58 1

Dignitatis religioſæ cum Regia comparatio 7 60. 9 religioſæ honor debetur. 5. 60 1 ad 5. 61 1

Dignitatem Archiepiſcopalem religioni poſtponit Ludouicus Caroli Regis filius 7 60 10

Dij Ethnicorũ Dæmonia ſunt, nec adorandi 3 10 3

Diaconus rebus ſacris indignus lepra in fronte percutitur 5 28 11

Dionyſia mulier Chriſtiana filium adhuc tenerũ ad martyrium ſubeundum animat 1 26. 25

Diſcordia filia diaboli. 6. 16. 6. gignit ſeditionem. 6 20 7. aliquando inter Sanctos oritur. 6 20. 1. inter matrem & filium 3 82 10. armis cœleſtibus ſopitur. 6 20. 5 eius Dæmones auctores 6 20. 2. unde ira & execratio naſcitur. 6 20. 9

Diſciplina S. Vulſtani in ſuos domeſticos qualis. 3. 95.

3.95.7. Elzearij comitis Ariani. 3.95.9
Diſciplina Eccleſiaſtica quanti ponderis. 4.19.1. ad 4.20.1. capitularis memorabile exemplum, ibid. militaris quanta ſeueritas. 3.100.6
Diocletiani Imperatoris in Chriſtiãnos perſecutio. 1. 20.3. eius mors & inſolentia in honore diuino affectando. 3.11.2
Diſcrimen Angelorum, hominum & dæmonũ quoad parcendum 2.25.6. piorum ab impijs per ſanctorum reliquias. 3.55.4. Religioſorum & ſecularium quoad Dei famulatum. 7.61.6
Diſputatio de fide inter Catholicos & Hæreticos Albigenſes. 1.7.3
Diuortium quam patienter fortiterq; tulerit Cathatina Angliæ Regina. 5.12.6
Diuitijs glorians Alericus Gothorum dux inglorius moritur. 6.12.6
Doctor Pariſienſis dubitans de claritate corporum glorioſorum quomodo ab errore liberatus. 1.77.8
Domitianus Imperator Chriſtianorum perſecutor. 1.20.2
Dominorum erga familiam officium. 3.96.1
s. Dominici libellus de fide Catholica integer manet in igne. 1.7.3
Donorum ſpiritus ſancti exempla. 7.43.1. ad 7. 50.1
s. Dorotheus venenum cruce ſignatum ſine noxa bibit. 1.12.4
s. Dorothea experimento oſtendit ſe in cœlum perueniſſe. 8.23.6
Doſithei admirabilis in virtute progreſſus vnde ortus? 2.16.5
Dotibus corporum glorioſorum officiuntur interdum etiam corpora ſanctorum virorũ in terris degentium. 1.77.1. ad 1.78.1
Draconem interimit s. Hypatius Epiſcopus. 1.12.2
Dux Palæſtinæ hæreticus diuinitus ſanctum Domini templum ingredi prohibetur. 1.46.3
Dux violans Eccleſiaſticam immunitatem horrende luit. 1.68.7. eius in proprium militem iniquitas. 7.39.5
Duella manifeſtandi criminis gratia olim conceſſa, nunc ex Concil. Trid. prohibita. 3.101.4. & 3. illa exercentes qua pœna digni habiti. ibid.
Duello Gigantem ſuperat Heraclius Imperator. 3. 101.1
Dunaan Hebræus in s. crucem ſæuit. 1.35.4
s. Dunſtani vaticinium de futuris calamitatibus Ethelredi Regis. 3.87.1. eius viro diſciplina Eccleſiaſtica conſtantia. 1.75.2. ei apparet Editha virgo regia. 1.41.10
Du[illegible] erga [illegible] diuinitus caſtigatur in quo[illegible] 7.4.6
[illegible] maluit plecti, quã ei ma[illegible] 5.3.4

E

S. Eadmundus Rex Angliæ captus à Northmannis & ligatus ad arborem iaculis confoditur. 7.29.2
Ebrius à dæmone corripitur. 6.17.4. & ei propriam animam vendit. 6.7.8
Ebrietas multorum malorum cauſa. 6.17.12. inceſtus & conceptus præter naturam. 6.17.14. eius iudicium tremendum. 6.17.16. terribile exemplum. ibid.
Ebrietas inferni fouea. 7.36.3. huic tres monachi dediti miſere moriuntur. 6.17.3. illa Zeno Imperator mente captus ab vxore in monumentum coniectus moritur. 6.17.6
Eccleſia Græcorum & Romanorum, orientalium & Occidentalium vna. 1.51.2. ſancta Catholica & Apoſtolica. 1.51.1 quænam Catholica dicenda. 1.58.5. Romana nulla hæreſeos nota infecta. 1.59.3. & 4. Bremenſis quid ab Hunnis paſſa, & quid ipſi ab ea. 1.67.7. lunæ comparatur. 2.42.4. in honorẽ S. Michaelis extruitur. 3. 42. & ſeq.
Eccleſia Polonorum cõſpiratione nobilium periclitatur. 1.23.2. Romana dono miraculorum pollet. 1.53.1. ad 1.54.1. eius nota. 1.51.1. Ornatus. 1.70.3 futura vaſtatio à Lõgobardis in Italia S. Redempto præcognita. 1.70.4. bona diripientes excæcantur. 3.108.6. eius miniſterio cur tantum continentes præficiantur. 5.62.6. opibus captiuos redimit S. Cæſarius. 7.8.8. ornamentorũ abuſus exemplis declaratur. 1.73.1. ad 1.74.1.
Eccleſia Hieroſolymitana Dæmon minatur ruinam. 1.70.2
Eccleſiã qua occaſione Lutherus deſeruerit. 1.23.9
Eccleſiaſtici tantum ſunt rerum Eccleſiaſticarũ iudices. 4.18.1. ad 4.19.1. eorum tepor in procuranda animarum ſalute dæmonibus eſt gaudio. 8.18.2
Eceboli Sophiſtæ varietas & inconſtantia. 1.16.6
Edeſſa ciuitas à Coſrhoe Perſarum Rege oppugnata per imaginem Saluatoris preſeruatur. 3.65.1. à Romanis obſeſſa, vt liberaretur imagine Saluatoris tradidit, quæ Cõſtantinopolim delata ſummo honore affecta eſt. 3.65.4
Ebburga Eduardi Angliæ Regis filia ſpretis mũdi illecebris ſtatũ religionis amplecti[illegible]. 7.90.18
Edictum prauum Principis Saracenorũ contra imagines ss. & eius vltio. 3.66.2
Edilbertus Rex Berthæ Vxoris opera Chriſto adiungitur. 1.17.9
Editha V. Edgari Regis Anglorũ filia 1.41.10. eius corpus incorruptum poſt annos 13. remanſit. ibid.
s. Edmundus impudicam matronam vt à ſe repuleret. 2.29.2. puer adhuc vouet caſtitatem, ſeque B. Virgini deſponſat. 7.34.23

Eduinus Rex Angliæ precibus s. Dunſtani à damnatione liberatur.8.8.3
Eduinus Humbrorum Rex Edelburgam Edelberti Regis filiam petit in coniugem.11.6. monetur à Paulino de religione Chriſti ſuſcipiēda. ibi. eius cum Angelo colloquium. ibid.
Eleemoſyna de proprijs bonis, nō de alienis faciēda. 7.1.18. furtiua Deo ingrata.7.1.10. à peccatis non liberat.7.2 5. egentibus moderate diſtribuenda. 7.1.22. eius in genere exempla.7.1.1. ad 7.4 1. virtus & ſpiritualis fructus.7.2 1. tēporalis.7.3.1 illā in paupere Angelo largitur D. Greg. Papa.7 1.10. in vita beata comitatur retributio.7.22.2
Eleemoſynarius in euerſione Antiochiæ ſuorum ſalutem obtinet.7.3 43
Elfinus maluit eccleſiam non dedicari, quam arborem in cæmeterio ſuccidi quæ tamen à Vvolſtano maledicta exaruit.1.60.1
s. Eligij morientis orationes.8 10.2
Elingues loquuntur.1.10.3. & ſeq.
Elizabethæ Reginæ Angliæ impietas.1.59.3
Elzearius comes Arianus patiens pro inimicis orat. 1 32.4. ab omni munere & animum & manus excutit. 3.116 2. extrema vnctione animā Deo redditurus munitur.5.50.4
s. Ephrem ab Angelo ad diſcutiendā conſcientiam monetur. 2. 24.7. famis tempore eleemoſynas in pauperes diſtribuit.7 1 12 diuina imbuitur ſciētia Angelorum miniſterio. 7. 44 6 pro extrema voluntate, ne veſte aliqua pretioſa corpus terra mandetur præcipit.8 12.7
Epiſcopus ordinatur ab Epō dueb. alijs aſſiſtentib. 5.53 1. per impoſitionem annuum olim etiam ſacerdotes ordinabat. 5. 53.4 diſſolutus repentino fato extinguitur.8.17.1. auarus ob auaritiam vtriuſq; oculi viſu priuatur.6.12.1. defendens priuilegia eccleſiaſtica ab Imper. in carcerem conijcitur.1.61.1 peccatū Imperatoris punitur.6.31.3 decimas Abbatis ſibi vendicans ad tribunal Chriſti accitus ſubito moritur.4.14.10. eius mors fuit prædicta, habitum monaſticū aſſumit.8.4.5
Epiſcopi Africani voce expedita linguis excifis pro defenſione fidei loquuntur 1.10.4. vnus ex eorū numero propter peccatum luxuriæ miraculi dono priuatur. ibid.
Epiſcopi Patauienſis ſchiſmatici miſerabilis interitus.3.22.2
Epiſcopi Argentinenſis leuitatem vltio diuina inſecuta.5.28 6. indignum hominem in templo ſepelientis pœna.7.16 4 eius ſeueritas presbyterum facit Apoſtatam.7.17 6
s. Epiphanius ſua fide vinum in aquā mutat 1.12.6
Equitius Abbas donum intellectus & prædicationis diuinitus accepit.7.45.1. cur à legato Pontificis honoratus.7.91.2
s. Erenlindis virginis corporis claritas. 1.78 3. monetur ab Angelo.3.39.8
Eremitæ cuiuſdam de paucitate ſaluandorum ſententia.8 24.2
Errici Vuegotthorum Regis ad filium ſub mortem cohortatio.1.24.4
Error Oſvvaldi Mulſeris de ſacra Oſtia quo pacto refutatus 5.1.2
Eſculenta pauperū imprecatione in lapides concreſcunt.7.4 3
Ethnici ad edendum miracula impotentes.3.23.6
Euagrius Diaconus tres dæmones de fide ſecum diſputantes ſapientia ſpiritu ſuperat. 2. 27 7. de s. Trinitate diſputare prohibet.1 26.13
Eucherius in vtero materno exiſtens, per Angelum benedicitur.5.6.1
Euchariſtia vbi ſumenda. 1.51 1 & 1 58.5. eius efficacia 3.16 1.3.22 3. veritas & realitas miraculo comprobatur.5.2.3. ad 5.4 1. materia & forma exemplis declaratur.5.11. eius ſacramentum cur ſub ſpecie panis potius quam ſub alia inſtitutum.5.1.3 eius contemptores puniuntur.5. 5 1. ad 5.6 1 eius effectus ſpirituales ſiue ſumpta ſiue non ſumpta 5.9.1. ad 5 10.1. corporales ſumpta 5.10.1. ad 5 11.1
Euchariſtia adoranda.5.4.1. ad 5 5 1 à brutis animantibus honoratur 5 6.1. ad 5.7 1 in puerulum ob perfidiam cuiuſdam & in carnem ſanguine cruentatam mutatur 5.2 2 fœmina Macedoniana ſumenti in lapidem obdureſcit. 5.11.5 à quibuſlibet Chriſtianis ſub mortem ſumenda.5. 13 1. ad 5.14 1. & tunc qua intentione.5 13 11. cur turpibus cogitationibus non ſumenda.5 15. 6. paruulis ante annos diſcretionis non miniſtranda.5.16 5 Matricidis quando danda.5.16 8. condemnato per iudicem non eſt deneganda 5. 16.6. non modo à Monachis & ſacerdotibus, ſed etiam à ſecularibus frequentanda 5. 17 7. in Eccleſiis aſſeruari ſolita. 5. 19 1. ad 5 20 1. in ſupplicationibus honorifice deportatur.5.20.1. ad 5. 21 1. in adulteri manus refugit. 5. 28 2. laicis adminiſtrare prohibita 5 29 8. eius calceſtes miniſtri.5 21.1. ad 5.22 1. illam ex charitate melius eſt percipere, quam ex humilitate omittere. 3 17 8 & hac perceptio certum ad perfectionem conſequendam adiumentum.5 17. 4. illa ſola diu ſuſtentatur S. Ebrulphus, Eremita, Catharina Senenſis.5.10.6.7.8
Eudociæ Imperatricis obedientia 1 75.3
s. Euphemiæ virginis miraculum, quo hæretica prauitate reiecta Orthodoxiam approbat. 1.28 5. ei defertur à Catholicis & Hæreticis fidei Chriſtianæ iudicium. ibid.
Euangelij reiecti pœna.1 18.1. virtus.3.77.8
Eutychiſtarum in proterium Epm rabies.1.20.8

Excommunicatio miraculo probatur. 1.60.1. non contemnenda. 1.63.9. quantis à Francis facta. 5.31. eius virtus 1.62.6

Excœcatus Arcadius Imperat. ab Innoc. VI. Pontifice. 1.63.1. Petrus Aragonum Rex à Martino & Honorio quarto. 1.63.2. Philippus Francorum Rex ab Vrbano ij. Pont. Præfectus Libyæ à D. Athanaſio. 1.63.3. & 6. M. Lutherus à Leone x. 1.63.5. Athanaſius Neapolitanus. 1.63.8. inceſtuoſus contumax. 1.75.2

Excommunicati ſacra cõmunione indigni. 5.11.8. ab oĩbus vitandi. 1.60.5. à Beatorum conſortio remouendi. 1.60.7. in loco ſacro nõ ſepeliẽdi. 1.60.8.

Excommunicati defuncti ante illius abſolutionẽ viſione beatifica indigni. 1.62.1. poſt mortem illius vinculo ligati ſoluuntur. 1.62.2. & 3. illis non communicantium. 1.60.4

Exempli boni vtilitas. 3.7.5. Exemplum reſipiſcentiæ. 3.93.9. continentiæ adoleſcentis Monachi. 7.34.15. inclementia Ludouici Malcani comitis Flandriæ. 7.42.10. manſuetudinis inferis animantibus. 7.51.5. præſidis Parlamenti pro iuſtitię integritate. 7.53.3. mortificationis. 7.78.5. de iudicio Doctoris Pariſienſis tempore s. Brunonis. 8.14.4. Vdonis Epiſcopi. 8.14.5. Chilperici tyranni 8.14.6

Ezelinus tyrannus Veronenſis fruſtra D. Antonium Paduanum muneribus tentat corrumpere. 3.116.9. eius mira conuerſio. ibid.

F

Fabularum otioſarum dæmon fautor....45.2

Facinus immane filij immorigeri in parentes. 3.85.3

Factum memorabile Philippi 2. Hiſpaniarum Regis. 3.115.9. Martini Cardinalis 3.116.1. Ottonis Saxoniæ Regis. 3.111.5

Fames ingens Germaniam premit. 2.22.3. eius tempore quę mala facta. 2.22.2. eo tempore charitas exercenda. 2.22.5. peregrini vrbibus non arcendi. 2.22.6

Familiaritas cum ſæcularibus Religioſis noxia. 8.20.2

Famuli in duos Dominos nequitia & proditio. 7.16.2

Famuli quomodo à Dominis in ęgritudine tractandi. 3.95.3

Faſcia Chriſti Domini vt à Gręcis olim honorata. 3.54.6

Febricitans poſt confeſſionẽ factã curatur. 5.39.11

Felix Iudææ præſes Ægyptium pſeudoprophetam expellit. 1.57.1

Ferdinandi Comitis pietas Angeli ſubſidio in bello compenſatur. 4.8.11

Feritas maritorum qua arte mitigata. 3.72.10

Ferri candentis & aquæ feruentis iudicium in Eccleſia prohibitum. 3.97.15

Feſti dies qua ratione colendi. 4.2.5. eos non obſeruantium pœna. 4.2.1. ad 4.3.1

Feſtum Venerabilis ſacramenti quando et vbi inſtitutum 4.1.8 Conceptionis B. Virginis 4.1.9. & 10. Natiuitatis vbi & cur. 4.11.1. Annunciationis. 4.1.12. Aſſumptionis. 4.1.14. Purificationis. 4.1.13. Petri ad vincula. 4.1.16. omniũ ſanctorum. 4.1.17

Fides Catholica per quos euerſa in Saxonia. 1.23.3 quid ſit. 1.1.1 eius neceſſitas. 1.2.2. veritas contra Iudęi perfidiam miraculo comprobatur. 1.4.1. propagatur contra Danos Idololatras. 1.5.4. firmatur miraculo Popponis viri religioſi. 1.5.5. per ignẽ probatur. 1.7.2. ſtabiliter toga s. Ephrem patriarchæ in igne illæſa manente. ibid. eius energia contra ſpectra. 1.15.5. feruor in Catholico tepeſcit. 1.26.1. eius formula Gregorio Thaumaturgo à Deipara traditur. 1.26.5. Symbolum reuelatur. ibid.

Fides Catholica de s. Trinitate igne probatur. 1.26.2. ea in Chriſto Domino vt duas naturas, ita duas requirit voluntates & operationes. 1.28.6. hanc tueri qui teneantur. 3.24.5. negans ſtatim obmuteſcit 1.18.3. blaſphemans bello vincitur. 2.42.2

Fides alteri etiam hoſti facta nõ frangenda. 3.27.1. eius alteri data & ſeruata merces. 3.27.6

Fides mulieris Eleemoſinariæ diuinitus compenſatur. 7.3.8

Flacithous Rex Rugorum conſilio s. Seuerini ſtructas ſibi ab hoſtibus inſidias euitat 7.20.3

Filius in Trinitate Patri & ſpiritui ſancto coęqualis. 1.15.3

Filius pro patre mori paratus. 3.18.8. & 3.80.4

Filius patri mortem intentãs à dęmone ſuffocatur. 3.82.5. patrem ſupplantans miſere perit. 3.82.3. inobediens in mala cruce caneſcens quid deſignet. 3.83.3. è ſinu patris ob nimis largam indulgentiam à diabolo eripitur. 3.85.4. nimia licentia effrenis factus velut ebrius patrem occidit 3.85.3 eius in matrem viduam impietas diuinitus quomodo repreſſa 3.82.11. ambitioſi & contrà patrem inſurgentis confuſio. 7.16.8.

Filiorum eſt parentum virtutes imitari, ac eiſdem ornari 3.80.7. & 8

Filiorum erga parentes pietas. 3.80.1. ad 3.81.1. obedientia. 3.81.1. ad 3.82.1. Impietas 3.82.1. ad 3.83.1. inobedientia. 3.83.1. ad 3.84.1. pœna temporalis ob peccata parentum. 3.87.1. ad 3.88.1. in matrem grauis iniuria. 3.86.3

Fœmina ſemimortua viuifica crucis contactu incolumis redditur. 1.33.3

Fœminę duæ cogẽte fame 17. viros deuorãt. 2.22.2

Fœmina quędam moniales excõmunicatione poſt

hanc

hanc vitam ſoluuntur. 1.62 3

Fœminarum conuerſatio adoleſcentum corruptio. 2.29.1

Fœtor intolerabilis ex doctrina hereticorū. 3 22.8

Formula iuramenti Principum Chriſtianorū quando inaugurantur. 3.25.2

Fœnerario fœnore comparata reſtituenda. 3.113 2

Fœneratoris patris damnati cum filio damnato altercatio. 3.113.9

Fortitudo animi Traiani Ducis. 7.40. 2. *Ruffinę & ſecundę ſororum.* 7 40.7. *duorum adoleſcentum.* 7.40.8

Fortunę inſtabilitas exēplo declaratur. 6 7 4 & 5.

B. Franciſcus Aſſiſias benedictione ſua aquam in vinum mutat 1.12.5. *ſuper ardentes prunas ambulans non lęditur.* 1.77.11. *cur ſacerdotio decorari renuerit* 5.52.6 *conſilio ſpiritus ſancti acquieſcit.* 7.46.2. *donum lacrymarum prefert lumini corporali.* 7.52.2. *mortem lęto animo expectat.* 8 10 4. *eius de viſu ſeruando documentum* 6.44.4 *viaticum.* 7.68.4. *veſtitus.* 7.91 3

Franciſci de Paula ſanctitas miraculis & vitę auſteritate probatur 1 52.1. *caſtitas.* 1 54.2.

P. Franciſcus Borgias vt affectus erga ſacras reliquias & imagines. 51.14 *eius monita quidam deſpiciens diuinitus punitur.* 7.46.4. *rigor vitę qualis.* 7.70 10

P. Franciſcus Xauerius diuina meditando à ſenſibus abſtrahitur. 2 6 10. *orat pro conuerſione infidelium, & pro inimicis.* 2 10 10. & 11 *cęſus à* Dæmonibus *B. Virginem inuocat.* 1.13.4. *illius in calce condite reliquię illęſę & integrę aſſeruantur.* 3.52.9. *ardor & pietas in ſacro faciendo.* 5.27.6. *in defunctos charitas.* 7.23.12. *flagellatio.* 7.79.9

Fratricidium à Deo *quomodo vltum & caſtigatū.* 3.97.10

Fraudulenti presbyteri à ſummo Pontifice Epiſcopium parata pecunia repoſcentis pœna. 3.79 6

Friderici Ducis *Saxoniæ ambitio magna occaſio mutatę inibi in tota Germania religionis.* 1.23.3. & 4

Friſia ſubmergitur ob irreuerentiam Venerabili ſacramento exhibitam. 5 5.9

Frigoritici miſſa celebratione in honorem s. Sigiſmundi Regis liberantur. 5 25 17

Fruges propter fidem certam agricolarum multiplicantur. 1.15.10. *pauperibus denegata a dęmonibus deuorantur.* 7.4.8

Fuga tempore perſecutionis particularis licita. 7.58 1. *ad* 7.59.1

s. Fulgentij Epiſcopi Ruſpenſis fuga. 7.58.2 *preparatio ad mortem.* 8.3 11

Furandi conſuetudo pernicioſa. 3.107.7

Furtum miraculo detegitur. 3.107.10

Fures pecuniarum auiditate accenſi duos pauperes Eremitas occidunt. 3 107.1. *miraculo victi ad meliorem vitę frugem conuertuntur.* 3 107.3. *pro eis quando non orandum.* 3 107 9

Furijs agitatur frangens Deiparę *ſtatuam.* 3.68.8

G

G*Aianus Mimus ob ſuas in* Deiparam *blaſphemias punitur* 2 49 4

Gaudulphi Rauennatis Monachorū hoſtis tremendus exitus. 7.94 3

Galerius Imperator graui vlcere preſſus ad pœnitentiam agendam inſtigatur, ſed fruſtra. 5.37 4. *humanę conditionis per morbum admonetur.* ib.

Galilęos quis Chriſtianos vocauerit. 3 51 6

s. Gallum Auernenſem Epiſcopum Angelus peſtis tempore conſolatur. 3 38.2

Gallia quantis periculis expoſita ob Regum cū hereticis & infidelibus confœderationem. 1.23 4

Galliæ Regis ſtrumis medicinam adhibituri prius s. Euchariſtiam ſumunt. 5.7 5

Gallorum exercitus cur ab Anglis cœſus. 3.55 10

Gandenſium riſus in Regem Gallię grauiter punitur. 6 8 5

Gaufridus Comes Andegauenſis anathematis contemptor diuinam ſenſit vltionem. 1.61.6

Gennadij medici pietas. 1.1 2. *ab Apoſtolo inſtruitur. ibid.*

s. Geneſius Martyr per ludum baptizatur. 5.6.2

Gentiles grauiter preſſi ad Chriſtianos recurrunt. 1.19.8. *qua ratione aliqui conuerſi.* 1.41 9

Gentilibus reuelatum Chriſtum ex B. Virgine naſciturum. 1 29.9

Germania fame vexatur, & quid tum acciderit. 2.22 3

Germaniæ ſęuiſſimā peſtem Eloynus Carthuſianus roſarij medicina fugauit. 2.45 3

Germani & Lupi Epiſcoporum in Angliam nauigatio. 1.26.23

s. Gertrudis vidit conſcientiarum libros in futuro Chriſti iudicio aperiendos. 1.49 5. *illi apparet B. Virgo nuntians ſe gratum habere illius conatū.* 2.35.10. *Viſio oſtenditur de religioſę cuiuſdam imperfecta beatitudine.* 8.22 6

Gloria cœleſtis per imaginem conuiuij ſeu epularum demonſtratur. 8.22.10 *eius exempla.* 8.22 1. *ad* 8.23 1

Gloria Patri & filio, &c. quis omnium primus Catholico more cecinerit. 1 26.30

Godefridi Bullonij zelus pro Chriſtiana religione tuenda. 1.17.7

Goeſiorum in SS. imagines inſania, & quę eos vltio inſecuta. 3.69.7

Gomacharij heretici & Sacrilegi miſerabilis exitus. 3.108.15

Gothi barbari Romam deprædantes ſacris Eccle-

ſiis, cunctiſque ad eas fugientibus parcunt. 1.66. 3. Gothi cuiuſdam atrox facinus cui tamen SS. ope occurritur. 1 75. 13
Græcorum clades & ſeparationem à Romana Eccleſia. 3. 22. 1
Granum benedictum diuinitus ab incendio conſeruatur 4. 25. 2 & 3
Gratitudo Mariæ Ægyptiacæ. 1. 33. 11. Ioannis Zemiſcæ Imperatoris pro victoria. 2. 42. 3 Ioannis Comneni Imperat. 2. 48 4 Caroli Magni Imper. in ſuum Præceptorem. 3 93 4. Admiratus Turci erga Balduini Regis Humanitatem. 7 31. 4 illa feris animantibus ineſt 7 31. 5
s. Gregrentij oratio Iudæorum conuerſione. 1 4 2
Gregorij Nazianzeni in periculo naufragij Votum. 7 70. 1
Gregorius Thaumaturgus ſua fide homines in porcos mutat 1 15. 4 accipit illam fidei formulam à Deipara. 1. 23. 5. in vita & morte manu teſſe inquilinus quam Dominus 8. 3 9 illius de fugiendis perſecutionibus doctrina. 7. 58
Gregorij vij. Papæ geſta diuinitus comprobantur. 1. 50 4
Gregorius Turonenſis Epiſcopus Agilanem Arianũ confundit. 1 24. 3. cum eo diſp. 1 26 3. conuincit quendam de reſurrectione mortuorum male ſentientem 1. 76 2. eius teſtimonium de excreſcente miraculoſè oleo in lampade s. Crucis. 1 33 9. crux, quã geſtabat miraculo nobilitatur. 1 35 4
s. Gualualo Archiepiſcopo, dum officium recitat, Angeli reſpondent. 2 5 2
Gula deditſi puniuntur. 6. 17. 2
Gula affectus qua arte curandus. 7. 36. 7. tentatio confeſſione patefacta illico emarceſcit. 5. 39 4
Guilielmus primus Angliæ Rex ob Eccleſias in ſiluam conuerſas caſtigatur. 1. 67. 10
Gundebaldus Rex hæreticus à S. Auito cõfunditur, nec conuertitur 1 26. 19
Gundericus Vvandalorum Rex templum inuadens à dæmone corripitur. 1. 67 2
s. Guthlaci miſerabilis natiuitas 5 7. 3

H

Habitus Monachi habitus Angeli. 6 18 5. vilis non ridendus 7. 32. 2. ſimplex placet Angelis, luxurioſus dæmonibus 6. 11. 6
Hæreſis quid? 7. 30. 18. circa gloriam Beatorũ quæliſt? 8. 22 1
Hæretici quam longe abſint ab Eccleſiæ puritate, docetur exemplis 1. 55. 1. ad 1 58 1. dicũt Chriſti Eccleſiam. & de illa non ſunt. 1 58. 3. & 4. flammis deſtinati. 3 18 8. & 7. deſignantur per bufones ibid. crucis Chriſti capitales ſunt hoſtes 3. 67 9 in quo inter ſe conueniant. 1 20. 14 Paganis crudeliores. 1 20 5. horrende in Catholicos deſæuiunt. 1. 20. 6. moderno tempore in eos in Gallia. 1. 20. 9. & 1. 20. 10. in Hybernia. 1. 20. 11. in Belgio. 1. 20 13 ſcripturam deprauant. 3. 76. 6. eorum detectum mendacium. 1. 21 10. audacia & nequitia in res ſacras. 1. 73 4 crudelitas in Chriſtianas mulieres. 3 17 8. eorum conſortia pijs fugienda, nec cum illis vlla ratione ſiue in vita ſiue in morte communicandum. 3. 17 8 9. & ſeq pœna. 3 18. 1. ad 3. 19. 1. libri abolendi & comburendi. 3. 20. 1. ad 3 22. 1. eorum Dominus diabolus 3 16. 4. & 3. 7 8
Hæreticorum calumnia in S. P. Ignatium & ſocios eius 7 92 7
Hæreticorum cantum S. Ephræm Syrus explodit 4. 3. 5. ſuperbiam, pertinaciam & contumeliam diuina vindicta non ſinit inultam. 6 37 1. cum eis cohabitare periculoſum 3. 19. 4
Hæreticis quibus armis occurrendum 7 26. 5
Hæreticus ad miraculum prouocatur. 1 26. 1 in illius capite columba fuliginoſa quid deſignet. 1. 58. 4 parcentem Catholico ignis adurit. 1 26. 1
Hæreticus impietatem luit. 1 67. 9 blaſphemus in S Euchariſtiam inopinato & miſere concidit. 5. 5 7
Haguſtaldenſis Epiſcopus in quadrageſima ad certum quendam ſeſe locum orationis confert. 1 10 5
Haraldi Regis error de Chriſti diuinitate. 1. 28 2
Harmonius hæreticus dogmata ſua rythmis compoſita ad lyræ pulſum aptat. 4 3. 5
s. Hedvvigis Duciſſa paſſionis Chriſti veneratrix. 1. 32. 11
Henrici iij. Imperatoris prodigioſa natiuitas. 5 8 5. Noni erga afflictos miſericordia. 7 54 5
Heraclius ex Catholico fit Monothelita 1 17 6. illius felicitas ante lapſum quanta, ibid.
Herba virtus miraculoſa contra omnes morbos. 7. 31 1
Herbanus Iudæus à S. Gregentio Chriſtiano rationibus conuictus ad fidem Chriſti mirabiliter conuertitur. 1 4 2. eius cõfeſſi pœnitentia. ibid. cum illo multi Iudæi baptizantur. ibid.
Herculani Epiſcopi caput obtruncatum corpori diuinitus vnitur 3 59 1
Herodes fidem non extinxit, ſed clariorem fecit. 1. 20 1
Herodiadis ſaltatricis filiæ obitus. 4 4 1
Helenæ Imperatricis pietas erga religioſas fœminas 7. 65. 4
S. Hilarion cur perſecutionem fugerit. 7. 58 3. eius in pauperes liberalitas 7 39 4 de non metuenda morte nobile dictum 8. 9 5
Hiſtoria memorabilis de duobus homicidis in ipſo facinore deprehenſis 3 97. 6
Hieroſolymitanum excidium prodigia præceſſura. 1. 70 1
Homines ſunt ſpirantes Dei imagines. 7 17 3

Ho-

Homicidium miraculo detectum 3 97.5.& 13 iniuſte factum punitur.6 40.3
Homicidæ paruulorũ in lectis qui caſtigati.3 97.15
Homicida in petenda cædis condonatione factum notabile.7.29.5
Honorius Imperator Romano Pontifici addictus. 1. 17.3.multa millia vno prælio proſternit.ibid.
Honorius Pontifex plenariã indulgentiam B.Franciſco concedit. 5.33.8
Honores diuinos ſibi arrogabãt.Simon Magus,Diocletianus Imperator,Iulianus Apoſtata,Coſrhoes Perſarum Rex.3.11.1.ad 3.11.1
Honores Præceptoribus, ſuperioribus Eccleſiaſticis & ſæcularibus deferendos. 3.88.1.& ſeq.& 3. 91.1.& 2.& ſeq.
s.Honorato s. Euchariſtiam ſui corporis ipſe Chriſtus ſuis manibus porrigit.5 21.2
Horæ Canonicæ reuerenter & attente perſoluendæ. 2.5 6.tempore competenti.2.5 5.non facile in lecto.2 5.12.ob eas negligenter ſolutas peſte monaſterium Monialium caſtigatur. 2.5 10. eas vno tempore abſque interuallo abſoluere Deo diſplicet 2 5 11
Hoſtes multi qua ratione à paucis vincantur. 2.11. 6.humanitate vincendi.7.31 4
s.Hoſtia ter ab altari diuinitus reſecta,quod cimice eſſet cõtaminata.& ideo tremendis miſterijs inepta.5.1.1.ſemel conſecrata bis non eſt cõſecranda.5.1.3.cruore perfunditur Barbaris inter ſe pugnantibus.5.3.1 9. à Iudæis vulneribus confoſſa ſanguinem effundit 5.3.3.4 5 7 & ſeq.in fornacẽ ignis à Iudæis miſſa,& in incude poſtea malleolis percuſſa integra ac illæſa permanet.5.5.3. in canum irreuerenter proiecta ſplendore ex ſe emiſſa detegitur.5.5.12 furtiue ſublata miraculoſe ſe prodit.5 5 13. non conſecrata in communione quomodo dignoſcatur. 5.7.1.olim in Columba ſacra aſſeruata. 5.19.1. aſſeruanda iam in altari ſed non intra imagines.5 19.9
Hoſtia ſacra diuinitus cuidam deſiderio communicandi laboranti defertur 5 18 5 eam in itinere defendi vſus vnde.5.10 7
Hozij animam cælos intrantem et glorioſam vidit B.Ignatius Loiola. 1.80.7
s. Hubertus Bertrandi Ducis Aquitaniæ filius ab errorum caligine ad Chriſti lumen diuinitus euocatur 1.1 4.ei venanti inter cornua cerui apparet Chriſtus.ibid.
s.Huberti Epiſcopi Leodienſis timor vnde.8 14 1
Hugo Abbas Cluniacenſis comiti Andegauenſi cur ſupplex factus. 7.92.4. eius concione commotus Robertus Burgundiæ Dux necem ſi ij interfectoribus condonauit.2.25 8
Hugonis Archiepiſcopi Lugdunenſis laus.7.83 2
Humanitas ſeueritate aliquãdo diluenda.3.100.7
Humilitas & paupertas in Paſtore ædificant 5.58.1
Humilitas V villegiſi Archiepiſcopi Moguntinẽſis. 7 30 5
Humilitatis ſtupendum exemplum S Eduardi Anglorum Regis 7.30 10.eius cuſtodiendæ documentum. 7 30.16. illi iuncta debet eſſe caritas animorum conciliatrix.7.30.11
Hungari ſæuientes in Catholicos tempeſtate percutiuntur.1 22 6
Hunericus V vandalorum Rex aſtute & doloſe Chriſtianam religionem conatur conuellere. 1. 16.7 ſacras Virgines turpiter iubet tractari ibid. putredine & vermibus conſumptus moritur. 1. 22.4.& 8 6.1
Hunnorum Regis Vaſatenſem vrbem obſidentis viſiones.1.26 4
Hurlaus Archiepiſcopus Caſſalienſis in Hibernia ab hæreticis crudeliter vexatur.1.20 11
Huſſitarum origo vnde.3.20.7
Hydropica à S Eutychio ſanatur.1.11.8
Hypocriſis Dioſcori Epiſcopo diu latens tandem detegitur .6.39.6
Hypocritæ cur natura elati,publicani vero manſueti.6 39.8
Hypocritæ monachi vita qualis 8.8 5.vltio 6.39 1. & 2
Hypocritam Anaſtaſium cur Deus patiatur regnare.6.39.5

I

S. IAcobus Apoſtolus reſipiſcẽti patrocinatur.7 63 5.non ſolũ ſe piſcatorem,ſed etiam militẽ oſtendit.3.48.4 peregrino morienti adeſt.3 49.1
P.Iacobus Laines Societatis antiſtes ſu itatis Mariæ Virginis inſignis defenſor.1.30.4
Iactãtiæ de rebus maliſqualis pœna adiũcta.1.73.4
Iaſpis fluxui ſeminis medetur.7 42.8
Iberorum Rex inuocat.1.19 9
Iberorum per fœminã ad fidem Chriſtianã conuerſio 1.19.9.eorum cõſuetudo de pueris infirmis ibi.
Iconomachorum mentita miracula.1 14.5.hæreſis vnde?3.66.2 pœna.3.69 1.& ſeq.
Idolorum cultus contemnendus 3.37 3
Idololatræ nolentes Idolorum deſtrui delubra diuinam patiuntur vltionem.3.13.4
Idololatria iuſſu Honorij Imperatoris proſternitur & euertitur.3.13 6.& 7
Ieiunium quadrageſimale quã exacte olim ſeruatum.4.9.5.in eo recta intentio requiritur.4.10.2
Ieiunium triduanum in rogationibus ante Domini aſcenſionem vnde?4.11.1
Ieiunium 40 dierum in honorem S.Michaelis à S. Franciſco obſeruatum.3.32.4
Ieiunium neceſſarium ad rem ſacram faciẽdam. 5.28.3. Sabbathini vtilitas 2 36 3. feſtorũ B. Virginis.2.43 6.ieiunij violati exempla. 4.10.1. ad 4 11.1 illius & abſtinentia.4.9.1 ieiunij ſacri virtus 4.11 1.ad 4 12.1

Ieiu-

Ieiunium valet ad vitam diutius propagandam et protrahendam 4.11.5
Ieſu nominis efficacia. 3.23.1. eius inſignis cultor D.Bernardus.3.23 11
B.Ignatij Loiolæ zelus pro integritate Deiparæ Virginis defendenda. 1.30.3. cum lacrymis regni cœleſtis deſiderio afficitur 2.18.4. beneficium pro maleficio rependit.3.5.8. aperte videt Chriſtum in S.Euchariſtia 5.2 14.quomodo ſcrupuloſus factus, & eiſdem quomodo liberatus. 5 38. 2. in patriam doctrinam Chriſtianam primus inuexit. 7.19.9. ſui contemptu & irriſione delectatur.7.51 4 eius erga proximū in vita periculo exiſtentem charitas. 7. 35.6. ei ſacrificanti ſacroſancti Chriſti incarnatio innoteſcit. 7.45.3
Ignis ſacrum ornatum veneratur. 1.19.7
Ignis è tumulo inceſtuoſi manās eius oſſa abſumit. 3.105.4
Illefonſi conceptio à B.Virgine nuntiatur.5 5 2
Illiberalium quorundam erga pauperes pœna.7.4 1
Imaginum vſus antiquus. 1.35.7. & 3. 60.3. pius & ſanctus.3.6.3
Imagines Chriſti Domini, B.Virginis, & principū Apoſtolorum à S.Luca depictæ.3.63.2
Imaginum vſum ſibi placere Deus miraculo oſtendit.3.63 3.cultus exēplo ſanitatis reſtitutæ confirmatur 3 63.4. cultoribus earum tam animæ quā corporis collata beneficia.3.64 1.ad 3 68 1
Imagines ſacræ in bello deferuntur. 3 64 3. turpes dæmoni arrident 3. 64 4. eas recte colendi quis modus.3.63.6.quanti faciendas ſuo exemplo docet S.Chryſoſtomus 3.64 5
imagines Chriſti Domini Romani Perſas vincunt. 3.65.3. B.Virginis paralyticus ſanatur. 3.65.6. peſtis fugatur.3 65.11.clauda curatur.3.65 14
imagines pictæ Idiotarum libri. 3. 66 10. quo fine in Eccleſiis erectæ. ibid.
imagines mittit Gregorius Magnus Carolo Magno, & quas 3 63 9. earum in genere impugnatores, eorumque pœna 3.66.1 ad 3 67 1. Chriſti Domini violatores, eorumque pœnæ. 3 67. 1. ad 3. 68 1.B.Virginis 3 68 1.ad 3.69 1.earum honorem defendentium exilium, mors aliaque tormenta.3 70 1.ad 3 71 1
imaginibus ſacris Catholicarum templa exornanda.3.71.1. & ſeq.
imago cerea, quam agnum Dei vocamus, eiuſque virtutes 3 72 2 & ſeq
ante imagines Chriſti & SS. flexis genibus orare pium. 3 63.8
imperator Perſarum cum ſuis baptizatur. 1 3 1
imperatrix Theodoſij Imperat. coniunx charitatis impulſus ancillaria obit munera.7 9.8
imprecationes pauperum maxime cauendæ. 7 4. 8
imprecatione dæmonū tota domus occupat 3.102. 8
imprecationis malæ exempla. 3 102.1. ad 3 103.1
impij Deum neſciunt glorificare. 1 26.10. imaginum cultores vocant Idololatras 3 66 7
impietas miniſtri impedit deſcenſum ſpiritus ſancti.5.28 10.& 12
impœnitentis deſperata mors 6.38.1
impuritas Sacerdotum Angelis diſplicet. 5. 64 2. Diaconi miraculo detegitur.6.64 4
inanis gloria quomodo fugienda.6 5.4
inceſtus hominem dementatum reddit.3 105 1
inceſtuoſi hominis panem canes reijciunt. 3.105 2
inceſtuoſus reſipiſcens & relapſus cum tota acme perit.3 105 3
induciæ 100. annorum inter Romanos & Perſas. 3.84 5
indulgentia conceſſa per clauem S. Petri 3. 55. 3. earum vſus & antiquitas.5 53.1
indulgentiæ quantum valeant reuelatione cognouit S.Brigitta.5 33.10
infantes aliquando ſunt veritatis teſtes 3 121. & ſeque quomodo præmunienda contra maleficarum nocumenta.4.20 22
infamiæ nota Epiſcopo falſo à muliere inuſta qua ratione detecta 3.121.4
infirmis quomodo compatiendum.7.9.1
inferni viſiones variæ. 8.16.1 pœnæ 8 17. 1. ad 8. 18. 1 pœnarum conſideratio lacrymas excutit. 8.16.6
ingo Regulus Venetorum qua ratione multos Chriſtianos fecerit.1.3 5
Ingundis Regina maritum ab Arianiſmo ad fidē Catholicam reuocat. 5.10.1
iniuria illata aliquādo animarum noſtrarum medicina.7.25 10.illius nō meminiſſe vtile 2.25. 2. & 3.25.4. inita ſacre ... ſſio aditum nobis ad cœleſtem gloriam parat.ibiā ſtatim compeſcenda.2.25 6.illam cōdonantis præmium.2 25.12
inobedientibus dæmones inſultant. 7.74.7
innocentis occiſi vltio.3.58.3 & 5
innocentij Monachi poſt mortem obedientia.7 75.1
inſtabilitatis vitæ humanæ exempla.6.7 1 ad 6 8.1
intemperantiæ remedium vnde petendum. 7.41 3
interitus Friderici Imperatoris Barbaroſſæ ob contumaciam in Pontificem qualis 3 89.1
inuidia Drahomiræ in Ludmillam primam Bohemiæ Chriſtianam.3.87 6 eſt primogenita ſoror diaboli.6.16.6 fine ſuo fruſtrata aliquando magis accenditur 6 16 5 curatur infirmitate.6.16. 7 eſt inuido noxia.6.36.1
inuocatione nominis Ieſu Clodoueus Rex Alamannos ſuperat.3 23.4.cæcus illuminatur,& infans æger ex vitæ periculo eripitur.3 25.5.& 6
inuocatione D.Io:Bap'iſtæ Paulus Diaconus à rancedine liberatur. 3.44.2.5. Stephani puer mortuus reuiuiſcit.3.44.8.B. Mariæ Magdalenæ carcere

cere eximitur Carolus Siciliæ Rex. 3 44.7

Innocatio dæmonum noxia. 3.29 2. Sanctorum miraculis probatur. 3.44 13

Ioannes Gerſon Catechiſtam egit. 1 2 5 exemplo Chriſti paruulos catechizat. ibid.

Ioannis Trithemij ſcientia vnde. 7 44 7

Ioannes Silentiarius Epiſ opus quo ſigno ductus in ſolitudinem. 7 82 1

D. Io: Euangeliſta à Domitiano Imper. in feruentis olei dolium iniectus illæſus inde exit. 1. 21. 1. Venenum ſignatum innoxius bibit 1 42 3. in habitu peregrini apparet S Eduardo. 7. 34 8

D. Io: Baptiſta per Virgo dracon obijcienda ſaluatur. 3.46 10 Longobardi aduerſus hoſtem dimicaturi Victores extiterunt 3 49.5 eius reliquiæ quanto in honore & pretio à Chriſtianis habitæ. 3.51.8 caput à quibus inuentum & quo tranſlatum. 3.51.9 ſanguis qui ex illius corpore fluxit, ipſo feſto mouetur, 3 58 2

Ioſaphat tentatur à diabolo per fœminam. 2.29 1

Ioſephus adhuc Iudæus in nomine Ieſu operatur miracula. 1.15.7. monetur vt credat. ibid. ei Chriſtus ſæpe apparet. ibid.

Ira Dei in vrbi ſacrorum contemptores. 3 75. 2. eius effectus. 6 19.1 ad 6 20.1. illam modus compeſce di quaeris. 6 21 1 ad 6.22.1

iracundiæ pœna. 6. 19.5. Iracundia generatiua execrationis 6.19 9

iracundiæ paſſionem quomodo S. Ephrem mitigauerit. 6 21 3

iracundiam comprimant ſodales conſideratione ſui ſtatus. 6 21.7

S. Iſaacius purpura Imperatoria depoſita ſimplex fit Monachus 7 60 4 eius contra Imperatorem Arianum libertas & correptio 7 17 2

Iſdigerdes Perſarum Rex qua occaſione Chriſtianos perſequutus 1 20.4

iudæi petunt Chriſtianiſmum. 1.4. 2. viſo Domino curam gerat ubi Ieſu ... & miraculis conuicti Chriſtum Dominum eſſe Deum profitentur. 1. 28.3. eorum in unum Chriſtianum ſcelus 1.44 8 & 9 inuidia in S. Longinum. 1.46.1 illorum commune crimen eſt pertinacia. 6 37 2

iuuenis Doctor per oculos vult credere. 1.4 2

iudæus in locis aridis ob extremam valetudinis neceſſitatem arena pro aqua ad baptizandum vtitur. 4 2 3

iudæus infirmus baptizatus ſtatim conualeſcit 5 7 7

iudæus hoſtiam ſacram ſartagine aſſare fruſtra ad itus eam gladio pupugit, ſanguiſque copioſe effluxit. 5.3.5. & 5.5.5

iudæi baptizati ſcelus contra imaginem B. Virginis Camaracenſis 2 48 6

iudæis ſynagogam habere inter Chriſtianos nõ permittendum 6 31.1

iudex iniuſtus ad tribunal diuinum euocatus exanimis corruit. 3.122.7

iudicis gentilis iuſtitiæ amantis felix exitus. 3. 115 7

iudici an reũ aliquãdo dimittere licitum. 3.115 8

iudicium iniquorum pœna & caſtigatio. 3 1.3. & 4

iudicium temerarium diligenter cauendum. 2.25. 2. & 3 125 5 & 6

iudicandum an ſit ex facie. 3.5.3

iudicandum de alijs non temere ex ſententia Ioannis Eleemoſynarij. 3 125.1

iudicij extremi terror quãtus exemplis declaratur. 1 49 2 & ſeq. eiuſdem ſa ſop ... pſeudoprophetiſſa. 1.57.7. particularis iudicij exempla 8. 14.1 ad 8.15.1. vniuerſalis 8.15.1. ad 8.16.1. illud perhorreſcit S. Hieronymus. 8. 15.1. Auguſtinus. 8. 15. 2. Ceadda Merciorum in Anglia Epiſcopus 8.15.4

iudicij temerarij remedia. 3 125 9

Iulianus Apoſtata ſigno S. Crucis dæmones fugat 1. 41.7. illius Apoſtaſia vnde. 3.84 11. callida hypocriſis 1.16.3. incantationes poſt mortem deteguntur. 3 15.2. eius ſtatua flumine deijcitur. 3. 65.3

S. Iuliani ac Baſiliſſæ vxoris caſtitas approbata 1. 54.5

iurans per membra Dei qualiter punitus. 2.49 8

iuramenti vſus licitus 3. 24.1. illicitus. 3. 25.1

iuramentum licitum nullatenus violandũ. 3 24.7 iniquum retractãdum 3.25.1. liciti violati quæ pœna? 3.25.4 & 5

iurata temere non definienda, ſed pœnitentia delenda 3 25.2

Iuſtina Imperatrix filium hæretica prauitate imbuit 3.84 15

iuſtorum preces dæmonibus fortiores. 7 23 10

iuſſio imperfectionis Symmachi & Boetij quomodo vlta. 6 23 2

iuſtitia pignatales armis & Deo per quam grata. 7. 39 2 & 3. in delinquentes ſine reſpectu exercenda. 4.19 1

Iuſtinus Martyr ſcrutatur omnes Philoſophorum ſcholas. 1 2 1. ab ignoto homine fidem Chriſtianam diſcit. ibid. ex humili loco ſurgit in imperium 7.30 8

Iuſtinianus Imperator quanta abſtinentia quadrageſimam ſoleat celebrare. 4 9. 1 ex Catholico factus hæreticus repentino fato extinguitur 1 17. 5 & cur 2 21.3. & 5. 10 5. rerum alienarum percuſſus. 6 1 3

K.

Kunegundis virgo ſcrupulis vnde agitata. 5. 38. 4. mortuo marito vitam monaſticam profitetur. 7 60 15

S. Kilianus de ſuſtinendo breui martyrio diuinitus ad-

admouetur. 1.48.3

Ketellus Anglus ob neglectũ crucis ſignũ dæmones infeſtos habuit,ſed ab Angelo liberatur. 1.43.7

L

LAc cum ſanguine è Pauli Apoſtoli collo fluxit. 3.58.1.*ex imagine B.Virginis.*3.68.10

Laicorum quorundam in Miſſa ſacrificio impietas, eorumque diuina vltio. 5.29.2

*Lampades diuinitus accenſæ quotannis in vigilia Paſchæ perpetim ardent ante ſepulcrum Domini.*4.24.1 *&* 2.*earum in locis ſacris vſus miraculoſe comprobatur.*4.24.3

*Lancea,qua Chriſtus transfixus,vbi inuenta.*3.48.8.*quanti à Regibus & Imperatoribus æſtimata.* 3.51.7

*Lapſus ſpiritualis indicia quæ.*7.20.6

*Lapſus cuiuſdam monachi mirabilis, at conuerſio eiuſdem mirabilior.*7.89.6

*Laruatorum miſerabilis interitus.*8.2.6

Latrones in rotam quomodo ſublati. 3.98.7

Lectio librorum hæreticorum quibus permiſſa 3.20.2 *Magicorum execranda.*6.9.2.*ſacrarum hiſtoriarum vtilis.*6.21.6

Lectione actorum Apoſtolicorum Domna gentilis facta Chriſtiana 3.77.5.*vita B Antonij Eremitæ duo Aulici ad vitã ſolitariam capeſſendam commouentur.* 3.77.6

*Leonardi virtute ferrum ut cera liquefactũ.*3.46.16

*Leo Armenus imaginum ſacrarum impugnator.*3.66.3.*eius cum tota familia propter hoc factum pœna. ibid.*

*Leones Sancti obſequium præſtant.*7.15.1.*&* 2

Leonis iv.aduerſus Saracenos oratio & victoria. 3.48.1.*eius ob reiectas SS.imagines horribilis interitus.*3.66.5

*Leoni iij.Cur lingua & oculi euulſi,& hæc vt B.Petri interceſſione illi reſtituta.*3.45.2.*cultor inſignis iuſtitiæ* 7.57.2

*Leopoldus Dux Auſtriæ Pontificis ridet anathema.*1.61.7

Lepra cum perfidia per fidem tollitur. 1.15.3.*illa percuſſus Theodomiri Ariani filius.* 1.19.5

*Leproſus gentilis ſanatur per baptiſmum.*1.7.4.*curatur à S.Daniele.*1.11.3 *cura eius oſtenditur.ibi. mundatur ſolo oſculo Pontificis.* 1.11.4.*oſculo Elzearij adoleſcentis.*1.11.5

Licinius religionis Chriſtianæ fictus cultor. 1.16.1.*eius perſecutio,ibid.miſere interit.ibid.*

*Liberi 10.tremore membrorũ vnde correpti.*3.86.3

Liberi ob parentum incontinentiam morte diuinitus afficiuntur. 3.87.4

Liberalitas Ioannis Eleemoſynarij magna. 7.34.*Caroli Flandriæ Comitis martyrio coronatur.*7.5 2.*Odilonis Abbatis.*7.33.4.*Adriani Pontificis.* 7.33.1.*S.Nicolai.*7.1.13

*Libertas Eccleſiaſtica quanta,& quæ pœna eã Violantibus deſtinata exemplis demonſtratur.*1.68.1.*ad* 1.69.1

Libertas liberi arbitrij non tollitur per prædeſtinationem. 2.2.2

Libidinis carnalis extinguendæ remedium. 7.71.2

Libri hæreticorum cur vitandi. 3.20.8.*comburendi* 3.20.9

*Libri impij & profani caute & modeſte legẽdi vel omnino reijciendi.*3.78.1 2.*& ſeq.*

*Linguis exciſis loquuntur confeſſores.*1.10.6

Linguarum donum S.Seruatio Traiectenſi Epiſcopo,& B.Vincentio diuinitus communicatum. 1.50.7.*&* 8.*Franciſco Xauerio, & Antonio Vlyſponenſi.* 1.50.9.*&* 10

Linguæ vſu carere plus interdum prodeſt, quã eius beneficio potiri 6.46.8

Litaniarum vſus,antiquitas & effectus. 4.27.1.*ad* 4.28.1

Liuor vindictæ animam ſauciat 6.16.8

Locus ſacer ferarum aſylum. 1.68.8.*peſtilentiſque remedia* 7.9.5

*Locuſtæ S.Miſſæ oblatione interimuntur.*5.25.15

Locuſtæ magnitudinis extraordinariæ peccatores puniunt 6.2.12

Lotio pedum annotanda per S Annonem Archiepiſcopum Colonienſem 2.44.2

Luctus S. Monicæ pro filio ſuo Auguſtino ſalutaris. 7.52.4

Ludi alearum pernicies quanta 7.29.9

*Ludi theatrales feſtis diebus an inhibiti.*4.2.23

*s.Lutgardis virgo ſuis precibus animam Abbatis è purgatorio liberat.*8.21.13.*ſcrupulis vexata per Opilionem liberatur.*5.38.3

Ludouici Gonzagæ diſciplina & mortificatio. 7.80.14

Ludouici Maleani Comitis Flandriæ in Gandenſes quanta ſeueritas. 3.91.9.*eius clades.ibid.*

Ludouicus II. Imperator cur purgatorio addictus. 8.10.4.*eius poſt mortem apparitio.*8.21.17

Ludouicus Francorum Chriſto nomen ſuum dat. 1.3.6 *flexis genibus pauperibus miniſtrat.*7.30.9.*leproſis cibum potumque in eos ingerit.ibid.*

Luminaria cur tempore Euangelij accendantur. 3.62.10

Lupus rabidus mandato S Franciſci manſueſcit. 7.76.8

Lutherus exorciſta hæreticus dæmonem pellere non poteſt. 1.14.7.*eius ridiculum miraculum ibid. pernicioſum conſilium.*7.21.6.*mortuum fruſtra conatur exſuſcitare.*1.14.8.*cur ab Eccleſia Catholica deſciuerit.* 1.23.9.*indulgentiarum reijcit theſaurum.ibid.*

Lutheranus contumelioſus in tremenda Miſſæ ſacrificia pœnas ſuæ ĩpietatis meritas luit. 5.29.6

Lu-

Lutherani in die paraſceues genio indulgentes horrende puniuntur. 4.10.7. ſuos pœnitentes inique abſoluunt. 5. 34.7 ex viſo ſocij damnati ab hereſi reſipiſcunt.8.18.3. illorum impudentię vltio adiuncta. 1 14.13

Lutherana mulier. 34. annis à dęmone obſidetur. 1.14.13

Luxurię hieroglyphicũ aures & caudę aſini.8.18.1

Luxurioſus blaſphemans & impœnitens moritur.6. 15.4.& 5

Luxurioſi B.Julianam tentantes violare ab Angelo prohibentur 3 106.2

B. Lyduinę meditationes de vita & paſſione Chriſti.1.32.9. admirabilis in defunctos charitas.7. 23. 9. viuens à moriente & abſente inuocatur. ibid.eius de purgatorio viſio.8.19.3

M

S. MAcarius defunctum à morte ſuſcitat. 1 13. 1. eiuſq; cauſa Hieracita Eunomianus in fugam vertitur ibid. pio & lepido ſermone Comites ędificat. 7.81.10

Macedonij Hęreſiarchę in Catholicos crudelitas. 1.20.7

Macedoniani Nouatianum ad cõmunionem compellunt.3.17.8

s.Maclouius Epiſcopus gigantem mortuum ſuſcitat & baptizat.1.177.4

magus cũ s. Copre per flammã trãſire recuſat.1.6.1

magi fruſtra tentant dolorem capitis ab Iſdigerde depellere.1.14.2.illorum pœna ciuilis.3 15.6

magicis praſtigijs quibus armis occurrendum 3.15. 8. crucis ſignaculo diſſipantur.1.41.3

magi tres per Angelum è manibus Herodis erepti. 3.37 1

magiſtratus cui rei aſſimilandus 3.92.5 ei quę ſtipendia deſignanda, & qui ad illum admittendi. 3.92.3. & 4

mahumetani incredibili ſtrage caſi ad ducenta milia.1.38.3.eis Maria ſola perfecta inter omnes fœminas.2.37.3

maleficiorum & incãtationum magicarum exempla.3.15.1.ad 3.16 1

malefica à dæmonibus rapta.3.15.5.eius deſperata confeſſio. ibid.

malefactores publica auctoritate licitum morte mulctare.3 98.1.ad 3 99 1

S. Mamelta Angelico monitu ad fidem conuertitur 1.1.7

manichæorum error de Diabolo rerum tantum Viſibilium conditore.1.1 8

manſuetudine ſubditi vincitur aſperitas Prelati. 7.25 3

S. Marci tempore omnia fuerunt communia apud Monachos 7.39.1.illi prõpta obedientia.7.73.15

manomotapa Rex adhuc infidelis per imaginis Deiparæ aſpectum ad fidem conuertitur.2 48.8

Marcelli Pontificis mors & martyrium.8 2 1

mare Dei nutu propter peccata hominum terminos ſuos egreditur.6 2.4

maris tempeſtatis ſedanda Euchariſtiam ad collũ ferebat Byrinus Dorceſtrenſis Epiſcopus. 5.10.9

manducans Chriſtum in Euchariſtia in ipſum transformatur.5 9 19

margareta Hungarica vt ſe ad S. communionem ſumendam præparat. 5. 15. 4. eius erga S. Crucem reuerentia.1 35.9

B. Margareta à Caſtello vnionem cũ imagine natiuitatis Domini in corde geſtat 1.29.12

Maria doloroſa furti falſo accuſata innocens trucidatur.3.118 6

Maria ancilla in fide conſtantia.1 27.8

B. Maria mater Chriſti Chriſto nato loquitur, ſeq; ad partum illius præparat 1 29.5.triplici miraculo Deipara comprobatur.1. 30. 1.apparet Ilefonſo in Eccleſia, eique veſtem donat.1 30.2. de eius conceptione error Doctoris cuiuſdam Pariſienſis.1 30.6. contra eius conceptionis maculiſtas ſtatuta. ibid. Deipara ab antiquis Patribus ſemper nominata.2 34.1.præ cæteris creaturis in cœlo & in terra honoranda.2.34.3.cur veſperi ter à Catholicis ſalutetur. 2.34.5. eius qui eximij & fidelibus cultores. 2.36.1. ad 2.37.1. qui ex infidelibus.2.37.1 ad 2 38.1

B. Maria ſola perfecta inter omnes mulieres ex Mahumetanorum ſententia. 2. 37. 3. ab hæreticis colitur. 2. 37 5 protectrix noſtra in hora mortis & iudicij. 2. 38. 1. pro nobis apud Chriſtum intercedit.2.39.1.ad 2.40 1. illius in nos quæ beneficia ſpiritualia. 2.40.1. ad 2.41 1. ope illius furibundus manſuefactus. 2. 40. 7. quæ corporalia.2.41 1.ad 2.42.1.adeſt parienti mulieri.2. 41.13.illius ope hoſtes debellantur.

B. Maria ſeruis ſuis ex hac vita migrantibus præſto eſt.2 43.1.ad 2 44 1. eius ſodalitas 2 44 1. ad 2 45.1.Roſarium 2 45.1.imagines & illius blaſphemorum pœna 2.46 1. ad 2.49 1

Marino monacho ſilentij legem dæmon imponit, & cur. 7 80.13

Marinus martyr diuitijs & honoribus prefert Chriſtianam fidem.1 33. in fide cõfirmatur à Theotecno Epiſcopo. ibid.

Marcianus Imperator diuinitus ab homicidij calumnia liberatur.3.117.4

D. Martinus periclitantibus ſuccurrit.3 46.13. incendium extinguit. 3.46.11. dignitatem ſacerdotalem Imperatoria præfert. 5.60.4

B. Martini colloquia cum Maximo Imper. 7.81.7. cum Sulpitio ſeuero.7.81.8

martyrio coronatur Carthuſiani in Anglia. 7.28.6

martyrij patientia exempla. 7.28.1. ad 7.29 6

Martyrium Digna Virginis.3.45.6.Potamiana.3.45.7. Franciſcanorum pro capitis Eccleſia confeſſione.7.28.8

Matrimonij recte ineundi intentio quæ.5 1.1.ad 5.2.1.ad illud nemo cogendus,nec illud præter parentum & cognatorum conſenſum ſine iuſta & rationabili cauſa ineundum.5.2.1

Matrimonium contra parentum voluntatem contractum paſſim infauſtum.5 2.3

Matrimonij impedimentum cognatio & affinitas.5.3.1.& 5 8.7

Matrimonium qua ratione cum infidelibus cõtrahendum. 5. 4. 1. ad 5.5.1. Chriſtianorum cum paganis illicitum 5 4.2. illius primum bonum proles. 5. 5. 1. ſecundum fides ſeu fidelitas cum charitate inter coniuges conſeruanda.5.9.1. tertium et indiſſolubile vinculum vnius cum vna. 5.11.1. ad 5.12.1. illi virginitas præferenda.5.14 1. ad 5.15 1

Matrum viſa de infantibus adhuc in vtero geſtantibus.4.6.1. ad 5.8.1

Matris preces & eleemoſyna filium ad pœnitentiã adducunt.7 22.4 à pœnis liberant.7.23 6

Matronæ cuiuſdam pia viſum de Spiritu S. 1 50.6

Mauritius Imperator obiecto viſo deterretur à perſecutione Summi Pontificis.7.37.1.illius miſeranda cædes 3 94.3

Maurus diſcipulus S. Benedicti obedientia virtute ſuper aquas ambulat. 7.73.8

Maximilianus Imperator videt dæmonem M. Lutheri humeris inſidentem.3.16.3. ope Angelica ex alto præcipitio liberatur, & ſpiritalibus epulis reficitur. 3.37.4. mortis memoria mundi vanitatibus renunciat.8.3.8

Maximianus Imperator diuinitus punitur, perque morbum cõditionis humanæ admonetur. 1.22.2

Maximini Imperatoris exitus qualis? 1.22.3

Maxentius Imperator Chriſtianum ſe ſimulat. 1.16.1.eius interitus.ibid.

Meditatio Chriſtiani hominis quæ 1 32 2

Melanius Epiſcopus monitu Angelico mittitur ad prædicandum.3.35.2

Mendicus mortuum ſe mentiens vere mortuus inuenitur. 3.126 6

Mendacium periurio firmatum quomodo ſacro Antonij igne punitur.3.126.4

B. Menignus quomodo ad Chriſtum conuerſus. 1.27. 6

Meretrix Gregorium Thaumaturgum calumniata à dæmone corripitur.3.118.5.meretricis pulchræ deſcriptio.7.34.9

Metenſis ciuitas propter peccata populi crematur. 3.44.3

Michaël Chareſpactes venator monachus qua pœna affectus.7.94.4

Michael ſcriniarius in Epiſcopatum intruſus turpiter eijcitur. 5.57.5

s.Michael & Deipara Virgo cœlũ Arnulpho Sueſſionenſi Epiſcopo pollicentur.3.41.1

Michael Mercatus poſt Marſilij apparitionem quomodo vixerit.8.11.2

Michaelis Imperatoris diuina myſteria per ludibrium repræſentantis funeſtus interitus. 5.29.1

Miecellaus Princeps vxoris perſuaſu baptizatur & prole donatur.5.10 9

Miles emendationem vitæ cum ſalutis diſpendio procraſtinat.5.36 1 adorans S.Euchariſtiam in luto proſtratus non contaminatur. 5. 4. 5. libros Moſaicos diſcerpens punitur. 3 76.3

Militem pauperem S. Franciſco reſtitenti larga fit recompenſatio.7.7.4

Milites decem millium in martyrio ſanguine proprio baptizantur. 5 11.1.duo ſponſis relictis fiunt monachi.5.12.3. eorum immoderata cupido & rapacitas ſuos auctores perdit 3. 100. 2. eis Euchariſtia ante congreſſum cum hoſtibus ſumenda.5.12.1.ad 5 13.1

Militis bona Eccleſiæ diripientis corpus à muribus in extremis corroſum.3.108.16

Miniſtri ſacerdoti celebranti olim Angeli fuerunt. 5.31.1. ad 5.32.1

Miracula contra fidei deſertores 1.18.10.contra Iudæos ſecundam in Trinitate perſonam non admittentes.1.28.3.de veſtigijs Domini.1.47.1.& 2. De rupe ſuo loco pro ſacello extruendo mota.1.64,3 .de motu montium.2.20.3.de fuga & nece Saxonum. 3.27.1. de vulnerato per S.Franciſcũ curato.3.46.7. Ioannis Epiſcopi. 1.10.1. Iacobi Piceni, D. Aloyſij, Bertrandi Dominicani.1.53.1.2. & ſeqq. Ignatij Loiolæ, P.Franciſci Xauerij.1.53.3. & 4. Euthymij in legato.3 44.14 in cadauere. Sancti Olympiadis Abbatiſſæ. 3.52.10. Brugis per Sancti Chriſti ſanguinem.3.53.1. per barbam ſancti Petri Apoſtoli.3 54.13 per illius clauem.3.55,2.in imagine Xpi Saluatoris. 3.67.3.SS.reliquiarum.3.54.1.& ſeq.de fontib. in Lycia.4 16. de digitis igne non abſumptis. 4.17.7. de aqua benedicta. 4.20.14. ſale benedicto.4 22.2.fonte Baptiſmi.5.2.1. & 2.& 5 7.2

Miracula De communione.5.5 8.& 5.19.3.de iumentis ſacramentum Euchariſtiæ adorantibus. 5.6.4. & 5. 7. 7. indigne communicantibus. 5.11. 1. ad 5.12.1. cereis in honorem venerabilis Sacramenti in proceſſione deportatis. 5. 20.4. de patena in mare demerſa ſupernatante. 5. 22.2. in Miſſa ſub Eleuatione. 5. 22. 7. pro approbatione confeſſionis. 5.38.6. ad tumulum B.Emerici.5.40.8

Miſericordia à Deo nobis præſtita exempla. 2. 3.1. ad 2.4.1.illius elogium. 3.74.4

Miſericordiæ retributio.7.1.3. B. Elizabeth in egenos quanta. 7.1.14
Miſericordia in vita potius quam in morte præſtanda.7.1.24
Miſericordiæ opus Chriſtus liberaliſſime & copioſiſſime refundit. 7.7.7
Miſericordia puellæ cuiuſdam, & ſtupendum Dei viciſſim iudiciũ & miſericordia in illa. 7.55.4
Miſſa diebus Dominicis à ſecularibus eſt audienda.4.8.1 ieiuno ſtomacho,pie ac reuerenter.4.8. 6. & 8. eam pie audientium commoda, incommoda & pericula non audientium. 4.8.3
Miſſæ celebratio antiqua. 5...2.1.eius vis.5.25.15
Miſſæ ſacrificium in ædibus priuatis abſque antiſtitis licentia fieri nequit.5.23.3
Miſſæ ſacrificij in genere exempla.5.22.1.ad 5 23. 1.priuatæ. 5.23 1 ad 5. 24. 1. frequenter celebranda.5.24 1.ad 5.25.1
Miſſæ ſacrificij beneficia & effectus varij in gratiã viuentium.5.25.1. ad 5.26.1. Defunctorum.5. 26 1 ad 5.27.1.miſſa pro defunctis die Dominico non facile celebranda.5.26.4.miſſæ ſacrificio quotidie intereſſe ſanctum et meritorium.5.32 5
Miſſæ pro defunctis celebratæ viuentibus etiam prodeſt. 5.25 5
Monachus in ſtatu innocentiæ volens viuere in deſperationem labitur.2.2.4. proprietarius abominabilis. 5.26. 3. dæmoni addictus pœnitentiam in fine vitæ recipit.5 36.10. monachi cuiuſdam ob defraudatum naulum punitio.6.43.1.incontinentis.7.71.proprietarij.7.69.3.& 4.
Monachorum pro religione Catholica conſtantia. 1.21.7. olim tonſuram & habitum nouum geſtarunt.1.74.6
Monachi à Valente Imperatore ad bellum coacti. 3.99 10. eorum tenacitas diuinitus punitur. 7. 4.1.regula non permittunt egreſſum ſine comite. 7.85.1.monachos ſeruantes clauſuras Deus miraculoſe conſeruat. 7.83.3
Monachorum hypocritarum horrenda mors.6.39.1. & ſeq.
Monomachiæ exempla.3 101.1. ad 3.102.1
Monialis viua cur excoriata. 7.71.4
Moniales mortuæ cur reſurgant. 7.75.2
Monita & reprehenſiones aliorum ægre ferentium pœna 7.18.1.& ſeq.
Moſes Abbas ob leue peccatum à dæmone corripitur.6.3 5
Mons transfertur de loco in locum Aniani S. Marci diſcipuli. 1.4.3
Monſtrum horrendum ex illicito coniugio. 1.60.5. & 5.3.1
Mors fœdiſſima illius, qui ſacrum altare comminxit.3.108.7. infelix quorundam multa ſimul ac pinguia beneficia poſſidentium. 3.110.4. ineuitabilis. 8.1.1 omnibus indifferenter naturale debitum.8 1 3. morti tempeſtiue occurrendum. 8.1.4.mortis corporalis eſt cauſa peccatum 8.1. 5. mortis genus & tempus varium & incertum. 8.2.1. ad 8.3.1. mortis memoria 8.3.1. & ſeq. mors prænunciata.8 4.1. & ſeq.
Mortem trepidantium mentes Deus aliquando roborat. 8.4 4
mors proborum qualis.8.5.1 ad 8.6 1.improborum. 8.6.1.ad 8.7.1.eius metus immodicus 8.7 1 ad 8.8.1
mortis cogitatio adimit ſenſum terrenarum voluptatum.8 1.3
mortui communionem hæreticorum quo pacto ſubterfugiant. 3.17.13. interdum ſuæ veritatis teſtes pro litibus inter viuos decidentis. 3. 120. 1. ad 3.121.1
mortui tres attactu cilicij S. Hieronymi reuiuiſcunt, & hæreſim confutant. 8.2.:.1
moribundi egregia parænſis.7.50.3
mori pro fratribus regnare eſt.7.8.4
morituris Angeli adſunt. 3.41 5
mortificationis ac ſuipſius contemptus exempla. 7. 78.1 ad 7.79.1
mos verberandi pueros immerentes vnde. 7. 16. 9. accendendi lampades ad ſepulchra SS. contra noſtri temporis hæreticos. 3.62.5
mores probos cum lacte nutricis ſuxiſſe quanti momenti. 3.84.10
mulier, quæ à legione dæmonum per Fortunatum Epiſcopum fuit liberata, cur à dæmone correpta. 1 8.4.contracta à S.Cæſario ſanatur.1.11.1.fidem plantat inter incredulos. 1. 19. 3. hæretica ingredi Domini ſepulchrum prohibetur. 1.45.2. ſaluatur à laqueis Diaboli inuocatione SS. Coſmæ & Damiani.2.30.2
mulieris coniugatæ zelus pro ſua ac mariti ſalute. 1.21.10.ardens ad martyrium affectus.1.21 11. continentia.3.103.1.procacis pœnitentia.2.29. 4.feruor mulieris Chriſtianæ pro honore imaginum tuendo. 3.64.2
mulier venuſta per adulteriũ mutatur in ſpeciem horridam et ingratam 3.103.3. adulterij etiam falſo accuſata,et morte damnata ſepties percuſſa interimi nequit. 3. 117. 6. à re aliena furto qua ratione deterreatur.3.107.8
mulieris hæreticæ feſtum Annunciationis B. Mariæ feſtum violantis horrendus interitus. 4.2 6
mulieres ad imprecandum promptæ. 4.10.10
mulier per baptiſmum fit caſta.5.6.5
mulier gentilis & ſterilis per baptiſmum fit fœcunda.5.7.16
mulier oleo benedicto à toxico liberatur. 4. 23. 3. mulier Lutherana 34.annis à dæmone obſeſſa à ſacerdote catholico curatur.1.14.13

Mulier præ verecundia peccatum fornicationis in confeſſione celans damnatur. 4.12.3. periclitans difficultate partus per baptiſmum liberatur. 5. 7.17.

mulier marito fidelis diuinitus cum eo in actionibus ſuis iuuatur. 5. 9.4 maritum ab errore apoſtaſiæ reuocat. 5.10.3

mulier hæretica panem vulgarem loco Euchariſtiæ ſumens eundem in lapidem conuerſum perſentit. 5.16.3. mulier diu à communionis perceptione abſtinens in equam vertitur. 5.17.1

mulieres ad clauſtra neutiquam admittendæ. 7.84 1. ad 7.85 1

mulier mortua vitæ reſtituta implendæ pœnitentiæ cauſa. 5.35.8. & 5.37.2. iracunda confeſſione miteſcit. 5.39.5

mulierum in caſtitate matrimoniali defendenda conſtantia. 5.9.1

munera excæcant oculos hominum. 1.75.2. quando reſpuenda, & quando beneuole ſuſcipienda. 3. 116.1. illecebroſa non admittenda. 7.34.23

mundi vanitatibus relictis ad monaſteria qui ſe contulerint. 7.60 1. & ſeq.

mures peccatores non ſinunt viuere. 6.2.10

murmurationis remedium. 7 81 6

muſcæ necant milites S. Narciſci reliquias diripientes. 3 55.8. ſunt vindices iræ diuinæ in peccantem. 6.2.9

mutus apud ſepulchrum S. Leonis IX. Papæ loquelam recipit. 3.73.6. ope Ioannis Epiſcopi per ſignum S. Crucis linguæ impreſſum. 1.10.1. S. Sebaſtiani. 1.10 2

myſteria diuina nō ſunt temere pertractāda. 5.27.7

N

NAamanes Saracenorum Dux militum territus ſpectaculo baptizatur. 1 19.10

Narciſſo Epiſcopo Hieroſolymitano calumniam cū iuramento inferentes quomodo puniti. 3.118.4

Natalius confeſſor fidem Chriſto iuratam violans ab Angelis flagellatur. 1.18.5

Nauis quæ in mare traducenda moueri loco nō potuit, Siluani Epiſcopi precibus mouetur. 2.11.3

Nauis quâ vehitur corpus S. Cerbonij à pluuia tuta eſt circumquaque defluente. 7.11 8

Nautæ cuiuſdam inhumanitas. 1.12.7

Negotijs ſecularibus ſic incumbendum, vt à nobis nunquam omnino egrediamur. 6.22 7

Nero proſequitur Chriſtianos. 1 20.1. eius fuga. 1. 22.1. obitus. ibid. & 3.69.1. D. Paulum qua occaſione occiderit. 7.57.1

Neruij, qui nunc Tornacenſes dicti, ab hoſtibus obſeſſi B. Virginis ope liberantur. 2 42.7

Neapolitani obſeſſi ope D. Ianuarij ſaluantur. 3. 47.6

s Nicetæ confeſſoris aduerſus patrē conſtātia. 7.64.7

s. Nicetij Epiſcopi Treuirenſis laus & auctoritas. 1. 61.5. ſigno S. Crucis ſanat dæmoniacum. ibid.

Neſtorius Cōſtantinopolitanus Deiparæ hoſtilis inimicus excōicatur. 1 30 5 à quo deprauatus. ibid.

Nihil niſi peccatum metuendum. 6.1.7

s. Nicephori Patriarchæ reliquiæ in quāto pretio habitę, & quę per eaſdem facta miracula. 5.51.11

s. Nicolai imago cur à Saracenis flagellata. 3.63 3 quanto in honore poſtea ab illis habita. ibid.

B. Nicolai viuenti ratio qualis. 5.36.4

s. Nicolaus Tollentinas in vocatione ſua quomodo obfirmatus. 7.86.4. eius obitum quę ſigna pręceſſerint. 8.5.1

Nilammon mortem potius diligit, quam Epiſcopatum. 5.55.3

B Nili Abbatis de ſaluandorum hominum paucitate doctrina & admonitio. 8.24.3

Nominis Ieſu virtus. 1 41.2. illud in corde defuncti B. P. Ignatij aureis literis ſcriptum inuentum. 2. 17.5. mire affecit B. Franciſcū Aſſiſiatē. 2.17 6

Nomen Ieſu murus aneus contra diaboli inſidias. 2 27 2

Nobilibus non Chriſtianis quâ ratione ignobiles Chriſtiani pręferendi. 1.4 5

Nobiliū conſpiratione contra perſoluendas decimas Eccleſia Polonorum valde periclitatur. 1.23.2

Notbertus dæmonem vrſi ſpecie apparentem verbis veritatis repellit 1.15.6

Nouati presbyteri in inſtituenda ſua hęreſi pętextus. 1.23.5

Nouatus non confirmatus ab Eccleſia catholica excidit. 5 1.6

Nouitius moribundus Angelorum pręſentia recreatur. 3.41.9

Nouitius omiſſa cibi benedictione à dęmone obſidetur. 1.43 4

Nouitius ſororis blanditijs monaſterium relinquens ſimul cum ea à feris deuoratur. 7 89 9

Nouitius impudenter poſt deſertum monaſterium choreis ſe ingerens miſere perit. 7 89.10

Nouitius trina inſtabilitate à Deo horribili gutturis morbo mulctatur. 7.89 11

O

OBlationis S. hoſtia tempore captiui vix ſoluuntur. 2.25.2. & 4

Obedientia Euſtochij virgininis & pietas erga matrem. 3.81.3. Theodoſij Imperatoris erga D. Ambroſium. 3.88 9 Attilę Regis in Pontificem Leonem primum 3 88 8. Ioannis Damaſceni erga pręceptorem. 3 93 7

Obedientia debetur ſuperioribus. 3 88 1 & ſeq. eſt iter breue ad perfectionem. 7.73 2 humilitatem requirit comitem 7 73.14. illius merito mortuus reſuſcitatur. 7.73 4

Obedientię belluarum exempla. 7.76 1. ad 7.77.1

Obediendum Deo magis quam hominibus & in quo.3.81.4.& 5
Oculi qui vere deſiderabiles.6.44.11. patiētiæ ſunt indices.7 37.4
s.Odo Cluniacenſis piſcinam miraculoſe conficit coniunctione duorum inter ſe montium 2.20.3
s.Odilo Abbas Cluniacenſis cultui B.Virginis mire addictus.2.36.11.eius precibus Papa à pœnis purgatorij liberatur. 8 21.5
Odij qui fructus.2 25.4.odium deponendū ne Deus vlciſcatur.6.16.8.Odij curatio admodum difficilis. 6.16.9
Odor ſuauis ex ſacris reliquijs. 3. 57. 3. ex ligno S. Crucis. 1.33.11
Oeniandi Ep. in fide catholica conſtantia. 1.2.5
Odoratus inordinati caſtigatio.6.47.1
Odoratus peccatum ab Arſenio magno correctum. 6 47.4
Officium diuinum qua preparatione & intentione recitandum 2.6.9
Oleum è taberna meritoria Chriſto nato erupit. 1. 29 3
Oleum benedictum & eius varij effectus. 4. 23. 1. ad 4.24.1
Olibanus Comes S.Romualdi conſilio ſæculum relinquit.7.60.13
Oratio olim ante lucem fiebat.2.8.2.oratio nocturna P.Franciſci Xauerij 2 6 9. in ſiluis,in naui. 2 7.3. Agnetis in medijs flammis. 2.7 1. certo tempore & certis horis orandum.2 8.1 orare ſtato corpore an ſolitum 2. 9. 5. orando tundere pectus vnde, & quid ſignificet. 2. 9.7. Orantis P. Ignatij Loiolæ exterior qualis fuerit compoſitio. 2. 9. 9. orandi verſa ad orientem facie conſuetudo vnde.2 9.10.Pro quibus orandum.2.10.1. ad 2. 11.1. pro Imperatoribus & Regibus cur orandum 2 10. 1 pro diſcolis etiam Regibus orandum 2.10 6
Oratio B. Ignatij Loiolæ pro Chriſtianis Principib. 2.10.4. S. Stephani & S. Iacobi in martyrio pro inimicis 2.10.8. & 9. orationis virtus. 2.11.1. ad 2 22. 1.orandum pro infirmis & afflictis 2. 11 13. oratione S. Marcianus incendium ſuperat.2 11.17.orationis tepor noxius.2.11 19.orandum deuote ac feruenter.2.12.1. ad 2.13 1 attente frequenter ac perſeueranter. 2.13 1. ad 2. 15.1
Oratio 40. dierū à Leone Pontifice confirmatur.2. 13 1 oratio ante ſomnum facienda.2 13.7 orationis variæ diſtractiones & impedimenta.2 14. 1 ad 2 15.1
Orans non facile interturbandus 2 14.3.orantem B.Franciſcum Aſſiſiatem dæmon interpellat. 2. 14 4.orationis Dominicæ excellentia exēplis propoſita 2 15 1.ad 2.16.1 eius operationes.ibid.
Oraculum Delphicum Chriſto nato cur conticuit. 1.29.1
Ordinis ſacramentum quanta excellentiæ.5.52.1. ad 5.53 1.eius miniſtri qui? 5.53.1.ad 5.54.1
Ordines religionem ingredientium quot? 7 69.11
Oreſtes miles Chriſtianus propter quid morte affectus.1.35.2
Oſcitantes cur os cruce ſignent. 1.42 9
s. Oſvualdi Regis defuncti corpus columba niuea protegit.2.18.1.manus in pauperes munifica manet incorrupta.7.3.2.precibus anima Monachi è purgatorio eripitur.8.21.1
Othonis Comitis cum inimico reconciliatio quomodo facta.2.25.9
Othonis Regis lamentabilis interitus.3.3 3
Otto Rex vniuerſam Slauorum gentem Chriſto & ſibi ſubiecit. 1.5.4
Otto III. Imperator Imperatricem vxorem iniuſte condemnans iniuſtitiæ arguitur.3.98.2
Ouis B.Franciſci ſacroſanctam veneratur Euchariſtiam.5 6.2

P

Pactum cum Saracenis initum diſſoluere nolens Athanaſius Neapolitanus Epiſcopus excommunicatur.1 63.5
Pedagogis quantum honoris & obedientiæ deferendū Balduini Comitis exemplo oſtenditur.3.93 2
Pachonico Eremitæ regula monaſtica ab Angelo traditur. 7 77.1
Paſſionis Chriſti recordatio omnem vanitatem perdomat.7.32.7. impatientiæ eſt antidotū 7 40.8
Paſtoris boni officium 3.73 14
Paſtores verba conſecrationis temere proferētes igne cœleſti conſumuntur.5.1 5.eos fortiter pro ſuo grege ſtantes Deus defendit. 5.58.2
Pater ob famem filium interfecturus et comeſturus è brachijs maternis euellit 2.22.3.Pater defunctus curat res filij viuentis,cum à magna moleſtia liberando 3.102.3
Patientia & liberalitas duæ alæ ad cœlum 1.45. 10.Patientia Stephani Abbatis.7.25.2.Ioannis Eleemoſynarij.7.25.6.D.Martini 7 25.11
Patientia notabilis fructus.6.21.8.eius corona pluribus malis perferendis perficitur.7 25 12
D.Paulus Apoſtolus Neroni poſt mortem apparet.8. 23.1
Paulus Conſtā inopolitanus cur excōicatus 1.28 7
s. Paulinus Nolanus Epiſcopus audito Euangelij conſilio quid fecerit 7 39 5
Pauperum,uiduarum atque pupillorum oppreſſorum exempla 6.42 1
Paupertatis ſpiritualis exempla.7 50.1. ad 7 51 1
Pauperes ſunt Chriſti ſpeculum 7 48 2 eorum defraudatio cœlum vendicat 7 3 4 oppreſſio in poſteris punitur.6.42 2

Pauperem vnica veſte,qua erat indutus S.Martianus veſtit.7 7.2
Pax in miſſa defunctorū cur non datur.5.26.5.datur diuinitus 7.56.6 precibus eſt impetranda.7.56.8.eam impugnantes filij diaboli,pacifici filij Dei.7.56.1
Pacem cum populo Metenſi inire cogitur quidam nobilis.7.56.2.pacis amatores Theodoſius et Heraclius Imperatores. 7.56 5.& 6
Peccata remiſſa Clodoueo Regi Angelus nuntiat. 1.74.3 per pœnitentiam delentur.1 74 9.& ſeq.
Peccata aliorum etiam minima à nobis nulla ratione diſcutienda ſed ſufferenda. 3.125.9
Peccatum Victorino cuidam dimiſſum diuinitus, pronuntiatur.5.37 6.homicida contritione deletum qua ratione cognitum.5.37.5
Peccata in confeſſione ſubticens diſtricto in ſomnis gladio terretur,& integre confeſſus liberatur. 5.38.12.ſemel confeſſa minime iteranda.5.35.5. eorum mirabilis vindicta 6.2.5
Peccatorum venialium fuga & mala.6.3.1.ad 6.4.1 aliorum exempla 6 23.1.ad 6.32.1. in Spiritum ſanctum exempla.6 32.1.& ſeq.
Peccatorum variorum pœna varia.7.23 10
Peccata aliorū præſertim ſuperiorū tegenda.7.25.3
Peccatoris & auis irretita ſimilitudo. 6.1.7
Peccatoris inſignis contritio.7.22.4
Pecora agnoſcunt & reuerentur præſentiam Chriſti in Euchariſtia. 5.6.5
Pecunia ſacco ex tributis collecta dæmon inſidet.6.14.2
Peierantes quæ pœna maneant. 3.26.1
Pelagius patricius pro veritate moritur. 7.57.3
Peregrinandum in ſimplici habitu.3.60.2
Peregrinantib.diligēter conſcia expurgāda.3.60.11
Peregrinatio ad D.Iacobum.3.44.6. ad templa & loca.55.3.60.1. ad 3.61.1. Northmannorum ad ſepulcrum Domini.3.60.1.Caroli Magni Romā ad limina SS.Petri,& Pauli.3.60 4
Peregrinatur ad loca ſancta ēt cū munerib. 1.15.3
periurius incendiarius igne cœleſti exuritur. 3.26.3.ſacro morbo corripitur. 3 26.10
perſonatorum infauſtus ſucceſſus. 4.5 1.& 2
perſonarū acceptio in confeſſione remouēda.5.34.7
perſarum in fines Romanorum excurſio imbribus et grandine inhibita 3 1 6
perſica ciuitas ob deſpectum Dei verbum funditus euertitur.3.75.1
peſtis ſæua Conſtantinopoli ob offenſas ſacra imagines.3.66.9
Petrus Conſaluus qua ratione conuerſus. 7.63.9
S.Petrus Romæ Pontifex & Epiſcopus. 1.59.9. ibid. mortuus.1.59.10.eius vrbis protector.3.47.1.mortuum reſuſcitat. 1. 14. 1. Vaticani incendium extinguit.3.46.22
Petrus Telonarius iudicij metu in pauperes factus liberalis.1.4.9
Petrus Martyr Prædicatorum Decus, Italiæ Speculum.1.1.8.natus parentibus hæreticis.ibid.nulla ratione à fide Orthodoxa poteſt auelli. ibid.
Philoſophia Chriſtiana excellentia.1.2.1.vera eſt mortis meditatio.8.3.1
Philoſophus Chriſtianus fidem ſuam egregie cōtra Arianum tuetur.1.7.1.illum qua ratione Spiridion Epiſcopus vir ſimplex ſed ſanctus confutauerit.3.23.1
B.Philippi Nerei vitæ parcitas.7.79.8
Philippi II.Imperat.morientis verba ad filium Philippum tertium.1.24.5
Philippus Gallorum Rex Iudæos omnes cur ſedibus ſuis expulerit. 3.113.10
Philippus Cancellarius Pariſienſis propter beneficiorum pluralitatem damnatur. 3.110.2
pictor imaginum à Theophilo Imperatore acerbè tractatur.3 70 4
pietas Alphonſi Aragonum Regis in patrem.3.80 2 Franciſci Borgiæ.5.27.5.Staniſlai Hoſii Epiſcopi Cracouienſis.5.27.3. Venceſlai Regis Bohemorum erga miſſæ ſacrificium. 5.32.8
pietas viri ruſticani. 5.13. 9. Chunegundis viduæ erga animam defuncti mariti. 5. 15.7. Caroli Magni in Deum & religionem. 7. 48. 3. Petri Damiani.7.48.5
pietatis effectus.3.62.6.officium diuinitus compenſatur.7.35.2.in periculis non periclitatur. 7.39.1.riſu & confabulantibus diſſipatur.7.48.7
pij in hac vita non modo miſericordiam Dei in ſe, ſed & iuſtitiam amant. 8. 22.6. eorum partem Deus tuetur.1.9.3
pilatus ſibiipſi mortem conſciuit.1.31.3
placidi adhuc gentilis virtutes.1.1.3.ei venanti inter cornua Chriſtus apparet. ibid.
pluuia ſanguinis in Aquitania quid portenderit. 1.70.5
pluuia impetratur precibus Chriſtianorum.2.11.10
pœnæ hæreticorum,illis communicantium, commorantium aut fauentium.3 18.1.ad 3.19.1.Schiſmaticorum.3.22.1.Vane iurantium.3 25 5.perfidorum.3.27.7.blaſphemantium.3.28.1. Sanctis detrahentium.3.50.1.& ſeq.illorū reliquias contemnentium, vel minus reuerenter tractantium.3.55.1.ad 3.56.1.Iconomachorum in genere. 3.66.1. ad 3 67.1. in ſpecie.3.67.1. ad 3.70.1 adoleſcentis parētibus infeſti.3.83.4 adulterorum tum ciuiles tum Eccleſiaſtica.3.104.1. ad 3. 105.1. Ducis cuiuſdam qui militi equum inſignem fraude extorſerat.3.112.4.choreas ducentium.4.4.1.ad 4.5.1.ieiunium violantium. 4.10.1.ad 4.11.1.cōicantis poſt confeſſione fictè factam.5.15.2. Euchariſtiæ contemptorū.5.5 1 ad 5.6.1

5.6.1.indignè communicantiū.5.11.1.ad 5.12.1
Pœna cuiuſdam fœminæ peccatū in confeſſione præ pudore occultantis.5.38.9.relabentis in priſtina peccata.5.35.2. & 4. Comitis cuiuſdam ob frequentem neglectam cōfeſſionem.3.36.6.puellarum D.Iacobū Niſibitam inhonorantium.5.61. 8.Heriberti Clotharij filij ob vxorum multitudinem.5.11.2. peccatorum.6.1.1. ad 6.2.1. Euſebij in leniter peccantes.6.3.6.auarorum.6.12.2
pœna in tributorum impios exactores.6.14.6.lenonū 8.Flauiam conſtuprare volentium.6.15.2.pauperum violenter oppreſſorum.6.42.1.mortuum ſepelientem deridentis. 7.11.14.fidelium defunctorum ſepulchra violantium. 7.14.1.hoſtium monaſteriorum & Virginum.7.34.3
pœnitentes miſericorditer ab eccleſia recipiuntur 1. 75.1.ad 1.76.1.& flagitioſi ab eadem reijciuntur.ibid. in confeſſione non ſunt nimis acerbè reprehendendi. 5.34.5. Pœnitenti bona voluntas ſufficit,ſi copiam Confeſſarij in neceſſitate nō habuerit.5.34.9
pœnitentia res pretioſa.1.74.6.agēda ante Euchariſtiæ perceptionem.5.15.3.eius vſus & neceſſitas. 5.35.1.ad 5.36.1.peccatoru nullo modo reſpuenda.5.35 5.non proroganda.5.36 1.ad 5.37.1.ad mortem vſq; dilata non oīs vera ac ſalutaris.5. 36. 9. eius vera forma in quo conſiſtat. 5. 37.4. pœnitentia inſignis Ottonis Imper.5.40.1 Theodoſij Imperat.ob cædem Theſſalonicenſium à ſe factam.5.40.3 pœnitentia quorundam admirabilis ſponte aſſumpta.5.41.1.ad 5.42.1
pœnitentia quorundam falſa & ſimulata. 5.37.1. ad 5.38.1
polonorum eccleſia conſpiratione nobilium periclitatur. 1 23.2
pollex cuiuſdam ſanctimonialis,quo ſignum crucis formare ſolita,poſt mortem manet incorruptus.1. 41.9
polychronij Monothelitæ vanum miraculū. 1.14.5
pontifici reuerentia debetur. 1.24 3
pontifex Romanus vniuerſalis Eccleſiæ Paſtor & Patriarcha. 1. 59. 1. de eius primatu Stephani Regis teſtimonium. 1.59.2. Fultoni Angli martyrium. 1.59.6. illius ſucceſſionem agnoſcit Beza. 1.59.7
pontificibus ſuam iuriſdictionem adimit Henricus VIII. Anglorum Rex.1.59.12.illorum primatus eſt iuris diuini.1.59.13. pedes oſculantur Reges & Imperatores.3.88.12
pontificis damnati pœna.8.18.1
pontifex corona triplici & candido amictu fertur in cælum.8.22 3
potum negans ſitienti in tormentis punitur.7.6.3
Potamius Epiſcopus ſeipſum pro admiſſo peccato caſtigat.5.41.6
præceptoribus quantus honor à diſcipulis deferēdus Theodoſij Magni Imperatoris declaratur.3.93 1
prædeſtinatio non tollit libertatem arbitrij 2.2.2
prædeſtinato non deſperandū ſed laborādum quaſi ad ſalutem eſſet præſcitus. ibid.
prædictio admirabilis variorum obitus. 8.4.5
præſtigia dæmonis detecta & diſſipata.1 5 1
præſumptio vnde oriatur,& quātum Malum.2.2.5
priuilegia Eccleſiaſtica defenduntur ab Epiſcopo Halberſtadienſi. 1.61.1
præſentia Dei recordatio vtilis 2 16 1.eius antidoto ſcortum publicum ad virtutis ſtudiū reuocatur. 2.16.2.eſt medium efficax ad perfectionem conſequendam 2.16.5
principatus & poteſtatis ſæcularis exempla.3.91 1.ad 3.92.1
principes Chriſtiani quando roſa aurea à ſummo pontifice ſoliti honorari 3 90.3 et 4. nimis ſeueri ſuum dominium in quantum conieccerint periculum. 5 91 8
principes periculoſè cum diſpendio animæ, corporis ac rerum ſuarum Eccleſiaſticis ſe negotijs immiſcent. 4.18.5
principum Chriſtianorum iuramenti formula quādo inaugurantur. 5 15. 2. illorum ornamenta, pietas & iuſtitia.3.91 5
principum Chriſtianorum eſt pauperibus & afflictis patrocinari.6.42.3
princeps Capuanus direptor bonorum Eccleſiaſticorum diuinitus excæcatur.3.108.3. nolens confiteri damnatur 4.12.1
preces pro morientibus vel periculoſè ægrotantibus fundendæ 8.8.1.ad 8.9.1
preces fratrum vnanimes pro deſperatis plurimum poſſunt.8.8.5.dæmones propulſant. ibid.
procli Conſtantinopolitani viſio de præſentia D. Pauli.3.44.5
procopius Thaboritarum Dux ſceleribus nobilitatur.1.23.7
prodigium de virgine in proſtibulo ſaluata. 3.39.7
proditores Dei qui appellandi 7 38.4
profeſſio monaſtica alter eſt baptiſmus.7.65.1
prodigalitas Regis Polonorum inhibita.6.13.2
prophetia S. Antonij luctuoſa.1 56 1. M.Lutheri falſa de Romano Pontifice. 1.57.3. Michaelis Stifelij,& ſociorum de futuro iudicio inanis. 1.57.5
prophetę dono qui claruerint.1.56.1.ad 1.57.1
proprietarius in Abbatem non eligendus.7 69.8
prouerbium de S. Antonio.3 44.15
prouidentia Dei tempore famis maximè admiranda.2.23 1.2.& ſeq. quo ad res cultus diuino neceſſarias.2.24.1.ad 2.25.1
pſalmorum & hymnorum cantus in Eccleſia Dei cur inſtitutus.4.3.2
pſittac⁹ Leonē Imp.carcere incluſū deplorat.3.86.6

Prudentiæ exempla.7.38.1.& ſeq.
Publia matrona acriter cur cædatur.1 21 8
Pudor humanus humilitate vincitur. 7.30.12
Pudicitia Balduini imperatoris. 1 54.4
Puer mutus abſciſſa lingua loquitur, & articulate laudat Deũ.1..0 5 mauult cremari cum matre, quam blanditijs Tyranni acquieſcere.1.21.12
Puer ſeptennis pro Chriſti nõie tormenta ferens moritur.1.21.12. à morte ſenis cuiuſdã oratione ſuſcitatur.1.77.1 Catechumenus defunctus meritis S.Stephani,ut baptizatur,reuiuiſcit. 5 1 3
Puer quinquennis maieſtatem Dei blaſphemans à diabolo aufertur.3.28 9
puer mortuus matri Catholicæ traditus miraculoſe reuiuiſcit 5 4 5
pueri ab Athanaſio puero ludicre baptizati vere baptizati iudicantur.5 5 1
puer natus deformis per baptiſmũ fit formoſus.5 7.9
puerorum naſcentium innatum fœtorem baptiſmate pellunt Agareni 5.7.10
puer Iudæus ab incendio virtute Euchariſtiæ ſanatur.5.10.10.claudus à Launemano Abbate miſſæ ſacrificio curatur. 5 25 10. in puteum lapſus ob matris hoſpitalitatem conſeruatur.7.10 7
puer Regius diuitijs relictis pauperem vitam amplectitur.7.50.5
puella Alexandrina fidei lumine donatur.1 15 officium charitatis proximo impendit. ibid.
puellæ mors ob cõfeſſionẽ ſacrilege repetitã 5 38.13
puellam iratam ac diris ſe deuouentem dæmon inuadit 3.29.1
puella curioſitate nimia fit cæca.7 9 3
puellæ non ſunt tradendæ viris,quibus non afficiuntur. 5.2 1
puellæ conſtantia pro caſtitate ſeruanda 7 34.17
Purgatorij pœna 2.1.5.& 5.26.6. & 8.20.1 ad 8.21.1
purgatorij loca diuerſa. 7.23.9. illius pœnas abbreuiandi modus 7.29 5

R.

Rachis Rex Longobardorum quomodo monachus factus.7.60.7
Radegundis Regina Bertharij Regis vitta inuocatur. 1.26.28. illius anima poſt mortem ab Angelis excipitur.3.41.7 legationem mittit in Orientem pro ligno S.Crucis. 1 35 8. illud aliaſque reliquias veneratur 1 33 9
Rapacis hominis ſupplicium 3.112 6
Raptores puellarũ lege ciuili caſtigãtur.3.106.4 5
S.Raynaldi Archiepiſcopi corpus poſt multos annos manet incorruptum 3.56.3
Recidiuum quomodo cauendum 5.35.1
Receſuinthus Hiſpaniarum Rex Catholicæ religionis defendendæ ſtudioſus.1.17 8
Redintegratio corporum ſanctorum in partes diſſectorum,eorumque operationes.3.59.1
Reges honorant religioſos. 7.66.7. eos dedecet leuitas.7.29 9.illorũ familiaritas periculoſa. 6.7.6
Reges & Imper. religioſi Franciſcani facti. 7.60.9
Regula S.Franciſci diuinitus inſtituta.7.77.2
Regulæ parua non contemnenda.7.77.6
Religio Catholica in Gallia cur & quam grauiter periclitata.1.23.4
Religionis ingreſſum protrahere vel a propoſito reſilire tutum non eſt.7.63 1. ad 7 64.1. aliquem ab eius ingreſſu deterrere non licet. 7. 64.1. eius in genere exempla & fructus.7.65.1. & ſeq.
Religioſis cauenda obmurmuratio. 2. 5. 10. eis in hac etiam vita honor exhibendus.7 66 1 & ſeq.
Religioſus proprietarius communione & ſepultura Eccleſiaſtica priuatur.7.69.1.verus quis dicendus 7.78.1
Religioſorum ſtudium.7.87.1.ad 7 88.1.victus.7. 90.1.veſtitus. 7.91.1. hoſtes. 7. 92. 1. familias infeſtantium pœna 7.93.1
Religioſi ope pecuniaria coguntur publicis operibus ſubuenire,ſed excuſantur.7 93.5. illorum familia ſingulariter ſunt ſub patrocinio Deiparæ Virginis. 7.95.1
Reliquiæ SS. qua intentione in Eccleſiis collicandæ.3.51.1. Prophetarum & ſanctorum diuinitus cuſtodiuntur.3.52. 1. eæ non facile transferẽdæ.3.52 2.ſunt ciuitatum munimenta. 5.53. 16.loco decenti aptandæ.3 44.16.earum claritas.1.78.3 incorruptibilitas 1.78.9. & 4. & 3. 56 1 ad 3.57.1 virtus & effectus.3.51 1.& ſeq. veneratio.3.51.1.& ſeq.
Reliquias SS.thecis argenteis includere antiquum. 3.51. 3. earum contactu mortui ſuſcitantur. 3. 53.11
Remigius Epiſcopus diuinitus inungitur.5.54.5
S.Remberti precibus captiuorum vincula rumpuntur.7.8.9
Res ſacra in profanum vſum non contemnenda. 3. 111 7
Rei inuentæ reſtituendæ magna debet eſſe cura. 3. 114 5
Reſurrectionis veritas ſtabilitur exemplis eorum, qui ad vitam ſunt reuocati. 1.77.1. ad 1.78.5. de ea ortæ diſputationes variæ.1 76 1. & 3.ſoluuntur. ibid. de ea Eutychius hæreticus labitur in errores Origenis. 1.76 4. eam profitetur Syneſius Cyrenenſis. 1 76 5. illa gentibus incredibilis.7 2 2
Reſurrectionis Dominicæ dies miraculo confirmatur.3 73 3 illum violantes diuinitus corripiuntur.3.73 12.eius cæteris teſtibus corruptis S.Longinus verus extitit.1.45 1
Reuerentia ſuperioribus Eccleſiaſticis deferenda. 3.88.1.ad 3 89.1

Rhoilas Dux Schytharum cur cum toto exercitu combuſtus fuerit.2.21.4

Rogationum dies à quo & cur inſtitutæ.4.1.20. illorum irriſores peſte rapiuntur 4 28 21

Romanorum charitas erga Chriſtianos profugos. 3. 36.3. vincunt Perſas Romani circumcincti velut clypeo Chriſti imagine.3.65.2

Romarici ad religionem vocatio vnde.7.17.4

Roſarij geſtandi mos apud Bunzios.1.14.15.eſt dæmoni odioſum 2.45 8

Roſæ è cœlo hyemis tempore miſſæ quid deſignent. 8.23.6

Roſa in facie loſcionis monachi Bertiniani poſt obitum inuenta.2.35.3

Rupes ſuo loco mouetur ad extruendum ſacellum oratione Gregorij Neocæſarienſis.1.44.3

Rupertus Abbas Tuitienſis precibus à B. Virgine obtinet docile ingenium.2.40 3

Ruſſorum Rex quo miraculo conuictus ab errore ſuo deſtiterit.1.19.7

Ruſticus per ludibrium panem conſecrans repentina morte opprimitur 5.1.6.ſchiſmaticus violans aſſumptæ Deiparæ feſtum terra inuoluitur. 4. 2. 9 ei obrigeſcit brachium.4.2.14

Rutheni Boreales quo miraculo ad fidem veram capeſſendam perducti.1.19.6

S.

SAbana olim in baptiſmate dabantur. 5.8 4

Sabbathi loco dies Dominicus ab Apoſtolis ad colendum inſtitutus.3.73 1

Sacerdotium Iuſtinianus Imperator magni facit. 5.60.13

Sacerdotibus in bello quibus armis vti licitum. 3. 99. 7. eis quantum honoris detulerit S. Franciſcus Aſſiſias.5 60 10

Sacerdos dubitans de hoſtiæ conuerſione ex ea vidit ſanguinem promanare.5.3.2 luxurioſus indigne communicans cancro affligitur. 5 28 4. temere & indigne celebrans quomodò punitur. 5.28.1 & 3. diſſoluti pœnitentia vnde. 5 28 5. iniurioſi punitio.7.20 1

Sacerdotes non ſunt iniuria aut moleſtia vlla afficiendi.5.61.1.ad 5 62.1

Sacramenta ſæpe frequentare bonum, ea longo tempore periculoſum 5.17.1

Sacrificij ritus in Eccleſia Romana quo miraculo ſplendeat.5 1 8

Sacrificio miſſæ ægroti curantur.5.25 8 & 9

Sacrum integro audiendum Thomæ Mori exemplo docemur. 5 32. 10. illi libenter inſeruire maximi præmij & meriti.5 33 4 & 5

Sacrilegij & ſacrilegorũ pœna.3 108 1.ad 3 109 1

Sacrilegus à dæmone quomodo raptus. 3 108 17

Sacrilegi an ad ſacros ordines promouendi. 5. 52.8

Salis benedicti virtus.5.22 1.ad 4 23.1

Salutationis Angelicæ exempla. 2. 34 1. ad 2 35. 1. ea ſexagies in die recitata vltio diuina impeditur.2.25.2

Saluandorum exiguus numerus.8 24 1.& ſeq.

Sancti quo fulti auxilio miracula edant. 1.79.3.in cœlis pro defunctis orant.1.79 5 & 3.45.3. poſt mortem hominibus apparent.1 79.1.ad 1 80.1. eorum gloria S.Saluio Epiſcopo oſtenſa. 1.80 3. perſeueranter orant 2.13.3.humanæ reconciliationis ſunt ſtudioſiſ 2.25 9. Eccleſiarum adiutores.4.19 3.colendi & inuocandi.3.44 1 et ſeq. eorum interceſſione varia nobis corporis beneficia Deus conceſſit. 3. 46 1. & ſeq. ciuitatum Catholicarum propugnatores 3.47 1.& ſeq.Chriſtianorum in bello & in morte patroni. 3.48 1. ad 3 50. 1. an iniuria afficiendi, contemnendi aut negligenter colendi. 3. 50 1 & ſeq. eorum corpora impaſſibilia. 1.78.6 illis interdum adhuc in terris degentibus corporis glorioſi dotes communicantur.1.77.1 ad 1.78 1

Sanctorum preces ſunt munimenta Vrbium. 7 20. 1.patrocinium clientibus ipſorum ſalutare.8.14. 9 fruuntur viſionibus Beatorum vt ſecurius moriantur. 8.5. 3. mortem aliquando etiam reformidant 8.7 3. aliquando anguſtias patiuntur. 8.7.5.è cœleſti gloria apparent.8.23.1

Sanctitas ipſis hoſtibus eſt venerabilis 7.8.3

Sanctitatis aliorum exempla.1 52.1.2 & ſeq.

Sãguis è parietibus ebulliens quid portẽdat. 1 67 13

Sanitas corporis quo pacto quibuſdã pernicioſa. 2.33.3

Sannes apud Perſas mille famulorum Dominus quomodo ſeruus factus.3 94.1

Sapientia verà in quo conſiſtat.1.2.1

ſapientia D Antonij Eremitæ, licet literas non didiciſſet, quanta 7.43.2

ſapientiam huius ſæculi ſtultã fecit Deus 3.77 3

ſapritij ſacerdotis duritiés 2 25 4. Chriſtum conſtanter confitetur & capitis damnatur. ibi. conceptum odium poſt immanes etiam pro Chriſto cruciatus non deponit ibid.

ſaracenorum in Chriſtianos rabiem Deus punit. 1. 22 5 coercentur auxilio B. Petri & Pauli Apoſtolorum 3 48 2

ſaracenorum multi quo miraculo conuicti ad Chriſtum conuerſi. 1. 15.2. Chriſtianorum irriſores ope D.Virginis ſuperantur 1.22.8 à militibus ſacro viatico cõmunitis 5.12 2 puniuntur.1 22.5

ſatisfactio pro admiſſo homicidio qualis. 5 40 2. ſatisfactionis illuſtria exempla.5.40 1 ad 5 41 1

ſatiris viri Clariſſimi pro religione Catholica defendenda certamen.1 21.9

ſchiſmata quam grauiter ſemper punita.3.22.3

ſcelus immane adoleſcentis in matrem 3 82 7

ſcrupuloſus acquieſcens prudentis conſilio ſcrupulo eximitur.5.38.1

Scru-

Scrupuli manent interdum in deuotis vſque ad finem vitæ. 5.38.4
Scriptura ſacra quanti facienda docent s. Viri pro illius defenſione ſanguinem fundentes. 3.76.2. eam profanis attingere illicitum. 3.76.4. Verba illius in laudes hominum non detorquenda. 3.76.9. quem in finem legenda. 8.4 4
Scotorum in Anglos victoria qualis. 3.48 7
Scythas ope Deiparæ ſuperat Ioannes Comnenus Imperator. 2 48.4
Sectarij à Sectarijs quo ſupplicio affecti. 3.18.9
ſenes capiuntur laudibus & blanditijs. 7.38.3
ſepulturæ exempla. 7.11.1. & ſeq. ſacra impijs non prodeſt 7.16.1. ad 7.17.1. gratis danda. 7.12.2. pagano & excõmunicatis deneganda. 7.16.8. & 9
ſepulchra mortuorum martyrum quomodo olim & quomodo nunc venerentur. 3.46.17
Serapion lapſus ſed pœnitens non poteſt mori niſi ſumpta Euchariſtia. 5.13.4
Serapioni Epiſcopo prædicit s. Antonius mala in Eccleſia futura. 1.56 1
Serapionis Abbatis dictum de recollectione mentis quale 2 6.12
Seruatij Epiſcopi Tungrenſis obitus. 3.47.5. liberatur à cæde Hunorum ope D. Petri Apoſtoli. ibid.
ſeruitiorum ordo vnde 7.95.4
ſeruus à proprio Domino cur iugulatus. 3.94.2. quis fidelis, quis infidelis. ibid.
ſigna bonæ indolis in pueris ob infantia demonſtratis qualia. 5.8.1. ad 5.9.1
ſeruus Stiliconis cur à dæmone correptus. 3.94.4
ſilentij virtus & exempla. 7.80.1. & ſeq.
ſimeonis Stylitæ obedientia. 7.73 11
ſimilitudo auis irretitæ & peccatoris. 6 1.7
ſimonis Magi iactantia. 1.14.1. præſtigioſum miraculum ibid.
ſimoniacus ignis experimento probatus ardentem flammam illæſus Florentiæ permeat. 3. 109. 2. lepra percutitur. 3.109.9
ſimoniace ad Pontificatum electus an abijciendus. 3.109.11
ſlauorum à fide defertio vnde. 1.23.1
ſobrietas ad tuendam caſtitatẽ neceſſaria. 7.36.11
ſodomiæ pœna quæ. 6 41.1. & 2
ſodalitatis deſertor flammis cõbuſtus moritur. ibid.
ſodalitas roſarij à B. Dominico cur erecta. 2 44 1
ſolitudinem appetere quorum proprium. 2.6.6
ſquirio Ethnico apparẽs Angelus qd fecerit. 2 32.7
ſpectacula dieb. dominicis et feſtis vetita 3.73.15
ſpica ob vio... s. Hunegundis à Synodo indictas ferias ſanguinolenta. 4.2.14
ſpes à quodam de vita æterna concepta quo miraculo vera fuiſſe oſtendatur. 2. 1.6
ſpes in Domino præcipue collocandæ exempla. 1.11. ad 2.2.1
ſpecies panis in Euchariſtia cur in carnem mutata. 5.4.2
ſpiritus ſancti in miſſæ ſacrificio præſentia, quibus ſignis diuinitus innotuerit. 5.22.6
ſpiritus ſanctus gratiarum diſtributor. 1.26.3. Deus. 1.50.1. à Patre Filioque procedit. 1.50.2. & 3. cur eum columba deſignet. 1 50.4 eius dono Catholicus ab Hæretico dignoſcitur. 1.50.11
ſpiritus docentis & hominis erudientis differentia quæ. 7.44 3
ſubdiaconus Victori Papæ venenum in ſacro calice propinans à dæmone corripitur. 5.61.1
ſtophom Suetiæ Empo iũ ob peccata crematur. 6.2.3
ſtupri & raptus exempla. 3.106.1. ad 3.107.1
ſuffragia viuentium defunctis an proſint 4 1.18
ſuffragiorum Sanctorum in Societate cõſuetudo vnde. 3.51.14
ſuenis ad fidem Catholicam à quo conuerſi. 1.5.3
ſuperiorum Eccleſiaſticorum cõtemptores quomodo puniti. 3.89.1 & ſeq eis honor, reuerentia & obedientia exhibenda. 3.88 1. ad 3.89 1 ſæcularibus etiam. 3.90.1. & ſeq.
ſuperioribus impijs quando & quando non obediendum. 3 90 1
ſupplicatio Tornacenſis quando & cur inſtituta. 4. 28 4
ſupplicationes in gratiarum actionem inſtitutæ. 2. 17 2. vtiles belli tempore pro victoria ab hoſtibus reportanda. 3.36.3. olim etiam habita. 4.28.1. & ſeq. eas mulier quædam non approbans quomodo punita. 4 28 10
ſuperbiæ exempla & pœna. 6.1 ad 6.5.1. eius gradus primus eſt cõtemptus aliorũ, Dei ſecundus. 6 4.4
ſutor monoculus dono intellectus & fidei quid obtinuit. 7.45.2
s. Suuibertus in carcerem miſſus ab Angelo liberatur 3.37 3 eius opera dæmon eijcitur. 1 19.8
Syluefter Papa I. viues & defunctis ſuo tempore indulgentias conceſſit. 5.33.1
ſymbolum fidei cui reuelatum. 1.23.5
ſymbolum Conſtantinopolitanũ cur in Eccleſia Catholica poſt Euangeliũ in miſſa cãtetur. 5.33 12
Syneſii Epiſcopi et Euagrij Philoſophi hiſtoria. 7 2 2
Synodi Nicenæ decretum de conſubſtantialitate Filij cum Patre quale. 1.28.4

T

TAbernas frequentare periculoſum 6 18.5
Taberna è merito ia trans Tyberim oleum è terra erupit, fluitque toto die ſine intermiſſione in Chriſti natiuitate. 1.19.3
Taciturnitatis exempla. 3.127.1. ad 3.128.1
Tactus cuſtodia debet eſſe diligẽs & circumſpecta. 6. 48. 1. ad tactum pium fœminæ rigeſcit brachium Gebhardi Abbatis. 6.48.5
Tanchelinus Sacramentariu... interpianorum ſeductor.

ductor.1.23.6.& 5.58 6

Taxillatoris Iconomachi funeſtus interitus.4.6.6

Telericus Bulgarorum Rex regnum deſerit, vt fiat Chriſtianus.1.3.2

Temperantiæ exempla.7.41.1.& ſeq.

Templorum ornatus ſanctis gratus.1.72.5. erectionis exempla.1.64.1.ad 1.65.1.conſecratio quãdo cœpta 1.65.1.miraculoſa.1.65.2. pellit dæmones. 1.65.6. ad modum reuerenter à S.Huberto Epiſcopo facta.1.65.7.eius conſecratis quanta exhibenda reuerentia exemplis ratificatur.1.66 1. ad 1.67.1.templum armato an liceat ingredi.1.66.5. templorum violatoribus & profanatoribus quam graues pœnæ & quales conſtituta.1.67.1. ad 1.68.1. ex templis Arianorum porcus inuiſibilis exit.1.65.5

Templum Dei humano ſanguine non aſpergẽdum. 1.67 12.nec Hæreticis concedendum. 1.69.1. ad 1 70 1 cur à Cyro Smyrnenſi Epiſcopo B.Virgini dicatum 2 57 3.eius erigendi forma ab Angelo Iuſtiniano Imperatori prænunciatur.3.42.6

Tenacitas Sabiniani Papæ diuinit⁹ carpitur.7.4.5

Tentationes ſuperioribus noſtris aperiendæ. 2.27.6

Tentationibus carnis modus reſiſtendi quis 2.29.1 ad 2.30.1.Dæmonum.2.27.1.ad 2 29 1

Tentationis ſuperandæ Presbyteri cuiuſdam induſtria.3.129.6

Tentatio cui initio non reſiſtitur, ſemper accreſcit. 7.87.4

Tentatio relinquendæ religionis à Dæmone cuidam immittitur.7.87 5

Tentatus ob difficultates eas ſenſim ſuperandas docetur.7 87.8

Terræmotus cum ſonitu & tonitru ad terrendos Iudæos incredulos qualis 1 4 2.ſtructuram templi Hieroſolymitani à Iuliano Apoſtata tentatam diſiicit 1.58 1 Vi nominis Ieſu ceſſat.3.23 7

Teſſeris addictus à Dæmone abripitur.4 6.4

Teſtes corrupti ſunt infames, nec ad teſtimonium admittendi.3.119.3. falſorum pœna.3. 119. 1. ad 3.120.7

Teſtamentorum ſeu vltimarum voluntatum exempla 8.12.1 ad 8.13.1

Teuzolinus ob veſtium luxum cum ſua pellice punitur.6.11.4

Thalmud Iudæorũ flammis adiudicatum.3.20.4

s.Thecla ſigno crucis munita in medis flammis ſtat illæſa. 1.40.5. eius in Zenonem Imperatorem ſubſidium quale.3.48.15

Theodebertus Rex cur à Dæmoniaco reprehenſus. 1.51.5

Theodoricus Comes Lucſnenſis venando occiditur. 2 35 2

Theodorici Regis improuiſa damnatio 8.17.3

Theodoſius monachus ſeditionem in Paleſtina excitat.2.23.2

Theodoricus Arianus ſeruum religionem mutantem pugione confodit.1.18.9

Theodoretus cur Deo dicatus antequã natus 5.5 6

Theodomirus Rex ob fidem adhuc imperfectam filio ſanitatem non impetrat.1.19.5

Theodoſius Imperator eximius religionis Chriſtianæ propugnator.1.16.2.& 1 17 2.moriturus hortatur filios ad fidem & pietatem integre cõſeruandam 1 24.2.publicis conuentibus ſectæ Arianæ interdicit. 1.28. 1. eius cum Eugenio certamen.3.48.9.victoria.ibi.lex de ſoluendis vinctis tempore Paſchatis.3 73.19 crudelitas in ciues Theſſalonicenſes.6.19.4

Theodoſii iunioris imprudentia à quo reprehenſa. 7.38.6

Theodora & miles quidam charitate certantes capite plectuntur 3.4.6

s.Theodori tormentis Angelus adſtat, confortat, & ſanitati reſtituat.3.38.5

Theophilus monachus pro imaginum defenſione in exilium ablegatur.3.70.3

Theophilus Imperator eximius Iuſtitiæ cultor. 7. 39.5.& 6.

Theophili ſcholaſtici confeſſio.3.45.8

Theopiſtes vxor s.Euſtathij fit Chriſtiana. 1.1.3

Thereſia Alphonſi Regis ſoror inuita cum Saraceno matrimonium contrahit.5.4.4

Theſauris eccleſiæ redimere captiuos piũ eſt.7.8.9

Thomas Muncerus falſus propheta ſecuri percutitur.1 57.4

s.Thomæ Apoſtoli martyrium vbi.1.35.7.ab eo templum extructum.ibid.

Thomas Morus rationem fidei ſuæ reddit. 1.59.13

s.Thomas Aquinas caſtitatis lilio ab Angelis decoratur. 3.39.1. eius in ſua vocatione conſtantia. 7.86 3

Tibicinis obſcœni qualis exitus.4.4.14

s.Tiburtius à S.Cæcilia inſtruitur in fidei myſterijs. 1.26.16.hominem contritum & ſaucium ſanat. 2.15.5

Timor Dei in Comite Godefrido quantus. 7.49.2. eius virtus.2.4.2

Totila Gothorum Rex Sacerdotes Dei veneratur. 5. 60.8.eius nobile dictum.3.98.10

Torneamenti ludus periculoſus.4.7.11.& 12

s.Trinitatis æqualitas miraculo contra Arianos ſtabilitur.1.26.1.& 4.myſterium B.P.Ignatio Loiolæ reuelatur.1.26.6.laudatur ab Angelis 1 26. 7.deridetur à Diabolo & exploditur. 1.26.8. & 9.eius myſteria ſublimia.1.26.11.incomprehenſibilia. 1 26.12. D.Trinitate temere non diſputandum. 1 26 13. hanc Childebertus Frãcorum Rex armis tuetur.1.26.17.Clericus inter verbera confitetur.1.26.18

s.Trinitatis veſtigium in creaturis omnibus demõſtratur.1.26.21. eius in vna eſſentia dantur ſimilia.ibid effectus.1 26.23.& ſeq.
Traditiones Eccleſiaſticę Archiuis ſunt preferendę,nec minoris auctoritatis quam ipſa ſacra ſcriptura. 4 15. 1. earum diligenter ſeruandarum exempla.4 15.1.ad 4.16.1.eis mordicus adhęrendum.4.15 2
Traiani Valentis Imperatoris contra Gothos Ducis Chriſtiana libertas. 2.15 5
Tranſubſtantiatio panis naturalis in corpus Chriſti quomodo fiat.5.1.9
Tribulationes ſi patienter ferantur, homini vtiles. 6.36.1
Tributa quando imponenda.6.14.1. non facile imponenda miraculo demonſtratur. 6.14 4
Triumphus Zemiſcis Imperatoris religioſus. 3.48.10.illius gratiarum actio pro parta victoria.ibid.
s.Trudonis votum Deo quam acceptum 7.48.1
Tumulus S.Chryſoſtomi nulla vi mobilis 7.23.3. eius reliquiarum tranſlatio vbi facta 7.23 3
Tunica S.Joannis Euangeliſtę miraculis coruſcat. 3.44 8.
Turbato animo minime loquendum. 6 19 8
Turcę ab ingreſſu Rhodi & Melitę repulſi.3.48.6
Turonenſis ciuitas D. Martini patrocinio ab hoſtibus liberatur.3.47.4

V

VAlentiniani & Valentis fratrum circa fidem Chriſtianiſmi diſſidium.1 3.4 circa fidem propriam defendendam conſtantia.ibid.
Valens Imperator quando in Catholicos ſuę crudelitatis arma conuerterit.1.16.4.mittit Traianum virum catholicum in Gothos qui ab illis ſuperatur.1.18.6.pugnaturus contra Deum infauſtum belli ſortitur exitum.ibid.vxoris blanditijs Arianus factus.5.10.7
s.Vbaldus Epiſcopus ſe inermis inter arma immittit. 7.56 7
Vdalricus Epiſcopus cur purgatorio punitus. 8.19 2.
s.Vedaſtus primus Clodouei Regis catechiſta 7.19.3.inuocatur à ſe cęco à ſe illuminato. 1.9.4
Vaſa ſacra non alienanda pręterquam in redemptionem captiuorum. 5 34.4
Venandum in hac vita quid. 4 7.3
Venatio Epiſcopis & ſacerdotibus an interdicta. 4.7 1.Venationibus nobilium ſacrum tardius ſolito nõ producendum. 4.7.2. Venationis exempla. 4 7.1.ad 4.8 1
Venefici conſilium de euerſione imaginum.7.21 3
Venenum ſibi propinatum bibit S. Iulianus abſque nocumento 7 29 4
Verbum Dei audiendum & eius effectus 3.74 1 & ſeq.eius contemptorum pœnę 3 75.1.& ſeq.
Verecundiæ ... conſuetudo qualis 7 40.1
Vermis teter in precioſum lapidem quomodo conuertatur,& contra 7.26.9
Veritatem interdum celare an licitũ. 3.128.4. ad illã exercendam hominẽ quid inducat.3 128.2
Veſtibus ſacris non abutendum.1 73.4.Veſtium ſacerdotalium vſus Deo & B.Virgini gratus.5.34 1 pignorari vel alienari nõ poſſunt niſi in redemptionem captiuorum.5.34.4
Veſtitus Alphonſi Regis quam vulgaris. 7. 32. 5. Rudolphi Imperatoris.7.32 2
Vgo Rex ſtatum religioſum qua occaſione complexus. 7.60.5
Via ad perfectionem compendiaria quę 7 38.11
Victu communi in religione vti ſuaue.ibid.
Victoria virgo Romana cur gladio in corde confoſſa. 5 14.8
s. Victor adhuc infans in vtero matris dęmonibus terrori fuit. 5 6.8
Victorię Angelorum ope obtentę 3.36.1.& ſeq.
Victoria belli vnde.3.99 12 comitatur Deo in omnibus parentes.7 40 2
Vidua,quę nunquam fraudem fecerat,quomodo diuinitus praſeruata.3.112 1 rapta miraculoſe illęſa cuſtoditur.5.15.6
Viduarum conditio apud Brachmanos quę.5.15.8. apud Sinenſes ſucceſſus qualis.5.15.9
Vindicta in Danos et Peroſem Regem Perſarum ob fidem violatam.3.27.3.& 7 in Dauidem Georgium Angelos negantem.3 32.7. in Hæreticum Iconomachum. 3. 467. 5. in profanatorem diei Dominicę. 3. 73. 13. Vindicta optimum genus lędenti bene facere.7.25.6
Vinum miraculoſum vnde.7.6.1
Violator imaginis D. Virginis quas pœnas luerit.3.68.1. & 4
Virga arida cur tertio quoq; anno floruerit. 7.73.7
B.Virgo duobus citharadis apparet morbi remediũ nuncians.3 62.9 eius inuocatio tutum virginitatis præſidium. 7.41.4
Virgo obſeſſa à dæmone vi Sacramenti liberatur.5.9.11.Virginis conſtantia in eruendis ſibi oculis ad auertendum impurum adoleſcentis amorem. 6 44.10.in oſculo recuſando.6.48.5. pro tuenda caſtitate admirandum factum.7 70.5
Virgines quinque monaſterium ſuum exire volentes vt caſtigatæ. 7.88.7
Virginum Chriſtianarum in contemnenda gentilitate libertas. 1.21 8
Virginem ne etiam ſpirituali affectu cõtingat,quidam diuinitus monetur.6 48.2
Virginitas B.Virginis grata. 2.27.5. eius odor quã ſuauis. 7. 34. 12. vigor & vſus qualis. 7.70.6. claritudo. 7. 70. 7. Virginitatis ſeruatæ in coniugio inſigne miraculum 5.13 6. Virginitatem ſuam Deo deuouerunt.S. Elzearius Comes, & S.

Lib.

Delphina eius coniunx 5.13.8. *matrimonio præferenda* 5.14.1. *ad* 5.15.1
Vir pius B. Barbaræ addictus 12. *diebus abſque cibis in carcere viuit.* 3.49.7. *bis uxoratus ſimul priore uxore relicta poſteri adhærere tenetur.* 5.11.7
Viri filiolam violantis pœna quã horrenda. 3.105.4
Viri Idiotæ ſapientiſſima ad Imperatorem Arianũ admonitio. 7.17.3
Viri ſancti olim pecunias per uſurã acquiſitas quomodo aſpernati. 3.113.1. *ſpirituales ab omni tactu mulierum tenentur ſe continere.* 6.48.6
Vis boni operis quanta. 1.26.4
Virtus ſola comitatur hominem poſt mortem. 1.21.5. *formam contemptam facit venerabilem* 7.17.3. *hoſtibus eſt admirationi.* 7.40.1. *eſt inſtar theſauri.* 7.27.8
Viſio terribilis impœnitenti oſtenſa. 5.36.2. *cuidam Nouitio ſuper multiplicitate malorum, & paucitate bonorum.* 6.1.2
Viſio de Angelorum præſentia. 5.30.1. *Sanct. Carpi.* 7.17.5. *de S. Franciſci futura gloria.* 7.30.14. *Martini Gutteri.* 7.95.10 *de Religioſis in adoleſcentia, in virili ætate & in ſenectute conuerſis.* 7.63.6. *Antonij ſolitarij de B. Ignatio.* 7.86.9. *monachi cuiuſdam ſuper diuerſo religioſorum genere in cibis ſumendis.* 7.90.5. *Hugonis Abbatis Bonauallis.* 7.87.1. *religioſi tendentis ad apoſtaſiam.* 7.88.5. *hieroglyphica columbarum ad puellæ cuiuſdam Virginis feretrum quotidie conuolantium.* 8.5.6. *admirabilis eorum, quæ fiunt in altera vita.* 8.11.3
Viſus leuis & incautus animæ multum obeſt 6.44.1. & 3
Vitam poſt mortem eleganti ſimilitudine docet Angelus. 1.1.2
Vita æterna poſt mortem exempla 1.80.1. *ad* 1.81.1. *vita proximo propria auctoritate non auferenda.* 3.97.1. *ad* 3.98.1. *vitam monaſticam alijs diſſuadere periculoſum.* 7.63.3
Vitis frugifera aſcendens ex ore S. Ephram quid portendat 5.8.3
Vitiza Rex malo conſilio male perijt. 7.21.4. *Viuentium pœnæ proſunt animabus defunctorũ in purgatorio detentis.* 8.21.17
Vltio cœleſtis in Regem blaſphemum. 1.27.9. *in perſecutores Chriſtianorum.* 1.22.1. *ad* 1.23.1. *in Neſtorium Conſtantinopolitanum Deiparam calumniantem.* 1.30.5. *in Summi Pontificis obtrectatorem.* 1.59.8. *in anathematis contemptorem.* 5.61.6 *in templorum profanatores.* 1.67.1. *ad* 1.68.1. *in ſacra veſte abutentem.* 1.73.1. *in hominem vindictæ cupidum* 2.25.10. *in percuſſorem B. Virginis imaginis.* 2.84.7. & *eiuſdem blaſphematores.* 2.49.4 *et* 8. *in Iudæum, qui D. Virginis imaginem in ſeceſſum proiecerat.* 3.68.6 *in Sicariorum progeniem.* 3.87.6. *in ſacrilegos S. Kiliani interfectores* 3.97.7. *in parricidam S. Lamberti* 3.97.9. *in rerum Eccleſiaſticarum et monaſticarum inuaſores.* 3.108.2. & 3. *in Elpidium quæſtorem ob direptum imaginum Antiochiæ templum.* 3.108.7. *in mendacem fœminã.* 3.126.2. *in tranſgreſſorem B. Magdalenæ feſti.* 4.2.12. *in Sacramentarium hæreticum.* 5.2.12. *in Iudæos fulmine in Vngaria tactos.* 5.3.11. *in indigne communicantes.* 5.11.10. & 12. *in militem loci ſacri profanatorem.* 5.29.7 *in præconem Euangelicum blaſphemum.* 5.29.5. *in confeſſionis dilatores ſeu in confeſſionis auricularis contemptores* 5.36.7. *in Nauttinum Comitem ob iniurias viris Eccleſiaſticis illatas.* 5.69.1.4. *in presbyterum concubinarium.* 5.64.3. *in peccatores.* 6.11. *ad* 6.21. *in creditorem auarum.* 6.46.4. *in obſcena loquentes* 6.46.9. *in rebelles monachos.* 7.74.4 *in contemnentem regulam B. Columbani.* 7.77.5. *in monachum apoſtatam* 7.89.5. *in male tractantes religioſos.* 7.92.3
Vnctionis extremæ ſacramentum non contemnendum aut negligendum. 5.50.1 *ad* 5.51.1. *aduerſus diabolum fortiſſimum propugnaculum.* 5.50.6. *Vnctionis extremæ aliæ virtutes.* 5.51.1. *ad* 5.52.1
Vocationem ad religionem varij modi. 7.61.1. *ad* 7.62.1 *Vocationem impedientes puniuntur.* 7.64.1. & *ſeq.*
Voluntas impiorum hominum ſæpenumero diuinitus impeditur. 2.21.1. *ad* 2.23.1
Voluptas guſtus, quæ à Deo eſt, non eſt reſpuenda. 6.90.4
Voluſiani mater pro filij ſui conuerſione quantum deſudarit 3.84.12
Votorum nuncupatorum exempla. 3.30.1. & *ſeq.*
Vota ad loca ſancta nuncupata adimplenda. 3.61.1 *ad* 3.62.1
Votum impium retractandum miraculo confirmatur. 3.31.1
Votum caſtitatis perpetuæ Pulcheriæ, & ſororum eius. 5.13.5
Vrbanus Papæ ſanatur à D. Benedicto. 3.46.4
Vrſinus presbyter moriens videt ſibi adſtantem D. Petrum & Paulum. 3.49.2
Vrſos fugat S. Germanus Epiſcopus, & quomodo. 1.12.3
Vrſus ex inuidia inſidioſe quomodo occidatur. 6.16.4
Vſura & eius mala. 3.113.1. *ad* 3.114.1
Vſurariorum infelices exitus 3.113.1. & *ſeq.*
Vſurariorum hæredes eadem, qua uſurarij pœna plectuntur. 3.113.9
Vxor mariti vulnera toxicata quomodo ſanet. 5.9.7

Vxam-

VV

VVamba Hiſpaniarum Rex adulteros milites punit. 3.100 5
Vvandali Ariani Catholicos inuitos rebaptizant. 5.9.4
Vvalbertus comes Arkenſis cur pœnas luerit.5.36.7
Vvenceſlaus Bohemorum Rex ob conceſſam hæreticis vita regnoque priuatur. 13.19.7
Vvernherus puer crudeliter à Iudæis crucifigitur. 1. 44.8
s.Vvelbrordi mater grauida lunam videt creſcentem, & quid illud ſibi voluerit. 5.6.7
Vvilhelmus Lindanus à rabido cane meritis S.Huberti præſeruatur. 3.61.5
Vvilgefortis virgo ad reſpuendum coniugium deformari petit.5.14.6
Vvinuloꝛum defectio à fide Chriſtiana ad paganiſmum.1.23.1
s.Vvolfi Eremitæ reliquiæ in igne illæſa.1.78.4
s.Vvolſtanus arborem excommunicat, quæ mox areſcit.1.40.1. hominem nolentem ignoſcere Satanæ tradidit,quo vſque ex corde iniuriam remitteret. 2.25.11

Z

ZAcomus Princeps religione Chriſtiana initiatur.1.15.9.per fidem ſuam prolem omnemq; facultatem obtinet,ibid.
s.Zoe muta ſanatur à S.Sebaſtiano.1.10.2
Zona B.Virginis laus & integritas. 3.54.6
Zelus mulierum Orthodoxarum pro honore SS imaginum quantus. 3.64.2. coniugatarum pro ſua ac mariti ſalute.1 21 10 Thomæ Cantuarienſis pro iuſtitia defendenda 7.53.1 B.Ignatij Loiolæ pro integritate B.Virginis.1.30.3 populi Cõſtantinopolitani aduerſus impios.2 49.2

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Henrico Clerico publ. auct. Correct.

Digitized by Google

5-2